12
13 S
11

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
5 II
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12-8-7.22

CASPARIS CALDERÆ DE HEREDIA,

PHILOSOPHI ET MEDICI HISPALENSIS,

TRIBVNALIS MEDICI ILLVSTRATIONES ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.

Acceſsit liber aureus

DE FACILE PARABILIBVS,

E Veterum & Recentiorum obſeruatione comprobatis, & ex arcanis Naturæ, Chymico artificio & Artis magiſterio eductis



ANTVERPIÆ,
Apud IACOBVM MEVRSIVM.
ANNO M. DC. LXIII.
Cum Gratiâ & Priuilegio.

ARDORIS PYRA SACRA.

A Ltiſſimæ renaſcenti Phœnici, ſub flagranti deuotionis igne, piiſſimis ſeruus humilis, non Arabiæ aromatibus aſcito, in die Immaculatæ Conceptionis.

Siſte Viator.

Orbis portentum aſpicis, lege & plaude, candenti Pyræ dices, ſit in æternum gloria.

O Hoſpes.

Sacros admiratione & ſilentio ſalutare Manes: Nam hic Phœnix diuinâ ex aromatum Pyrâ, è cinere renaſcitur.

Hodie Mortales

Secent aduerſæ ſlamen fortunæ.

Neat fortis mulier

Suæ Phari Numen.

Vno Auſtro flante,

Deus ſemper, quod optimum intendit, ac præfinitum ab æterno determinat, ergo Electam præſeruat ab æterno

Sol.

Sæcula, perenni curſu, format: ſed veræ lucis æmula, vt Altiſſimi Filia, & format & colorat

Antiquior Aretiâ.

Priſcum illud aureum ſæculum, hoc reuocauit æuo, dum cæteri mortales ferreos agerent dies: Magna inter præclaros, inter maximos Maior.

Viue Fœlix ô Phœnix.

Ad inuidiam Solis, celebre fiat per omnes Nationes hoc fælicitatis publicæ Monumentum.

Incipiat ſplendor in Occaſu.

Nam in noſtra Hiſpania, Heroicus amor vltimum plauſus deſtinauit, amore compenſante curas & officia Pietatis,

Vnica pene Religionis Patria.

Auream Hiſpania ditionem religiosè colit: ac ab Hiſpalenſi cælo pacati Auroram ſpectant Cæli.

Cum æterna Religio.

Lacte & melle fluit: Sol innubilus, & frugifera terra perſtat, & ver æternum.

In hac Orbis vltima Ditione

Exultate felices.

Semper enim Sol influit, ſed domus in exaltatione feliciùs.

Qui Peregrinus ades,

Cœptis faue, votis foue: felicitati plaude: vt gloria perennet, & tibi prætereuntes dicant: ſi te Pia recepit Humus, ſit tibi Terra leuis.

M. H. & Glo. DD. ſeruus humilis
Immaculatæ Virgini.

EMINEN-

EMINENTISSIMO

DOMINO

D. FRANCISCO MARIÆ

CARDINALI BRANCATIO

EPISCOPO VITERBIENSI,

AC BRANCATIANÆ

DOMVS PRINCIPI SERENISSIMO,

DOMINO AC MÆCENATI MEO.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IHS

O Princeps, vniuerſæ iuratus fortaſſe in Principem Eccleſiæ, Vrbis & Orbis Dominum: ô vtinam huius ſæculi felicitas hanc inter alias videre mereretur: ſed ferreum noſtræ ætatis ſæculum aureo felici gliſcit primitiuæ Eccleſiæ, cùm dignitates emeritos quærebant Viros, tuguriis abſconditos: ſed proh dolor! in noſtro non pro meritis elargiuntur præmia, ſed fauoris & fortunæ ſuffragiis. De clariſsimo Veſtræ Eminentiæ Nomine, ac de Regia Brancatij ſtirpe, verè Regia Celſitudo dicere non permittit, vt quæ in Olympo locauit hoc emblema:

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Nam adhuc Te laudare pertimui, ne aut quæſiiſſe curioſus crederer, aut ſacrilegus dubitaſſe: ſed

quantum aſylum generoſæ virtutis, excelſæ magninimitatis, nobis vel perſuadeat, vel imperet! nam Auorum Imagines ſatis (ſi verbo dabis veniam) fumoſis imaginibus laudantur, quantum Veſtræ Eminentiſsimæ atque Regiæ dotes inter inſignes purpuratos purpurant, & inter Principes Eccleſiæ gigantiſant! in quo ſors & natura mutuis certant imperiis, quænam potentior illa; adoraui iam olim genium tuum, vtpote quod adorant & admirantur, exteræ, & noſtræ Nationes non ob animi Celſitudinem tantùm, ſed ob ardoris genium, veræ Fidei, veræ Religionis, vt dubitare cogar, quiſnam creditor ſit, an tu magis Eccleſiæ, an Eccleſia tibi: ideo hoc obtuli, quo, licet indigno planè donario, erigitur etiam animus meus, ad hæc ſtudia felicius proſequenda, quando noſter vaticinatur animus, hanc Maieſtatem tuam, velut in tranſitu: non certè Spe præmij, ſed Beneuolentia; cuius vtinam amoris mei præmium illud Dij ferant, vt deterſo adulationum fuco, intelligas, quàm non fortunam in te tuam ſed te in fortuna mea veneror: quod non mihi, ſed Muſarum gratiæ debeo: nam mihi ſat eſt præmij in tuo orbe viuere: hæc non animi ſubornantis, ſed recto iudicio obſequentis, ſunt obſequia, quantumuis Modeſtia reclamet, & gliſcat Temperantia, quando maiora Numina illuſtriora Nomina deſpiciunt, vbi fauor illuſtrior videtur, venerari permiſsio: in homines enim erupit hic impetus, non in Deos: nec pro exilitatis culpa veniam

niã deprecor, ſi tanta Celſitudo gratiam in illa emi permittit: non enim illa corrumpitur, nec pẽſatur muneribus, ideò nõ eſt quòd me exilitas accuſet; hæc enim ſunt munia & munera excelſæ Magnitudinis, quoniam non aliter aut Celſitudo creſcit, nec meretur humilitas, quia in illa nec ab illa ad maiora minoraúe datur regreſſus, nec ingreſſus: ideo etiam quod Veſtra Eminentiſsima in tam breui munuſculo me noſcat vel ignoſcat, non curo, quando ad Aras tanti Numinis me immunem conſidero, quia munuſculum immeritum meritò tãtæ Diuinitatis gloriâ coronaui, & breue opuſculum calathicis oppleui, & in huius arenæ ſpectaculo, ſi athletã & certatorem ago, Veſtram Eminentiam ſpectatorem habeo, & eſt ſatis inſigne ſpectaculum; ſatis enim magnum alter alteri Theatrum ſumus, vt ſatis inæquali Theatro & abſimili ludo ſuo, dixit Lucillo Seneca, dum coronis & corollis litaret: nam longè digniùs noſtra præſtat litatio, contendo enim Dignitatis Veſtræ meritorumque cumulo, victimâ & hoſtiâ, humiliſsimo obſequio coronatâ: id genus enim ſacrificij perinde Veſtræ Eminentiæ gratum ſpero, ac Satyro & luxurianti Baccho ieiunam Pſyram (eliminentur voces, permittatur alluſio) nam, ſi Homero credimus, nidorem ſacris ſpectant Dij, quod idem eſt ac fumus, ſeu condenſatus vapor, qui diſsipatur aëre, vnde orta paroemia, *Ἀκαπνος θυσία*, id eſt, *Sacra ſine fumo*, ac ſi Diis adhuc paupercula placerent, ſolâ voluntatis fimbriâ adornata, & ſi

Fr. M. CARDINALIS BRANCATIVS DISERTISSIMO ARCHIATRO GASPARI CALDERA DE HEREDIA.

PRæclara eruditio tua, Vir præſtantiſſime, magnam tibi peperit commendationem, ita vt neque interiectus Oceani æſtus, neque rot terrarum interuallis Hiſpalis à nobis diſiuncta, nomen tuum obruere, laudemque morari potuerinr, quin priùs quàm liber ruus, Tribunal Medicum ad manus meas perueniſſet, iam doctrina, virtuſque tua perua ſerint. Mirificè autem in illo, diſſertatione delectatus ſum, quam de Chocolate inſtituiſti, præſertimque ea parte, qua eius potionem ieiunium Eccleſiaſticum frangere, probare conatus es: non quòd eandem ſequar ſententiam, ſed quia neruosè admodum, πάνεργον, & totis affirmatiuam viribus, propugnaſti, nullo prætermiſſo argumenti genere, quo, quà phyſicè, quà theologicè, confirmari poterat. Adeò vt exercitationis cauſa, breui defendere diatribe, conatus ſim negatiuam, quàm tuo iudicio libentiſſimè ſubiiciam, nihil veritus, dum in tuo Tribunali de iniuſtitia non pertimeſco. Quod me autem ſummo augere honore volueris, ſecundi libri, quem edere decreuiſti, nuncupatione, maximas habeo, referoque gratias, non præſidium comparandi cauſa id facere coactus (firmius ſiquidem, ſatiſque magnum iam obrinet, qui in virtute collocauit patrocinium, ſed vt me ornamento cumulares ampliſſimo. Tu viciſſim tibi perſuadeas, quæcumque ab homine bonarum artium ſtudiorumque amantiſſimo, officia ſperari poſſunt, ea omnia, & nunc maximè, & in poſterum perpetuo tibi affutura. Vale, & me ama. Romæ 3. Non. Octobris M. DC. LXI.

EMinentiſsime Princeps Cardinalis Brancatie, literas Veſtræ Eminentiæ accepi 22. die Iunij, tam excelſi honoris & beneuolentiæ cumulatas, vt vix adhuc generoſo ſpatio caperentur: nihil eſt diſertiſsimo Viro plauſibilius, quàm vrbana & beneuolentiæ plena eruditio, tantò magis, quantò excelſi honoris cumulatior: Veſtræ excelſæ Eminentiæ honores non tantùm ſuper fertile ſolum, ſed (ad Dei imitationem) ſuper arenas etiam diffunduntur: vt noſtra ætas Veſtræ Eminentiæ adoret Eminentiam: non enim omnes Eminentiæ omni florent ætate; nec omnis ætas commendat Eminentiam: quoniam adhuc Eminentiæ ſunt, vt fert tempus & vſus: ſed Excelſas & Raras rarò tempus producit: ſemper enim per longa ſæculorum ſpatia rarò producit rara (eſt rara Eminentia ſicut Phœnix) & Veſtræ Eminentiæ Eminentia in omni Categoria Excellentiæ, eſt ex illis, quæ per longa ſæculorum ſpatia producuntur: ac ideò non omnes quæ plauſum meruerunt, æqualem meritis conſequuntur, & illum plerique licet conſequerentur, non pro condigna gloria, quoniam meliori ſæculo digniores alios ſubleuauit fortuna: quia non omne Excelſum omni triumphauit ætate: ſed in hoc eminet Sapientia, ſupereminet Sapiens, quòd ſemper illum Æternitas adorat, & ſi hoc non eſt illius ſæculum, erunt & quæ ſequuntur, & in illis dicetur Vir ſæculi vnius: tu verò Illuſtriſsime Princeps, ſemper eris noſtri ſæculi Gloria, futuri Æmulatio. In omni felicitate vale, & nos in tua humana Beneuolentia conſerua. Hiſpali, Iulij die 1. anni Domini 1662.

VESTRÆ EMINENTIÆ pedes oſculatur addictiſſimus ſeruus,
Doctor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

Traſlados

Traſlados de algunas cartas ſelectas, entre muchas, de los Varones, mayores de toda excepcion.

Carta del Señor Cardenal de SANDOVAL, *Arçobiſpo de Toledo, mi Señor.*

HE recciuido el libro que V.M. me à embiado, de tā buenos eſtudios y erudicion, como de grande ingenio (liſonja de la mocedad por ſer del tiempo que concurrimos en Salamanca, diſcipulos del Maeſtro Ceſpedes) y aora la carta que V. M. me eſcriue, y de todo hago muy particular eſtimacion: y à ſu hijo de V.M. ſi guſtare de boluer à los concurſos, deſſearè ſiempre quanto la materia diere lugar, ſus combeniencias: guarde Dios à V.M. como deſſeo &c. Toledo y Iunio 17. de 1659.

Doctor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

EL CARDENAL DE SANDOVAL &c.

Del Señor Doctor Don Franciſco Ramos del Mançano, Oydor del Real Conſejo de Caſtilla.

SEñor Doctor Gaſpar Caldera de Heredia, precibo la de V.M. de 14. de Febrero, acompañada del tomo intitulado, Tribunal Medico-Magico, y Politico, que forman las primeras Academias de todos ſiglos: y de la Dedicatoria y memoria, con que V. M. ſe à ſeruido, de darla à mi nombre, muy ſobre la que por ſi pudiera eſperar, ò merecer, y puedo aſſegurar à V.M. que eſte fabor dexa mi reconocimiento y eſtimacion con la mayor, porque lo es tambien la que ſiempre è hecho de ſu perſona de V. M. cenſura, y eſcritos, no pudiendo negarme el affecto, y appreci o, que deſde los primeros años me an deuido los ingenios, y letras tan de eleuada esfera, correſponde à eſte miſmo affecto y apprecio, el de ver le fauorecido, por ſu pluma, que tanto puede encomendarle à la eternidad de los ſiglos y de la fama.

El mejor logro de las pocas horas, que aqui nos permite la tarea del officio, à ſido para mi eſtos dias, reconocer los aſumptos deſta obra, y la felicidad de erudicion, y juyzio con que V.M. los vençe y lo ſerà haſta acabar de leerlos, y en ſu deſengaño de V. M. le deue ſer de aliento, y aun galardon (ya que la ingratitud deſta edad, no da otros à quien mereçe los mayores) que ſi haſta aora, por ſu talento y eſtudios, ſe lleuaua los ojos de los literatos, que en eſſa Ciudad y fuera della, le conociamos, deſde oy con eſtos eſcritos, ſe à de lleuar los coraçones de vn Mundo entero, no de otra ſuerte que la antigua lyra de Orpheo, de quien dixo Manilio, que en la tierra ſe lleuaua tras ſi los arboles, piedras, y brutos, y deſpues tranſladada al cielo acaudillaua las eſtrellas.

Tunc ſiluas & ſaxa trahens: nunc ſydera ducit.

Guarde Dios à V.M. muchos años, como deſſeo, Madrid Março 4. de 1659.

Doctor Don FRANCISCO RAMOS DEL MANCANO &c.

Segunda

Señor Doctor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

SEñor mio, las vacaciones y las Paſcuas han tenido para mi la circunſtancia de mayor guſto, en la memoria con que V. M. me fauorece, y noticia que me da, de ſu buena ſalud, y ninguno hara mas iuſta eſtimacion de ſu correſpondencia; porque à ninguno cedere en el conocimiento y aprecio, que ſe deue à ſu perſona y eſcritos. El Señor Don Iuan de Gongora me hablò los dias paſſados en ſu libro de V.M. con noticia muy particulàr, de las queſtiones en que diſcurre, y con gran acceptacion de la doctrina y eſtilo. Pudè accompañar el concepto con la ponderacion debida, y propria de mi antiquo affecto y lo hizè y harè ſiempre, en quanto ſe offreſca del ſeruicio de V. M. à quien guarde nueſtro Señor como deſſeo y dè lo que mereçe &c. Madrid y Abril 22. de 1659.

Doctor Don FRANCISCO RAMOS DEL MANCANO &c.

Del Señor Doctor PEDRO BARBA, *Medico de Camara del Señor Rey Philippo IV. y ſu Protomedico General.*

PArticular fauor y merced me ha hecho V.M. con ſu carta y libro, de que hè hecho tã grande eſtimacion como deuo, y ſus grandes eſtudios y letras mereçen, y es razon; y ſiento harto que mis achaques no me den lugar, à hacer en el el empleo que deſſeo, que para mi ſera el mayor aliuio de mi combaleſcencia, pues hà dos mezes que no me lebanto de la cama, de vn catharro, y vnas calenturas, aunque, à Dios gracias, y à me hallo mejor y comienço à leuantarme, y par eſta cauſa no hè podido antes reſponder à V.M. combaleſcerè, ſi Dios es ſeruido, con leerle, y goſarè de ſu doctrina, que ſiendo obra de V.M. tendra lo que ſabemos de ſu doctrina y grandeza de ingenio, el latin es muy ſingular, la variedad de los aſumptos muy hermoſa, y todo muy lleno de mucha y buena erudicion, como lo mueſtran los titulos que hè leido, de que todos tendremos mucho que aprender: el titulo es muy para los curioſos, que ſe deleytan con la erudicion y variedad, no ſolo para Philoſophos y Medicos, ſino Theologos y Politicos; y me pareçe muy bien, que perſonas de tal genio y talento, como V.M. ſean doctos y leydos en todas facultades. Guarde Dios à V.M muchos años y le veamos en el pueſto que mereçe y ſus ſeruidores deſſeamos. Madrid y Março 18. de 1659.

De V.M. ſu mayor ſeruidor, que S. M. B.

Doctor PETRO BARBA &c.

Del Señor Doctor. Iuan Fernandes Garço, Medico de Camara de ſu Mageſtad, ſu Protomedico General.

Señor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

POr la mano del P. Iayme de Vrta recibi ſu libro de V.M. que ley con guſto, y altendy con admiracion, porque la variedad de ſu licion, arrebata el animo; y la erudicion de los aſumptos es mayor que toda ponderacion. V. M. Señor mio, à gaſtado el tiempo (aunque no ſe, en medio de ſus occupaciones, quando le aya tenido para coſa tan grande) con vtil publico y eſtimacion propria, que ſiempre ſera embidia de los venideros ſiglos, y emulacion de los preſentes. Mi ſentir es, que el libro es digno de toda eſtimacion y ſu auctor de alabança, y en eſte ſentir juſgo eſtaran todos los doctos y ingenuos, que no juſgan las apariencias, ſino la verdad de las coſas. Dios guarde à V.M. paraque nueſtra edad goze vn Varon tan grande. Madrid y Iunio 24. de 1659. *de V.M.*

Doctor IVAN FERNANDES GARCO &c.

Del Señor Doctor Iuan de Hojos Montoja, Medico de Camara de ſu Maieſtad.

SEñor Doctor, ſu libro de V.M. recibi por mano de ſu amigo, Don Iuan de Rojas, para mi, y los que le an viſto, de tanta eſtimacion, que era iuſto le fueſſemos à buſcar, ò ſi viniera por ſu piè, y ſi como ſu auctor es Caldera fuera Calderilla (en eſta ocaſion de tumulto del pueblo, por ſu alteracion) tuuiera mas intrinſeco valor que plata ni oro, que eſte ſe adquiere con la vida y eſta por medio de la doctrina, que nos da en lo ſolido de ſus razones y en lo agudo de ſu ingenio. Tendrè ſiempre dicha (aunque no fui primero en ſus noticias) en que V. M. ſe ſirua de comunicarme ſus eſtudios, por ſer los que mas nos pueden enſeñar. Del libro hago grande eſtimacion, porque la merece, la que V.M. experimentarà quanto le ſoy affecto à ſus eſcritos, y à ſu perſona, como ſu mayor ſeruidor, que guarde Dios quanto deſſeo con proſpera ſalud y dilatada vida y conſeguidos meritos. Madrid y Mayo 20. de 1659. años.

De V.M. que ſu M. B. ſu mayor ſeruidor.

Doctor IVAN DE HOIOS MONTOIA.

Del Señor Doctor Gaſpar Brabo de Sobremonte, Medico de Camara de ſu Mageſtad.

Doctor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

RECibi la de V.M. y el libro con la deuida eſtimacion à la merced que V.M. me à hecho en ſacarme del cuidado en que me hallaua de buſcarle, por las grandes y ſingulares noticias que del tenia; prometome muy buenos ratos y ocaſiones de tener en ellas mucho qne aprender y admirar, por ſu varia erudicion, y ſolida doctrina, y lo nueuo de que hè viſto algo de que me prometo coſas grandes; Dios guarde à V.M. para aumento de nueſtra facultad y para que ſus ſeruidores tengamos muchas ocaſiones en que gozar deſte fabor; Deſſearè las de occuparme en ſeruir à V.M. à quien guarde Dios &c. Madrid y Febrero 2. de 1659.

Su mas affecto ſeruidor; Doctor BRABO DE SOBREMONTE &c.

Segunda del meſmo Señor Doctor.

PAſsè à Aranjues ſiruiendo al Rey, adonde eſpero tener muy buenas ſalidas de Paſcuas con ſu libro, y con la merced que V. M. me haçe, que la deue toda à mi voluntad y inclinacion à ſeruir à V. M. por ſus muchos y grandes eſtudios y letras. Goço aqui de algunos ratos de eſpacio, que empleo en leer ſu libro de V.M. en quien reluſen tanto ſus trauajos como ſu ingenio, de V.M. en tanta erudicion en todas materias: con eſte aliuio eſpero paſſarlo bien en eſte retiro, y muchas ocaſiones en que ſeruir à V.M. à quien guarde Dios &c. Aranjues y Abril 21. de 1659.

Mayor ſeruidor de V.M. que S.M.B. Doctor BRABO SOBREMONTE.

Del Señor Doctor, Miguel Vilar, Cathedratico de prima de Medicina, Iubilado de la Vniuerſidad de Valencia.

Señor GASPAR CALDERA DE HEREDIA.

MVchos dias, à que huuiera V.M. viſto algunos borrones mios, effectos de la admiracion con que me dexa ſu libro de V.M. ſi mis occupaciones no fueran tantas como los aplauſos con que le leiò, y mi comprehenſion pudiera igualarſe, con la hermoſa variedad y ſuma profundidad de ſu doctrina: ademas de que puede con razon temer el ingreſſo, en ſu Apollineo y graue Tribunal, quando ſolo podia yo preſentarme en el, como reo de muchas ignorancias, però alumbrado de algunos Paragraphos que è leydo, acordè de acojerme al officio de Relator de alguno entre los muchos encomios, que merecen tantos y tan iguales aciertos, que me obligân à romper el ſilencio, por no caber en el las iu-

ē ſtas-

ſtas alabanças que ſe deuen al acierto en las reſoluciones, à la comprehenſion en la variedad, à la profundidad en los diſcurſos, y à lo agudo y eſtraño en la inimitable nouedad, de la medicina practica, en que cabe muy bien ſer V.M. el Apolo de ſu Tribunal, por quien con mas razon que por el que adorò la gentilidad pudò decir Ouidio, *Inuentum medicinæ meum eſt*; y pues V.M. reparte à todo el hemisferio Medico tantas luzes como lineas tienen ſus obras, ſuplicole ſea ſeruido de concedernos las tambien en repetidas impreſſiones, paraque las participẽ todos, y nadie pueda quexarſe en los Antipodas de la ignorancia, y que el acordarſe de mi nombre, ſea para acomodarle entre los de ſus diſcipulos, que eſto ſolo es lo que me compete y deſſeo merecerle. Si V.M. ſe humana à darme eſta poſeſſion, alumbrandome en vna duda que ſe me opone à la intelligencia de ſu doctrina, que pondrè en limpio y remitirè, ſi el tiempo me acompaña, para concluirla eſta tarde; ſea Dios ſeruido de dar à V.M. largos años de vida, para gloria de nueſtro ſiglo y oraculo de ſus apaſionados. Valencia y Agoſto 19. de 1659.

De V.M. muy ſeruidor que S.M.B.

Doctor MIGVEL VILAR.

Del Señor Luys Rodrigues de Pedroſa cathedratico de prima de Medicina, de la Vniuerſidad de Salamanca, la mas inſigne del Orbe.

Señor Doctor CASPAR CALDERA DE HEREDIA.

SEñor mio, ſu libro de V.M. è reſebido, de que confieſſo mi dicha, por auer ſido el primero que participè en eſta Vniuerſidad, de la mucha erudicion, que guſtoſo è aprendido, y con todo cuidado voi aprendiendo, que aunque el eſtudio de cincuenta años, à procurado dedicar algunos ratos, a lo deleitoſo de las letras humanas, lo que è viſto en ſu libro de V.M. lo tengo por muy ſelecto, y por dignos partos de ſu ingenio: que por mas que a inſaciable embidia, y mordaz emulacion, y deſatencion mas iniuſta, ſolicitè eclipſar las juzes de ſu doctrina, an de luzir a peſar de las mieblas que ſe leuantan de los vapores de ſu perfidia, pues con facilidad los deshara lo ſolido de las queſtiones medicas, que en la primera parte exagita, y lo erudito, lo extraordinario, lo raro de la ſegunda y tercera parte, que pareçe la Prouidencia lo reſeruò todo a V.M. con tanto acierto, que no dexò rumbo por deſcubrir al Norte de ſu ingenio, ni aſpereſa por facilitar a ſu huellà; lo que yo con todo affecto procuro, es, eſparſir entre los mas doctos deſta Vniuerſidad ſus doctrinas, paraque conociendo lo que es, no dexen de ſolicitar con todo cuidado (como es razon) el tener coſa de tanta eſtimacion, como ſu libro de V. M. que en la mia no ay precio, con que eſtimarle, Dios guarde a V. M. muchos años para luſtre de la facultad, y para Maeſtro de todos, Salamanca, y Março 21. de 1659.

De V. M.

Doctor LVYS RODRIGVES DE PEDROSA &c.

Del

Del Señor Doctor Nicolas de Vargas, Balançuela, Medico del S. Officio de la cuidad de Cordoũa.

Doctor CASPAR CALDERA DE HEREDIA.

SEñor mio, dos dias à que reciui ſu libro de V. M. porque auiendo corrido el temporal que ſe à viſto, mi hermano no quiſò auenturarlo al accidente de maltratarſe; no ſe que diga yo, para ſignificar algo à lo fauorecido que me hallo, con eſta alaja, ſolo digo que è tenido muy buenos dias con ella, y pienſo continuarlos con otros muchos, haſta verle el vltimo renglon; pocas vezes Señor ſe llenò el concepto que fabricò el deſſeo, però aorà tan ventajoſamente quedò ſuperior lo viſto, à lo eſperado, que çreçe por inſtantes el admiracion; dexara correr la pluma en eſte panegyrico, ſino eſtuuiera aduertido de lo que le ſuccediò al Philoſopho Antalcides; ſupò eſte que vn Sophiſta daua à la luz publica las alabancas de Hercules, y preguntò que titulo les ponia, dixeronle *Herculis Encomium*; à que reſpondiò Antalcides, *Trauajo eſcuſado*: ſus palabras ſon como ſe ſigue *Superuacuum eſt in eo laudando operam dare, quam vno ore prædicant omnes.* Quien Señor mio, no conoce à V.M? quien no admira ſus eſcritos? y quien no ſe admira mas y mas cada dia? ſea ſu mayor credito ſer hijos de ſu entendimiento, y que en ellos aduierte la curioſidad darſe guſtoſa batalla, lo ingenioſo, y lo ſutil, ſin reconocer la mas curioſa attencion, adonde aya de inclinarſe, por la ygualdad en lo conceptuado, donde no ſe halla la repetition prolixa, la nouedad ſi, con admiracion, tan tratable à la intelligencia, que no le haçe al ingenio para introducirle en ella repugnancia alguna; lo formal del libro es lo que tengo dicho, lo material combida al menos eſtudioſo à darſe à ſu liccion; por la correcto de la emprenta, aſeo de los characteres; y finalmente no tiene coſa que no le conſtituya vn gigante, que ſale à cumularle creditos à nueſtra facultad. V.M. biua muchos años, paraque nos conceda otros muchos: que en mi ſerà eſte de perpetua eſtimacion, por el, por ſu auctor, y por la mano que lo à diſpueſto aſſi, que es la del Señor Don Theodomiro Caldera, à quien bezo mil vezes ſu mano, y en la preſencia de V.M. ſe pone de nueuo eſte indigno diſcipulo huyo, con alientos de mejorias muchas, con las aſſiſtencias de tal enſeñança. Guardeme Dios à V.M. todo lo que puedo deſealle, y le veamos con les aumentos, que tantos años à, que le retardan ſus meſmos meritos. Cordoũa y Mayo 30. de 1659. años.

B.L.M. de V.M. ſu mas ſeguro, aficionado, y reconocido ſeruidor.

Doctor NICOLAS DE VARGAS VALENCVELA.

Del Señor Doctor Iuan Antonio de Paredes, Theologo de ſu Eminentia el Señor Cardenal de Sandoual, Arçobiſpo de Toledo.

Señor Doctor GASPAR CALDERA DE HEREDIA,

YA à dias, que ſu libro de V. M. vinò à manos de ſu Eminentia, que me mandò le vieſſe, y le hiçieſſe relacion de lo contenido en el, y de mi cenſura; aſeguro à V. M. que es muy agudo, muy erudito, y curioſo, y que todo lo que en el è leydo le è viſto con admiracion, y con mas ſingularidad, en las coſas de Seuilla, ſu Peſte y ſu Curacion, y otras muchas coſas que vidè, *& quorum pars magna fui*, aſſi lo è dicho al dueño, con que ſu Eminentia eſta muy guſtoſo con el, y aora con la carta que auia echado menos, que yo la darè oy en ſu mano, y con ſu recomendacion de V. M. venga eſſe cauallero hijo de V. M. al primer concurſo, y experimentarà quan de V. M. ſoy, y lo que deſſeo ſeruirle, cuya vida guarde nueſtro Señor &c. Toledo y Iunio 17. de 1659.

De V. M. que S. M. B. Doctor Iuan Antonio de Paredes, &c.

Al Señor Doctor Caſpar Caldera de Heredia.

SEñor mio, por el deſeo de los Señores Imprimidor y Corrigidor auiendo leydo muchos pliegos eſcritos de la propria mano de V. M. en ſu libro intitulado, *Illuſtrationes ad Tribunal Medicum*, eſpaſmome ſobre obra de tantos trauajos, llena de ſauiduria, y tan fundada en la razõ y pratica; reſucita à los Griegos, explica los Arabes, interpreta à todos, enſeña à los barbaros empiricos, corrige à los hereges y ſchiſmaticos de nueſtra arte, reduce la antigua y verdadera Medicina, reſuelue todas las dudas y difficultades de la Medicina, nueuos, raros, y experimentados trae medicamẽtos. En fin à la mas parte de deſafuziados da remedio y Panacea de vida. Viba muchiſſimos años, para que con ſalud y valor, nos vaya enſeñando adelante; lo que plegue à Dios, y que con alegria nos veiamos de cara en Granada, tierra de mis aguelos, y deſpues en el cielo quedando con Dios. En Amberes à 8. de Octobre, año de 1662.

Muy humilde ſeruidor de V. M. que S. M. B.

D. I. HOVGAERTE,

Medico jurado de la villa de Amberes, y del Rey nueſtro Señor en ſu Caſtillo de dicha Ciudad.

AD

AD LECTOREM.

IN febribus, quæ in noſtro Medico Tribunali, an. 1658. Lugduni Batauorum, typis Elzeuirianis editæ ſunt, deſiderabantur Curationes, ne tantùm febris, ſed accidentium, Rationibus atque Praxi illuſtratorũ: ideo illas in hoc volumine placuit prælo dare, vt etiam & alia Selecta, quæ poſteà ſub manum venere ſubitaria.

INDEX
ILLVSTRATIONVM
ET OBSERVATIONVM

PRologomenon ad Illuſtrationes quæ deſiderabantur. pag. 1.

ILLVSTRATIO I.

Ad curationem Rigoriferæ febris, quæ eſt prima in ordine in noſtro Medico Tribunali. ibid.

Horrificæ & hemitritææ febris Corollarium, pag. 6.

Huius & illius febris regularis & coacta curatio. pag. 7.

ILLVSTRATIO II.

Ad febrem ſyncopalem humoroſam & minutam, ac ad omnes ſyncopis differentias, earumque cauſas ſpecificas, & à Galeno traditas. pag. 14.

Curatio ad omnes ſyncopis differentias cum febre & ſine illa, cum Galeni Iudicio. pag. 18.

ILLVSTRATIO III.

Et ſecunda in ordine noſtri Medici Tribunalis, ad febrem peſtilentem & malignam. titul. 1. de Contagio. de maligna qualitate titul. 2. pag. 30.

Malignæ febris auxilia expenduntur. p. 34.

Dato quòd ſanguinis miſſio conueniat, à quo loco debeat impetari. pag. 36.

De auxiliis malignæ qualitati amuletis. pag. 38.

ILLVSTRATIO IV.

Et tertia in ordine, de febre elodes, ſeu ſudoroſa febre. pag. 40.

Febris ſudoroſæ curatio ad legem cuiuſque ſingularis differentiæ. pag. 43.

ILLVSTRATIO V.

Et 4. in ordine, ad curationẽ febris auriginoſæ, & ad omnes icteri differentias. p. 52.

De huius icteri curatione ſecundum varias illius differentias. pag. 53.

Singularis ictexici affectûs Obſeruatio. p. 63.

ILLVSTRATIO VI.

Et quinta in ordine, ad febrem ſingultuoſam & omnem ſingultûs differentiam ac veram vtriuſque curationem. pag. 65.

Ad curationem Illuſtratio ſingularis affectûs. pag. 67.

ILLVSTRATIO VII.

Et ſexta in ordine: ad phreniticam febrem, phrenitidiſque curationem propriam. pag. 74.

Huius febris phreniticæ Illuſtratio. pag. 76.

ILLVSTRATIO VIII.

Et ſeptima in ordine, ad febrem ſoporoſam, ac omnes lethargi differentias, huiuſque veram curationem. pag. 78.

Veræ curationis Illuſtratio. pag. 80.

ILLVSTRATIO IX.

De Tabe Gallica & lue venerea in habitu contracta. pag. 85.

An lues Gallica in totius ſubſtantiæ proprietate conſiſtat? & ſecundò, locus ex lib. ad Glauconem 14 expenditur Epiſtolâ. pag. 90. *& ſeqq.*

Reſcriptio Doctoris Calderæ de Heredia ad eandem Epiſtolam. pag. 92.

Continuatio ad morbi Gallici curationem. Illuſtratur curatio primæ ſpeciei. p. 98.

Secundæ ſpeciei illuſtratus curatio, pag. 100.

Tertiæ ſpeciei illuſtratur curatio. pag. 103.

ILLVS-

ILLVSTRATIO X.

Ad ſebres hecticas & morbos in habitu contractos. pag. 107.

De radicatione & habitu morborum. p. 108.

Ad hecticæ curationem, & habitûs indicationem Illuſtratio. pag. 109.

ILLVSTRATIO XI.

De ſebre alba virginum, ac de inſuperabili obſtructione. pag. 111.

Huius & illius ſebris curatio Illuſtratur. pag. 112.

ILLVSTRATIO XII.

Quare quartana incurabilis nomen ſubeat, & quare niſi in tam longo ſpatio valeat ſuperari. pag. 116.

ILLVSTRATIO XIII.

Quare auxilia adhuc rectè applicita ad artis magiſterium aliquando non proſint. pag. 122.

ILLVSTRATIO XIV.

Ad nobile Chymicorum iudicium. ac de lapide Philoſophorum. pag. 123. *& ſeqq.*

ILLVSTRATIO XV.

Ad illa quæ de aſthmate & pectoris tuberculo ſcripſimus. pag. 126.

Curatio huius & illius affectûs quantùm illorum abſtruſa varietas permiſit. pag. 127.

ILLVSTRATIO XVI.

De hominis generatione, ac de fatali moriendi neceſſitate, & vitæ termino. pag. 130. *& ſeq.*

ILLVSTRATIO XVII.

An & quare calor attrahat, & quare attractio à dolore fiat. pag. 133.

ILLVSTRATIO XVIII.

De opij temperie, qualitate, & vſu & præparatione, ac illius auxiliis. p. 134.

Opij auxilia correctiſſima, morbis accommodata expenduntur. pag. 138.

ILLVSTRATIO XIX.

An vehementiſſimi caſus perfectam aliquando edant criſim. pag. 139.

ILLVSTRATIO XX.

Quare ex animi paſſionibus in corpus morbi reſluant. pag. 140.

Qui morbi, ex quibus paſſionibus, ex anima in corpus reſluant. pag. 147.

An animi paſſiones ſint morborum auxilia, an morborum occaſio. pag. 148.

ILLVSTRATIO XXI.

Ad ſelectiora ingredientia chocolatis; ac de cuiuſque qualitate & vſu. pag. 154.

De puluere febrifugo Occidentalis *Indiæ, Prouinciæ de Quito, qui Romæ dicitur* Cardinalis de Lugo, *in Hiſpania* Ioannis de Vega pag. 155.

De huius plantæ & corticis nomine, ſitu, & prouincia, ac de prima huius auxilij notitia pag. 156.

D huius pulueris initio in Hiſpania. pag. 157.

De temperie, qualitate, & vſu pulueris & corticis febrifugi, ac methodo & arte eum propinandi. pag. 158.

Concluſio huius dubij expenditur. pag. 159.

ILLVSTRATIO XXII.

Ad acceſſiones podagræ, chiragræ, & iſchiæ, & quare in 40. diebus terminentur, vel ampliùs aut breuiùs; atque illarum curatione. pag. 161.

De horum affectuum curatione. pag. 163.

De Iſchiade. pag. 165.

ILLVSTRATIO XXIII.

De hæmorrhoidibus indolentibus, diſtentis, & dolore turgentibus, cæcis, & prominentibus ſuppreſſis, aut nimiò fluentibus, aut vlceribus etiam complicatis. pag. 166. 170.

De nimio hæmorrhoidum fluxu, ac de illius validiſſimis auxiliis. ibid.

ILLVSTRATIO XXIV.

Ad quæſtionem de ſang. miſſione ex talo, quæ in noſtro Medico Tribunali traximus in arenam. pag. 173.

Reſumen totius quæſtionis. pag. 177.

De ſang. miſſione in ſebre humorali, quâ febris eſt. ibid.

De ſebre maligna & peſtilenti, ac de illius ſang. miſſione. pag. 178.

De Apoplexia, omnium morborum acutiſſima. ibid.

In ſuffocante Angina. pag. 179.

In Melancholia. ibid.

Concluſio. ibid.

An puerperis, morbo acutò correptis, conueniat ſanguinem ex brachio mittere. pag. 179.

An ſuppreſſis & fluentibus menſibus, etiam conueniat ex brachio. pag. 182.

Limitationes huius regulæ generales. p. 191.

ILLVSTRATIO XXV.

De duplici calculo, & renum & veſicæ, ac de illo quem canalis non capit. pag. 192.

Ad calculi curationem Illuſtratio. p. 195.

ILLVSTRATIO XXVI.

Prima & 2. Obſeruatio, quibus æquè Naturæ maieſtas, & Artis excellentia miraculis elucet. pag. 200.

Secunda Obſeruatio, quæ eſt Parallelus à Naturæ ad Artis excellentiam. in D. Alfonſo de la Eſtrella, Equite Hiſpalenſi nobiliſſimo. pag. 202.

ILLVSTRATIO XXVII.

Da Fiſtula in recto inteſtino, ex improſpera curatione lethali. pag. 204.

Obſeruacion de vna melancholia, morbo quæ paſsò à mania, complicada con la hyponchondriaca, pag. 205.

Obſeruatio II. De ſuppreſſa vacuatione in parturienti, mirabili auxilio prouocato. pag. 208.

Huius & illius melancholiæ occaſione alia auxilia

auxilia expenduntur. pag.209.
De lapide bezuar. ibid.
De auro potabili. ibid.
De puluere eboris. ibid.
ILLVSTRATIO XXVIII.
Ad titulum de Philtris. De amore naturali, & maleficio inducto. Ludus amoris. An detur amoris pulſus. Carta del S. Doctor Vilar al Auctor. p.210.
Reſpueſta del Auctor. ibid.
De ſecunda Amoris differentia pag.214.
ILLVSTRATIO XXIX.
Do liuoris Triumpho admirando. pag.219.

LIBER II.

Obſeruationum & Illuſtrationum illuſtrior alia Illuſtratio. pag 224.
ILLVSTRATIO 1.
De melancholia, furore, & mania. p.225.
De melancholia hypochondriaca. ibid.
De horum affectuum curatione. pag.226.
De amore inſano. ibid.
Curationis Illuſtratio. pag.227.
ILLVSTRATIO 2.
De Epileptia, & eius Curatione. pag.231.
De aqua theriacali, epilepticis, apoplecticis, vertiginoſis, & paralyticis utili. p.232.
ILLVSTRATIO 3.
De omni ſoporoſo affectu; ac de ſapientium Y'ωνοπια virtute. pag.233.
ILLVSTRATIO 4.
De Apoplexia. pag.734.
De Curatione. ibid.
ILLVSTRATIO 5.
De lethargo. pag.235.
ILLVSTRATIO 6.
De celebri commotione, ac eius accidentibus, ac omnibus quæ valent cerebro euenire. pag.236.
Huius affectus regularis & coacta curato. pag.237.
Obſeruatio De obſtructionibus antiquis hypochondriacæ melancholiæ, ad quas ſequuta eſt atrophia, & an in illas chalybis vſus conueniat & thermarum. pag.238.
ILLVSTRATIO 7.
De Phrenitide. pag.241.
ILLVSTRATIO 8.
De Cephalæo. pag.242.
Obſeruatio in dolore capitis per conſenſum, ſcitu digniſſima. licet rarò occurrat. ibid.
ILLVSTRATIO 9.
De Vertigine. & eius curatione. pag.243.
ILLVSTRATIO 10.
De Paralyſi & reſolutione neruorum, à cauſa calida. ac eius curatione. pag.243.
De Paralyſi linguæ & conuulſione, ac huius curatione. pag.244.
ILLVSTRATIO 11.
De contra-fiſſura in capitis ictu. pag.244.
Carta, à Licenciado Andres Oſorio, doctiſſimo y expertiſſimo Cirujano, *ibid.*
ILLVSTRATIO 12.
De Conuulſione. pag.245.
ILLVSTRATIO 13.
De Angina. pag.246.
ILLVSTRATIO 14.
De Catharro. ibid.
ILLVSTRATIO 15.
De dentium dolore. pag.247.
ILLVSTRATIO 16.
De affectibus thoracis, de Pleuritide. p.247.
De Pulmonaria. pag.248.
De ſanguinis reiectatione. pag.248.
De vaſorum pulmonis anguſtia, lenium arteriarum obſtructione & tuberculo. ibid.
De purulentis & empyricis. ibid.
De Aſthmate. ibid.
De Hydrope pulmonis, & Aſthmate antiqua. ibid.
De Raucedine antiqua deſperata. pag.249.
ILLVSTRATIO 17.
De ſyncope. ibid.
ILLVSTRATIO 18.
De Ventriculi morbis, de Vomitu. ibid.
De Attritione Ventriculi. ibid.
De ſingultu. pag.250.
De Colera. ibid.
De Cæliaca. ibid.
De Volunlo, & Ileo. ibid.
ILLVSTRATIO 19.
De Dyſenteria. pag.251.
ILLVSTRATIO 20.
De Iecoris inflammatione. pag.252.
De Inflammatione venæ cauæ deſcendentis. ibid.
De Ictero. ibid.
ILLVSTRATIO 21.
De Hydrope. pag.253.
ILLVSTRATIO 22.
De Calculo & vlceribus renum. ibid.
De Veſicæ affectibus. pag.254.
ILLVSTRATIO 23.
De affectibus Vteri & de fluxu muliebri. ibid.
De Vteri inflammatione. pag.255.
De Vteri vlceribus. ibid.
De Vteri ſtrangulatione. pag.255.
ILLVSTRATIO 24.
De Coxendico morbo. pag.255.
De Arthritide & Iſchiade. pag.256.
ILLVSTRATIO 25.
De lumbricis. ibid.
ILLVSTRATIO 26.
De Hydrophobia. pag.257.
ILLVSTRATIO 27.
De Fluxu chyloſo. pag.258.
Selecta Obſeruatio, in febre virginea, obſtructionibus hepatis, lienis, vteri, & ventriculi, inſignis ac digna certè, vt omni ſcrinio, omni cado, & omni muſæo inſcribatur. pag.259.

Conſultatio

Conſultatio Hiſpano idiomate: ſi en el Illuſtriſſimo Principe Felipe Proſpero, en edad de 3. años combiene hacerle ſuentes, para curarle, y preſeruarle de vn accidente de Alferesia. pag.260.
De Calido innato, & an dentur naturales ſpiritur, Obſeruatio. pag.264.
ILLVSTRATIO 28.
De Caloris innati viribus & natura. Ibid.
ILLVSTRATIO 29.
De naturali Spiritu. pag.265.
De thermarum vſu & propinandi ordine, Obſeruatio. pag.266.
De vtilitatibus & virtute ſuccini, Obſeruatio. pag.267.
ILLVSTRATIO 30.
De Peſte. ibid.
ILLVSTRATIO 31.
De Quartana, & Tertiana notha extenſa. pag.269.
ILLVSTRATIO 32.
De Catharro. ibid.
ILLVSTRATIO 33.
De Aſthmatis omnibus differentiis. p.270.
Alia Obſeruatio de catharro. pag.271.
Alia Obſeruatio de thermarum vſu, & quibus in affectibus conueniant. pag.272.
De Cauteriis & Fonticulis. pag.273.
De Ventris adſtrictione natiua, aut morbo comparata. ibid.
De affectibus renum. ibid.
De Calculo & renum & veſicæ. pag.274.
De Melancholia hypochondriaca. pag.275.
De Apoplexia. pag.277.
De Epileptia. ibid.
De Colica, Obſeruatio. pag.278.
Pro lumbricis vnguentum. ibid.
Auxilia pro Diarrhæa biliosa, & Dyſenteria. ibid.
De Arthritide, Podagra, Chyragra, & Iſchiade. pag.279.
Ad rubedinem oculorum & dolorem. pag. 280.
De Viſûs hebetudine. ibid.
Ad dentium & gingiuarum corroſionem. pag.281.
De Gonorrhæa Gallica. ibid.
De Capitis dolore. pag.282.
De Paralyſi. ibid.
De Fluxu ſanguinis narium. pag.283.
De Ventriculi affectu, à capite catharro delabente. pag.283.
De Vomitu ſanguinis, ab hepate aut liene. ibid.
De Hemorrhoidibus. pag.284.
De Hemoptoica paſſione. ibid.
De Phthiſi. ibid.
De Aluo fluida flatulenta. pag.285.
Pro Ani excreſcentia. ibid.
Pro Hernia aquoſa & humoroſa. ibid.
Pro labiorum rimulis. ibid.
Pro ſcabie. pag.286.
De Auditu difficili & Tinnitu. ibid.
De Cacoxia & Hydrope cum magna extenuatione. ibid.
De morbis mulierum. pag.287.
ILLVSTRATIO 35.
Colluctationes difficiles arenæ. 1. A in die purgationis potius aquæ niue refrigeratæ poſſit concedi. 2. An in puerperis à tertio partûs die, in aliquo determinato caſu. pag.289.290. & ſeqq.

LIBER III.

A Ad promptuarium facilè Parabilium ad Remp. Hiſpalenſem, Proœmium. pag. 294.
De dolore dentium. pag.295.
De colico dolore & Iliaco. pag.296.
Facilè parabilia ad tabem ex vlcere pulmonum præcauendam, & iam factam curandam. pag.299.
De colera morbo. pag.300.
De Ictericis & ſterilibus. pag.301.
De hydrope. pag.305.
De adſtrictione ventris. pag.307.
De pudendorum carie. pag.308.
De gonorrhæa, & bubone. ibid.
De Vomitu bilis & ſanguinis. pag.311.
De ſanguinis nigri vomitu & deiectione. ibid.
De vomitu pertinaci bilioſo, ſiue alterius humoris. pag.312.
De paralyſi & apoplexia. pag.313.
De paralyſi linguæ, & aliarum partium. pag.314.
De Paralyſi aut retractione digitorum, aut crurum. pag.315.
De epileptia. pag.316.317.
De mammarum ſcirrhoſo tumore. pag.318.
De menſium retentione. pag.319.
De partu difficili & ſecundinis. pag.321.
De vitrioli auxiliis chyrurgicis. pag.322.
Liquor mirabilis & ſelecta auxilia ad lapidem, & arenulas expellendas renum atque veſicæ. pag.323.
De ſiſtenda hæmorrhagia. ibid.
De oculorum nube & ſuffuſione. pag.324.
De ſurditate. ibid.
Pro facie rubra puſtuloſa. pag.325.
De vteri prolapſu. ibid.
De aurium & narium vlceribus. pag.326.
De hæmorrhoidum & podicis dolore. ibid.
Vt pili renaſcantur. pag.327.
De hæmoptoica paſſione. ibid.
De dyſſenteria & diarrhæa. pag.328.
De malificio ligaminis. pag.331.
De ventriculi dolore. pag.332.
De lumbricis. ibid.
De hepatis calida intemperie. pag.334.

De renum & veſicæ vlceribus. ibid.
De diabetica paſſione. pag. 335.
De vrinæ incontinentia. ibid.
De menſtruorum fluxu immodico. pag. 336.
De uteri fluore. ibid.
De vteri vlceribus. 337.
De narium fætore. 338.
Ad narium hemorrhagiam. ibid.
De ſuppreſſione vrinæ ab emulgentibus. 338.
De apoplexia fluentibus menſibus. ibid.
De lingua tumente. ibid.
De augina. ibid.
De cordis palpitatione. ibid.
De capitis dolore vehementi. ibid.
De vertigine. ibid.
De conuulſione. ibid.
De gutta ſerena. ibid.
De ophtalmia. 340.
De reſolutis palpebris. ibid.
Pro verucis extirpandis. pag. 340.
Pro paralyſi linguæ. ibid.
Ad ſtrumas. ibid.
Pro aphonia à neruorum frigiditate. ibid.
De pleuritide. ibid.
De electione nutricis. ibid.
De ardore ventriculi. ibid.
De ructu importuno. pag. 341.
De fluxu chyloſo. ibid.
De fluxu ventris catharrali. ibid.
De hepatis ſcirrho. ibid.
De lienis ſcirrho. ibid.
De hydrope. ibid.
De lumborum dolore. ibid.
Ad grumos in veſica diſſoluendos. ibid.
De vrinæ ardore ad tabem ducente. p. 342.
De dolore inguinis à cauſa calida. ibid.
De pruritu & furore vteri. ibid.
De vteri dolore. ibid.
De impotentia à ſemine mox dilabente. ibid.
Pro ſterilitate à cauſa frigida. ibid.
De preſeruando aborto. ibid.
De reſolutione ſphincteris & impotentia retinendi feces. pag. 343.
De dolore coxendico. ibid.
De dolore in genu. ibid.
De arthritide. ibid.
Ad tophos arthritidis. ibid.
De dolore ſeuo in planta pedis. ibid.
De febre lypiria à ventriculi inflammatione. ibid.
De quotidiana. ibid.
An in die purgationis ſanguinis miſſio aliquando conueniat. ibid.
Ad eliciendum venenum per poros corporis. ibid.
De dyſſenteria à veneno. pag. 344.
De morſu viperæ. ibid.
De temporum pulſatione. ibid.
Ad impinguandum. ibid.
Hydropicus extenuatus ab empyemate. 344.
Ad conciliandum ſomnum & vires reficiendas. ibid.
De cornu rhinocerotis. ibid.
De lochiis in puerpera ſuperiùs recurrentibus. ibid.
Huius affectûs curatio. pag. 347.
Ad iudicium chymicorum auxiliorum. ibid.
Ars medica cur hoc æuo vileſcat. ibid.
Hiſpanicè: Qual ſea la razon, eſtar la Medicina de oy, no en aquel punto de veneracion, que tuuò antiguamente, ſiendo vna de las ciencias mas illuſtres, y la mas neceſſaria en la Republica? y la Reſpueſta que al Author ſe le ofreciò. pag. 348.
Appendix ad morbi Gallici Illuſtrationem. pag. 351.
Singularis Tremoris antiqui Obſeruatio. pag. 352.

INDEX
SECTIONVM, STATIONVM, ET CAPITVM, QVI IN MEDICO NOSTRO TRIBVNALI DESIDERATVR.

LIBER PRIMVS.

De Prognoſis fallacia in communi

DE prædictione impoſſibili. fol. 1.
De prædictione omnium difficillima. fol. 2. 3.
Difficillimæ prædictionis hiſtoriam proſequitur. fol. 5.
De prædictione quæ artis principiis initur. 8.
Dies, qui decrerorij & quare in ipſis à duplici radice critica mutatio. 13.
De naturæ principio & cauſa, & quomodo ad criſim concurrat cum influxu. 14.
Signa, quæ criſim in communi antecedunt, expenduntur. 17.
Quæ in quaque peculiari criſi obſeruantur & ſigna & ſymptomata. 19.
De prima criſis ſpecialis ſorte, critici rigoris exemplo. 21.
De ſecunda criſis ſpecie; vomitus critrci exemplo. 22.
De tertia criſis differentia, exemplo hæmorrhagiæ. 24.
De quarta criſis ſorte, deiectionis exemplo. 27.
De quinta criſis ſorte, exemplo perirrhoeæ. 28.
De ſexta criſis ſorte, ſudoris exemplo. 31.
De ſeptima criſi, abſceſsûs exemplo. 35.
De octaua criſis differentia, hæmorrhagiæ & menſium exemplo. 39.
De vltima criſis differentia, per varias excretiones ſimul. 41.
Proſequitur hiſtoriam de prognoſis fallacia. 45.
De falſa ægri lauatiône, ac de ſignis, quibus fidere non oporiet. 52.
Huius argumenti proſequitur, & finit hiſtoriam. 56.

LIBER II.

DE prognoſis fallacia in particulari, 60.
An febris, eo quòd intermittat, ſalutaris. 60.
De horrifica febre, & rigoris iudicio. 66.
Malignæ & peſtilentis febris, quàm incerta conditio, quàm infidelis prognoſis. 72.
In quo malignitatis eſſentia conſiſtat. 73.
Quibus deprehendantur malignitatis ſigna. 74.
An detur pathognomicum malignitatis ſignum. 75.
Quo differant ſigna febris ex ſimplici putredine, à malignis. 76.
De febre elodes & ſudoris iudicio. 81.
De febre icterica. 87.
Icterici à ſanguinis corruptione præſagia, ſecundum varias illius differentias. 90.
De critica icteritia. 92.
De icteritia ab obſtructione. 95.
De febre ſingultuoſa. 97.
De ſecunda ſpecie ſingultuoſæ febris. 100.

De

De tertia icteritiæ ſorte, pectoris inflammati conſenſu. 101.
De 4. febris ſingultuoſæ differentia, calcis ſyderati conſenſu. 103.
De febre cum delirio, phrenitide, paraphreneſi incipiente, & confirmata. 105.
De naturali & inſito delirio, quod in vita communi obſeruatur. Ibid.
De paraphroneſis conſenſu & ſympathia. 107.
De paraphrenite & ſomno criticis. 109.
An rectricis potentiæ ſeorſim oblædantur & omnes ſimul. 112.
An detur memoriæ delirium. 114.
De phrenitide per eſſentiam, eiuſque gradibus vſque ad confirmatam. 115.
De phrenitide à calidi humoris excurſu ſymptomatico. 118.
De ſignis confirmatæ phrenitidis. 121.
An phreneticis ſemper magna & rarares piratio. 127.
De phrenitide à cerebri inflammatione. 128.
De ſphacelo cerebri & gangræna. 130.
De febre ſoporoſa. 132.
De lethargica febre. 133.
De lethargiæ febris periculo. 135.
Differentia febris lethargicæ, ab illa quæ cum comate incipit & finitur. 140.
De vigilandi impotentia. 144.
De caro & ab aliis ſoporoſis differentia. 147.

LIBER III.

Obſeruationum.

AD quæſtionem de minorandi ratione contra Doctorem Ponce de Santa Cruce. 149.
De ſupernatantia in communi. 150.
De indicatione in communi & in particulari, vſque ad indiuiduu. 152.
Contrariis argumentis reſpondetur. 155.
Tralliani locus expenditur. 158.
De ſupernatantia ſpecifica, an ad ſanguinem mittendum conducat. 159.
Ibi eadem expenduntur amplius. 161.
Ad Galeni locum 9. Meth. 11. 163.
Vberior doctrinæ confirmatio. 164.
An ſanguis mittendus in pura & rigoroſa cacochymia. 165.
Generale principium expenditur: contraria contrariis curantur. 168.
Locus Galeni expenditur 11. Meth. 15. 169.
De ſeroſa ſupernatantia. 170.
De ſupernatantia melancholica. 172.
An obſtructio à lentis & craſſis ſuccis impediat ſanguinis miſſionem. 174.
An impediant quæ in prima regione continentur. Ibid.
De vitio peſtilenti & maligno. 176.
De varia humorum cruditate. 177.
De purgatione reuulſiua. 181.
An in dyſſenteria purgare à principio conueniat. 182.
An etiam in humore incoctili. 184.

OBSERVATIO I.

De febre orta ex cruditate ventriculi. 186.
Huius febris eſſentia. Ibid.
Cauſæ. 187.
Signa. 188.
Prognoſis. 189.
Curatio. 190.

OBSERVATIO II.

De diarrhæa. 193.
Cauſæ, ſigna, & curatio. 194.

OBSERVATIO III.

De dyſſenteria. 200.
Cauſæ, ſigna, curatio. 201.

OBSERVATIO IV.

De cæliaca. 204.
Cauſæ, ſigna, curatio. 205.
De fluxu chyloſo. 206.
De fluxu colliquante. 207.
Cauſæ, ſigna, prognoſis, & curatio. 209.
De nigris deiectionibus. III. Prima, ſecunda, & tertia differentia. 213.
Quarta differentia & curatio. 214. & 215.
Fluxus hepatici appendix. 218.

OBSERVATIO IV.

De cholera morbo. 219.

OBSERVATIO V.

De vrinæ ſuppreſſione alta. 220.
De lapide veſicæ, quem canalis non capit. 223.

OBSERVATIO VI.

De febre epileptica. 225.

OBSERVATIO VII.

De iſchiade cum Galeni iudicio. 226.
De arthritide à cauſa calida. 227.
De arthride à cauſa frigida. 229.

OBSERVATIO VIII.

De lethargo ex Aretæo. 231.

CONSVLTATIO.

An morbis deſperatis temerariis vti conueniat auxiliis. 232.

An in apoplexia carotidas aperire conuenit. 233.
In angina ſuffocante an aſperam arteriam reſecare. 240.
An in facto compiemate inter 4 & 5. coſtam. ſit imperanda ſectio. 244.
An typſim curare decocto ligni ſancti liceat. 246.

OBSERVATIO IX.

De ſcirrho iecoris ſpurio. 248.

OBSERVATIO X.

De iliaco & colico dolore. 249.

OBSERVATIO XI.

De frequenti abortu D. Comitiſſæ Nebulenſis. 251.
De conſtitutione febrium malignarum anni 1648. 254.
Huius conſtitutionis exempla. 255.

OBSERVATIO XII.

De dyſſenteria, ſingularis Obſeruatio. 258.

OBSERVATIO XIII.

De hipochondria melancholia, cum Gallica lue complicata. 260.

DISPVTATIO.

De ſanguinis miſſione ex talo. 262.
Concluſiones in hoc caſu. 263.
Obiectiones contra prædicta. 279.
Appendix præcedentis doctrinæ. 282.
Vberior traditæ doctrinæ confirmatio. 284.

OBSERVATIO XIV.

In domina Duciſſa de Gueſcar. 286.

OBSERVATIO XV.

De impotentia in ciue Hiſpalenſi. 287.

SELECTA PRAXIS.

De melancholia hipochondriaca. 288.
De huius melancholiæ varietate. 289.
De huius affectus eſſentia. 290.
De cauſis, ſignis, & curatione. 297.
Secundum cauſarum varietatem curatio & de correctione ſymptomatum. 298. & 305.
De variolis & morbillis. 306.
De icterica ſuffocatione. 313. & 324.
De ſepti tranſuerſi inflammatione. 325.

OBSERVATIO XVI.

De ſæua epileptia in prægnante, & an liceat in illa ſanguinem ex talo mittere. 331.

OBSERVATIO XVII.

De ſæua epileptia per conſenſum pollicis manus ſiniſtræ. 335.

TRACTATVS PEREGRINVS.

De annis climactericis, Theſeus climactericus, 341.
Numerorum origo & energia. 343.
Imparis numeri virtus & dignitas. 344.
De perfectione ſeptenarij numeri. Ibid.
Morborum climaces expenduntur, & gradus ætatum. 345.
Opiniones in hoc caſu diſſidentium. 347.
Climactericæ viciſſitudinis origo. 349.
Imparis numeri computatio necem non infert. 350.
Senſus Autoris enucleatur. 351.
Quæ accidentia ſingulis adueniant ætatibus. Ibid. *& ſeqq.*
Antitheſeus expugnatus. 357.
Antitheſes variæ. 358. *& ſeqq.*
Expugnati Antitheſei ſapientiorum iudicia. 375.
Quos profana vicit ambitio, hos crudelis lacerat æmulatio. 379.
Sapientiæ ſuprema excipiunt altiſſima Poëſeos, & afflationum vaticinia. 381.
Vires an excedat naturæ, vaticinium. 382.
Quæ melancholia ſapientiæ conducat. 385.
Sapientiæ acumen furor excipit. 387.
De amore furenti. 388.
Furoris ſigna. 389.
Qui moriantur per ſapientiam & quo ſtatu. 392.
Quæſtionis concluſio & Plinij expoſitio: *Eſt morbus aliquis per ſapientiam mori.* 369.

CONSVLTATIO.

De cordis palpitatione. 398.

CONSVLTATIO.

De pulmonis & pectoris tuberculo. 402.
Cauſarum contemplatio ad Galeni & Hippocratis mentem. 405.
Signa incipientis tuberculi progreſſi, crudi & ſupparati. 406.
Tuberculi pulmonis variæ terminationes expenduntur, & euentus diuerſi. 407.
De lateris & pectoris tuberculo, ad differentiam tuberculi pulmonis. 409.
Auxilia ad varios tuberculi ſtatus per indicationes adinuentæ. 411.
Appen-

Appendix ad quæſtionem de minorandi ratione. 414.
Appendix ad quæſtionem de ſanguinis miſſione ex talo. 421.
Apologeticum in defenſionem ſanguinis miſſionis ex talo, in omni febre putrida, & affectibus partium ſuperarum, & recenter editæ rationes expenduntur. 422.
An à partu, aut menſibus ſuppreſſis, conueniat ob vrgentiam ſanguinis ex brachio mittere. 429.

DE POTIONVM VARIETATE.

De aquæ electione, vtilitatibus, & damnis. 435.
De vſu aquæ niueæ frigidæ. 437.
De gradibus frigidæ, in ſanis & ægrotis. 438.
De potu frigidæ in febribus. 440.

DE VINORVM HISTORIA.

De vini origine, vſu, & qualitatibus. 444.
De conſuetudine miſcendi aquam in poculis, illius vetuſtate, & vſu. 448.
De lege poculorum & vſu, brindis apud Germanos reciprocis. 449.
De temperantia & ſobrietate poculorum. 450.
De ebrietatis periculis, & legibus contra ebrietatem antiquorum. 452.
De vinis arte medicatis. 456.
De nectare Deorum & ambroſia. 457.
De vino hordei, zitum à Græcis dictum. 461.
De vino palmarum & loti. 462.
De cælia & ceria, potionibus Hiſpaniæ. 463.
De ceruiſia eiuſque antiquitate & vſu. 464.
De potionibus Hiſpaniæ. 465.
De vino pomorum Cantabriæ. 466.
De potionibus Indorum. 467.
De potione chocolatis. ibid.
De qualitatibus cacao. 468.
De aliorum ingredientium virtute. 470.
De menſura ingredientium chocolatis. 475.
An chocolate poſſit ad aperiendas obſtructiones propinari. 477.
An habeat rationem alimenti, an potus, & an ſoluat ieiunium. 483.
Quare vino non ſoluatur ieiunium & chocolate ſoluatur. 488.

APPENDIX.

Ad quæſtionem an ieiunium ſoluat. 491.
Auxiliorum chymicorum iudicium. 495.

DE PESTE HISPALENSI.

De origine huius peſtis: 503
De temporum conſtitutione præcedente. 508.
De cauſis huius peſtis. 510.
De ſignis quæ præceſſerunt. 515.
Quæ in hac cnnſtitutione obſeruauimus. 520.
De carbunculis & bubonibus. 524.
In quo hæc peſti Athenarum aſſimilatur. 528.
Quænam in peſte Athenarum acciderunt. 530.

Hic finitur Tribunal Medicum.

PARS SECVNDA.

Tribunal Magicum.

Zoroaſtis orario. fol. 3.

STATIO I.

Quæ naturalis Magia. 5.
Quæ diabolica. ibid.
An Magia à dæmone inuenta, & ſagarum opera. 6.
Vetuſtas magiam naturalem credidit diabolicam, aut è contra. 7.

STATIO II.

Signa & inſtrumenta Magiæ diabolicæ & veneficæ officinæ deſcriptio, & incantationis exempla. 9.
Dæmon opera naturalia mentitur, vt talia credantur. 10.

STATIO III.

De Magiæ arcanis ſecundum ſpecies diuerſas. 12.
De Magia naturali. ibid.
Magia medicinæ ex arcanis. ibid.
Magia artificialis quæ. 14.
Magia præſtigiatoria quæ. 15.

STATIO IV.

Magia cryſopoeia ſeu artifex auri. 16.
Metallorum ſpecifica eductio. 17.
Quantùm valeat ars in cryſopoeia. ibid.

STATIO V.

Magia diabolica. 19.
Magiæ diabolicæ ſpecies. 20.
Magia Artis notoriæ, & de pacto implicito & explicito. 21.
An in philtris ſit amandi neceſſitas. 22.
An in pulchritudine ſit Amoris neceſſitas. ibid.
Amoris ſigna inducti veneficio. 23.
Amoris vtriuſque differentia. 24.
De Amoris remedio. 25.

STATIO VI.

Catena aurea; de Amore Platonico. 25.
Amoris circulus & catena. 26.

An Amor terminetur in amante, an in amato. Ibid.
An Amor defectum præſupponat, & an cognitionem. 27.
Platonis fabulæ dioriſmus. 29.
De Amoris genealogia & origine. Ibid.
A quo principio oriatur corporis pulchritudo. 30.
De pulchritudine accidentium, orationis, & harmoniæ. 31.
Artificialis pulchritudo, qualis. 32.
Duplex animæ facies. 33.
Anima profert quod eminenter continet illuſtrata. Ibid.
Qualis ſit amoris finis. Ibid.

STATIO VII.

De Frigidis & Maleficiatis. 35.
De impotentia & feminis vitiis. Ibid.
De facultatis impotentia à virtute prolifica. 36.
De impotentia à vaſorum vitiis. 37.
Signa impotentiæ, quæ à vaſis contrahitur. 38.
De affectibus & coadiuuantibus impotentiam. 39.
Quæ ſint coadiuuantia impotentiam. Ib.
An ſenes ſenectutis ratione, reddantur impotentes. 40.
Coadiuuantium impotentiam argumentum proſequitur, & an à cerebro coadiuuetur impotentia. 41.
An à toto corpore impotentia. Ibid.
Phyſicę ligaturæ quæ impotentiam inducere creduntur. 42.
Naturalis impotentiæ examinatio. 43.
An naturalis frigiditas contractum dirimat matrimonium. 44.
De ſterilitate mulierum. 45.
Sterilitas cuinam conſorti adſcribenda. 46.
Quo tempore mulieres ſint concipiendo aptæ, & quæ ſteriles incurabiliter. 47.
An ſterilitas in fœmina diſſoluat matrimonium. 48.

STATIO VIII.

De Maleficiatis.

De impotentia inducta maleficio. 48.
An dæmon veneficæ ope inducat impotentiam. Ibid.
Quibus inſtrumentis ligamen maleficij inducatur. 49.
Ligaminis hiſtoriæ admirandę. Ibid.
Differentia expenditur, impotentiæ nariuæ & ligaminis. 50.
Ligaminis venefici curatio. 51.
An impotentia maleficio contracta dirimat matrimonium. Ibid.
An dæmon valeat virilia auferre. 53
An à dæmone filij producantur. 54.
De faſcinatione pauca, & præſtigio, & an detur illius ſignum pathognomicum. 54. & 55.
Inter faſcinum naturale & veneficum differentia. 55.

STATIO IX.

De inueſtigatione dæmonum inter veneficia & cauſas naturales. 55.
Huius differentiæ argumentum proſequitur. Ibid.

STATIO X. DE VENENIS.

An liceat de veneno iudicium proferre in iudicio. 58.
An venenum ſola malefica qualitate interficiat. 59.
An detur venenum ad tempus, & ſubitaneum. Ibid.
An detur venenum per odorem. 60.
De veneno externo. Ibid.
Venenorum ſigna indiuidualia. 62.
Veneni naturalis & venefici differentia. 63.
Veneni præſentanei & ad tempus differentia. 64.
Differentia ex parte inſtrumenti, aut veneficij. 65.
Hoc argumentum proſequitur tribus concluſionibus. 66.

STATIO XI.

An detur ratio differentiæ inter morbos naturales & veneficio inductos. Ibid.
Veneficij hiſtoriæ admirandæ. 68.
Harum argumentum proſequitur. 70.
Morborum exempla, quibus tribuitur venefica ſuſpitio. 71.
Hiſtoriis maleficorum notitia illuſtratur. 72.

STATIO XII.

De varia læſione, à variis maleficorum inſtrumentis. 73.
De inſtrumento imaginum. Ibid.
De maleficio ſagittario. Ibid.
De fatalium imaginum cultu & origine. 74.
An futura prædicere, & alieno loqui idiomate, ſit ſignum à dæmone obſeſſi. 75.
An animalia, intra corpus genita, ſint ſigna maleficij. 77.
Alia de maleficio ſuſpecta expenduntur. 78.
Sudor ſanguinis an purè naturalis. 79.
An ſanguis occiſi veniat ad occiſorem. Ibid.
An animalia à corpore excreta, ſint ſigna veneficij. Ibid.

STATIO

STATIO XIII.

Naturalis necromantiæ eutropeliæ, & veterum Philoſophorum experimenta, an ſuſpecta. 80.
Horum conſenſuum exempla expenduntur. 83.
De admirabili imaginationis efficacia. 88.
An characteres & imagines habeant operandi efficaciam ex ſe, aut virtute cæleſti. 91.

TRIBVNAL POLITICVM

LIB. I.

De Vtopia & Chao Vniuerſi. 99.
Quid Vtopia, & quibus conſeruetur. Ibid.
Quibus rebus Vtopia conſiſtat. 100.
Quid ſtabiliat & conſeruet Vtopiam. 102.
De exactione tributorum. 105.
An Principes promiſſis ſtare teneantur. 106.
De artibus priui amici Regis. 109.
De Vtopiæ ciuili diſciplina, ac animorum cultu. 110.
De neceſſitate temperantiæ. 111.
Quantum gloriæ æmulatio conducat ad Vtopiam. Ibid.
De vera & fucata Nobilitate. 113.
Quæ virtutes ad nobilitatem neceſſariæ. 116.
An paupertas ſplendorem Nobilitatis obſcuret, & illuſtrent diuitiæ. 119.
De monetæ mutatione. 120.
De callida forentium multitudine in ſimplicitatem populorum armatâ. ibid.
De inutili ſarcina Medicorum. 121.
Vtopiæ Romanæ facies per varios ſtatus, incipientis, florentis, & cadentis. 122.

LIBER II.

Chaos Vniuerſi vnde. 127.
De alio huius Chaos principio, ex publico errore. 127.
Cauſarum Chaos compendium. 132.

LIBER DE GENEROSA TOLERANTIA.

An Principes ferre debeant populum. 135.
Ad labores ferendos quale incitamentum nobilius. 136.
Ad non ferendum quare magis ira præcipitet. 138.
Ad meliùs ferendum magis generoſa tolerantia conducit. 139.
Quantum valor ad ferendum conducat. 141.
De duelli certamine; quando licitè ſuſcipiendum, & quando non. 142.

LIBER DE INGENVA LIBERTATE IN COMITIIS.

De duplici fortuna inſita & arte comparata. 167.
De arte meliùs conſultandi. 181.
Vltimò acceſſit Oratio Hiſpano idiomate: Si los Senores Reyes de Caſtilla tienen virtud, per derecho de ſu Real ſangre, de curar energumenos y lançar eſpiritus.

Hunc Indicem, amice Lector, poſcebant curioſi, quorum manibus teritur Tribunal noſtrum Medicum, Magicum, & Politicum typis Elzeuerianis, Lugduni Batauorum anno 1656. *prælo datum, in fol.*

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

VTi ex vngue leonem, ita *Tribunal Medicum* iudicare poſſumus ex *Illuſtrationibus & Obſeruationibus*; quibus Clariſſimus vir Gaspar Caldera de Heredia Philoſophus & Medicus Hiſpalenſis præfatum *Tribunal*, opus ſcilicet ſuum, quamuis & ingenio Auctoris ſatis illuſtre, & per Illuſtrium Virorum lectionem admodum celebre, tamen reuerà illuſtrat & quaſi nouâ celebritate promouet; quare eaſdem *Illuſtrationes & Obſeruationes Practicas cũ libro aureo de Facilè Parabilibus* cenſeo publicâ luce & ſedulâ lectione digniſſimas, & credo idem fore ſinceri ac candidi Lectoris Iudicium, quod eſt meum; nempe vtriuſque operis Auctorem eſſe & ſcientiâ & experientiâ Medicum, virum, inquam, Theoricum & verè Practicum. Datum Antuerpiæ 5. Aprilis 1663.

Ioannes de Capva
Canonicus Cath. Eccl. B. M. V.
Antuerp. lib. Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHilippvs, Dei gratia Hiſpaniarum, Indiarumque, &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne quis Gasparis Calderæ de Heredia Philoſophi & Medici Hiſpalenſis, *Tribunalis Medici Illuſtrationes & Obſeruationes Practicas cum libro aureo de Facilè Parabilibus*, citra Iacobi Mevrsi Typographi Antuerpienſis voluntatem vllo modo in Belgio intra decem annos proximos imprimat, aut alibi terrarum impreſſas in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaleſve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum, & pro ſingulis exemplaribus peregrinis huc illatis, triginta florenorum penſione mulctabitur: vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, die 11. Maij, M. DC. LXIII.

Signat

Loyens

LIBER PRIMVS ILLVSTRATIONVM.

PROLOGOMENON AD ILLVSTRATIONES,

QVÆ DESIDERANTVR IN NOSTRO MEDICO TRIBVNALI.

QVod ad meliùs curandum non conducit, ſophiſticum eſt, & ab artè alienum, dixit Galenus: quod in ſcholis tyrones inſtruantur, à logicis diſſertationibus, à vera philoſophia ad vltima medicinæ principia, nobiliora theoricæ præcepta, eſt ædificia ſuprà ſolida fundamenta ædificare: nam per hæc inſtruantur, & velut illuſtrantur nobilia ingenia in medicinæ principes, & principum rectores: ſed in deceptoriis captiunculis conſeneſcere & theoricis concertationibus totum intellectum mancipare, & à praxi ſaluti publicæ neceſſaria auertere, eſt præcipuo medicinæ officio deficere, & præmio medicinam defraudare; vidimus enim doctiſſimos, & ſuprà fidem nobiliſſimos viros, theorica emeritos, & diſſerendi ſolertia, plus conſequi admirationis quam fidei, hac apparenti philautia deceptos, totam medendi praxim deſeruiſſe: quia vnicus homo vtriq; miniſterio non ſufficit, ſed vnus hoc aut illud adimplere tenetur: & vtinam clarior intellectus vnico miniſterio ſufficiat; ideo nos (licèt ſerò & inæquali compenſatione,) reſtituimus quod olim ardore iuuentutis de praxi defraudauimus, qua fortè ratione Galenus nè tyronum iudicia prauis opinionibus imbuta, fortaſsè inutilibus, imbuerentur vtilia, & medendi miniſterio neceſſaria adducens, hanc protulit ſententiam: vt qui hanc neceſſitatem toties cum torno & cothurno verſauit: non damnauit Galenus theoricas quæſtiones, quæ praxim in medendi vſum non tantum commendant, ſed nobilitant, ſed quæ tempus pretioſum (quando ſemel elapſum compenſari non valet) ſine fructu conſumunt, & ſola nouitate ad ingenij oſtentationem, in theatrum producta potiùs quàm ad meliùs curandum commendantur.

Has illuſtrationes, prout nobis occaſiones ſuggerebant ſtudia, prout in praxi laboris offerebantur præmia: præmia dico vlterius diſcendi, decreuimus aſteriſco notare ſuprà illa quæ in noſtro Medico tribunali prelo illuſtriſſimo dedimus Lugduni Batauorum: nam neque omnia ſimul dum ſcribimus, ſub calamum venêre ſubitaria, ſed plura poſteà feliciori augurio ſolet offerre obſeruatio; quæ nunc recèns offerimus, conſultò noluı ad exemplaria aliorum ſcribere: hæc enim iam olim ſatis trita eſt ſemita: ſed noua exemplaria poſteris imitanda proponere.

ILLVSTRATIO I.

Ad curationem Rigoriferæ febris, quæ eſt prima ordine in noſtro Medico tribunali.

HÆc febris ab aliarum febrium ſphera non egreditur: illud enim habet cum aliis commune, vt ſit de putridarum ſorte, cùm pro cauſa ſortiatur vnum aut plures ex quatuor humoribus ſinceris, aut ſeorſim permixtis ſub aliqua fermentata putredine, maligna vſtione, empyreumate; illud tamen habet peculiare, vt illam perpetuus concomitetur rigor, maxime in augmentò, ſeu in febris ſtatu, fuſa aut liquata materia, putredine amplius fermentata, ſiue ad ſummum malignitate aucta; de varietate cauſarum ſatis ſuperque diximus;

mus, & de prognoſi rigoris ſelectiſſima: nunc medendi neceſſitas noſtram opem ſollicitat, & ſolertiam ab arcanis medicinæ implorat: quia hoc accidens rigoris vt auxilia ſuo loco & tempore applicentur, impedimento eſt: ne natura à pugna diſtrahatur, quando magis hoſtem ſubitò inuadenrem conatur ſuperare; eſt enim rigor partium concuſſio, ex perceptione rei moleſtæ, ab irritatâ naturâ concitata; ad quam ſequitur reciprocus calidi influentis motus, vt ſuffocationis periculum effugiat; hic duplex obſeruatur, in febre alius, & alrer ſine febre; putridum aut irritantem humorem primus ſequitur, qui in partes internas, & externas delatus, & concuſſionis moleſtæ eſt occaſio, & in febris etiam cauſam cedit; ſi verò illa humoris copia (quantumuis cacochymi) non eſt apta putredini, cōcuſſionem habet, (hinc inde mouetur) ſed non febrem. Huius eſſentia conſiſtit in illa concuſſione partium, qua muſculi ad cauſæ irritantis expulſionem commouentur: ſed ideo ad illam calidi influentis motus ſequitur, latione reciproca, quia ad cauſam dolorem inferentem ſpiritus natura ſine delectu mittit, auxilij ſollicita, & quando ſuffocationis ſpiritus periculo laborat intus, foras pellit, ne illius occaſione vita periclitetur; & illud, medio facultatum miniſtrantium operatur ſagax & prouida natura; primò ope loco-motiuæ & ſenſitiui gradus dum ſpiritus mouet: aſt illam perficit & complet actionem, naturalis expellens gradus vegetatiui.

Rigoris deſcriptio.

In quo rigoris eſſentia cōſiſtat.

De curatione huius febris.

Vt ergo recta inſtituatur huius febtis curatio, illud prius nos oportet exponere, per quas febrium differentias diuagari contingit: nam Galenus *libro Finitionis medicæ*, *fol.* 46. febrim ex cruditate horrificam aliquando fieri, poſteritati dixit: at vero in ptima tempeſtate, in Taſſo 1. *Epid. ſect.* 1. *text.* 23. ad confuſum hemitritæum febrem horrificam reduxit. Et 2. *de Criſibus* 9. vbi apertiùs huius ſigna proponit, has reduxit ad febres diuerſorum ſuccorum, ex inæquali multitudine productas: ſi non ex diuerſis humoribus in eodē aut in diuerſo foco profundiùs fermentata putredine putreſcentibus & confuſis; ſed 4. *Acut.* à prima ad quartam ſententiam, inter febres laſſitudinarias horrificas annumerat: cum areſactæ venæ ithores ad ſe traxerint, qui acerrimæ bilis naturam æmulatur. Has etiam Hippocrates ad malignas reduxit. 1. *Coac.* 2. & 1. *Epidem. ſect.* 2. tertia tempeſtare, ſub nomine Tritæophiæ febris, de quibus dixit, *Tritæophiæ febris rigores valde maligni, qui in medio febris curſu exacerbantur*, de quibus etiam Galenus, *his erant febres continuæ omnes, quæ non remittebantur, ſed tertiano circuitu excandeſcebant, cùm alterâ die leuiores, grauiores altera ſentirentur: erant febres omnium peſſimæ, manſuetiores per initia, in peius verſæ continuò: ſed criticis diebus maximè harum rigores inordinati erant, & erratici:* cauſa illarum erat multiplex, confuſa & diuerſa cacochymia, quæ vix vnius humoris naturam ſapiebat: vbi profunda fermentatur putredo, dum bilioſo incipit, & cænoſo craſſiori finitur, ex quibus etiam malignitas reſultat indicibilis, quod certè eſt in cauſa vt ab imparibus ad pares mutetur harum febrium exacerbatio, ſeu cum in alium degenerauit humor, periodus illum ſequitur in quem degenerauit & à primo mutatur, quod Galenus etiam adnotauit. 2. *Prorrhetic.* 8.

A paribus ad impares quare mutetur febris.

De rigoris & febris rigoriferæ eſſentia, cauſis, ſignis, exactiſſima prognoſi iam diximus in noſtro Medico tribunali, *parte* 1. *lib.* 1. de prognoſis fallacia in communi, *ſectione* 8. & *lib.* 2. de fallacia prognoſis in particulari, *ſtatione* 2. Nunc reſtat (quia deſideratur) ſecundum diuerſas febris ſpecies & rigoris varias differentias curationem inſtituere; dummodo attendas quod de febris rigoriferæ curatione, quando ad febrem ex cruditate reducitur, iam pleniſſimè egimus, *lib.* 3. *de Selectis Obſeruationibus*, *Obſeruatione* 1. *fol.* 186. ac de rigorifera, quando ad malignas reducitur, *Illuſtratione* 14. *agimus*: quare illa tantum febris medela nobis reſtat, quatenus hemitritæum, ſiue ſyncopalem humoroſam, ſeu febrem laſſitudinariam æmulatur, quæ eſt propriè rigorifera febtis.

Diuerſas febrium mixtiones Galenus & pleriq́ue neoterici docuerunt: dum vnaquæque febris (ſub illa adhuc confuſione) ſuam naruram ſeruat, vt dum tertiana cum quotidiana complicata confunditur, hæc & illa continua, ſiue illa continua cum hac intermittente: ſeu ad intermiſſionem hæc & illa perueniat; nec illud miri erit verſato in Galeni doctrina, & longa obſeruatione illuſtrato: ille enim 2. *de Criſibus* 9. tres ſimul tertianas permixtas & confuſas obſeruauit, & cum quotidiana tertianam & alias etiam mixtiones. Has complicationes vt plurimùm obſeruatas ab auctoribus legimus, dum vnuſquiſque humor ſub forma gentilitia putreſcit, vt periodum & typum ſeruet ſuæ naturæ debitum: quæ confuſio, licèt tenebras offundat intellectui,

Febrium mixtiones expenduntur.

ctui, ſcintillas tamen, ſuæ naturæ mittit, cuius febris idea dominatur: vt inde dignoſcatur: attamen alia obſeruatur obſcurior confuſio; quando nempe contrarij & diuerſi humores, ſimul confuſi computreſcunt, & in eodem foco vt ex illis vnicus tantum putris reſultet humor indicibilis, qui nec huius nec illius naturam ſapiat, ſed in peregrinam vertatur qualitatem quæ redolcat naturam omnium permiſtorum, ſed ad prædominantis imperium ſemper magis inclinat, idque tam vario modo in operando, vt qui dominabatur anteà, interdum ſileat, euaneſcat, aut fortè diſſipetur, & tranſeat dominium ad alium ſub illa mixtione fermentatum: veluti ſi biliosa portio diſſipetur, magis aucta putredine, aut intenſo feruore, & poſteà dominetur inquinata piruita, ſiue aduſta bilis millè modis fædata: quo in ſtatu, febris confuſionè obſeruamus rigore inæquali, & qui perenniter breuibus interuallis reuertitur; non tamen typum ſeruat, huius aut illius determinati ſucci: & per febris exacerbationes inæqualis, nullo typo, nec ordine ſeruato, vt ſi in vnius aſcenſu alius ſuperueniat, & antequam veniat ad ſtatum, rigor alterius præoccupet, & ſi fortè aliqua remiſſio obſeruatur (nam febrem omnino demittere eſt impoſſibile in tam fermentata & maligna putredine) velut à poſtliminio, alterius principium, reuertitur, vt in hoc confuſionis circulo miſer perenniter agitetur ægrotus, ſi non fortè contingit, vt virtute putredinis hi humores permixti vertantur in vnum indicibilem, vt dicebamus anteà, qui hanc rigoris confuſionem pariat, vt in maligna qualitate etiam obſeruamus, quæ nunc riget, nunc vrit, iam in frigidæ ſtuporem inducit, aut agitat in furias, alterat, putrefacit, corrumpit, ob illam qualitatem indicibilem, quæ has omnes actiones continet imminentur, virtute indiuiduationis huius venenoſi temperamenti, quas profert, ſeu ad paſſi aptitudinem, ſiue diffuſionem ad muſculos externos, ſiue ob acrimoniam, cuius pars quæ laceſſitur eſt impatiens, & ideo concutitur.

Maligna qualitatis actiones, quam variæ.

Quare in hac febre tam varia & diuerſa accidentia.

Ac ideo videmus, à prædominio, dominantis humoris, acrioris putredinis ſiue malignitatis accidentia diuerſa pullulare: vt dominante feruore ſeu in exceſſu bilis in hac ſorte putredinis ſitim intenſiorem & rigorem valdè concutientem concitari: & malignitate dominante cum valido rigore aliſmum vt ægrotum nullibi quieſcere permittat, & ſimilia; ſi vero hæc putredo deferueat, ſiue ad cruditates & pituitam tranſeat defædatam, frigus longè magis extenditur, horripilationes loco rigoris accidunt, & pulſus tardiores redduntur, & neque ſitis vrget, ſed acceſſio horrore inæquali longè magis extenditur, & ferè non demittit: & hæc eſt ratio differentiæ inter horrificam febrem & ſemitertianam, in hac enim, quia in foco diuerſo humores computreſcunt, typum & accidentia diuerſa vnicuique humori gentiliria certis & ſtatutis temporibus ægrotum agitant & conturbant, ſecundum anticipationem aut poſtpoſitionem multitudinis aut irritationis illius qui putreſcit humoris ad idæam ſuæ naturæ debitam; at verò in horrifica febre horrores & accidentia ſequuntur tantum humoris prædominium, ſed ordine confuſo, non ſtatuto ordine, quoniam in illa potius ſequuntur putredinis naturam, ſiue malignitatem, quam humoris motum gentilitium ſub illa mixtione confuſa, ex morboſo corporis apparatu: & inde fortè Galenus: 2. *de criſibus* 9. diſtinctionem nouit inter tertianas ſe ipſas conſequentes, licèt valdè confuſas; quia vnaquæque typum peculiarem ſequebatur ſuæ naturæ debitum; & quando 2. *de differ. febrin.* 7. *&* 8. in verò hemitritæo, ex tertiana intermittente & quotidiana continua, vtriuſque agnouit differentiam, hanc eduxit non ex diuerſitate tantum accidentium, ſed quia alia ſequebantur, focum & mineram diuerſam vbi putredini miſcebantur, quæ peculiari energia foci læſionem oſtentabant, ventriculi nempè, hepatis, fortaſſe meſenterij; quod licet ſit aliis febribus commune, eſt tamen ſub certo & determinato ordine ſuo, loco & tempore, quod horrificis non accidit: ſic legimus in 2. de Criſibus *Inuadebat febris aliqua horrida ſimul atque omnino inæqualis in pulſibus, atque in eo quod per totum corpus ſentitur calor, ut ſæpè propè ſtatum eſſe exiſtimetur, vel medium augmenti obtinere, rurſus verò horrida fiat & pulſus minores, obſcurioreſque & tardiores habeat: & calorem, quidem ab extremis partibus recedentem, circa verò ventrem & thoracem redundantem; hanc non abſque ratione quiſpiam, hemitritæum, id eſt ſemitertianam fore ſperabit, vel potius iam eſſe, à multis vero in tertia die dignoſcitur.*

Ratio differentiæ inter horrificam febrem & hemitritæum.

In hoc tamen, horrifica ita ſemitertianam æmulatur, vt nulla fere ratio differentiæ, neque lyncæis oculis appareat, quantumuis à maligno corporis apparatu concitetur, & licet in eodem foco humores diuerſi computreſcant, & ad prædominium putreſcentis concitentur hor-

tores & rigores; nam ſi Hippocratem conſulimus, ſic horrificam peſtilentem deſcripſiſſe videbimus, *Infeſtabant illos, inquit, pleroſque febres horrificæ, acutæ, non intermittentes, modus erat ſemitertianus, vno die leuius, altero grauius inuadens, in ſumma acutiùs in dies inuadebant*, (quando nempe, tota febris duratione, horrores incerti illam comitabantur) hic Hippocrates febrem peſtilentem & malignam deſcripſit prout in illa conſtitutione inuadebat ad ſemitertianæ ſimilitudinem, dum ad prædominium putreſcentis humoris rigorem & typum concitabat: attamen ex alio principio, dum nempe ad corporis ambitum à venis, per poros expirabant fuligines malignæ, & exacerbationes confuſas producebant, prout aucta putredo nouo accendebatur, ſiue deferbuiſſet, vt interim pugna redintegrata in modum nouæ acceſſionis intenderetur, in quo ſemitertianæ: ſſimilatur. vt Hippocrates dixit.

1 Epid. ſect. 1. tex. 23 & ſect. 2. 25.

Obiectio ad hanc doctrinam.

Dices fortaſſe, ſi duplex tertiana legitima aut notha ex pituitoſo, bilioſo, aut melancholico ſucco in eodem foco pariter putreſcentibus, & ab eadem cauſa & ſimili putredine, oritur vti febris horrifica deſcripta ab Hippocrate. nulla videtur poſſe ratio differentiæ aſſignari, inter illam & iſtam. Reſpondeo, quod adhuc dato quod hæc & illa à contrariis humoribus in eodem foco putreſcentibus accendatur; (quod non ſemper poteſt vlla probabili ratione demonſtrari) non ſequitur quod ſic eadem febris, imò longe diuerſa, quarum ratio differentiæ in hoc conſiſtit: quòd duplex aut triplex tertiana, quæ cum rigore incipit, certas ac determinatas inuaſiones habeat, ad quas ſequitur neceſſariò certa & determinata declinatio, vt etiam accidit in vero hemitritæo, ſuo loco & tempore in circulo anticipationis aut poſtpoſitionis, dum in augmento & ſtatu calor ad externa expanditur & cum eo fuligines malignæ, & pulſus dilatatur cum quadam vehementia, ac in declinatione tepeſcit ille calor, & ad pedes deſcendit, quando pulſus celeriùs remittitur, quia pars commoti humoris in acceſſione diſſipatur: ideo nec in ſtatu nec declinatione horror, neque rigor inuadit, ſed tantum in principio cum reciproco motu, & calor, & humor mouetur intus foras, vſque ad inſultum, nouo aduenientis acceſſionis; & hoc perenniter in tertiana extenſa, aut breui, obſeruatur, vſque ad humor ad focum & mineram putredinis compulſus in cinerem vertatur, aut prorſus euaneſcat, ex cuius cinere, empyreuma in cæteris. qui nondum putruerunt, accendatur. Et ſi quæras, quare determinato ordine illi rigores accidunt: reſpondemus quia periodus ſequitur humoris naturam, & idæam, in quantum hæc communis putredo cum ipſa firma humoris compatitur quæ eſt cauſa periodi lationis determinatæ, de tertio in tertium in bili, & ſemel in die in pituita, & in melancholia in quarto; & non tantum quia per hæc & illa ſpatia putreſcit & congeritur, vt voluit Galenus. At verò in horrifica febre, ideo determinatum tempus non obſeruatur, quo aut rigor incipiat aut finiatur febris, ſed per totam febris conſtitutionem alternentur rigores (quæ ſemper eſt continua, intra venas humore putreſcente) nullo febris leuamine, quia in hac maligna fermentata & profunda putredine mutatur humoris forma in aliam naturam, humoris indicibilis, qui neque bilem, pituitam, neque melancholiam æmulatus: ideo inordinati rigores certas ac determinatas inuaſiones non ſeruant, ſed quando magis malignitas intenditur, rigores inordinati accidunt & miſerè laceſſunt; quoniam à fuliginibus maligna qualitate inſignitis, quæ per venarum poros expirant, ad ambitum tranſmiſſi, aut expulſi ſub ordine confuſo & non determinato, concitantur: quando nempe ab illis natura irritata expulſioni gliſcit, & quadam veluti turgentia commouetur; hinc etiam alia elicitur ratio differentiæ, quod in notha tertiana nec corpus contabeſcit, neque vires ita citò labuntur, veluti in horrifica febre, quoniam in iſta, ſeu ob malignitatem ſeu ob perennitatem patiendi, ſeu tandem ob alterationis & recurſus caloris intus foras, dum ſuffocationis calor periculo laborat, natura defatigatur: quæ aliis in febribus intermiſſionis tempore inſtauratur ab eo quod in acceſſione diſſipatur: & tandem quod in febre horrifica, omnia accidentia terrifica incurſant in principio, quod aliam à communi putredine maligniorem arguit, quæ in notha tertiana & ſemitertiana veniunt in ſtatu: dum ab initio debilia incipiunt.

Hinc ſi non facilè ſaltem non difficulter inter horrificam febrem & ſemitertianam aliqua ratio differentiæ innoteſcit: ne inter ſe duæ iſtæ febres confundantur, vt inter auctores vt plurimum contingit: nam vera ſemitertina & legitima hemitritæos, quia participat de vtroque humore, bilioſo nempe, crudoque pituitoſo, in foco diuerſo putreſcentibus, vterque humor ſua affert ſingularia accidentia

de hemitritæo eſt lib. 2. de Criſibus.

cidentia ad portionem ſuam : nam bilis incipit cum rigore, pro ſua etiam acrimoniæ vice,& ſi non contemperatur à pituita,excretiones mouet, & tertio quoque die fortiùs excandeſcit, gentilitiis etiam accidentibus, nempe ſiti, aliſmo, linguæ ſiccitate & nigredine, & aliquando cum ſudore declinat : at verò in die intermedio quotidianæ accidentia ſuæ naturæ maiorem fidem faciunt cum lento & protracto horrore, & tardiori pulſu, longè protenſa acceſſione non ita exurente,quæ interdum tertianæ circuitum præoccupat; vt vtraque acceſſio coincidat, & in eodem die, cum è veſtigio typus quotidianæ incipit, ita confuſo ordine, vt vix queas diſcernere, an ſit vna reduplicata febris, an acceſſiones diuerſorum humorum; ſi hoc accidentia cuiuſque gentilitia non diſtinxerint; nam hæc reduplicatio per plures dies durat, & augmento fortiùs ad ſtatum ſub fatali circuitu, ſæpe valde confuſo; ſed interdum huius aut illius accidentia magis præualent, prout de hoc aut illo humore quantitas cumulatur, aut maiorem aut minorem contrahit acrimoniam, aut putredinem in minera putredinis aut perenniter etiam generatur; ideo interdum contemperatur ſitis crudorum abundantiâ, aliquando intenditur ſub bilis aut putredinis præualentia, & lingua exareſcit, bilis vomitus & alia quæ illius acrimoniam conteſtantur : nam bilis interdum vſtione redditur vitellina, & pituitæ permixtione etiam aliquando, vtraque per putredinem; quo etiam acceſſiones protrahit longiores, & à legitima ad ſpuriam vertitur : quod etiam, accidere notauimus, ſi pituita aliam vſtionem ſortiatur, & craſſeſcat vlterius, quod in ſpuria quotidiana accidit : ex quarum mixtione febris & redditur deterior, & amplius alternatis horroribus laceſſit & ſymptomatis grauioribus ægros cumulat, ſed quod ſuprà illa noſtra etiam addidit obſeruatio, eſt, quod illam, in hecticam & tabem vidimus tranſiiſſe, febris perennitate, & obſtructione profundiùs graſſante, amplius fermentata putredine; cuius calor ferro candenti ſimilis non tantum roridam, ſed ſolidam partium ſubſtantiam depopulatur; quo etiam colliquari contingit, ſi non anteà perenni horroris & rigoris ſubita alteratione ſyncopes aut deliquium ſuperueniat, ab exolutione facultatum & animalis maximè : ſi non etiam ab altiùs radicata intemperie, ſtomacho, hepate, aut in cordis ſubſtantiâ inductâ; à corruptis vaporibus ſeu vrenti calore, à quibus etiam vidimus in

Noſtra obſeruatio in hac febre.

phrenitidam & letargicas affectiones incidiſſe, continuò ad cerebrum elatis : febre maximè iam longius progreſſa, abſque eo quod præcederent καταφορικα, ſeu vehementia ſigna. Vidimus etiam parotides ita ſilenter, ſub aures aduenire,nullis præcedentibus ſignis, vt fractis iam viribus eſſent vltimæ calamitatis ſigna; hæc obſeruauimus & ſigna & ſymptomata in vero hemitritæo, ſub hac varietate manifeſtè confuſa.

Febris horrificæ ſigna peculiaria.

Nunc reſtat febris horrificæ ſingularem differentiam inſtituere, quæ partim eſt petenda ab ipſa febris conditione, occulta fraudulētia & partim ab Hippocratis ſignis; nam ſimpliciter horrifica à ſuccorum diuerſitate in eodem foco putreſcente fouetur, vbi maligna fermentatur putredo, & ad ſucci præualentis portionem, iam horror, iam calor alternatim, & viciſſim in circulo deferunt accidentia : & ita terrifica interdum vt febris intentionem ſuperent, ob illam ſingularem energiam, quæ de certa malignitate arguit; hæc omnia apparent in principio, & adeo intenſa, ac ſi foret in morbo iam progreſſo, & ad ſeptimam fere diem extenduntur, cum tam manifeſta imbecillitat efacultatum nobilium vt ratio illorum penitus reddi nequeat : & prædicti rigores aut horrores, & febris inæqualitas aliquando neque valde intenſa, nec vrina mutata; ſed intra breue tempus notabili ſtrage facultatum & maximè vitalis, cùm omnia ſymptomata magnitudine ſuperant febris intentionem. At verò in vero hemitritæo, omnia leuiora incipiunt & quo magis ad ſtatum accedunt, intenduntur,& grauiora fiunt, & vrina in illo (vt in cæteris putridis) diù permanet cruda & inæqualis cum crudo ſedimento, interdum farinatio; quod ſi bilis præualet abundantiâ, vrina flaua, craſſa & perturbata redditur : & neque per longam patientiam vires ita promptè deficiunt, neque corporis habitus ita breui extenuatur, alta conſumptione, & maximè dum pituita præualet, & crudorum congeries : tunc enim extremorum frigus leuis horripilatio rigorem ſuperat, & acceſſio iam longiùs protracta, nouo aduenientem conſequitur : aliter, ac cùm bilis amara dominatur, exuſta aut valde malignè fermentatâ : nam tunc humores & carnes colliquantur, & rigores maximè intenduntur, & febris inualeſcit quotidie acrior & intenſior, & quando leuatio ſperabatur, aut ſequitur delirium, aut καταφορα quæ fere vllo auxilio ſuperari non valent, ad quæ ſequuntur, vitellinæ bilis vomitus & de-

Horrificæ malignæ ſigna.

Hemitritæi ſigna ſpecialia.

1. Epid. iectiones ſimiles, vt vxori Theotimi; quæ omnia valde incertam prognoſim reddiderunt, ſi non plane funeſtam; hæc legimus in Hippocratis ſignis; *In primu tēpeſtate, in Thaſſo* (inquit) *infeſtabant illos* 1 Epid. ſect. 1. tex. 24. *plerúſque hac incommoda, febres horrificæ, continuæ, acutæ, omnino non intermittentes; modus erat ſemitertianus, vno die leuiores, altero grauiùs eterum inuadentes; in ſumma indies acriores euadebant.* Et text. 24. *Sudabant ſemper quidem, ſed non toto corpore, multùm extremitates frigebant, vt vix calorem reciperent*, & Galenus in comment. *Per aſcenſum & incrementum acceſſionis horruiſſe diutiſſimè ægros, ne tantum in principio, ſed per totam acceſſionem: quod fit bifariam, modo cum reduplicationes faciat, intenſio, modo hoc ipſum ſolum inæqualem ſcilicet aſcenſum*; de hac etiam fe- 1. Epid. ſect. 2. bre eſt Hippocratis mentio, dum inæqualem temporis conſtitutionem enarrat; *Nam ab hac*, inquit, *ab initio ſtatim febris acuta, eos corripiebat, à qua parum ſuper rigebant, grauiter angebantur, ſitibundi, faſtidioſi delitabant, madentes, extremitates frigidæ: acceſſiones diebus paribus erant.* Hæc ſunt ſigna per capita digeſta & horrificæ febris & veri hemitritæi, quæ licet valde ſimilia, à diuerſis principiis oriuntur: in hac nempe à diuerſis humoribus & diuerſo in foco putreſcentibus, in illa, à confuſis, ſed ab eadem minera, & ſub vna putredine maligna.

Horrificæ & hemitritææ febris corollarium.

EX prædictis hæc valde neceſſaria elicies. *Primò*, quod dupliciter, in hac aut illa febre humores permiſcentur: & putreſcunt, vel ad vnam formam reductis, vel confuſis & permixtis, vt placuit Sic indicat Arnaldus. Sauanarolæ; *Secundò*, quòd ſit duplex tertiana aut triplex, ſeu quia ex duplici humore vitioſo in duplici minera computreſcat, vt iudicat Galenus, ſeu quia in tanta copia vt naturam compellat ſingulis diebus acceſſionem facere; ſeu quando flaua bilis ſuam acceſſionem concitat, pituita diuerſam, & in ſecunda die, ſeu ex melancholiæ mixtione, in quarto correſpondet: quare illa mixtio vtcumque ſit; ſi Auicennæ credimus, ad vnam Fen. 14. tract. 2. cap 35. formam debet reduci, vtriuſque naturam referentem, ſed ſub hac differentia, ait, in duplici tertiana vtraque acceſſione ſimilia concitentur accidentia: in duabus verò tertianis diuerſa: *Tertiò*, an à bile cerulea & æruginoſa concitetur acceſſio: nam illud Serapio iudicat impoſſibile, quia antequam computreſcat pro acceſſione concitanda propria irritatione foras pellitur per aluum, aut per vomitum, Contrarium tenet Sauanarola. *Rubricâ 3. de febre colerica & eſt Hip. 2. de morbis 32. &* 149. Auenzoar *lib. 3. cap. 6.* Auerrois 4. *collig.* 28. Galeni 22. *meth. vltim. 5. aph. 1. libro de arrabile*, Auicennæ *fen.* 13. *tractat. 5. cap. 8. ſalis in affectibus particularibus. Quartò*, mutari acceſſiones accidit, ſeu humoribus in aliam & peregrinam naturam verſis, ſeu excrementorum ſubſtantiis mutatis, ſeu fluxionibus ad contrariam naturam permutatis; nempe, ad tenuem vel craſſam. *Quintò*, contingit hanc febrem fieri diuturnam, (ſicut & omnes aliæ) ſeu ex obſtructionibus quæ auxiliis ſuperari non valent: vt quæ putredinem perenniter conſeruant: ſeu habituali intemperie in membris derelicta, ex qua praua congeruntur excrementa, quæ febri cauſam præſtant perennem; humorum viſciditas, & viarum anguſtia: virium imbecillitas dum coquere non valet, ventriculi cruditas in prima regione, aut pancreis congeſta, bilis perennitas in iecore producta: melancholiæ ſuperfluitas & craſſior impuritas à liene obſtructo, vel debili, non bene expurgata. *Sextò*, inter ſigna morbi futuri diuturni, pulſus durities numeratur, ſi à quinta acceſſione talis vlte- *Morbi diuturnitas vnde, & huius febris ad vnguem explanata.* rius perſiſtit: ac ideo, ſi pulſus meliores apparere incipiunt, eſt ſignum quòd iam coctio incipit; patet ex Galeni ſententia, qui 9. meth. 5. coctionem docuit auſpicari ex pulſibus. *Septimò*, vrina flaua in bilis vſtione eſt cruda: in bile flaua, & pituitæ permixtione, ſufficit bonus vrinæ color, vt arguat principium coctionis: ſi varij & diuerſi coloris in vrina in diuerſis diebus, varia quoque eſſe humorum receptacula indicat, & putreſcere in diuerſa minera; vt hodie remiſſa, mane craſſa. *Octauò*, ſi ex duobus humoribus ad vnam formam reductis & in eadem minera putreſcentibus febris oritur, huius & alterius diei ſunt pene ſimilia accidentia: ſi in foco & minera diuerſa erunt longè diuerſa à diuerſis humoribus: & acceſſiones repetunt, horis longè diuerſis, & diſſimilibus plane accidentibus, veluti; cum ſomno in hac acceſſione, & in illa quæ ſequitur cum mærore. *Nonò*, membra intemperata & obſtructa noſcuntur, ex pedum & oculorum tumore, viſcerum duritiæ cruditatum congerie, & crudiori ſanguine; in his aperientia indicantur, poſtea roborantia; *Decimò*, dixit Auenzoar, Febris ex bile proxima *Febris à bile æruginoſa & eius ſigna.* & æruginoſa affert longè fraudulenta accidentia; pulſus eſt illi durus, paruus, diuerſus,

diuerſus, hypoſtaſis nigra, quæ ſi pendet in medio, moritur in breui, & ſi in fundo citius, maximè ſi in die critica incipit apparere cum vrina nigra: *Vndecimò*, hæc febris ſingulis diebus repetit maximè propè noctem, quando ad extrema vaſorum, prope os ventriculi humorem tranſmittit, quod accidit etiam in vero hemitritæo & in ſyncopali humoroſa, quæ fiunt ex craſſo humore, congelatione, aut denſatione commixto tenui bilioſo, aut excrementitio, & putredo, & fluxili, ideò deterior cùm in acceſſione accenditur, quia funditur & liquatur illa praua permixtio, & nec totus tranſmittitur, nec accenditur, ſed per partes, priùs tenuis mox craſſus, quando à tenui liquatur; ex quo imminet caloris ſuffocatio, maximè partis illius ad quam humor decubuit, ideo eſt ferè ſemper continua, quia concurrunt & humoris craſſities, fuſio & liquatio, virium imbecillitas & viarum anguſtia. *Duodecimò*, æger calore non vrgetur, imò caret calore & ſiti præmitur: & à potu læditur, præcordia inflantur, quia viget putredo in venis circa cor, (& hoc conſulo aſteriſco notetur) videntur febre carere, & tamen læditur reſpiratio: ſudor apparet circa frontem, ob oppreſſionem inſtrumentorum, nempe ſepti tranſuerſi, & pulmonum. *Decimotertiò*. Illud eſt in hac febre ſignum patognomicum, nec augmentum, nec ſtatum, nec declinationem æqualiter procedere, rigoribus interpolatè confuſis: pulſus inæqualitas, magis fuſa materia obſeruatur: fine malignitate reduplicata magis circa ſtatum. *Decimoquartò*. In augmento ſuffocationis, caloris magis vrget periculum, antequam recaleſcat. *Decimoquintò*. Huius febris periculum à tertiana ſumitur, non quod magis periculoſa, ſed quòd grauiora adferat accidentia, dum pituitam grauiori putredine fermentat: nam vnuſquiſque humor dat quod deterius habet, & abſcondit quod melius. *Decimoſextò*. Hæc febris vt plurimum neruoſa lædit, dum per [illegible] ad cerebrum epigineſi, ſerpit, ſeu aſcendit [illegible]: vnde venit pareleſis; corporis & mentis ſtupores: & hoc indicat, ſeu vrina perturbata & craſſa: & aliquando & tenuis & cruda. *Decimoſeptimò*. Preſagium eſt ſepe lęthalis febris vt Hip. dixit, & quando periculum ſuperare videtur, in tabem tranſit, vt dixit Auicenna, & Galenus 1. *Aph.* 12. & Paulus *lib.* 2. *cap.* 34. mediam inter typhodem & ardentem dixit.

Nota quādo à potu læditur.

1. Aph. ſol. 3. 23. & ſol. 1 tom. 3. fen. l. 4. tract. 4. c. 17.

Huius, & illius febris regularis & exacta curatio.

IN hoc conueniunt & hæc & illa febris, at eiſdem pene auxiliis mederi optant, ſed pari difficultate, inter contrarias indicationes artis excellentiam, artificis ſolertiam operari permittunt: nihil eſt enim in arte difficilius, nihil æquè artificis excellentiam deſiderat, quàm inter contrarias indicationes ſecurius eligere, quod vni proſit alteri non noceat: *in his* dixit Galenus, *Deſidero ego Medicum prudentem & valdè exercitatum*: pleraque enim non ex parte artificis neque artis deficiunt, ſed impoſſibilitatis, ſeu morbi, ſeu virium reſpectu, quæ non permittunt aliter operari: nam interdum ita contraria æquè vrgent, vt alterum ſine alterius iactura auxilium non ferat: attamen *ſi illa leuior ſit*, dixit Galenus, *hanc potiùs eligendam cenſeo, quam vt homo pereat*: non aggrediuntur enim difficilia ſine magno periculo, & adhuc extrema, per extrema diſcrimina, & licet temeraria: aliter enim nihil magnum efficies: quod ſi nec inde votis ceſſerit, nihilominus bene conſultum eſt, ſuperauit, enim fortuna conſilium: eſt enim viri prudentis dignum, ſi quod optimum conſequi non valet, minus malum eligere: in hoc enim ſtatu; *Dimidium eſt plus toto*, vt eſt in prouerbio.

9 Meth. vltimo.

In contrariis indicationibus quomodo operandū.

Quare ſi febrem ex hypotheſi ſuſcipimus curandam, (ſeu horrificam dixeris, ſiue hemitritæam) in hac & illa febris cauſas inter ſe pugnantes & contrarias expendere oportet: ex quibus neceſſariò contraria accidentia pullulare videmus: nam in hemitritæo tertiana ex bile putrefacta conſeruatur, vt à cauſa antecedente & coniuncta, & illa vitellina aut pallida, quotidiana, continua, aut intermittens, à pituita ſeu ſuccorum congerie crudorum, mille modis fœdata: hinc affectus contrarij, vti & accidentia, quæ cauſas ſequuntur, veluti vmbra corpus: nam bilis accidentia frigiditati contraria producit: crudorum congeries ſibi cōſocialia: ex illa nempe ſitis faſtidium, delirium, aliſmus implacidus, inordinatus rigor: ex iſta mentis torpor, & corporis ſegnities, extremorum frigiditas, frequens horripilatio &c. & in vtroque caſu cauſam priùs illidere oportet, vtpote qua detracta & affectus medetur, & mitteſcunt etiam accidentia, quæ ab illa fouentur: ſed inter cauſas nec illud eſt inferius diſcernere, quæ ſit cauſa alterius: nam ſi vna ab alia fouetur, illa quæ fouet

Cōtrariarum indicationum, æquilibratio.

Quæ accidentia cuique humori correſpōdeant.

Cauſarū contemplatio quæ prius auferenda & quæ maior vrgentia

uet aliam eſt priùs auferenda, ne influat in illam: ac deinde quæ in genere cauſalitatis magis vrgeat, quoniam illa citiùs periculum minatur, ideo quæ in meritis ſuperat, primam attentionem petit, vt ante aliam & illæ medeatur, altera non neglecta: bene poterit etiam euenire, vt affectus intentio & magnitudo pot ſſimam indicationem ad ſe trahat: vt etiam grauia accidentia, quod in hoc caſu rariſſimè contingit: nos tamen perſæpe obſeruauimus aliam complicationem, quæ omnes alias & in meritis ſuperat, & alias obſcurat, dum nempe virium imbecillitas & maximè vitalis, mihi magnitudini æqualia auxilia ferre nequit: hæc enim aut Medici ſolertiam illudit, aut miraculum à natura expectat, nec illud prætereundum duxi, ſi accidentia ad ſummum iam affectum intendunt, & cauſam in indicando ſuperant: hæc enim primò ad ſe curationem trahunt, quia morbum principalem intendunt, licet leuiora videantur, ex illis enim periculum augetur, veluti peruigilium, cataphoricum accidens, ſitis incompeſcibilis, quæ minatur ſingultum, velut profuſa diarrhæa: huic enim priùs occurrendum, & neceſſitas petit & commendat prudentia, quæ omnia clauduntur ſub illa generali ſententia, quam Galenus in primo ad Glauconē eduxit, de naturæ arcanis: *ſemper ferè vrgentiori ſuccurrendum, vtcunque methodus præuertatur*, attamen altero non neglecto, quantum caſus permittat, imò quantum illius valeat indicatio experientes: & magis certè vrget, quod citiùs periculum minatur; quod nos certè intelligimus priùs eſſe vrgentiori ſuccurrendum, donec ſæuitia mitēſcat: ſed in hac complicatione ex hypotheſi, non mixtis, ſed propriis cuinſque auxiliis æqualibus, vbi in diuerſa humores computreſcunt: vbi verò in eadem minera, & ad vnam formam reducti, iis mixtis auxiliis medeantur oportet, quæ reſpiciant cauſæ diuerſitatem & contrarietatem.

Accidentium vrgentia quando ad ſe attentionē trahit.

Ad propriis, ac mixtis auxiliis, curandum.

His ergo de contrariis, inter cauſas affectus & ſymptomata breuiter prælibatis: priùs impedientia deponere oportet, quæ fortè ſunt cauſæ aliarum cauſarum: ſaltem ſine qua non poſſint aliæ indicationes adimpleri, vti cruditas in prima regione adſeruata; ſiue vniuerſalis pororum ambitus conſtipatio: hoc & illud Galenus, ſolita ſolertia, commendauit in *libro de ſang. miſſione* 8. *meth.* & 4. *de ſanit. tuenda*: & aliis in locis non omiſit, priùs conſiderans an cruditates ſanguinis ſeu bilis quantitatem ſuperent, & vt etiam 12. *meth.* an illæ cumulentur circa venas ventriculi, vt inde illius obrui aut ſuffocari periclitetur calor; ideo apud noſtros eſt in frequenti vſu, ſi in prima regione commorantur, illas priùs deponere, acriori clyſtere & ſæpe repetito, (ſi hoc petit neceſſitas) ex hydromelle, oleo camomillæ catholico, benedictâ aut hierâ & ſale, donec deponatur: ſi verò inſtet pororum conſtipatio & ea leuis ſit, eſt ephracticis priùs aperienda: niſi illam peperit ſuccorum abundantia in venis cumulata, quoniam tunc eſt illa per venas deponenda: in Iudicio tamen exuperantis præſumptæ cruditatis, latet magna fallacia: nam illa pulſus obſcuritas & crebitas, quæ ſuffocantem multitudinem arguit, poteſt pariter arguere ſuccorum putridorum congeriem intra venas, circumcirca ventriculi, ac exuberantem cruditatem, in prima regione, & illius etiam cauitate: vt & vrina cruda colore & ſubſtantia, quæ aquam æmulatur: vt etiam arguit altam obſtructionem: quæ omnia æqua lance expendere oportet: ne confundas auxilia cuique peculiaria.

De impedientibus ſang. miſſionem.

Fallacia expēdatur.

In accidentium vrgentia, nullum in principio morbi ita vrgere reor, quin priùs cauſa ſui ablationem petat, (ſi excipias malignam fraudulentiam) cum ab illa accidentis intentio & perennitas, maximè foueatur: dum in hac febre & feruor intus alitur, & amplius fermentatur putredo ab illa multitudine, quæ prohibitam fouet ventilationem & obſtructionem continentem conſeruat: ideo niſi citiſſime de illa auferatur, non dubito indies febrem maligniorem reddi, & ferè deſperatam; ideò ſi in hac febre ſanguinem à principio non mittas, & adaugetur feruor, malignitas intenditur, crudior morbus redditur, præ illa multitudine, quæ coctionem impedit, & retardat, quo in ſtatu, dato quod ſit periculum in vtroque extremo, timiditatis nempe aut audaciæ: in audacia periclitari & ratio excuſat, & ipſa periculi vrgentia, quare illa quæ in venis ſeruet cauſa: ſeu ex humore mixto: ſeu ex diuerſis fermentata putredine in eodem aut diuerſo foco: protinus ad ſanguinis miſſionem confugiendum arbitror (depoſita primæ regionis cruditate) iis in conſiderationem adhibitis, quæ in noſtra quæſtione de ſanguinis miſſione ex tabo adnotauimus, excipiendo ab illa ſanguinis miſſione ſenes, & maximè inualidos, ſanguinis & virium defectu, vt etiam puerulos, in quibus non præſumitur in meſaræi venis in melancholicæ impuritatis

In principio ſemper magis vrget cauſa.

Sāg. miſſio quare ſine mora celeranda.

ritatis cumulatio: quoniam vbi præſt, melancholici temperamenti occaſione, (vbi maior melancholicæ fæculentiæ quantitas cumulatur) maximè vſui futurum reor, ſanguinis miſſionem ex talo imperare, ſemel aut bis,ſi vires ſupereſſe videantur: & ſi amplius adhuc vrget neceſſitas, & ſui ablationem indicat multitudo, quæ feruet intra venas maiores,ex brachio auferre prudentia commendat: ſi non anteà viſum ſit hæmorrhæidalibus ſanguiſugas apponere, quod erit & maximi momenti, & præſentaneum auxilium in hac neceſſitate: ea ſola tatione (vt dicebamus anteà) quòd illam fæculentiam melancholicam deponunt, per oſcula venarum conſocialium cum venis meſenterij; quia à corde & capite reuellunt fluxurum & fluentem (præcautio eſt ſanè ſpectatæ prudentiæ)quantumuis nulla anteà præſſent hæmorrhoides: nam illa indicatio non tantum præſtatur ab eo quod nunc vrget, ſed ab eo quod futurum timetur; quo certè non poſſum non mirari viros aliquos doctos, qui hanc exclamant hæreſim, nouitate recenter introductam, in hominum perniciem,nempè in febribus ſanguinis miſſionem ex talo imperare, illa ſola apparenti ratione deluſi, quod citiùs periculo occurrimus ſang.miſſione ex brachio, tantopere à Galeno laudata;ac ſi omnis vrgentia non poſſit ab alio principio aduenire: nempe ex illa fæculentia melancholica (febris occaſione concitata) quæ tutiùs & breuiùs per hæmorrhoidales, ſiue per venas tali vacuatur, quàm dum trahitur violentia ad brachium, contra inclinationem & ponderoſam grauitatem melancholici ſucci; ſin minus dicant, nobis iſti exclamatores,quare in febre putrida, ſeu maligna aut aliter,venis hæmorrhoidalibus ſanguiſugas apponere commendant,qua indicatione, ſeu qua intentione?& maximè aliis præcedentibus euacuationibus, vt par eſt & ſi vt vacuans auxilium celeriùs vacuatur ex brachio, vt exclamant: ſi vt reuellens etiam reuellitur ex brachio licèt non exquiſita deuulſione: qua ergo indicatione imperant ſanguiſugas? reor,quòd velint nolint, noſtræ aſſentiuntur opinioni: nam veritas volentes trahit, & nolentes compellit; quare etiam Philippi quarti Magni Regis Hiſpaniæ Archiatri, in omni febre putrida ex ſimplici putredine, ſanguinem ex talo mittunt, vel vti quadam ſtabilita lege; ab illis rationem inquirite, erit enim (ſpero) longè grauis & docta, vtpote in qua ſalus libtatur publica: cætera auxiliorum genera conſulunt accidentia, cucurbitulas nempè ſiccas aut ſcarificatas, frictiones & alia &c.

Sang. miſſio ex talo imperãda.

Illud etiam erit nobilis prudentiæ dignum, conſiderare quantum prohibeat extremorum frigiditas, horror, inordinatus rigor: & quantum valeant ad contraeundum, vt etiam alia accidentia, vt vomitus, alui fluxus, &c. nam, vti alibi diximus, refrigeratis ſanguinem mittere eſt ægrum defraudare illo vitæ præſidio, ex quo ſalus ſperabatur: neque crebri rigores illud certè permittunt:nam eadem ratione, qua in acceſſionibus,ſanguinem mittere, eſt extrema pernicies, ſic erit in rigoris ipſa acceſſione,quando nectar viuificum mouetur intus foras,quia natura delaſſata tam repentinis motibus, & in obſiſtendo occupata ab illa ſanguinis miſſione,ſpiritu & ſanguine defraudatur, & in pugna ſuccumbit: ſaltem ab opere laudabili diſtrahitur: præterquam quod ſanguis & ſpiritus in reciproco motu intus foras ad ſciſſuram non fluit: ſed dum intus recurrit, facultatis mouentis imbecillitate non expanditur, vt inde repente ſuffocari contingit: eadem pene ratio obſeruatur in vomitu, alui fluxu, aut alio diſſoluente ſymptomate, vt Hippocrates dixit, & Galenus 1. *ad Glauc* 14. aduertit: nam *ſoluere ventrem ſupra ventris ſolutionem eſt valde timoroſum: neque ſi fuerit febris cum profluuio ventris, eſt opus alia euacuatione, quouſque ille tranſeat impetus, & vires inſtaurentur*; nam ſi criticus non eſt impediendus, ſi ſymptomaticus, quia vires vehementer exſoluit, vires vtrique vacuationi non ſuppetunt.

Quantum impediat frigus, rigor, & horror ſang. miſſionem.

In hoc tamen attende; quod non quæcunque cruditas: neque quicunque vomitus ſanguinis miſſioni impedimento eſt: ſiue illam primæ aut ſecundæ regionis conſideres: in hoc enim,magna æquiuocatio detegitur; nam ſi à iecore ad ventriculum truditur, licèt ſit crudabilis,ſanguinis miſſioni non obſtat, imo eſt præcipuum indicans ad ſanguinem mittendum; ſiue in cauſam febris cedat,ſeu vomitus, ſeu tandem alui fluxus, ſiue cardialgiæ, quarum ſigna ex alio petuntur; ſi verò cruditas perpendatur, in ſeroſis humoribus quantumuis incoctiles à propria natura, ſeu ferueant in venis,ſeu ab extraneo calore à ſuis ſecernantur humoribus: ſiue in cauſam febris cedant (quę laſſitudinaria ab Hippocrate dicitur) ſeu intra venas cum aliis humoribus ferantur,neque iſta cruditas ſanguinis miſſioni impedimento eſt: ſunt enim ij (vt nos alibi diximus) ſanguinis miſſione educendi: ſi attemperationis non præualet neceſſitas: quia ſimul vacuantur

De cruditate, humidaby concluſio; de impedientibus.

cum

cum ſanguine educto, vt patet intuenti ſanguinem iam extractum; nam pallidi, crocei, aut virides cernuntur; & non ob hoc tantum, ſed quia ſi à medicamento purganti agitentur, quieti, feruorem augent, febrem intendunt, ac febrem maligniorem reddunt: quod certè non accidit ſi abſque febre in alterius affectus cauſam cedunt,quoniam tunc (quia non eſt in illis ſperabilis coctio) & à medicamento facile & abſque reſiſtentia attrahuntur, & à natura (abſque alterius grauioris mali periculo)facilè propelluntur; vt *libro de Med. purgantibus* nos docuit Galenus: ſi verò cruditas ortum ſui habeat in ventriculo: aut talis redditur vſtione, & nidoroſa dicitur, aut ab illius diminuto calore,vt illam non valeat perfectè comprehendere, & acida vocatur: ſecundum varias acidi differentias inſipidi acidi aut nitroſi: in hac alia tenet conſideratio, an febris ab illa oriatur, an ab alio principio & illa complicetur, & in vtroque caſu ſanguinem mittere eſt extrema pernicies: Galeni eſt ſententia 1. *ad Glauc* 14. Age ergo ſi quis febricitet, & plethotica adſit diſpoſitio, verùm ex recentibus cruditatibus ſit &c. quoniam loco ſanguinis miſſi, cruditates ad venas deferuntur: quæ cum concoqui nequeant, amplius corrumpuntur, & fatali conſortio & illa putredine maligna inculpatos humores coafficiunt & malignè conſpurcant: quo plerunque ad febres ſyncopales & horrificas ſemitertianas aut aliter malignas, ægros perducunt.

An impediat ſanguinis miſſionem refrigeratio & rigor. Rigor etiam & refrigeratio in duplici ſtatu venit conſideranda, vt ſanguinis miſſionem impediat aut permittat, ſeu ptout eſt interna, vt ſpiritus & humores condenſet, & influentem & innatum calorem labefactet, ſeu quatenus hone & illum excedentem contẽperat:aut ſecundò dum poros cutis exterioris obſtruit, & perſpiratum impedit ne expirent fuligines. quarum occaſione, & calor febrilis intendatur, aut grauioris putredinis ſint occaſio: quare in primo caſu ex hypotheſi talis frigiditatis ſanguinis miſſio cum præſentaneo vitæ periculo celebratur; nam illo vitæ præſidio defraudatur natura,in quo librratur ſalutis & vitæ conſeruatio quod eſt etiam Hippocratis ſentẽtia, in Coacis vt alibi notauimus:ſi verò talis refrigeratio ſit occaſio, vt inde morbus ſua natura & conſtitutione magnus accendatur à ſanguine aut bile: aut etiam tantum vtriuſque humoris contemperet exceſſum, tunc in vtroque caſu poteſt & debet ſanguinis miſſio imperari: illa tamen frigiditate non neglecta, ad ſolam quaotitatem moderandam; ſic prudenter faciendum conſuluit Paulus, *lib.* 3. *cap.* 31. Ætius *Tetrablib. lib.* 2. *ſermone* 4. *cap.* 62. Trallianus *lib.* 7. *cap.* 1. Raſis 9. *continent. tract.* 9. *cap.* 2. Auicenn. *fen.* 10. 3. *tract.* 3. *cap.* 4. & *fen.* 4. 1. *cap.* 20. quam etiam amplectatur Zacutus *lib.* 1. *hiſt. med. hiſt.* 8. *dub.* 3. Si verò refrigeratio externam cutis obſtruit regionem, tunc potius eſt occaſio quam cauſa illius valetudinis, quæ ex illa emergit.Quare ſi inde morbus oritur, qui magnum petat auxilium, ſanguinis miſſioni non obſtabit,maximè ſi accidat in corpore plethorico: nam illius plenitudinis eſt prima & potiſſima indicatio, ſiue ad curandum ſiue ad præcauendum, & eſt ſecundum Hyppocratis & Galeni præcepta,quæ ſequitur Valeſius 7. *controuerſ.* 6. & in ſua *Methodo* vere ſane docta & Doctor Sancta Crus. 3. *de impediment. cap* 2. *concluſ.* 1. dummodo ephractiſis poſteà illa pororum obſtructio reſeratur, vt oleo camomeli & nitro; ſi verò crebri rigores in febre rigorifera ſang. miſsioni obſtare videantur;non ideo ſanguinis miſsio differatur ſuo loco & ſemper; nam vt dicebamus anteà,ſi à principio ſanguinem non mittas & feruor adaugetur malignitas intenditur & crudior redditur morbus; quare priùs ad frequentes rigores in augmento dorſum inungatur, oleo rutæ, aqua vitæ permixto: & pannis calidis teſticulis & mammis appoſitis vino generoſo imbutis, aqua oaphæ permixto: aut meliſſæ cum puluere aromatici ſeu roſati & in pertinaci & valido rigore dentur ℥iij vini albi.in quo radices plantaginis anteà decoquantur; & ſi forte ab alicuius membri intemperie. recrementa venas intrare noueris, differas oportet ſanguinis miſsionem, donec cum ſanguine illas permixtas noueris, quud tibi vrina indicabit dum ex eruda fit flauior; & dum fluit humor, purgationes fuge,ne fluat ad ventriculum. *Hoc in mulieribus illud in viris.*

Hæc ſunt potiſsima contraindicantia in hac febre, ad ſanguinem mittendum, nihilominus tamen nullum in totum ſanguinis miſsionem prohibuit, ſed tantum moderatur (ſi recentem ventriculi cruditatem excipias) ſi febris prauam conditionem conſulimus, & natrum medicioæ expendimus decreta: illud eſt Hippocratis & Galeni teſtimonio ſtabilitum, harum febrium cauſam intra venas maiores aut minores ſtabulari: neque minus ratum ab omnibus habetur in omni febre putrida venam incindere, non in ſynochis modo,ſed in eis omnibus quas putreſcens *Alia conſiderationes ad ſãguinẽ mittendum expendantur.*

putreſcens humor concitat: indicantibus & contra indicantibus æqua lance, libratis: nunc tantum illud reſtat expendere, an illa accidentia pendeant & ab eadem cauſa, à qua affectus & ſymptomata pendent, quod ſi ita eodem auxilio medentur, ſine dubio: ſed adhuc illud reſtat, an illa accidentia in intentione & virium diſpendio potiſsima ratione contraindicantis vicem gerant ad ſanguinem mittendum, quam ipſa cauſa petat: hoc tamen eſt petendum, non à viribus tantum, (maximè dum oppreſſæ) ſed à tempore febris an in principio, augmento, vel ſtatu: nam ſi in principio & augmento, quantumuis imbecillitas oppreſſa contrarium ſuadeat; eſt ſanguinis miſſio exercenda: *Leuata namque natura ab eo quod veluti ſarcina premitur, reliquum facilius expellit, & concoquit, quod concoqui eſt habile*, hoc facilè ſuadentur vomitus & deiectionis exemplo: nam ſi illa aut iſta vacuatio pendet & fauetur ab illa multitudine, quæ in genere venoſo fouet febrem, maximè dum in hepate perenniter producitur, ſanguinis miſſio à Galeno & probatis auctoribus maximè commendatur, quoniam detracta cauſa, quæ erat cauſa fluxus, febris & fluxus compeſcitur & ſubleuatur onus: ſi non eſt excuſatio, in vomitu crudorum, aut in critico fluxu, ſiue nimis profuſo: eſt enim contraindicantis tunc potior vrgentia, ſic pariter philoſophandum reor, in frigiditate extremorum & rigore reciproco patet ratio in Pypiria febre, & aliis rigoribus qui fouentur à cauſa, quæ à venis expirat, dummodo tempus ad ſanguinis miſſionem prudentia libretur: tempus dixi, in quo leuatur magis febris & declinat: nam ſi in principio aut augmento acceſſionis ſingularis crebriùs rigores concitentur, eſt ſanguinis miſſio differenda, ſeu ad ſtatus finem, ſiue declinationis initium: antequam alia præoccupet acceſſio: & quantum vires ferant, & illa venarum plenitudo ſeu cauſæ multitudo mereatur; nam in Lypiria febre, ſeu ab inflammatione ſeu maligno empyreumate materia biliosa intra venas concluſa, ſanguinis miſſio celebratur, quantumuis frigida extrema (ſanguine ad viſcera retracto) contrarium ſuadeant; audacter ergo ob dictas rationes eſt ſanguinis miſſio celebranda, In horrifica febre & vera hemitritæos, & aliæ ſanguinis detractiones vtcunque celebrentur.

Quando rigor & frigus non impediant ſang. miſſionem.

In Lypiria ſanguis quando mittendus.

De præparatione.

Poſtea verò bilioſus attemperandus humor: viſcidus, craſſus & tenax, incindendus, tenuandus, & moderatè calefaciendus: & in his maximè tenet Galeni ſententia, *quietem agere & pannis contegere* vt coquantur humores, & extrema ad natiuam temperiem reducantur, calore conuocato.

De victus ratione.

Victus ratio ſit plenior quàm in aliis febribus, quia in his vires maximè diſſoluuntur: & ferendo morbo, illos conſeruare oportet, non in illa exquiſita dicta, quam imperabant veteres; illud tamen cõmendauit Haliabas, vt *vinum non concedatur, niſi poſt maturationis ſigna; & poſt horam vnam cibi album ſubtile: nam ante maturationem calor augetur, materia creſcit, liquiſcit humor, in corpus diffunditur opilationem facit, miſcenturque illi humores boni & corrumpuntur.*

Non eſt in hac febre purgandū, niſi in declinatione.

Et in vtroque caſu, nempe in vero hemitritæo & horrifica febre ex contrariis ſuccis fermentata putredine, non eſt imperanda purgatio, niſi dum notiſsima accedit declinatio, non falſa leuatione ſubdola, ſed ſub illa quæ per gradus ſuo loco & tempore comparatur: aliter enim aut putredo diffunditur, aut commoto malignitas ad cor grauiori periculo defertur, & febris reaccenditur, attendite Haliabatis verba dum de hac febre loquitur: *Purgatione non oportet vti ab initio niſi poſt maturationem, nam antea cruditatem auget, & materiæ duritiem, cuius eſt poſtea difficilis reſolutio & purgatur ſubtile, craſſum remanet, & humor ſubtilis cum groſſo illum maturat & ſubtiliſat; vnde eius ſit facilis maturatio & poſt maturationem exitus: & ſi in diuerſo loco, prius bilis, poſtea pituita purgetur, per epicraſim* &c. Ab Haliabate, parum diſtat ſententiâ Trallianus, ſed magis purgando, occaſionem explicat: *humectante victu*, inquit, *humores diſſoluuntur, & diſſolutos noueris, ſi per initia immobiles, poſtea aliquo modo moueri incipiant, aut in alium locum deſcendere, iam ad ventriculum, iam ad inteſtina, iam ad articulos, iam ad cutim; cum humorem motum noueris, tunc purgare oportet: poſtea delectum abſinthij cum modico oximeli dedi, & hoc non niſi illis, quibus pituita prænalet, verumtamen laborandum eſt, vt humores ad coctionem perueniant: neque in vetuſtatem venire ſinendi ſunt, ſed purgandi antequam, vlterius dureſcant: noueris autem hanc ad purgationem eſſe opportunitatem temporis: & ideo non ſolis vrinis animum adhibebis, quæ ſolent mutari victu, potu, & aliis: & partitò & per vices purgetur, materiæ copia: nam à copioſa purgatione, intemperies inducitur, & æger læditur, maximè ſi bilioſus ſit*, &c. Ad longum volui recitare Tralliani ſententiam, quia in illo continentur,

rur, quæ poſſunt deſiderari ſelectiſſima; nam ſi coctio eſt ſeparatio vtilis ab inutili, vt facilè expulſioni & tractioni cedat, hanc noueris cum humores immobiles iam moueri incipiant: & hæc eſt in pertinaci morbo vera coctio: neque purgandi occaſionem tu ſinas præterire; nam ſi quando eſt purgandi occaſio, hanc autem præterire ſinas, dureſcunt vlteriùs humores & dum aliam coctionem expectas, fortaſſe laborantes aut pereunt *ἀτροφίᾳ*, vt nos vidimus, aut hidropici poſtea moriuntur: quæ obſeruatio nos cautiores reddidit; nec te vlla ſeducat aut copiæ præſumptio, aut inſuperabilis humoris multitudo, ad crudam materiam expurgandam, vt minorantes conſulunt; in hoc enim magna latet fallacia, & loco ſperatæ leuationis, periculum lucratur; nam in horrida febre, facit exemplum malæ purgationis Andrea, quæ à mercuriali bene purgata reaccenſitur febris, noua pullulant accidentia, prorumpunt exanthemata, & moritur in breui: vt Theotimi vxor, cui ab eadē febre purgatæ, cardialgia, vomitus, vteri ſtrangulatio accedebant: ſed hæc omnia vomitu ſedabantur.

Obſeruatio vtilis.

7. Epid. 18. & 85. & 86.

Purgato ergo corpore, ſi illud declinatio & coctio permittit, ad reliquias poſteà conterendas, in his vbi præualet pituita, abſinthij infuſione vtimur, velut in hoc exemplo. ℞. infuſionis abſinthij in aqua Cichorij calida ʒiiij. oximelis ſimpl. ℥j. eſſentiæ ſulphuris gut. ij. & calidum ſumatur, per 4. horas ante acceſſionem: ſi verò præualet bilioſus humor; hæc tipſana paretur; ℞. hordei mundi p. j. radicis petroſelini n. ij. hyſſopi. glycirriſæ an. ℥ß. coquantur ad medias, & dentur ʒiiij. His etiam poterit melicratum parari, vt citius coctio comparetur, addito oximelle & gutal. ij. eſſentiæ vitrioli; & pari commoditate & vſu, ius pulli diureticum paretur, extenuatis maximè, & obſtructis: nam dum patet illi mentum, obſtructiones reſerat; nos etiam ad reliquias conterendas pari intentione vtimur, abſinthij & ligni aloes diluto ad ʒiiij. cum ʒij. oximellis ſquilitici in vino, ſi pituita præualet magna. ſi bilioſum præualet empyteuma; præaſſumpta tabella diarrhodon, ſiue aromatici roſati, ſeu conſerua abſinthij, betonicæ, cardus ſancti: cum eodem diluto. Arnaldus etiam, *Expertus ſum*, inquit, *per vnam horam ante acceſſionem, dare ʒ ij. rubea trociſcate, in vino decoctionis rutæ, abrotani, & ſaluiæ*; nec illud etiam duxi prætereundum, maiorem partem huius curationis in vomendo conſiſtere: nam & ventriculum à cruditate liberat, & reuellit à foco & minera putredinis fluētem & fluere paratum, ſi maximè in principio acceſſionis propinentur lib. ß. aquæ nucum raphanis diſtillatam cum ℈j. ſatis tartari: ſi non commodiùs videatur diaſſatum Fernelij; & pari quantitate; illud tamen Celſi conſilium in hoc caſu indiget epicheia, quando in lento & tardo morbo, morbum mutare in alium calidiorem iudicat eſſe curationem tardioris, ac ſi eſſet veluti quædam criſis: quo in ſtatu vinum concedit, vt febris accendatur, quo tardum concoquat; hoc enim conſilium pariter curare valet atque præcipitare; quoniam ſi forte in prauo & maligno corporis apparatu propinetur, maligniorem febrem in corpore producit, poterit tamen interdum vſui eſſe, in valde lapſa ad frigiditatem corporis intemperie, & vbi rebelles frigidi & contumaces humores dominantur.

A purgatione. quid agendum.

De vomitus vtilitate in hac febre.

Celſi interpretatio.

Pari cautione & prudentia ſunt etiam æquilibranda auxilia ad cuiuſque affectus differentiam: prout nempe indicantur ab hac aut illa ſingulari eſſentia, & prout accidentia hanc aut illam ſequuntur; quoniam ſi horrificæ febris eſſentia in fermentata putredine conſiſtit, licèt diuerſorum ſuccorum, vnde illa malignitas, coercendæ malignitati erit prima intentio, cauſa prius depoſita: aliter in vero hemittitæo, vbi potius ſuccorum diuerſitas & in foco diuerſo, vnuſquiſque ſeorſim ſua ſingularia auxilia præſcribit, prout hæc aut illa præualet indicatio: quod ſatis manifeſtè oſtenditur, dum bilioſa præualent accidentia, magis attemperationis neceſſitatem præualere: dum verò pituitæ aut crudorum ſuccorum abſterſionis, inciſionis, & apertionis viarum, quæ à lento, craſſo, & viſcido humore ſunt obſtructæ, ideo ſub hac etiam differentia nos auxilia præſcribere decreuimus. Sed illud eſt in primis ediſcendum, quod hæc & illa febris ex maſſa ſanguinaria putreſcente accenditur, prout illa in venis ſub hac aut illa ſuccorum mixtione cumulatur; ſub illo enim ſanguine, veluti in ſubiecto, hæret febris horrifica & vera hemittitæos quotidiana, ſub pituitoſo & crudo ſanguine, & ſub bilioſo & calido tertiana, prout in ſanguinis maſſa vterque continetur: ſed ſub hac differentia, vt hic putreſcat vel in hepatis venis, ſeu vaſis circumcirca in continuis: in intermittentibus in foco ad quem humores confluunt, periodicè: in illa verò, in ventriculi ſeu pancreatum venis, vbi natura tales ſuccos deponit: & ſi fortè accideret, quod melancholici

Vtiles conſiderationes exponuntur in hac febri.

ſanguinis

ſanguinis portio miſceretur, ſeu in liene contecti (vt eſt recens opinio) ſeu ab illo obſtructo recurrente, in ramiſgaſtricis,epiploicis & gaſtripiploicis inculcatus putreſcit,vt ſuum etiam typum æmuletur, quod non infrequenter in his febribus accidere notauimus: nam dum in fine tertianæ incineratur humor, relinquit empyreuma infra quòd in illa intermiſſione vaſa ad proxima communicat, ſibi conſocialia, vnde reaccenditur & putreſcit, ſeu pituitoſus ſanguis putredini paratus fortaſſe illa fæculentia melancholica prædictis in vaſis adſeruata, ſeu bilioſus humor, pro ſua cuiuſque vice: vnde qui recurrunt deinceps paroxiſmi numeroſi, ſed multitudini diuerſorum vaſorum, in quibus ſucceſſiue putreſcit ſeu deuritur humor, reſpondentes quo etiam perenniter ſequantur, ac indè tam perennis confuſio: ſed quia vt plurimùm in materia frigida aliter craſſiori hæret relictum empyreuma, nocturnum frigus maximè vexat & febris per noctem incaleſcit: ſemper enim talis humor erit febris ſubiectum cuius & redundantiæ & ebullitionis, ſeu etiam putredinis clariora extant indicia: cuiuſque receſſu morbi vis inualeſcit, ſaltem magna ex parte, adhibita in conſiderationem ipſa præſumptione motus, qui ſequitur naturam cuiuſque peculiaris ſucci: nam ſanguis ante ſolis ortum commouetur, gentilitio & naturali motu, & bilis meridiæ, pituita ſub veſperam, & per reliquum noctis melancholia: ſed confuſa etiam mixtione, diuerſi motus etiam confunduntur; ſi maximè ſymptomata cuiuſque gentilitia febris idæam monſtrent, aut ſuperuenientia, aliorum naturam, & fortè mixtionem.

Quare nocte febris mouetur.

De motu cuiuſque ſingularis humoris.

Veniamus ergo ad auxilia,primò hemitritæi, in quo prima conſideratio, non eſt ad confuſi humoris mixtionem, ad membra quæ primò patiuntur; ex illis enim maximè valde lapſis vitalis ſumitur indicatio, quæ eſt omnium prima, quoniam vires & ferendo morbo, coquẽdo & ſuperando cauſam,apprimè in hoc morbo deſiderantur, (ſunt enim naturæ & auxilia morborum medicatrices,ablatis nempe impedientibus) nam ventriculi calor cruditatum congerie extingui periclitatur, in hac febre; & cor per illud, vas breue, fatali contagio conſentit, dolore & exſolutione ſolet,quibus primò attendere oportet; quo in ſtatu veterum conſilium non placet, mulſam cum oximeli & hyſſopo ad ſeptimã vſque diem præbere: nam ſi veteres intelligas, de cauſa concoquenda & tenuanda, prudens erit conſilium, ſi verò de alendo ægroto in tam longo ſpatio, hoc ſi illa ætas tulit, non fert noſtra, eſt enim cibis facilis, & multi alimenti alendus æger parum & ſæpe; clyſteres imperandi ſecunda quoque die, & præparandus humor, ſyrupo de ſcorſonera & de cortice citri, modico oximeli,aut acetoſo ſyrupo,cum guttulis ij.eſſentiæ vitrioli ad penetrationem cum endiuiæ aqua, & tribus granis lapidis bezoar orientalis. In ſang. miſſione eſt etiam cautio adhibenda, vt in extrema vrinæ cruditate, illam differas vſque ad crudi ſucci cum calidis permixti videantur, quod vrina oſtendit, ex aquea aut pallida ad flauam declinante, ſeu dum redditur craſſior,& quouſque extrema iam calorem receperint, orbara: ne ad lapſum frigidorum accedas, vt timet Auicenna; tunc enim tibi erit ex vſu de hac potione cochleare præbere; ℞ Syrup. de cortice citri & ſcorſoneræ an. ℥ß. oximelis ſimpl. ℥ß. aquæ vitæ rectificatæ ℥j. eſſentiæ vitrioli gut. ij. quæ eſſentiæ coralli iij. roſatæ ℥ß; Eſt interim roborandus ventriculus oleo ſpicæ & abſinthij cum guttulis eſſentiæ aniſi. cinanomi, & puluere aromatici roſati, & ligno aloes; vſque ad coctio in vrina appareat, & robur nobilibus membris comparetur;tunc enim tantum eſt purgandi occaſio, non antea; vt Herculanus, practicus ſuo tempore nobilis, conſuluit, quem ſequitur Fonſeca,& vterque Galenum: quod paulatim potius per epicraſim conſulo faciendum, quam multum & repente, ne vires in medio deficiant: ac poſtea aut iure diuretico vti, aut quod maximè ad reliquias contendas profuturum videtur; guttulis iij. extracti croci in cochleari aquæ vitæ, maximè in principio acceſſionis, febre iam longiùs protracta, vel eſſentiæ macis aut caryophyllorum ad gut. iij. in vino, ſeu iure auis; ſi non placet auxilium omni exceptione maius: nempe grana tria ſelectiſſimi ambaris griſij in ſelectiſſimo etiam chocolato, maximè in diuitibus & ætate prouectis; quod tantum abeſt vt obſtruat quin maximè obſtructiones aperiat, vt nos latè probauimus; & in mulieribus vterino affectu diuexatis gut. iij. extracti de ſuccino,cum ℥j. aquæ naphæ,aut meliſſæ:pro cordis regione mirabile vnguentum deſcripſimus in obſeruatione de cordis palpitatione, quo nullum adhuc inueni efficacius;item acidi tartari ℥ß. in iure diuretico, ſiue in aqua raphani, mirabile inuenies in robuſtis, maximè corpore vacuato.

Prima cõſideratio ad mẽbra patientia in hemitritæo.

Veterũ conſilium non placet de alendo ægroto.

Cautio in ſanguine mittendo.

12. meth. 9.

Quando purgandũ.

Ad reliquias poſtea contendas.

De horrifica febre ex diuerſorum fermentata

Febris horrifica curatio.

mentata putredine, non reor me poſſe vltra has conſiderationes aliam ſuperaddere: nec exiſtimo aliis poſſe mederi auxiliis, præter illa quæ nos antea diximus,& obſeruata dedimus, ſi verò ex maligna fermentata putredine, medebitur, vt in illuſtratione malignæ & peſtilentis febris (ad quam lectorem omni ſecuritate mitto) illa tamen nobis addere placuit quibus Ægyptij vtuntur pro ſecreto, in hac & illa febre; propinant enim in Ægypto ſuecum cucurbitæ, cum ſaccharo ad ℥iiij. & per aliquot dies & ſpinam dorſi inungere, commendant oleo rutæ & ſpicæ cum theriaca Andromachi & nitro actu calidis: ſi verò extrema alta occupauit frigiditas, illa ſæpius fouere oportet vino calido æqua vitæ permixto, & vt poſtea oleo Matthioli, & ſpicæ, calidis inunguntur: tabellæ manus Chriſti ad intus propinentur: aut aqua bugloſſæ calidæ ℥iiij. cum granis tribus lapididis bezoer Orienralis, vt prouocetur ſudor, ſeu in decocto ſcordij, pimpinellæ carduſſancti, & ligni aloes; quia ſudorem mirabiliter prouocat, vt etiam malignitatem diſſipat; illud etiam à cuiuſdam neoterici obſeruatione placuit adnotare in hac febre maximè profuiſſe, vbi præualet bilis; clyſteres nempe refrigerantes per noctem imperare, ex decocto lactucæ, violarum, rore hordei, rad. hioſchiami & capitum papaueris, cum oleo violarum & roſato & ſaccharo;& in communi potu, ſi iam apparens cachexiæ præludia, aqua rhabarbari ſuper omnia valet, nempe ex ʒß. ſelecti rhabarbari leuiter contuſi & nodulo impoſiti, ſi infundatur in lib. iij. aquæ fontis per octo horas: eſt enim pater hepatis rhabarbarum; ſin minùs, in aqua leuiter cocta radice ſcorſoneræ ſiue ſcolopendrij & ad lib. iiij. Guttulæ iij. eſſentiæ vitrioli miſceantur; quæ grata acididitate obſtructiones aperit &c.

De Ægyptiorum [illegible].

Clyſteres attemperātes in hac febre ſunt maximè proficui.

ILLVSTRATIO II.

Ad febrem ſyncopalem humoroſam & minutam, ac ad omnes ſyncopis differentias earumque cauſas ſpecificas.

QVia hæc cum præcedenti etiam ſymboliſat, in eſſentia, in cauſis, & in pleriſque ſignis, ideo ad maiorem illuſtrationem præcedentis, hanc in ordine ſecundo collocauimus; hæc febris nomen à ſymptomate duxit, & periculum non tantum à febris ratione, ſed à ſyncopis cauſa inſuperabili, dummodo ſyncope ab ipſa cauſa febris ortum ducat: nam ſunt pleræque ſyncopes ſine febre, quoniam in ea diſſoluitur non tantum nexus animæ vegetantis, ſed ſentientis etiam, per ſe aut quadam neceſſaria conſequentia: robur & conſeruatio huius nexus conſiſtit. non tantum in ipſorum principiorum debita temperie, vnitate & conformatione, ſed in præcipuo illorum inſtrumento, quo hæc ipſa tuentur & conſeruantur: quoniam in his omnibus ſimul virium robur conſiſtit: eſt illud inſtrumentum influens ſpirituum calor, quo actuantur & illuſtrantur omnes corporis actiones; nam quandiu vires conſtant, anima corpus regit, vegetat & inhæret: quare cum præcipuum inſtrumentum ſit vitalis ſpiritus tanquam animæ & corporis vinculum, quo vegetantur omnia vegetantia, & ſenſum accipiunt, ſententia, non tantum calore, ſed vitalitate impartita, quacunque ratione intercipiantur, ſpiritus deficiant, aut exoluantur, ille vitalis deficit contractus inter corpus & animam, vbi ergo incidit præceps virium lapſus, vnum duorum ſequitur neceſſariò, aut conſtitutionem ſpirituum diſſolui aut ſolidarum partium integritatem immutari, aut illuſtrationem deficere; ſed præcipue cordis, à quo non tantum eſſe accipiunt, ſed actione eleuata vitalitatem, quare illa deficiente deficit vita, & neceſſariâ conſequentiâ partes illa orbantur.

Quantum vitalis ſpiritus conducat ad vitam & quo periculo deficiat.

In ſyncope ergo, aut præcipua membra valida laborant intemperie; aut ſpirituum auxilio orbantur, ex illa actiones deficiunt, quæ in debita temperie librantur: ex iſta orbitate (illuſtrationis defectu aut inſtrumenti) aut ſilent in totum actiones, aut valde deminutè eduntur, in ſumma vitæ neceſſitate & vltimo conatu: in illa ſenſim corpus defectu alimenti contabeſcit & tabes quædam partium ſolidarum inducitur, ſed præcipuè, dum validam intemperiem cor patitur, aut alterationem, qua valde immutatur; hoc diuerſæ ſolent cauſæ inducere ſeu viarum anguſtia, commeatus alimento denegato, quæ dicitur atrophia quod in ſimia Galenus obſeruauit, dum in cordis inuolucro. (περικάρδιον Græci dicunt) aquæ ſupra naturæ ordinem plus iuſto cumularet: & Ætius ex ſanguine impuro mille modis fœdato, dum erat alimento inutilis, vt in emaciata muliere adnotauit, ſi verò repente illa tabes inducitur, repentinam colliquationem certè

Quid membra patiantur in ſyncope.

Cauſa ſyncopes.

tè atguit, ſeu à morbi acutie violenta, ſiue malignitate, ſeu à vehementi aliqua intemperie, quæ ex quadam putreſcenti materia fœtida & corrupta eleuatur, veluti ex gangræna & necroſi ſeu ab ardenti febre, ſiue à peſtilenti aut maligna: tunc enim à ſe alienatum temperamentum, quo anima nullo modo compatitur, aut diſſoluta vnitas aut deperdita etiam conformatio vitalem nexum fataliter diſſoluit; ſi verò illud accidat ſub temperamenti vnitatis aut conformationis latitudine deliquium aut ſyncopes accedat defectu ſpirituum, aut deprauationis temperamenti, quod gentilitias actiones edere non permittit, ideò ſi ſyncopi ab atrophia adueniat defectus ſpirituum, ſequitur alimenti defectus, ſi ab alia cauſa violenta ex prædictis, non tantùm arguit defectum ſpirituum, ſed magnam temperamenti peruerſionem, quod ex facie Hippocratica Hippocrates venatur, præterquam quod hæc ſolet repente aduenire, & nulla cauſa manifeſta præcedente: & de his illa Hippocratis ſententia intelligitur 2. *Aph* 41. *Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta exoluuntur, derepente moriuntur*: hoc etiam videtur confirmare Galenus; *ij*, inquit, *in Comment. ob virtutis vitalis imbecillitatem hoc patiuntur, ſicut & ille cui, dum exolueretur, cor fortiter palpitabat, atque hic derepente mortuus eſt, non aliter quàm illi qui acutiſſimis cordis affectibus, quos ſyncopes vocant, arripiunt*; ſyncopes nos exolutiones intelligimus vt par eſt; illas tamen non ſola ſpirituum orbitate aduenire, ſed magna temperamenti euerſione conſtantiſſimè remur; patet interpretatio ex palpitatione & aliis acutiſſimis cordis affectibus, quos Galenus pro cauſa huius fatalis accidentis conſtituit.

Spiritus quibus rationibus ſyncope cauſam præſtent.

Spiritus etiam non vnica ratione ſyncopi cauſam præſtat: nam aut à vehementi intemperie ipſorum diſſoluuntur, vt per febres ardentes: aut adhærentia & conſortio, alterius ſucci vitioſi, corrupti, venenati, corrumpuntur, ſeu ab impuro corporis apparatu, vt in malignis febribus, ſeu ab aëre contagio infecto, corrupto, aut contagioſa ſemioaria deferente: vt à barathro aut ſtagnante aqua nullibi ventilata, vt in ſudore Anglico, tunc enim aut ſpirituum generatio intercipitur, aut licet generentur, diſſoluuntur: generatio illorum præpeditur, ſiue ſpirituoſæ materiæ defectu: ſiue cordis trahentis aërem impotentiâ: ſeu tandem ipſius facultatis, quando nequit ſuum opus perficere: materia etiam & aliquando deficit pro generatione ſpirituum, purisſimus nempe aër, in ſumma viarum reſpirationis anguſtia, velut in pulmonis tuberculo: ſeu à fumo carbonum, dum intercipit viàs, aut à barathro, aëre venenoſo exhalante, ſeu tandem cordis debilitate, quando proprio in officio deficit; primùm pulſu celerrimo dignoſcitur cum vibratione, & duritia manifeſta; ſecundum in tarda & rara reſpiratione vt etiam tardo & raro pulſu, veluti quando frigidus aër exſpiratur: tunc enim abolitę generationis ſpirituum eſt indicium: interdum etiam ſpiritus aut perit ſoffocatus, extinctus, exolutus, aut aliò diſtractus, primùm aëris ſumma frigiditate accidit, narcotica virtute opiati ſuccorum crudorum multitudine & ex fermentata ſuccorum diuerſorum putredine, ſuffocante, ſecundùm diaphoretico & exoluente ſudore, profuſa hæmorrhagia, vehementiſſimis animæ paſſionibus, ſeu quando ſanguificatio omnino deprauata corrumpitur, aut degenerat in aliam à ſanguine ſubſtantiam, velut in extrema ciborum corruptione accidit, in naturam ſcilicet peregrinam, vt nos Galenus docet, velut in hydropicis & ictericis multum fœdatis accidit: & in extrema corruptione ſanguinis, vt in peſtilenti & maligna febre, nouimos accidiſſe; quando ſanguis extrahitur in fibris & ſubſtantia corruptus; ſeu quando, circa cor, (exitu denegato) prohibetur ne per venas deſcendat, vti accidit in illa ſyocopali humoroſa, de qua latè Galenus 12. *Method.* 12.

Quibus ſpirituum generatio defraudatur.

Frigida reſpiratio quid indicet.

Vt in ictericis etiam accidere videmus.

Aliæ ſyncopes cauſæ expenduntur.

Has etiam prætet cauſas, huius funeſti ſymptomatis, alia diligenter obſeruanti occurrit & aliam Hippocrates proponit: à cerebro nempe ad partes infernas ſpirituum exitu denegato, ſeu ab ioferioribus ad ſuperna ſpirituum curſu omnino præpedito: primæ cauſæ facilè exemplum tulit apoplexia epileptia, carus & catalepſis; dum nempe cataphorici affectus occaſione incidit ſyncopale deliquium; & potentiarum otium defectu ſpirituum, ſeu illuſtrationis, quia non illuſtrantur, nec influenti calore actuantur; ſecundæ exemplum habemus in Hippocrate *in* 4. *de victus ratione*, acutorum, quam ſyncopem ex venarum interceptione Galenus appellauit: attamen quænam ſint iſtæ venæ, quæ intercipiuntur, a Galeno & ab aliis creditur, ex carotica-rum venarum oppletione fieri, à multitudine, ventilatione denegata, ſanguine congelato: & ita certè accidit benè valentibus robuſtis & obeſis cum habitus ad ſummum bonitatis peruenit, vt Hippocrates dixit, non poſſunt enim in eodem

ſtatu permanere; in hoc certè aſſimilatur felicitas & ſalus, vt cùm ad ſummum perueniant, labantur in deterius. O rerum humanarum infelicitas! quæ in ſumma felicitate miſeriam abſcondit, & vbi laborum ſpectabatur præmium in olympo, ruinam in apparenti ſecuritate parat: quænam maior miſeria poteſt excogitari, quàm in ſumma ſecuritate periclitari? nam, vt dixit Boëtius, ſummum infelicitatis genus eſt fuiſſe felicem: & hoc accidit, vbi aliæ non obſeruantur cauſæ; ſunt tamen alij affectus in quibus intercipi videntur tales venæ, & vere & realiter non intercipiuntur: nam in ictericis & epilepticis, in quibus intercipi creduntur, fit etiam venarum interceptio, ſed ex alia cauſa: cuius effectus alia à nobis eſt inquirenda cauſa; in his enim, interceſſit ſubita interceptio, facultatis mouentis, animæ ſentientis, ſiue animalis ſpiritus à cerebro ad cor peruenientis, aut è contra à corde ad cerebrum tendentis: nam ſicut cor, à cerebro motus principio ſuſcepto commouetur & ſentit, ſic cerebrum à corde acceptis ſpiritibus & vitalitate inuiſibili, vitalem virtutem & ſpiritus accipit, vt illis ſuo modo diſpoſitis cætera inſtrumenta moueantur, & ſentiant, à calore vitali actuata.

Felicitas & ſalus in quo aſſimilantur.

Ictericis epilepticis qua venæ intercipiuntur pro ſyncope.

Quare, noſtro ſaltem iudicio, exiſtimamus, interceptione aliarum venarum, in ictericis & epilepticis cordis motum ceſſare, repentè, maximè motu abolito, nempe ab interceptione, ſeu obſtructione ſiue compreſſione nerui, ſexti ſeptimiúe paris, in corde implantati, ſeu à ſanguinis multitudine (ventilatione denegata) congellati, ſeu à craſſiſſimo flatu exitum prohibente, ſeu à retractionis compreſſione, ſeu tandem à funeſta palindrome & recurſu, ſurſum refluentis humoris, aut auræ venenoſæ, aut ab alia ex ſimilibus cauſis; nam in icterico affectu vterus ferè ſemper conuellitur ſeu ſurſum, ſeu deorſum, ſeu ad vtrumque latus: qua in retractione illa, vaſa, quæ cordi & cerebro communicant, etiam retrahuntur, & quadam tenſione conuelluntur; ex qua conuulſione cordis ventriculi, & valuulatum oſcula conniuent, ad ſeſe, & veluti clauduntur: quo ferè accedit, vt motus ſpirituum, & ſanguinis intercipiatur: & illa viralis cordis motus, quo ventilatur calor, ex retractione illius nerui ſexti paris in corde implantati; vnde ceſſare accidit, non tantum cordis, ſed & cerebri motus, quod nobis magis ſecundum rationem videtur, quàm ab aura illa frigidiſſima (quod plerique autumant) vſu & neceſſitate ceſſante, ceſſare etiam cordis & cerebri motum: nam ad tam magnam frigiditatem deuenire, extincto penitùs calore (manente vita) vt vitales actiones intercipiat poſſibile non iudico. Nam ſexto ſeptimoúe pari neruorum diſtento & conuulſo, neceſſe eſt omnia interna membra ad quæ hi propagantur, laryngem ſcilicet, pulmonem, cor, diaphragma, ventriculum, inteſtinaque cum vtero & veſica conuelli, taliter vt vitæ munia præpediantur omnia, & vt corpus etiam non tantùm inſenſibile, ſed frigidum reddatur; propagine enim ſexti ſeptimiúe paris nexui, quæ cordi inſeritur, contracta & conuulſa, neceſſe prorſus fuerit & cor ipſum rigere, omnique motu priuari, ac ſpirituum, in corpus vniuerſum intercipi, effluuium: vitæque vſum deficere: licèt non ſit neceſſe, omnes ſimul partes coafſici nam interdum magis hæ conuelluntur, non illæ aut è contra: frequentiùs tamen vterus & veſica retrahuntur, certa lege conſortij, vtpote partes, in quibus horum neruorum extremitates terminantur, ac deinde illæ maximè partes, quæ iſtis connexionem habent & ſympathiam.

Liceat nobis hoc etiam, ſcientiâ experimentali comprobare: ex alia cauſa etiam præter illas cordis & cerebri motum ceſſare, ſyncopem aduenire, corpus frigidari, certò teſtari poſſumus, dum nempe, à flatus craſſiſſima illuuie, repentè irruente in cerebrum, cerebri ventriculi, aut cordis valuulæ, & patentia oſcula ita diſtenta manent, vt comprimi non valeant: tunc enim neque fuliginum expulſio, nec aëris attractio valet ab hoc aut illo membro celebrari, adhuc in ſumma vrgentiæ neceſſitate, vnde etiam neceſſario torpore & ignauiâ otiantur ſpiritus: quoniam magna diſtentio à violenta & perſiſtenti cauſa, non cedit, niſi aliæ ſuperiori violentiæ, quæ non datur, naturâ ſuperatâ: & maximè cùm ob loci diſtantiam, & fractis auxiliorum viribus, ars non valet ſuperiori auxilio adiuuare; quo in ſtatu, nec cerebri motiua facultas nec cordis regitiua, ſpiritus neque vitalitatem valent cæteris membris impartiri: neque noxias fuligines expellere: vnde ſequitur, aut ſyncopis acceſſio, aut leuioris apoplexiæ inuaſio: aut cordis ſocum vel, aut vitalem virtutem, ſumma anxietate in hac pugna deficere.

Hoc probatur à ſimili, notabili exemplo.

Non eſt ad libitum hæc prolata doctrina, ſed ſcientiâ experimentali comprobata; haud infrequenter enim obſeruauimus in cathoco & vera catalepſi rigiditatem, quæ hominem in hac figura continet

tinet qua deprehenſus eſt ab hac eadem cauſa aduenire : nempe à craſſiſſimo flatu, cerebri ventriculos & principium ſpinalis medullæ diſtendente, quo nec expulrrix facultas, nec attrahens, valet ſuum munus obire; quod nobiſcum Salmanticæ plerique ſociorum obſeruarunt in celebri illo viro Magiſtro noſtro Ceſpedes, in Rhetorices arte celebratiſſimo. Illud eſt argumentum flatuoſam materiam huius rigiditatis eſſe cauſam, tam ſubita huius morbi inuaſio, quæ ferè non ſuperat momentum: non eſt enim credibile humorem melancholicum, (vt communis opinio ſuadere conatur) poſſe tam breuiter in huius ſæui affectus cauſam cedere, primò quia humoris raptus (*μετάστασιν* Græci dicunt, in humore craſſiſſimo eſt penè impoſſibilis : non fit enim talis niſi ab humore, cõditione acri ſubſtantiâ tenui, & temperie calido. Secundò, quia tam repentina inuaſio eſt ſoboles aut turgentis humoris, aut à ſeipſo facilè penetrantis, quæ à ſucco melancholico, tardo, & craſſo ſunt valde aliena. Tertiò, quia dura neruorum ſubſtantia neque difficulter patitur penetrari à tenui humore, quanto magis à craſſo, quinimò & craſſiſſimo, niſi priùs per longa ſpatia alteretur ſubſtãtia, aut humiditate, aut calore, quæ ambo in hoc ſucco deficiunt: quod in morbo præualido non accidit, cùm repentè inuadat, & breui ſpatio aut deſinat, aut occidat.

Hoc etiam comprobatur à ſimili aliorum membrorum, quorum experientia contrariam rationem redarguit : quis enim Doctorum Medicorum non vidit veſicam, vrinæ multitudine diſtentam, nec comprimi valere, ad grauantis oneris expulſionem, nec ad violentiam diſtenſionis leuandam, nec ad attractionem celebrandam? quia neque villos tranſuerſos neque obliquos (quo attractio & expulſio celebratur) valet neque dilatare, nec comprimere : quoniam ſub illa violentia ſunt omnes facultates, ne tantum præpeditæ, ſed inualidæ, ita vt membri illius actio ablata omnino videatur. Hoc etiam à Galeno probatur, 5. *de locis* 7. quia veſica plena impulſui non cedit, neque compreſſioni, ſeu ex debilitate, vt etiam veſica fellis. Quis non vidit, flatuum illuuie, præcordia diſtenta? omnem corporis motum detinere, & hominem inflexibilem reddere, ac omnes facultates, motibus ſeruientes comprimere? fortè ſolo abdomine flatuum multitudine diſtento, aut pectore compreſſa, quis potuit conatum ad fæces & flatus depellendos adiuuare, quin ab ipſa diſtentione & doloris violentia præpediatur? ex hac certè cauſa occultiſſima reor, in cathocò & vera catalepſi repentè plures occubuiſſe, culpâ in alias cauſas immeritò reiecta & maxime ſi à cæna primò ſomnò exacto ſuperueniat : & erit probabilior cauſa, in illis qui varia & contraria ciborum conditura, & ordine præpoſtero viuere aſſueſcunt; vbi calida pugnabant frigidis & humida ſiccis : quoniam tunc ventriculi calor, in varia diſtractus, neutrum perficit, quo chylus à naturæ regimine deſertas aut deleteria corruptione, cæteros ſuccos inficit, aut incoctus, craſſiſſimam flatuoſæ materiæ illuuiem, ad cor aut cerebrum tranſmittit, qua hæc membra diſtendit, vt ſuas actiones nec edere, nec perficere valeant, vt ſubitò etiam ſuffocari contingat, quod non ex quocunque cibo, neque ciborum conditura accidere par eſt : ſed ex illo qui ad talem vaporum craſſitiem, multitudinemue, eſt aptus, ſui, aut mixtorum conditione aut natura, veluti ex niue conglaciato, chocolare, vel ſuper indigeſtum ſæpius repetitum : ex anguillis aut glutinoſis piſcibus, ſeu ex fumo carbonum, in conclaui concluſo, nullibi aëre expirante quod vt plurimùm accidere notauimus, excrementoſo corpore, obeſo, nullibi tranſpirabili, & vbi crudorum apparatus ſiue obſtructionum fermentata putredo, cum craſſorum illuuie vaporum in pernitiem mutuas tradunt operas; hæc qualiacunque ſint, æquo animo accipiantur oro; nam pro viribus & ingenij vice veriora, ſeu quæ nobis talia videbantur, producere tentauimus: non ex metaphyſica ideali doctrina, ſed ex praxi & obſeruatione ſæpiùs comprobata : nam ſi in hoc ſtatu cerebri & cordis ventriculi eſſent, vt ſunt à natura ordine naturali diſpoſiti, & nullo vitio ſpiritus affecti, neceſſe prorsùs eſſet, omnes operationes primarias, tum ſenſum motumque corporis, integra inoffenſaque permanere.

Quare (reſumendo omnia quæ dicebamus anteà) ſi homine temperato euſarco, ſiue in polyſarco, tam ſubitò concidere contingat, vt in momento concidat, non præcedente aliâ ſpirituum exolutionis causâ, vnica tantùm reſtat, vt motus cordis ſit penitùs abolitus, ex vna ex ſupradictis cauſis, cùm pulſus omnimoda aſphigia reſpiratione intercepta, facultati mouenti exitu denegato, vt ſpiritui etiam animali, quod non aliter fieri ſemper exiſtimaui, quam interceptione, ſiue obſtructione illius nerui, qui à cerebro ad cor, ex anathome peruenire ſæpiùs obſeruauimus, dum propriis mani-

bus tractauimus illas diſſectiones: ſi non interdum à congelato ſanguine talis incipiat obſtructio: iam etiam à flatuum illuuie, ſeu à ſeroſo, ſiue craſſo humore à cerebro in neruorum principium ſubitò irruente;vnde ſubito illius nerui in corde implantati cauitas obſtruatur; ſeu intercipiatur: nam tam repentè non valet aliter cordis motum ceſſare:vt nos, proh dolor! in his diebus vidimus in iuuene 24. annorum & ſpectatæ indolis primæ nobilitatis noſtræ ciuitatis Hiſpalenſis, Don Franciſco Deiaurigui & Guſman, ſecunda die Iunij, anni Domini 1656, nec illud etiam impoſſibile iudico illud poſſe accidere,ab intùs congenito veneno, ſiue etiam ad extra propinato, quorum ſigna ſunt valde conſimilia.

Curatio ad omnes ſyncopis differentias cum febre, aut ſine illa; cum Galeni iudicio.

1. *indicatio ad virtut.* SIcut in febre, ſeu alio quouis morbo acuto eſt primò ſpectanda vrgentia,quia citiùs periculum minatur,ſic etiam in febre ſyncopali, & in omni ſyncopis differentia, vt illæ priùs & ante omnia occurratur, vtcunque methodus præuertatur; & vt ſecuriùs regulari aut coactæ curationi accedamus: nec ideò non cauſa interdum ad ſe omnem attentionem trahit, ſed frequentiùs morbus, interdum accidentia:hoc idem accidit in febre ſyncopali, ſiue ſyncopalis acceſſio à cauſa ipſius febris oriatur, ſeu ex alia à febri aliena; eſt potiſſima ratio huius attentinis quod ſit omnium prima vitalis indicatio,ſine qua aliæ adimpleri non valent: nec ad hoc ſola Galeni auctoritas nos trahit, ſed ipſa infallibilis ratio & rerum obſeruatio indicantibus & contra indicantibus ſumma prudentia libratis: illud eſt argumentum, quòd in valida ſyncope præſentaneum immineat periculum, non tantùm vt animæ ſentientis nexus diſſoluatur, ſed vitalis etiam vegetantis, ideò huic diſſolutioni eſt priùs occurrendum,& cauſæ poſtea poſtulanti,ne diſſoluatur nexus, & vtrumque conſiſtit in viribus ſeruandis augendiſque.

Cùm ergo vires conſiſtant in principiorum debita temperie, genrilitia partium vnitate, iuſta conformatione,& perenni concurſu ſpirituum, vtcunque illa membra, in aliquo ex his principiis grauem noxam patiantur, vires huius aut illius membri diſſoluuntur: non ſemper omnes ſimul pati contingit, niſi quando omnia illa membra patiuntur, quod rarò, ſed aliquando accidit:nam interdum magis patitur cerebrum, & tunc animi deliquium obſeruatur,ſpiritu animali exoluto, ſeu intra carceres illius coërcito: & aliquando cor, & tunc vera ſyncopes, ſeu præceps virium lapſus hominem apprehendit, quando nempe cordis vires deficiunt, per ſe ſeu aliorum membrorum ſympathiâ, vitalitate omninò denegata, qua cæteræ facultates actuantur, vt vnaquæque ſuum munus perficiat, nam ideò vitalis ſpiritus dicitur animæ & corporis vinculum,quia illo vegetantur omnia vegetantia & ſenſibilia ad ſenſum aptiora redduntur. *Vitalis ſpiritus officium & operatio.*

Suppoſito ergo, quòd ex triplici principio, ſyncopis occaſio inuadit, nempe facultate animali aut vitali collapſa: aut ex parte inſtrumenti, intemperie ſoluta vnitate,aut conformatione deperdita aut tandem ex parte ſpirituum, ſi intercipiantur, aut exoluantur,ideò huic triplici principio ſubuenire oportet, qui ſyncopis acceſſioni auxiliari optat, quare ſi ſpirituum exolutio eſt huius accidentis occaſio,in horum ſpirituum inſtauratione eſt auxilium; ſi in interceptione, in eo quod ad extra reuocare & expandere valet. In hoc tamen feſtina lentè, maturatamen, ſolerti & prudenti conſilio delibera, ſed in executionem feſtina poſt conſilium, fidenti & generoſo animo: nam vbi feſtinatione eſt opus, omnis celeritas mora eſt; quod conſilium ad omnes acutiſſimos morbos & præcipitis periculi extenditur.

Satis manifeſtè Galenus, non tantùm huius affectus cauſas, ſed & cauſarum gardus & merita conſiderat, ſed quibus auxiliis vtrique ſuccurrendum, nos edocuit vt illa ferebat ætas, non vt tam magnæ vrgentiæ par erat, nam 1. *de Arte ad Glauc.cap.* 14. omnes ſyncopis, & animi deliquij cauſas conſiderat, & morbos,qui ad illas ſequuntur, in huius capitis medio, quando dixit. *Eas verò quæ habentur, ex accidentibus indicationes & ex morbis, non ſimpliciter, ſed ſecundum cauſam à qua ſingula ſiunt conſiderandum*; & exinde ad omnes ſyncopis cauſas deſcendit cum febre, aut ſine illa: & concludit: *hæ quidem ſunt animi defectus, cauſæ ſingulæ verò earum, propriam curationem deſiderant*: ſed non de omnibus tractare profitetur (fortè quòd nouæ repullulant quotidie) ſed de iis tantum quæ repentè ingruunt acceſſionibus; iis tamen priùs occurrere conatur, quæ ad diſſolutionem ſpirituum ſequuntur (forte quòd citiùs periculum minantur) à quacunque cauſa diſſoluuntur, non in torum cauſæ obolita memoria; dimitto illius auxilia, vt parùm efficacia, *Galenus de omni ſyncopis exolutione, ac illius auxilio.*

cacia, ſolis indicationibus contentus: ſurſùm nempe, aut deorſùm fricandum, aut ligandum, prout profuſa vacuatio ſyncopis cauſa extitit, & prout eſt euacuationis origo, vteri, hepatis, & ſplenis exemplo: *atque ideò*, inquit, *vehementes euacuationes, quæ ex vtero fiunt, cucurbitulæ, iuxta mammas appoſitæ, ſtatim ſedant, quæ verò ex naribus, hepate, aut liene, prout à parte dextera, aut ſiniſtra, fluxio concitatur*, hîc indicationem, vti ſolet, proponit, non tamen epicheiam edocet: & nobis relinquit merita vtrorumque, æqualance librata: nam ſi in principio fluxus, impetu non exacto, tales applicentur cucurbitulæ, ſeu mammis, hepati, aut lieni, aut ſanguinem retrahent verſus cor, aut circa hepatem & lienem inflammationem concitabit: quare tunc Galenus venit intelligendus, quando ex profuſa euacuatione, commenſurata ſecundùm ætatem, corporis habitum, virtutis tolerantiam & morbi conferentiam, vires ita deiectæ ſunt, vitalis priùs & animalis poſteà, vt vitæ nexum ſuſtinere non valeant: nam tunc his & aliis validioribus vti licet, vtcunque aliæ indicationes contrarium ſuadeant: nam tunc vltima neceſſitas adhuc ad temerarianos cogit, vt exclamauit Celſus.

Epicheia ad Galeni mentem.

Sed adhuc in auxiliis eſt etiam certa lex imponenda, vt non eadem ſint omnibus communia: nam vinum, eas quæ ex magnis fiunt euacuationibus diſſolutiones reparat, & vires deperditas inſtaurat: ſed debet aqua frigida, (interdum niue refrigeratâ) temperari, quando nempe ad ventriculum confluunt acres, calidi; & erodentes ſucci, vti etiam ſi ad febres ardentes & malignas ſudore diſſoluente, & fortè colliquante, ſubſequatur deliquium, ſeu illa virtutis exolutio: & in hac linea ex cauſa calidiſſima hæc & alia auxilia conſidera: niſi aliud contra indicans potiori vrgentiâ hæc aut alia auxilia prohibeat: veluti viſcerum inflammatio ingens, capitis dolor, aut delirium, ſeu vllum ex cauſonibus: nam adhuc hæ diſſolutiones, non ita validè indicant hoc auxilium. (vinum nempe) quin fortiùs illud affectiones propoſitæ prohibeant: *magna enim*, (dixit Galenus) *& quaſi inſanabilia ex potu vini, in huiuſmodi affectibus, nocumenta proueniunt*: & ſi antedicta reducas ad memoriam, inuenies adhuc vinum, aquâ frigidâ temperatum, prohibere: quo attamen conſilio? neque mens, neque ratio aquieſcit: nam aut illa virium exolutio, eſt taliter extrema, vt ſui cuſtodiam natura & vitalis indicatio præſcribat, aut non; ſi eſt ex hypotheſi talis, non tantùm vinum aquâ dilutum poſtulat, ſed etiam nec aquâ temperatum; ſi in eo libratur virium inſtauratio, periculi auxilium & morbo ferendo propugnaculum; quoniam tunc vires non tantum ſui ratione poſtulant inſtaurari, ſed vt pugnent etiam contra morbum: & ſi aliqua noxa exinde relinquatur, hæc non erit ita magna, vt citiùs periculum minetur ac extrema illa virium exolutio: quod narcoticorum paritate probatur, & ex Galeni mente. 5. *Meth.* 15. Nam poſtquam dixit eſſe neceſſariò imperanda narcotica præuigilio & extremo dolore, licet aliqua noxa exinde relinquatur; *Hanc*, inquir, *potius eligendam remur, quàm vt homo pereat*, quare adhuc Galeni multa ſunt etiam cautione legenda, caute interpretanda, nec vti iacent ſemper accipienda.

Auxiliorum lex.

Si verò hæc illa exolutio, ab interceptione ſpirituum oriatur, tantùm abeſt vt vinum aqua temperatum propinetur, vt etiam fortius offerendum ſit neceſſe, vt faciliùs penetret, potenriùs & breuiùs ſpiritus inſtauret, vt ſic ſecuriùs vitæ nexum conſeruet, & vitalitatem cordi impartiatur, dimitto vini qualitates ſecundas excedentes in tenui & craſſo, ſecundùm affectus inducti qualitates etiam excedentes, aut calidas aut frigidas: nam hîc affectum non curamus, ſed ſolas diſſolutiones inductas ab affectu aut cauſa: licet nobis ſemper ſecundùm rationem videatur, vtrique auxiliari, ſi poſſibile eſſet, ſin minùs, ſoli accidenti, in quo ineſt periculum.

Interceptione ſpirituum an vinum offerendum purum, an lymphatū?

Inde etiam Galenus ad alia auxilia deſcendit: nempe ſi affectus aut & cauſa eſt cauſa ſine qua non, valeat præcedens exolutio mederi, tunc cauſa ſine qua non eſt priùs auferenda; veluti ſi à ventriculo, vtero, cerebro, aut thorace, aut ex naribus aliqua ſanguinis hæmorrhagia ſuperueniat, diruptâ venâ, apertâ, aut laxatâ: tunc conſulit, vt par eſt, auxilia imponere, quæ valeant hæmorrhagiam ſupprimere, vt ſic exolutioni medeatur; qualia ſunt emplaſtica roborantia & adſtringentia; quod ſi illa non proſint cauſtica ſcaram inducentia: & ſi illa partis ſitus non ferat, prudens erit conſilium ad narcotica etiam deuenire, vtpote quæ ſanguinem incraſſant, & oſcula occludunt, & partis ſenſum adimunt, temperant acrimoniam, vt inde temperetur irritatio quod etiam neque ſine fructu obſeruabis in iis qui ſudoris diaphoreſi exolutione exoluuntur; quibus etiam adſtringere ac refrigerare Galenus imperauit; *Ac vinum frigidum exhibere*, & nihil omnino

Ad cauſā ſyncopes quando eſt priùs occurrendū.

omnino calidum; ſed talis eſt aliquando neceſſitas vrgentiæ & confuſio, vt in contrarium accidentis auxilia librentur, velut ſi iam occupat extremorum frigiditas, obſtructio, extrema ventriculi debilitas. Hæc ſunt auxilia illorum, qui ex euacuationibus diſſoluuntur, dixit Galenus.

Si verò ex multitudine ſine obſtructione, natiuus calor extinctionis periculo laboret: ſeu ſpirituum neceſſaria orbitate ab onere grauare, à vino & cibis abſtinendum, nos docuit Galenus; forte ne augeantur cruditates, quæ in prælata pericula, mutuas tradunt operas: at verò in hoc rerum ſtatu conſidero hominem haud poſſe, abſque vllo degere alimento: nam ex hypotheſi ſpiritus non ſuppetunt, nec ex ſuffocante multitudine generantur, facultatum actionibus præpeditis, nec eſt credibile poſſe in ſanguinem verti cruditates in proximo periculo ſuffocati caloris, & illam angentem multitudinem in ſanguinem conuertere, vt tempore inediæ in aliti ſubſtantiam conuertantur, in tam breui ſpatio, vt vrgenti neceſſitati ſuccurratur; & quando non ſunt paria periculi vrgentia, & præciſa ſuperandi neceſſitas, lamentabili fato, vrgentia & periculum neceſſitatem ſuperat, & in morte præoccupat leges, ſuo ordine & tempore à natura præſcriptas; nullibi enim grauiora experimur pericula, quàm dum ars & natura non valent æquali auxilio pugnare, ſeu virium defectu, ſeu inæquali curſus celeritate; nam ſi morbus currit celeriter vt quatuor, & natura vt duo auxiliari properat, finem morbus celeriùs attingit quàm naturæ aut artis auxilio fruatur; quo videtur Galenus dubia ex dubiis elicere; ſed hic videtur ſequi politicum præceptum, ſi quod optimum aſſequi non valemus, tenemur minus malum eligere; quod ſonat in noſtro idiomate. ***Quando no podemos lo ſumamente bueno, deuemos contentarnos con lo menos malo***; ſed quod ſit minus malum, à cibo & vino abſtinere, & in ſpem dubiam in anciniti olea omnem locare curationem, neſcio an ſit prudentius conſilium (vbi morbus & labor vires delaſſare non ceſſant) quàm aliqualiter ægrotantem reficere, ſaltem illis tantum oblatis, quæ debilis & delectæ facultatis poſſe conficere prudentia coniicimus: dum interim pugnamus contra illam præſumptam multitudinem, calorem ſuffocantem, & notam orbitatem ſpirituum: nam *Vbi fames eſt, laborandum non eſt*, dixit Hippocrates, non famem hic ſed indigentiam intellexit præceptor, nam labor & inedia non ſunt naturæ conſeruantia, ſed contraria in propoſito caſu & tam verè contraria, vt contra Galenum Trallianus exclamet per hæc verba: *Haud noui quidem quid etiam diuiniſſimo Galeno in mentem venerit, quòd ita faciendum, eſſe præcipiat, frictionibus autem immoderatis vtendum, oleumque ſicyonium inducendum ac inediam imperet: nam hyſſopum ipſis vnà cum modico melle bibere præcipit, nihil aliud ad ſeptimum vſque diem aſſumere. O dij immortales vires adeò validas cogitare poterit, qui ſimul omnia & inediam & frictionem pariter ferre queat? mihi ſanè meliùs videtur, & moderatius perfricare, & rurſus nutrire, ad vires reſpiciendo cremore tipſanæ, aut alicæ cum oximellite, & pane in vinum intincto, vbi vires adeò imbecillæ appareant: nam vtrumque faciendo, vt ſcilicet ex copia humorum, non nihil per frictionem diſſipemus, deinde rurſus commodum alimentum, quod concoqui facilè, & in partes corporis diſtribui poſſit, ſubſtituamus, tùm vires conſeruati, tum crudi humores probè concoqui poterunt*, &c. quo certè non poſſum non mirari ſuperſtitioſos quoſdam Medicos, qui miraculo tantùm iudicant apponendum, quæ ſcripſerunt veteres, ac ſi eſſet piaculum illas tranſgredi leges, tanquam recentiorum ingenia nullius certè eſſent laude digna, ſed illud nobis erit ſolatium, vt quæ exemplis tuemur & in exemplo erunt.

Et ſi vlteriùs cum Hippocrate dixeris, quod corpora impura quantò magis nutries, tantò magis lædes: tibi breuiter dico, quod hic noſtra non eſt intentio humores adaugere, ſed tantùm ſpiritus reficere, ne anima abexhauſta deficiat, fortaſſe pereat ſuffocata, illis tantum quæ valeat conficere puſillus ille calor, nec vltra par cruditates augere, quibus amplius ſuffocationes periculo laboret: & quod olim mellicratum alimento ſat eſſe exiſtimarunt veteres, fortè illa ætas abſque manifeſto diſpendio tam exquiſitam perferebat inediam, quod certè noſtra non tulit ætas; quia adhuc nec alterata iuſcula ſufficere videmus; quare illa & vinum, quod facilè in aliti ſubſtantiam conuertatur, eſſe apprimè neceſſaria in hac ſyncopis ſorte & aut febris ſyncopalis facilè iudicamus: nec deeſt aliquis Galeno paraphraſtes, qui exiſtimet ideò vinum Galenum interdicere in præcitato loco, quia dum fundit & liquat cruditates præexiſtentis ſuffocationis, periculum adauget, & verè ſanè in vetuſtiſſimo & intenſi caloris & ſumpto maiori quantitate quàm valeat celeriter nutrire, hoc illud accidere non dubito. Si verò vinum tantùm

Cautio in Galeni doctrina neceſſaria.

Lib. 12. cap. 3.

Concluſio huius diſcurſus, dictam rationem & Galeni tuemur.

tantùm vnius eſſet anni, & prudenti moderatione propinatum, maximè molliori biſcocto, aut iure auis mixto. Hæc & illa deuiare pericula ſatis manifeſta ratione conuincitur, ſi verum eſt quod Galenus nos docuit, *Quòd vinum eſt ex iis quæ celeriter nutriunt* : non enim tam ſcram coctionem exoptat vti cibus: nam ex parte ſpirituoſa & aërea ſpiritus inſtaurat ſola leui tranſmutatione in ventriculo: ex ſolidiori verò & vitalis ſpiritus & roridam ventriculi ſubſtantiam: maximè neceſſitatis tempore, vbi vnaquæque pars, inſito naturæ priuilegio, ad ſe trahit, quod maximè neceſſarium propriæ conſeruationi agnouit: ex illo conſenſu generali compulſa, quo vniuerſum & partes inter ſe, conſeruantur, ne diſſociata in deſtructionem vniuerſi conſpirent: ideò enim inter partes vacuum non permittit natura, ne vniuerſum pereat.

De vini nutritione tempore neceſſitatis, aut aliter.

Si ex aliquo icterico affectu, deliquium adueniat, auxilium in noſtra curatione illius affectus adinuenies, & paucis infra lineis, ſi à debili ventriculo, per ſola illius roborantia, vt Galenus. vti etiam frigida admiſcere, maximè æſtuanti, quod nos aquâ niue refrigeratâ ferè ſemper conſequimur, à Galeno edocti: ſin minùs, vino calido, aut ante, aut naturâ, ſi contraria laborat intemperie: ſi verò cum hac etiam imbecillitate vitioſi humores in ventriculum confluant, hoc etiam auxilio fac vomere: ℞. aquæ nucum viridium, raphanis diſtillatæ ℥vj. ſalis tartari aut vitrioli g. vij. nam & viſcera expurgat, & ab infarctu liberat, ventriculum leuat, & impactum in tunicis educit, & curat, & præcauet ſingultum, ſin minùs, decocto florum camomeli aut oleo communi, ſiue amigdalorum dulcium; quæ non tantùm vomitum prouocant, ſed ventrem molliorem reddunt, vt Galenus nos docet: & quia hæc imbecillitati non medentur, ventriculus poſteà roboretur oleo abſinthij, quo vinum decoquatur: quod Galenus initio faciendum non conſulit, niſi priùs noxios humores vacuaueris & ſolitâ prudentiâ; & ſi ex ſiccitate in principio acceſſionum in ſyncopam incurrunt, duabus aut tribus horis ante acceſſionem, cibo exhibito, & præcauetur ſyncopes & anima reficitur: ſi maximè cucurbitulis, & frictionibus, parum ante acceſſionem, humorem auertere conaberis.

Vinum an calidum an frigidũ propinandum.

De ſyncope à vitioſis humoribus ventriculi.

In acceſſionis principio quid agendum.

Si verò ex membri principalis obſtructione (qui ferè ſemper caſus lethalis eſt) animo deficere contingat, Galeni mentem concipere non valeo: nam aut accidens, aut affectus, medetur, à tanto præceptore: ſi accidens, quod inſtantaneam inſtaurationem petit, non video quomodo mellicrato, pulegio, hyſſopo & origano, medeatur; hæc enim eſt potius affectus quàm accidentis medela: nam cibis incindentibus vti, magis reſpicit cauſam, quàm illam accidentis vrgentiam: hæc enim alteratione & tenuatione medetur, quæ longum tempus deſiderant: nec erit excuſatio quòd illa ſit cauſa ſine qua non: nam in omnibus illis primas tenet vrgentia, nec illa auxilia ita præſtant validum alimentum, vt vires exinde deperditæ, ſubitò inſtaurentur, quinimò & illa appetitum deiiciunt; quare potiùs vera medendi ratio conſulere videtur, vt prius accidentis vrgentiæ ſuccurratur, ac poſtea affectui & cauſæ; illud tamen in Galeno laudamus, obſtructionum notitiam nobis dare, ex pulſuum inæqualitate, verſus magnitudinem & paruitatem (quæ ferè ſemper eſt oneris grauantis conſectaria) vehementiam & imbecillitatem, maximè vbi nulla complicatur plethora, cuius hæc eadem ſigna pariter ſunt ſimilia, quoniam facultas dum vehementiæ robore eleuatur, protenùs ex onere deprimitur; at quæ ex propria imbecillitate virium, quæ corpus moderantur, eueniunt exolutiones, ex intemperatura venientes, illarum partium, de quibus vires proueniunt, hæ æquales ſemper mutationes in pulſibus producunt, quantumuis debiles videantur; illas tamen intemperaturas, dixit Galenus, contrariis curare temperaturis oportet, frigidas quidem calfacientes aut è contra. Hæc ſcripſit Galenus *in 1. ad Glauconem de exolutione & deliquios quæ variis ex cauſis euenire contingit.*

De ſyncope ex obſtructione nobilis membri.

De ſignis obſtructionum nobilis viſceris ex pulſibus

Sed quæ in hoc libro & in methodi libris poſteritati commendauit per generales indicationes, tantum elicere curauit: ideò 12. *meth. à 3. capite vſque ad 7.* dum de ſyncope ageret, ac de febre ſyncopali humoroſa, vna cum oris ventriculi offenſione; (ſyncopis immediata cauſa ob vas breue, quo os ventriculi cum corde communicat, & ſuas ad inuicem affectiones transferunt;) tam breuiter ſola frictione contentus mellicrato & inediâ vniuerſam curationem claudit; quis ergo vnquam noſtrorum Doctorum hac ſimplici curatione febrem ſyncopalem curauit, quin aliquid de propria obſeruatione, & prout ſingularis præſcripſit indicatio, ſuperadderet, vt angenti periculo occurreret? quodnam erit præceptum quod limitationem non ferat? ideò miror viros, certè doctiſſimos, ita Galeni præceptis addictos, ac ſi ab illis recedere

De febre ſyncopali minuta eſt celebris hiſtoria in Galeno 10. Meth. 3. & 12. Meth. 6.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITT. EMANUELE

dere eſſet graue piaculum : fateor quod caſus adeò lethales aliquando occurrunt, vt neque ſua, neque noſtra ſufficiant : vt in caſu propoſito : ſed proh Deum immortalem ! pleraque adeò in arcanis naturæ deliteſcunt, quæ nec illis nec nobis patuerunt, fortaſſe poſteris reſeruata; quoniam doctus naturæ liber, eſt optimus docendæ medicinæ magiſter, ex quo (ſi vera fari licet) plura quàm ex ſcholis, & ſubtilibus argutiis didiſcimus; ideò in hæc ſæpiùs verſari & obſeruare decet, vtpote in abſtruſis; nam de rebus euidentibus agere, eſt in meridie lucem accendere: in hac febre, Galeni curatio certè eſt vrgentiæ impar, verùm enimuerò, neque vires videntur maiora ferre poſſe; attamen non eſt omnino impoſſibile, quin febris ſyncopalis humoroſa, vna cum oris ventriculi offenſione, cum ſanguinis abundantia complicetur, quando Arabum princeps, non ab hac ſententia alienus, de illa nobis dixit: *licet talis ex ſanguine fiat, parum vini eſt offerendum*, magis attentus fortè ad ſyncopes vrgentiam, quam ad contra indicationem talis cauſæ.

De febre ſyncopali humoroſa pleraque expenduntur.

Neque noſtram diſtinctionem Galenus prætermiſit in præcitato loco, quando nempe febris illa, magna medicinæ auxilia ferre nequit, & quando alicuius eſt capax; de primo caſu ſic in illo inuenies : *Atque ſi pulſus*, inquit, *his paruus admodum infirmuſque ſit, aut etiam ſupra hæc vehementer inæqualis, ſcire licet extremum periculum eſſe; facienda tamen nobis, quæ retuli, ſunt : nec aliud quidquam moliendum*; de ſecundo autem ſic alloquitur: *Si verò pulſus robore mediocri ſit, ac magnitudine præterea minimè interciſus & inæqualis, conſidera, quæ ad aluum ſpectant, ac ſi ſua ſponte commodè non deiiciat, audacter per inferius aliquid infundes*, (*nempe per clyſteres*) *quo tempore panem ex vino diluto, exibere conueniet : vtique ſi nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret, quando ſi hæc infeſtantur, iam corpore crudis referto, planè deſperata ſalus ægro eſt, pulſibus ſic mutatis*; (nempe vt in priori caſu) iſta Galeni verba non aliam interpretationem patiuntur, (quantumuis neoterici ex propria quam ex Galeni mente varia deducere conantur) quam in primo caſu eſſe ſola illa leuia molienda, & in ſecundo ſolis clyſteribus pugnandum; ea ſola ratione quod vires æqualia morbo auxilia non ferunt, quantumuis indicata : hoc patet ex alia ſententia : *Age ergo ſignis febricitet & pletorica adſit diſpoſitio, verùm ex recentibus cruditatibus ſit, morſumque ſentiat, afflictumque os ventriculi, adeo vt grauiter anxieque ſe habeat : numquid hic ſolam febrem reſpicientes, illam multitudinem vacuare tentabimus (quod alioquin ſine moleſtia faceremus) an priùs ori ventriculi prouidebimus ? ac deinde poſtquam circa hoc bene ſe habuerit quam contigerit totius corporis vacuationem faciemus? mihi quidem ita agendum videtur; multos itaque vidi qui ita affecti erant, quoſdam interiiſſe, alios ad extremum periculum fuiſſe perductos, cum Medici eos euacuare tentaſſent antequam os ventriculi roboraſſent* : ſatis clarè patet, quòd in Galeni mente, indicantis & contra indicantis vrgentia æqua lance librata magis timuit de oris ventriculi diſſolutione, quàm fidit de neceſſitate vacuandi, ſed hoc non abſolutè, ſed vſque ad illius membri, & diſſolutionis roboratio comparetur : nam viribus inſtauratis euacuationem conſulit celebrandam: nolo me interpretem gerere niſi vnius verbi; ergo in febre ſyncopali humoroſa, roborato ventriculo, & aliqualiter ſyncope moderato (quæ euacuationem potiori vrgentia contraindicat) ſecurè vacuationem imperabimus ? nam his verbis Galenus fidem ſuæ mentis, poſteris ſecuriorem fecit : nam diſtulit euacuationem, non prohibuit; ideò nos indicationes ex ipſa rei natura ductas elicere curamus, à ſe alibi traditas : ergo ſi pulſus in robore mediocri conſiſtat, minimè interciſus, ſed æqualis, aliquam vacuationem ferre poterit ? ſed qualis iſta ſit, ex aliis principiis nos oportet elicere; maxime quando extrema frigidiora, ſeu non pro ratione calida, calorem recipere incipiunt, & vrina ex ſumma cruditate, ad flauiorem vertitur; ſaltem, in colore mutatur & ſubſtantia.

2. ad Glauc. 14.

An detur caſus in ſyncopali humoroſa, vbi poſſit ſanguis mitti.

An purgare conueniat à principio.

Dicent fortaſſe minorantes : ſi in ſecundo caſu clyſteres nō ſufficiunt, (nam in primo nulla nobis eſt quæſtio) vnicam & ſolam purgandi indicationem nos vrgere : & quia hoc Galenus videtur docuiſſe quando dixit, *ſi ſua ſponte non deiiciat, aliquid per inferiora infundes* : & quia in caſu ex hypotheſi, eſt onus ſuprà naturæ vires & ſi coctionem expectamus, erit ignauæ cunctationis ſupplicium, ſpes dubia quæ cum morte punitur : quando maximè cruditas quæ circa os ventriculi opprimit, ſanguinis miſſione non educitur. Hîc eſt Achylis huius opinionis, & nos illis etiam gratis damus quod eſt membrum principale obſeſſum & humor à ſanguinis natura alienus, quæ omnia non tantum ad purgandum ſuadent, ſed compellunt.

Velim tamen rebus opinabilibus iudicij libertas : nam ſi in aliqua opinione conſe-

conſeneſcimus,quædam in illa veluti religio contrahitur, à qua recedere, huius religionis habitus non permittit: & in hoc videntur aliqui naturam angelorum æmulari,ac ſi dicant quod ſemel aſſumpſi nunquam demiſi: æquo animo fetatis oro, quod adhuc illa omnia ſimul non valent regulam generalem conſtituere, nec adhuc particularem in hoc caſu:nam vnum tantum validum contraindicans, illa valida indicantia ſuperat, quia merita aliorum obſcurat: quoniam adhuc his non obſtantibus, ſi aliqua datur vacuandi occaſio, in ſyncópis abſentia & pulſibus mediocri robore, viribus inſtauratis & calidis extremis, ſecurius per ſanguinis miſſionem vacuare nos ducimus, quam aliquo purganti medicamento: nam ſi leniens commouet,in quiete inſecura humores & non purgat ſi catarticum in grauiora pericula nos ducit, quam ſpe ſecuræ ſanitatis ſoletur; nam ſyncopis occaſio, in caloris obruente colluuie conſiſtit,dum maximi os ventriculi opprimit, ſeu dum per vas breue cordi, ſuam calamitatem fatali conſenſu cõminat, quanto ergo promptius cõmoto quam quieto humore ſyncopem concitabimus; patet nam ſyncopis occaſio in membro nobiliſſimo, magis obſeruatur,dum humor per acceſſiones commouetur: ergo ſi medicamentum purgans gerit vicem acceſſionis, abſque dubio ſyncopem concitabit, & adhuc magis vrgeo argumentum; non tantum commouebit humorem qui opprimit ventriculum & cordis calorem ſuffocat, ſed ab aliis locis ad ventriculum conuocat, quo non tantum eſt ſyncopis occaſio, ſed ex cauſa quæ recenter attrahitur, non tantum erit ſyncopis ſed & mortis occaſio, forte inopinatæ, quod nos aliquando etiam obſeruauimus, auxilio etiam reclamantis.

Obiectio contra prædictam doctrinam. Dices in ſyncope cor grauiſſimam pati noxam, per ſe aut per conſenſum, ex intemperie ſoluta vnitate aut compoſitione deprauata, & forte ſpirituũ orbitate: quid multum poteſt caſus adeſſe, vt temperamentum ſubſtantificum cum qualitatiuo etiam euertatur, vt in peſtilentia hectica & tabe confirmata, ſecundum latitudinem temperamenti lapſi manente vita quod Ætius etiam non præteriit, neque ſyncopis cauſæ ita facile omnibus innoteſcunt, patent enim in notiſſimis febribus & in longa inedia valida paſſione: ſed in caſu ex hypoteſi à medicamento purganti nulla ex his cauſis inducitur in corde, vt grauem noxam exinde patiatur, imò poteſt humorem *Tetrab. 2. ſerm. 1. cap. 101.* vacuare, vt à ſuffocationis periculo liberetur; ergo, poteſt ſecure propinari medicamentum purgans Fateor, quod vt ſequatur ſyncops neceſſe ſit cor grauiſſimam noxam pati, ſed nullam ex his poſſe inducere medicamentum purgans: nego minorem: nam primo noxam ex intemperie inducit,dum à commoto humore frigiditas inducitur qua obruitur calor, ſeu per ſe aut per accidens, dum à multitudine, vt a lignorum congerie obruitur: ſeu dum commouet corruptum aut malignum humorem,qui aut ſolutionem continui in cordis ſubſtantiam propria corruptione inducit; aut deprauatam compoſitionem dum ventriculos obſtruit, arterias diſtendit, & perſpiratum impedit; & in peſtilentia poterit aduenire, vt ſubſtantificum euertatur etiam temperamentum, vt Ætius dixit; quod humorem vacuare contingat, nec ſyncopis periculo; hoc alius certè experiatur, nobis enim tanta non ſuppetit audacia: & ſi forte contingat, hoc nobis potius fortunæ quam artis auxilium videtur.

Demitto quod ſunt aliquæ ſyncopes, quæ nec omnibus patent, nempe quæ fiunt ex anadrome, & humoris recurſu ad interna,vt in principio acceſſionis accidit maximè de malignarum ſorte;quod ſi ita ſors in hac febre tulerit ex cõmoto humore, ſatis patet,quam perniciosa erit in hac febre purgatio;ſyncope etiam accedit ob aliquod impediens, quod prohibet ne humor & ſanguis foris expandi valeant, vt in frigiditate valida corporis vniuerſi aut hyemis rigentis.ſiue ob pinguedinem & viarum anguſtiam.Hoc etiam nos vidimus ob vehemens incendium,ſanguinem & ſpiritum intus attrahens ex nimio & præpoſtero tabaci vſu; viſceribus contracto empyreumate: illud etiam vidimus ob timorem qui validam virtutem ſuperauit, quoniam tunc nulla operatur potentia cum vita eſt in dubio. Illa tamen eſt notiſſima cauſa ſi humoris maligni violentia vitæ nexum diſſoluit ſubitò, aut paulatim; hæc & alia poſſunt in febre ſyncopali aduenire; quod ſi in illa minorare contendimus, vitam manifeſto periculo exponimus:nam propinato pharmaco neceſſe fuerit humores commouere, adhuc à benigniſſimo cathartico,ex quo poterit æger ſubitò interire humore, ſiue ad cor delato, viribus exolutis, ſeu vitificum nectar ſubitò obſidente: hæc & alia nos ſæpiùs obſeruauimus, vt qui rariſſimè aut nunquam in hac febre purgauimus: fortaſſe Herculani conſilio ſuo tempore docti; nam dum Auicennæ ageret paraphraſtem, in febris

Herculani conſilium in hac febre.

febris ſyncopalis curatione ingenue fatetur, ſe in toto medendi curſu, iam in longa ætate, medicamentum in illa propinare non auſiſſe; in cuius doctrinæ teſtimonium quatuor caſus refert maximè infelices huius purgationis: niſi iam in declinatione pharmacum propinetur, viribus inſtauratis & ſyncope abſente, & concludit: *Ideò ego teneo quouſque duret ſyncope procedendum eſſe clyſteribus, qui tamen fiant in declinatione paroxyſmi, quando ſyncope non adeſt, poſteà verò, ceſſante in totum ſyncope, propinandum aliquod pharmacum leue: ſed nec à pharmaco, neque à clyſtere æger ſurgere à lecto permittatur.*

An ſanguinē mittere in hac febre.

Dices vltimo, ſi pharmacum non conuenit, ergo neque ſanguinis miſſio, quoniam in vtroque auxilio æquales militant rationes in contradicendo,& hoc & illud æqualiter à Galeno damnatur; ſeu virium defectu, ſeu ſyncopes periculo; fateor, etiam & ingenuè, quòd nec in ſanguinis miſſione rationes dubitandi deficiunt: ſed libratis indicantibus & contraindicantibus in aliqua febris humoroſæ ſyncopalis ſpecie, (non in abſoluta febre humoroſæ ſyncopali) poterit dari caſus in quo ſanguinis miſſio conueniat, in principio, nunquam verò purgatio; nam poteſt dari febris de ſyncopalis ſorte, in qua cæteros humores ſuperet ſanguinis abundantia, ſeu bilis acrimonia; non repugnat enim frigidam ventriculi intemperiem ſubitò aduenire ex crapula recenti aut veteri, vel ex alia cauſa, cùm antecedenti ſanguinis abundantia; & prima regione expurgata,ſanguinis miſſionem conuenire, ſi perſeuerat febris, vel etiam ex retrimentis putridâ pituitâ fermentatis,dum ad os ventriculi refunditur, vt quotidie etiam obſeruamus: & hæc & illa febris petit ſanguinis miſſione mederi, dum indicatio, contra-indicantis ſuperat actionem,dum vires nempe mediocriter conſtant, in ſyncopes abſentia, vt ex Herculano antea adnotauimus; hæc enim indicatio comprehenditur ſub illa Galeni generali ſententia *ſaluberrimum igitur eſt in omnibus putridis febribus venam incindere,non in ſynochis modo, ſed in eis omnibus quas putreſcens humor concitat*; vbi nullam(noſtrâ ſaltem ſententiâ) excludit, ſi putridus humor venis ſtabulatur,dummmodo vires adſint, aliter enim eſſet planè ſuperfluum, vltra ſynochos alias numerare; & 1. *ad Glauconem* permittit. roborato ventriculo.à diſſolutione præſumptam vacuare multitudinem: vt etiam præcitato loco, ſi robore mediocri pulſus conſtet,poſſe aliquam vacuationem imperari; ex quibus hanc elicere concluſionem nobis datur; in febre ſyncopali humroſa, ſi vires mediocriter conſtant, & ſyncope abſente, ſaltem, per longiora interualla occurrente: ſi adeſt intermiſſio,aut in quietis tempore poteſt & debet fieri parua ſanguinis miſſio, ventriculo antea roborato, & iure validæ ſubſtantiæ præaſſumpto, ſeu vino generoſo permixto, ſiue alexipharmaco; in hoc enim auxilio omnis neceſſitatis indicatio adimpletur: nec ita validum contraindicans in illo obſeruatur commotionis, nec exolutionis, vti in purganti pharmaco: rationem Galenus reddidit per hæc verba: *ſaluberrimum igitur eſt, vt prædiximus, in omnibus febribus venam incindere, non modò in continuis, ſed in aliis omnibus quas putreſcens humor concitat, vbi præſertim nec ætas nec vires prohibent*: (& hæc eſt vnica deciſionis ratio) *leuata namque, quæ corpus noſtrum regit natura, exonerataque eo, quo veluti ſarcinâ premitur, haud ægrè quod reliquum eſt, vincit: itaque proprij muneris haud oblita, & concoquit, quod concoqui eſt habile, & excernit quod poteſt excerni*: nec ſanè ex ſanguinis miſſione talis in corpore concitatur conturbatio, vt inde ſyncopis occaſio timeatur: & ſi non periclitamur in periculis, periculum nos obruit: *Melius eſt enim anceps auxilium experiri, quàm nullum*, dixit Celſus, vbi maximè ſalus in ipſo periculo libratur; & Trallianus, vbi ſupra, non ex toto renuit ſang. miſſionem imo illam conſulit iterare,ignis exemplo lignorum congerie ſuffocati: ſi maximè aliqua vacuatio ſit ſuppreſſa vteri, aut hæmorrhoidarum,quæ ſit caloris ſuffocandi occaſio.

Concluſio de ſanguinis miſſione.

11 Meth. 15.

Si verò puſillus ille calor & cordis & ventriculi ſuffocari incipiat, vt à lignorum congerie puſillus ignis, neque ſanguinem mittere, nec purgare conueniet: hoc etiam poſteritati Galenus commendauit & nos docuit: in eo rationem attendite ad ſigna quæ 12. *Meth.* 3. aſſignauit. *Ergo*, inquit, *febricitare incipiunt nonnulli vbi maxima ſuccorum crudorum vnà cum oris ventriculi offenſione, vel ex cruditatibus, vel ex alia quapiam occaſione congeſſerunt; his & præcordia inflata & corpus ampliore mole quàm pro naturæ modo cernitur: tum color aliis quidem ad albidius, quàm pro naturali habitu, nonnullis ad nigrius, aut liuidius, quos quidem Medici plumbei coloris appellant: omnibus pulſus minores ſunt, quàm pro caloris ratione, præterea obſcuri, omninoque inæquales: nulli talium ſanguis mitti, ſiue maximo diſpendio, ſolet: cùm tamen vacuationem deſiderent, verùm nec ſanguinis miſſionem, nec purgatio-*

purgationem ſuſtineut: vtpote quos ſine bis ſyncope ſubitò adoritur. Quænam igitur eſt ratio medendi? qui cùm vacuari deſiderent vacuautia præſidia non ferunt: ſanè nullam aliam vacuationem inueni, præter eam quæ ex frictione paratur. Ab hoc loco videtur etiā, eandem ſententiam ad librū *de ſang. miſſione* tranſtuliſſe: nam *cap.*8. *&* 9. ſic alloquitur; *Neque vbi tanta humorum crudorum copia cumulata eſt, vt venam ſecundam probibeat, ratio redarguitur: nam iſtis virium robur non adeſt, eſtque hoc indicium, eos haud poſſe ſanguinis miſſionem perferre, quando vnà cum colore corporis, tutiùs qui tunc viſitur, ſanguinem abundantem indicante, pulſus adeſt inæqualis, aut in vehementia & magnitudine pro inæqualitate eius obſcurus & paruus exuperat; at vbi crudi, ſucci exuperant, antequam morbus inuaſerit, cautè vacuabis: ſi verò iam febris corripuerit, nequaquam;* attendite quod hic Galenus loquebatur de ſang. miſſione aut purgatione, vnde clarè patet, quod iudicat, quòd antequam febris inuadat, non ſunt deiectæ vites, ideò poſſe ferre vacuationem exiſtimat: ſi verò iam febris corripuerit, nequaquam: quia morbus vniuerſalis cùm ſit, omnes vires maximè labefactat: ſi maximè immodica illi acceſſit intemperies, quæ actum virtutis deiicit, ideò fortè 8. *Metaph. vltimo* virium defectum ad prohibendum potiſſimam præſtare indicationem exiſtimauit: *quippe quæ à febre ſumitur indicatio,* inquit, *ea reliquis quando omnes contrarium faciendum præſcribunt, numero quidem inferior eſt, magnitudine tamen, quæ ex dignitate aut poteſtate ſpectatur, vtique ſuperior eſt, potiſſimùm ſi longè à natura receſſit, quippe duplex tum magnitudo illi acceſſit, & quæ ex febris genere prouenit, & quæ propria, ſuaque ipſius eſt; idcirco contrarias indicationes inducit atque obumbrat:* idem ferè *Obſeruat* 4. *de ſauit. tuenda* 8. Cuius verba in medium non profero, quia ſat dicta probant.

Seu ſecundò, quia antequam febris inuadat, nondum ſyncopes acceſſio incœperat, quòd cruditas quieta & non mota, vt quando febris incipit: tunc enim cruditas motu alterationis & locali mouetur, ideò calorem & cordis & ventriculi obruit, & ſyncopem inducit: nam à calore præter-naturali cruditas alteratur, putreſcit, funditur & liquatur: vnde à ventriculo facilius penetrat per vas illud breue & cordis calorem ſuffocat, vaporum multitudine, quæ ab illo calore eleuatur, frigiditate comprimit, ſaltem coërcet, exitu ſpiritibus denegato; ideò licet cautè, antequam febris inuadat (nempe cruditate clyſteribus depoſitâ, ſaltem ad tres dies concocta) poteſt aliqua ſanguinis vacuatio celebrari, nec ſyncopes periculo, quia nondum inuaſit; at verò incipiente febre, nullo modo; nempe pulſibus ſic mutatis & frequenter ſyncope inuadente: nos enim obſeruauimus, licet nulla ſyncope antea adueniſſet, in illo apparatu ſyncopetico, ſola illa pulſuum inæqualitate, à ſang. miſſione ſubitò interiiſſe ægrum, in illa febris conditione; quod ſanè magis timere licet in conſtitutione febrium intermittentium ſyncopalium, quia tunc cruditas acceſſionis occaſione commouetur, & motu in cor irruit & non ſola multitudine, ſed impia malignitate interficit: vt nos etiam obſeruauimus anno 1638. in conſtitutione febrium malignarum de intermittentium ſorte vbi maior pars ægrorum, ſecundâ aut tertiâ acceſſione inſuperabili frigiditate interibant, nempe calore ſuffocato & cordis & ventriculi, ſolâ acceſſionis occaſione commotis, ſeu frigida cruditate, ſeu maligno humore.

Et adhuc illa Galeni ſigna oportet ad limam & lineam redigere, vt vitentur errores; quoniam niſi illa medico fideliſſimè æquilibrentur genio, nec prognoſim ſecuriorem facient, neque verum iudicium de auxiliis: medicum enim genium, ſecundùm hìc & nunc, intellectum ad benè operandum determinat, dum ſignorum latitudo ſignificationem meritorū euariat; quia illa ſigna in principio, nec prohibent in totum & aliquando imperant, conſulendo: ideò enim dixit, *antequam morbus inuaſerit cautè vacuabis*: at verò in ſtatu completo huius ſigni (quouis tempore) pulſibus ſic mutatis inæqualiter, & prohibent euacuationem, & prognoſim ſecuriorem faciunt: eſt enim meâ ſententiâ hæc deciſio (quantumuis lubrica diſputatio) trutinâ iuſtior, vt eſt in prouerbio. *Signa à Galeno propoſita, ſecundum diuerſa tēpora expendantur.*

An verò panem vino diluto exibere conueniat in pulſus extrema orbitate, licet inflammatio ventriculum aut iecur occuparet, non omnino recuſandum exiſtimo, conditionibus anteà prælibatis; nam idem Galenus *in cap.* 4. *libri* 12. *Methodi*, in his qui ex flaua bile ex ventriculi occupatione inciderunt in ſyncopem, non tantùm frigidam potionem exibendam exiſtimat, ſed de vino ſic etiam proſequitur: *Vinum tamen, quòd & calidum naturâ ſit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus quos ſyncopes malè habeat, offerre conuenit, diſtribui namque per corpus nutrimentum, quod ſumptum eſt non in ventre manere volumus: conſtat au-* *An vinum permittendum in inflammato ventriculo & in ſyncope.*

tem ex vinis deligenda eſſe, quæ flaua ſint colore & ſubſtantiâ tenui, & ætate vetera, talia namque boni odoris continuò fuerint; clarè paret, hic adeſſe æquale contraindicans ad vinum propinandum, ac inflammato iecore & ventriculo, ſaltem paulò minùs, illud etiam patet, Galenum in hoc loco ad vltimam virium imbecillitatem potiùs attendiſſe, quàm ad illa breuia nocumenta, quæ ex vini calore ſequi poſſunt, quippe quæ poterunt poſtea, viribus reſumptis, reparari: hic enim, etiam & bilis acrimonia & calida ventriculi intemperies & iecoris obſtabat: & nihilominùs vinum permittere non dubitat; quod etiam confirmatur ex *cap. 5. ſequenti*; quando dixit: *Quòd ſyncope ſit præceps virium lapſus, id ab aliis ante me dictum eſt. ſed cum eſſentia virium, quibus regitur corpus in ſpiritu, tum in ſolidorum corporum temperamento conſiſtat, hæc nobis vbi integra ſunt, ſeruari, & vbi corrumpuntur, ad integrum reuocari omninò debent: quare ad corrumpentia erit nobis tam ſedulâ diligentiâ attendendum, quantò breuiori tempore periculum timetur*: quod vltimò confirmat in 6. *capite ſubſequenti*, ſub hæc verba; *Ergo in omnibus huiuſmodi curationibus, ſi iam deprehenſus ſyncope cubans eſt, omnis ſolicitudo medentis ad ſymptoma vertitur: ſin nondum eâ premitur, vtriuſque curam habebit, & vt in ſymptoma non incidat, & vt morbus paulàtim diſcutiatur.* Memini etiam Galenum aliquando dixiſſe, (vt grauius præcaueret periculum) *Malo phlegmonas adangere, quàm ægrum in hecticam incidere*; quiſque ergo conſideret, quantò magis præſentaneum syncope periculum minatur, quàm hectica per gradus comparata.

Alia conſideratio dũ ſyncope pẽdet ab ſpiritibus & ſolidarum partium intemperamẽto, temperamento ſubſtantifico mutato.

Recondita certè & abſtruſa hæc ſunt in arcanis naturæ, neque minùs tamen attentionem poſtulant quæ ſequuntur: ſunt enim plerique caſus in hac ſyncopes ſorte, in quibus ſimul patitur ſpirituum fabrica & ſubſtantia ac inſtrumenta ſimul, vbi tales generantur ſpiritus, & ſunt veluti ipſorum domicilia: hoc in duplici caſu obſeruatur, in maligna & peſtifera febre, & in tam lapſa intemperie, vt non tantùm qualitatiuum temperamentum partis & ſpirituum, ſed ſubſtantificum partium ſolidarum euertitur: in hoc tamen ſua etiam latitudo obſeruatur, in principio, in medio, & fine, nam cùm eſſentialiter hoc aut illud temperamentum læditur: facultas, quæ in illo libratur, eſſentialiter læditur neceſſariò: aliter in principio, quando ſola læditur ſpirituum fabrica & harmonia quoniam tunc, aut inſtauratione, aut temperatione inſtauratur illorum diſſolutio; qui rationem huius caſus deſiderat, legat illuſtrationem, quam edidimus, cuius titulus eſt, *Quibus dignoſcatur ſignis imbecillitas per eſſentiam, & quibus per aggrauationem*; vbi ergo vtrique auxiliari eſt intentio (nam talis poteſt adeſſe caſus) nempe diſſipationi ſpirituum malignitati obſiſtere, & membra principalia roborare, ne temperamentum ſubſtantificum penitus euertatur; hoc validiſſimo auxilio vti conſulo: ℞. aquarum acetoſæ, & pomorum redolentium an. lib. 1. ß. eſſentiæ vitrioli gut. vj. vt aqua acidula reddatur, ponantur in vaſe vitreo, deinde accipe roſarum rubrarum p. ij. & baculo agitata per duos dies ſeruentur: nam mox redditur rubicunda, & poſteà per inclinationem ſepara aquam tinctam: & adde tantum ſacchari, vt fiat iuleb: cui addes eſſentiæ coralliorum gut. viij. conditi de acido citri Genuenſis ℥ß. & eſt ſupra omnia mirabile pro diuitibus; de quo in aurora accipiat ℥ij. & totidem ſerò: nam ſitim ſedat, inhibet putredinem, obſtructiones reſerat, malignos ſpiritus diſſipat: & poterit etiam iulepis admiſceri, iuri & panatellæ: cordis etiam regio, & carpi manus foueantur oleo Matthioli in aqua cardus ſancti diſſoluto: vel ℞. ſucci cardiaci, ſucci citri, an. ℥ß. olei nardini ℥j. olei cariophyllorum ℈i. Matthioli ʒß. Camphoræ ℈j. Croci ℈ß. & cum terebenthina diſſoluta in oleo nardino, fiat vnguentum pro corde & carpis manuum; & ſi iam extrema infrigidati videas; ℞. ſucci rutæ, caprariæ, ſcordij, acetoſæ & citri an. lib. j. theriacæ magnæ ℥i. confect. alchermes ʒii. ſtent in infuſione per 12. horas, poſteà diſtillentur per vitrum: & diſtillationi adde aquæ vitæ rectificatæ ℥j. de quo accipiat ʒi. bis aut ter in die.

Auxilium quo omnes intentiones adimplentur.

Vnguentũ pro corde mirabile.

Aqua theriacalis pro frigidis extremis & aliis

Si ſyncopes acceſſio incidat in fermentata putredine diuerſorum humorum vti in ſyncopali humoroſa, vbi ventriculi & cordis calor obrui periclitatur; non eſt à vera methodo alienum cordialibus penetrantia & concoquentia etiam admiſcere, vt efficaciùs & celeriùs operentur; quare vbi crudorum præualet abundantia. ℞. oximelis ſimplicis, ſeu ſyrup. acetoſi ℥iij. ſquilitici ʒij. aquæ vitæ ℥ij. theriacæ magnæ ʒß. & cochleare accipiat per vices; vel ℞. aquæ cardus ſancti ℥ij. mellis roſati ℥i. aquæ cinamomi ℥ß. eſſentiæ coralli gut. iij. ſalis vitrioli gut. iiij. miſ. & antè præaſſumat cochlearia ij. conditi de acido citri Genuenſis; cum puluere lapidis bezuar orientalis. Si verò putredo aut empyreuma præualet.

Pro ſyncopali humoroſa.

℞. rad.

Vbi præualet calor & empyreuma.

℞. rad. ſcorſoner. ℥iß. aquæ fontis lib. ij. coquantur ad tertias & inter coquendum adde ſcordij & radicis cardus ſancti an. ʒß. & colaturæ adde ſyrup. viol. ℥iiij. ſpiritus vitrioli gut. iij. ſalis vitrioli gut. ij. & mane ℥ij. accipiat, totidem ſerò, dum remittit, aut intermittit febris: vel ℞. aquæ ſcorſoneræ lib. ß. oximelis ſimpl. ℥ij. lapid. bezuar orientalis. gut. vj. eſſentiæ corall. gut. iiij. miſc. & pariter accipiat, & in mulieribus, vbi affectus vterini complicantur, adde eſſentiæ ſuccini gut. iij. & cochlearia per interualla accipiat: vel ℞. ſacchari in aqua roſata diſſoluti ℥iiij. aquæ vitæ ℥jß aquæ roſatæ ℥j. theriacæ magnæ ℈j; eſſentiæ cinamomi aut aniſi gut. ij. & per diei interualla & febris ſumatur. Vel ℞. ſacchari albi ℥ij. humectetur ſola aqua cinamomi, vt nonnihil fluidum reddatur, deinde adde ſpiritus vitrioli gut. ij. cinamomi gut. iij. aniſi, macis & caryophyllorum an. gut. ij. & per ſe, aut in iuſculis ſumatur; & ſi patitur ventriculus dolorem, illum fouere oportet oleo nardino, napeæ, iaſminorum & Matthioli cum puluere cinamomi, ligno aloës, macis, diarrhodon: vel pullo columbino viuente foueatur ventriculus.

In ictericis affectibus.

Pro dolore ventriculi.

Vt ſi valde cerebrum patiatur, ſeu imbecillitatem, ſeu deliquium ſola ſpirituum orbitate: de maximè roborantibus inuenies, grana ij. aut iij. ambaris griti in vino aut aqua cinamomi accipere, vel in poculo electi chocolatis, vel de hoc pretioſo liquore. ℞. mellis virginis fragrantis lib. ij. florum boraginis, bugloſſæ, anthos, an. lib. ß. cinamomi electi ℥ß. electuarij lætificantis ʒiij. ponantur in vaſe vitreo per 24. horas, poſteà diſtillentur: & diſtillationi adde ſpiritus coralliorum rectificati ℥ß. ſpiritus aniſi gut. viij. & circulentur in ſole in vaſe cooperto, & de hoc liquore accipe ℥ß. in aqua meliſſæ, napeæ, aut ſcorſoneræ.

Pro cerebri imbecillitate in deliquio.

Si verò in febre ardente aut maligna, ſpirituum præualet diſſipatio, virium exolutio: ℞. ligni aloës, zedoariæ, ſcordij, an. ℥j. florum cardinalium p. iß. infundantur in lib. ij. aquarum cordialium, & colaturæ adde ſpiritus tartari rectificati gut. viij. ſpiritus ſanguinis cerui, & vitrioli an. gut. iij. confect. hiacinth. ʒij. lapid. bezuar. oriental. gut. vj. miuæ de acido citri ℥iß. laudani opiati gut. iiij. & de hoc accipiat ℥ij. ſummo mane vel ℞. ſucci granatorum & citri an. lib. ß. ſacchari albi duri diſſoluti in guttulis eſſentiæ aniſi & cinamomi, vt fiat eleoſaccharum ℥iiij. laudani opiati gut. iiij. eſſentiæ vitrioli gut. ij. aquæ ſcorſoneræ ℥ij. vt magis diſſoluatur: & de hoc accipiat ℥j. mane & alteram ſerò vel ℞. tamarindorum ℥iiij. aquæ acetoſæ lib. j. infundantur per diem & coletur, infuſio, cui adde eſſentiæ coralliorum gut. vj. & accipiat ℥ij. bis in die.

Pro deliquio in canſone.

De ſyncope ac colliquante febre.

Si verò à febre colliquante, ſeu diaphoretico & liquanti ſudore, ſyncops aut deliquium ſuperueniat, conſule Galenum 12. *Meth.* 4. & poſtea ſuprà dictis auxiliis medeberis, iis tantùm additis, quæ poros corporis denſent & membra principalia temperent, infrigident, & colliquationi obſiſtant: ſiue, à calore adurenti, ſiue à maligna & occulta qualitate in febre colliquanti, inquit Zacutus, *obſeru.* 24. maiori parte ſucci vacuata ad lac chalybeatum acceſſi, & perfectè ſanus æger euaſit: quòd ſi ab intemperie alicuius membrorum principalium liquatio adueniat, cordis nempe hepatis aut ventriculi, ſeu tandem corporis vniuerſi, in hotum attemperatione intus & extra maior ſolicitudo eſt habenda: intus nuper dictis ablatis tantùm eſſentiis calidiſſimis: ad extra frigidioribus vnguentis in lacte maceratis, eſt illorum ſpina inungenda, vt ſanguinis feruor, per cauam decurrentis, temperetur, liquatio & conſumptio inhibeatur: ſi caput flagranti calore ardet, lotionibus temperetur & embrochis ex lacte & decocto herbarum frigidarum, hordei, papaueris, lactucæ, nenufaris, pſylly, violarum. Si ex cordis feruore, nam maximè circa cor hæ febres accenduntur epithematibus temperetur, ex aquis nenufaris, portulacæ, naphæ, endiuiæ, acetoſæ, an. ℥iij. diamarg. frig. ℥ij. oſſis de corde cerui ℈j. camphoræ gut. iiij. vini parùm ad penetrationem: & potionibus prædictis vtatur cordialibus; pro hepate accipies ſucci lactucæ, portulacæ, an. ʒij. aquarum acetoſæ, ſemperuiuæ, an. ℥j. ſucci ſcariolæ ℥ij. ſantal. rubror. & coralliorum an. ʒiß. & frequenter renouetur epithema; & pro ſpina dorſi: ℞. olei nenufaris & papaueris an. ℥j. mucilaginis, ſeminis pſylly; & cotoneorum & maſticis, aqua roſarum extractarum an. ʒij. ſucci lactucæ ℥ß. plantag. ʒij. medullæ cruris vituli, axungiæ gallinæ, aquâ lactucæ frigidâ lotorum ℥iijß. electuarij teſumptiui & diamargaritonis frigidi an. ʒiß. & cum cera alba fiat lenimentum.

Si ex cordis feruore.

Pro hepate calido.

In diaphoretico ſudore, ſuper corporis ambitum, maximè ſupra pectus & ſpinam, inſpergantur pulueres roſarum diamargarit. frigidi gypſi, florum nenufaris & papaueris, aquâ roſatum, ſiue candido oui humectatis, & ſuper puluinare & in lecto, etiam inſpergantur, vbi cubat ægrotus,

Pro diaphoretico ſudore.

grotus, vt illius denſentur pori corporis, ne calor innatus tanto ſudore diffluat, vbi continua etiam flabellatio eſt maximum auxilium: & herbarum frigidarum & aceti roſati inſperſio, & per omne etiam pauimentum; & ad talem ſtatum aliquando ſudoris vrgentia nos ducit vt coëgerit adhuc viros doctiſſimos, vt ſuper pectus & ſpinam imponant pannos, aquâ roſatâ imbutos, niue refrigeratâ: ſed ſuper omnia auxilia, hoc illud eſt potiſſimum, in prandio & cœna aquâ vti niue refrigeratâ, magis aut minus, pro conſuetudine, empyreumate, & ægri tolerantiâ: teſtes etiam inuoluere decet in aliquo ex his epithematibus & frequenter mutatis: & ſi tam infrigidari incipiat, pudenda foueantur confectione alchermes in vino diſſolutâ; pulueres inſpergendi ſuper corpus & lectum ſic accipies. ♃. florum nympheæ, roſarum rubrarum, an. ℥iiij. labdani puri pulueriſati, ℥ß. acaciæ Alexandriæ ʒij. ſtoracis ʒij. myrrillorum & granorum ſumachi an. ℥ij. & fiat puluis; in febre ſyncopali minuta ſolo decocto tamarindorum & illorum condito talem febrem ſe curaſſe teſtatur & clyſteribus refrigerantibus, *obſeru.* 12. Zacutus.

De vſu niuis in hoc caſu.

Si à plenitudine ad vaſa vel ad vires, vt ad venarum interceptionem deliquium ſequatur, ſyncope aut apoplexia: nam hæc omnia ſub illa comprehendit Hippocrates: vnicum tantum auxilium in hoc loco proponit, nempe ſanguinis miſſionem ex brachio: ſatis nota eſt ratio, vt onere depoſito ab eo quo veluti ſarcinâ premitur, obrutus calor reſipiſcat & ſanguis à concretione, ex ventilatione denegata liberetur: & ob angentem vrgentiam ex brachio; ſed non eſt confertim detrahendus, vt Galenus aduertit, ſed per interualla & paularim, maximè ſi ſyncope acceſſit *Venam igitur*, dixit Hippocrates, *brachij dextri internam ſecare oportet: Velociſſimè enim*, dixit Galenus, *& plurimùm, ex iis quæ principes ſunt partibus, vena ea corpus euacuat: atque ob id in acutiſſimis morbis, ad eam ſeſe confert*: & cætera auxilia erunt vti in ſyncopali humoroſa, vbi ſuffocari calor periclitatur.

4. acut. 23. 24. & 25.

De ſang. miſſ. in ſyncope ex venarum intercoeptione.

Quòd ſi à terrore, aut ſubito timore ſyncopes occaſio ex retractione ſpirituum, ex hoc duo ſequuntur damna, & vt ſubitò infrigidetur æger, & ſuffocationis influens & innatus periclitetur calor; ideò in hoc caſu nõ detrahatur ſanguis, quoniam hæc ſubita inuaſio gerit vicem acceſſionis: ſed frictionibus & ligaturis reuellatur à corde, & electuarij lætificantis in vino diſſoluti cochleare accipiat: ſeu grana iij. lapidis bezuar orientalis in aqua papaueris rubri, calida, ſiue ſcorſoneræ. vel ♃. decocti cardus ſancti, zedoariæ, ſcordij, ligno aloës, & florum cordialium, lib. ß. ſpiritus tartari rectificati, gut. iij. croci Anglici gut. iij. laudani opiati gut. ij. miſc. & ſumat ℥ij. actu calidas; poſtea verò reuocato calore, ſi venarum intercipientium, & præcordiorum timetur inflammatio, in plethoricis & ſanguine bilioſo abundantibus vt timere par eſt, tunc ſanguinis miſſio poteſt ſecundum medicinæ præcepta imperari.

De ſyncope ex terrore & timore.

Sãg. miſſio quando locum habet in hoc caſu.

Si verò, deliquium & ſyncope, ex ſola cordis imbecillitate, & caloris defectu, inopinatò ingruat. Valeriola & Zacutus ex corde veruecis ſuccum extractum ſuper omnia laudant: quod poteſt etiam ex gallina parari & arietis coxa dimidio aſſata: cor autem veruecis ſic paratur; accipe vnum aut duo corda veruecis, vel hœdi, & ſcindantur per medium & aquâ roſarum foueantur. & in talleolas oblongas diſſecantur, & teſtaceo & vitriato vaſe imponantur, inſperſis pulueribus cinamomi & caryophyllorum: & luto aut maſsâ vaſe optimè obturato. in furnum calētem inditur, abſque vllo liquore, vſque ad caro calore contabeſcens, in ſuccum eliquatur; inde poſteà inuentus in vaſe ſuccus, cochlearibus ægroto propinatur, ſeu cum ſaccharo (quoniam eſt ingrati ſaporis ſeu cum ſucco limonum; quo ſolo auxilio Zacutus teſtatur, ſe virum diuitem à ſumma imbecillitate liberaſſe; ſed inter illa quæ noſtra ætate delectationi & alimento validiora experimur, eſt noſtrum pretioſum chocolate ac ſi nectar Deorum dixeris & ambroſiam, de quo Athenæus, immortalibus Diis immortale præbuit alimentum: quoniam & illud debiles & inualidos præſentaneo reficit alimento: nectar viuificum reparat, deperditum inſtaurat, ſpiritus robuſtiſſimos creat, melancholiæ ſtimulos extinguit, animo ſerenitatem affert, lætitiam inducit, cruditates concoquit, flatuoſam materiam diſſipat & exoluit, rationali regula, obſtructiones aperit, ſitim ſedat: grata humanitate beneuolentiam & amicitiam inter ciues conciliat: poculis vti vino libratis; eſt tamen illo certa lege vtendum, in robuſtis & ſanis eſt ad vncias octo propinandum: in mediocribus robore & ætate ad vncias ſex, debilibus & inualidis ad vncias quatuor: plus minuſue, vt fert coctio in ventriculo, conſuetudo tolerat: ſemel tantùm in die, ſaltem bis. ſed ſemper calidum propinetur; nunquam tamen niue refrigeratum;

Si ex cordis imbecillitate & caloris defectu ſyncope aduenias.

Auxilium de corde veruecis.

De chocolate ac illius mirabili virtute in viribus inſtaurandis.

tum; de hoc tamen latiùs in noſtro Medico Tribunali.

Quare in hac virium imbecillitate In ſyncope & animi deliquio fore ſummum & extremum auxilium non dubito, ſi maximè cum granis duobus ambaris griſij, aut lapidis bezuar orientalis adſumatur: ſi verum eſt, quòd ſpirirus, aère inſpirato & vaporibus, vicem alimenri gerentibus inſtaurantur: nam, ſuper alia cor etiam & cerebrum mirificè corroborat, hepatis ſanguificationem iuuat, ac ſanguinem per venas corporis vniuerſi diſtribuit, & tandem aromarica & amica virture ventriculi coctionem perficit, & abſoluit: dummodo praua aliqua & corrupra cruditas præexiſtens, laudabilem chocolatis ſubſtantiam, in deleteriam & prauam corruptionem non trahat: nam ſi contagio alterius corruptionis coafficitur, & cum illa corrumpitur, grauiſſima inducit accidentia; maximè ſi anreà ſumatur chocolate, & poſteà, aur nimiam, aut præpoſteram ciborum quantitatem, aut aquæ, aur vini potum ſuperingurgitet, vt in Petro de Caramu nobili Hiſpalenſi obſeruauimus: nam ſicut in parua quantitate, in benè temperato ventriculo, facillimè concoqui, breuî reparat, & inſtaurat. (& in hoc etiam vino aſſimilatur) ſic pariter ſi ad ſolam voluptatis illecebram, ſupra vires ventriculi, illo inebriantur, obſtructiones & cruditates creat, & alia grauia concitat accidentia, vt in vino & cæteris ſupra modum adſumptus, (licet ſit laudabilis & facilis ſubſtantiæ) omnes experiuntur.

Hiſtoria Petri de Caramu de chocolatis vſu præpoſtero.

Et ſi tandem cum cordis palpitatione complicetur deliquium & ſyncopes ſeu ab apoplexia, caro, & catalepſi ſpirituum exitu denegaro, ſeu ab aliquo icterico affectu infrigidetur, ob cauſas ibi tradiras, ptopria curatio erit horum affectuum medela: de quo nos ſatis mulra, & fortè ſelectiſſima, in noſtro Medico Tribunali.

De ſyncope cum cordis palpitatione & cum aliis cauſis.

In ſubita verò diſtenſione ventriculorum cerebri, vbi ſpiritus expandi prohibentur, à craſſiſſima flatuoſæ materiæ illuuie, vt accidit in catocho & vera catalepſi; tunc ſpes eſt in anguſto, & quia morbo æqualia auxilia virium imbecillitas non tolerat, & quia niſi à validiſſimo auxilio ſuperari non patitur: attamen in hoc caſu ſi indicariones ad limam & lineam redigimus, prius vehementi clyſtere carminante & purgante crudirates à prima regione educere debemus, & poſteà adhuc cum violentia cochleare in os inducere conabimur ex aqua vitæ, cinamomi, aut aniſi, aut illorum extractis, In quibus diſſoluatur, ℥ß. theriacæ, & eſſentiæ vitrioli gut. ij. aut caſtorei ℈j. addito ſaccharo ad ʒjß. & mox caput radatur, & fricetur oleo caſtorei, Matthioli, & lauri, & poſtea pulueris inſpergantur lauendulæ, ſaluiæ. & caſtorei. & ſi placet, lixiuio lauetur in quo decocta ſit ſaluia, ſtecados, fœniculum lauendulá; & palatum fricetur theriacâ in aqua vitæ diſſoluta, aut tabaco de Sumonte, in aceto acriori (fortiùs ſquilitico) diſſoluto; quod ſi iſta non proſint, fumum per os accipiat ex tabaco, aut ſulphure & ſale vitrioli & pyrctro nam penetrat vehementer, & flatuoſam materiam diſſoluit, & adhuc craſſiorem tenuando per os deducit; & tandem ſi paululum ad ſe redeat, per os ſumat eſſentiæ ſuccini gut. iij. vini generoſi ℥jß. ſalis vitrioli gut. iij. aquæ ſaluiæ ʒij. eſſentiæ caſtorei, aut ſulphuris gut. iij. &

De ſyncope à cerebri diſtenſione ventriculorum à flatuum illuuie.

ſi forte ſuppreſſis hæmorrhoidibus aut menſibus in ſyncopem incidere contingat nullum erit potentius auxilium, quàm hirudines ano aut ori vteri adaptare, & ſanguinem moderatè extrahere, ſiue per ſcarificaras cucurbitulas femoribus, ſeu alris ſcarificationibus inductis, vt etiam Ægyptiis mos eſt: nam illam temeritatem rationalis ſuperat indicatio: & per os detur ſpiritus aniſi ʒj. mellis ſquilitici ʒij. aqua cinamomi ℥j. & in vltima deſperatione venas narium, ſeu leonicas aperire maximi iudico auxilij futurum: nam à cerebro extrahit, hoc auxilium quod mali occaſione confluxit, diſtentationem laxat, & vacuandi mali occaſionem tollit.

Suppreſſis hæmorrhoidibus, aut menſibus, hirudines ano, aut ori vteri adaptatis.

In alimentis etiam eadem cautione ſe libera prudenter indicationibus libratis; vt in calidiſſimo deliquio, frigidiora & acida propinentur cibaria, vt condita ex acido citri, roſarum, & cucurbitæ cum guttulis eſſentiæ coralli: iuſcula alterata ſint validæ ſubſtantiæ, cum ſucco limonum; oſſe de corde cerui, & lapide bezuar orientali. Itali in vſu habent propinate quod apud noſtros dicitur candiel, ex vitellis ouorum in ſaccharo albo, aqua roſatum priùs ſeruefacto, & ad punctum redactum diſſolutis, vino odorifero permixto, & parùm cinamomi.

ILLVSTRATIO III.

Et ſecunda in ordine noſtri Medici Tribunalis, ad febrem peſtilentem & malignam.

Primò de illatum contagio; ſecundò de malignæ qualitatis eſſentia & cauſis; tertiò de auxiliis.

DE CONTAGIO.

VT ratio contagij ſeruetur, ſat eſt inter duo corpora communicetur actuale contagium, ſi vitium ſimile, ſiue affectio ab vno corpore ad aliud transfertur, recipientis analogiâ præſuppoſitâ: dummodo ſeminaria, quæ à corpore expirant, ſint & vehementis actiuitatis & fortis mixtionis, ne in ſpatio intermedio diſſoluantur: quod non poteſt adeſſe niſi in materia craſſa, viſcida, & tenaci: hoc etiam requiritur, vt vim corrumpendi ſortiantur; ad quas conditiones Fracaſtoreus putredinem requirit, ex qua eleuentur ſeminaria: nam ex ſola vſtione poteſt maligna qualitas oriri, ac inde pullulare, (patet in atra & æruginoſa bile) non tamen illas contagioſa ſeminaria, quæ alias conditiones prærequirunt: quas vſtio non continet: nempe quòd talem habeant mixtionem, vt ad longinqua abſque reſolutione deferantur: & vt in penitiſſimas partes inſenſibiliter ſe inſerant, vt ſimilem affectum in alio producant, corrumpendo inficiant: nam in recipiente, vi contactus, putrefactio inducitur ſeu in humore, ſpiritu, aut in partibus ſolidis, prout ad hanc aut illam malignitas habeat analogiam: ideò ſeminaria putrefacientia dicuntur; quare febrem peſtilentem poſſe oriri ex venenoſa qualitate, ex ſola vſtione reſultante, non dubitamus, contagioſam verò ex ſeminariis ab illa emanantibus poſſibile non remur; niſi alius detur caſus poſſibilis, vt ex aëris patibilibus & influxu cæleſti, maligna qualitas ex ſola vſtione producatur, & hæc recipiatur in corpore putredini diſpoſito, ex cuius putrefactione putrida ſeminaria eleuentur, quæ vim etiam corrumpendi contineant, & ſimilem affectum ad diſtans producendi.

De maligna qualitate.

MAligna qualitas, eſt naturæ abſolutè contraria: & à tota ſubſtantia vitæ nexus diſſolutionem intendit, & eleuatiori modo operatur quàm primæ qualitates: & ſi quæras à quo eleuationem accipiat, dico à virtute cæleſti, quæ concurrit ad illam mixtionem, quæ formæ introducendæ prærequiritur: & ab ipſa forma, in cuius virtutę operatur: ideò dicitur à forma dimanare, & à tota ſubſtantia operari. Sit huius diſcurſus plenior illuſtratio, qualitatum ortus & differentia: nam aliæ ſunt primæ qualitates, quæ virtutes elementorum dicuntur, & in mixtis coaleſcunt in gradibus remiſſis ad elementorum proportiones, per quas in mixto eduntur actiones viuentium, nempe coctio alimenti, ſpirituum in corde generatio, vt etiam in cerebro animalium: & etiam horum membrorum motus, vt vita conſeruetur, & animæ & corporis nexus, in virtute huius temperamenti, cum quo vita compatitur. Aliæ ſunt ſecundæ qualitates, ex primis orientes, ex tali primarum qualitatum mixtione, vt ex elementorum præualentia talis modus ſubſtantiæ reſultet, vt denſitas & raritas, craſſities, tenuitas & lentor: nec illæ valent alias qualitates producere. & quia in ſe non habent operandi principium, & quia ſunt effectus, & non cauſæ. Tertiæ qualitates ſunt aliæ a primis & ſecundis diuerſæ; ſed ex primis & ſecundis oriuntur, ex alio modo mixtionis à primis & ſecundis diuerſo, ex quo alia qualitas reſultat à primis & ſecundis diſtincta: veluti eſt adſtringens, laxans, emolliens, aperiens &c. De his latè Galenus *lib. 1. ſimpl. à cap. 25*. Vltimò in quarto loco qualitatum collocantur ignotæ qualitates, ideò tales dictæ, quòd à tota ſubſtantia oriuntur, ex ignoto operandi principio, & quòd à forma mixti producuntur in genere cauſæ efficientis, & ſequuntur naturam ſpecificam illius mixtionis, cum qua forma compatitur; ideò dicuntur proprietates illius feré inſeparabiles, ſeu 4. modo ſint, ſeu aliter; inter quas eſt ſympathia & antipathia, quæ pleriſque in rebus obſeruatur, vt inter lupum & ouem, canem & felem, inter alimentum & venenum in homine, inter herbas & lapides, quæ cor & cerebrum ſingulari energia reſpiciunt. roborant, aut euertunt; hæc in lapide herculeo ferrum trahit, in adamante paleas: hinc cathartica adhuc in gentilitia humorum mixtione humorem attrahunt ſibi

De qualitatum ortu & different.

Secunda qualitates non valent alias qualitates producere.

bi familiarem. Hinc vltimò oritur illa maligna qualitas ab huius mixti formâ, ex qua illa reſultat, ſiue ſit ex fermentata & profunda putredine, ſiue ex vſtione venenoſa; illa tamen eſt penitùs ignota à priori, licet à poſteriori per ipſos effectus innoteſcat; ideò dicitur proprietas mixti, ſeu à tota ſubſtantia, licet à pleriſque dicatur proprietas cæleſtis, quia ad illam elementorum mixtionem cæleſtis influxus taliter illam mixtionem modificat, vt ex illa hæc qualitas reſultet: & hinc illam eleuationem in operando accipit, vt etiam & forma, vtpote à cauſis partialibus, quæ concurrunt in eundem effectum. Paulò anteà diximus quòd malignitas eſt putredinis aut vſtionis ſoboles: ab hac enim, aut ex illa reſultat, ſed non ab hoc putredinis aut vſtionis gradu; nam febris ex ſimplici putredine, aut ex feruore, aut vſtione bilis, aut vſtæ melancholiæ, poteſt attingere vltimum intenſionis aut feruoris gradum, & non malignitatem, ſed ſolam intenſionem in ipſa continua febre, & intenſione accidentium: nam poteſt eſſe continua calore exurenti, & ſiti intentiſſimi: attamen ſi tranſeat ab hoc gradu putredinis, in quo conſtituitur in ratione putridæ, & à gradu etiam vſtionis, quo in eſſe ardentium collocatur, poteſt eſſe maligna & putrida & ardens: ſeu illa ſit febris mitioris caloris: attamen quis ille ſit gradus per quem in malignarum ſorte conſtituitur, non poteſt ex alio principio præfiniri, quàm ex intenſione, aut reduplicatione intimæ & profundæ putredinis, aut deprauatæ etiam vſtionis, cum quibus habuit analogiam in hac aut illa materia, diſpoſita ad hunc putredinis aut vſtionis gradum: ſi illum producat, caloris præter naturam extraneatio, ſiue ſola intenſio gradus ad gradum: an autem detur prænoſcendi ſcientia talis gradus, non dubito quod altiori iudicio dignoſcatur, etiam à priori, vt plurimùm tamen à poſteriori, & ſingulari analogia accidentium, ac ex ipſa febris conditione, & more, & ſtrage & ab aliis, quæ ſub noſtro iudicio cadunt, comprehendi exiſtimo &c.

Ideò etiam dicitur eſſe altioris ordinis, à primis & ſecundis qualitatibus, quia eius operatio excedit aliarum qualitatum operationes & in efficacia operandi, & in celeritate penetrandi, quia eleuatur ab animæ virtute ad operandum ſub illa mixtione & influxu, & primæ qualitates à propria tantùm virtute operantur; nam calor ex ſe calorem producit, frigiditas frigiditatem, &c. inde irradiatio à cerebro, vitalitas à corde celeriter producitur, chilificatio in ventriculo, ſanguificatio in iecore, non à ſolo calore, ſed à calore eleuato ab illo temperamento ſpecifico, & in virtute animæ: nam calor & frigiditas ad ſolam moderationem huius temperamenti concurrunt, ſed non ad actiones ſpecificas, quæ ſunt proprietates, quæ ſuis determinaris partibus, aut membris tribuuntur, non ſecundùm determinatum temperamentum tantùm, ſed ſecundùm peculiarem modum informandi, quo anima informat in hoc determinato membro, non in alio: cuius philoſophiæ haud ignarus Galenus, præter illas manifeſtas qualitates, alias à tota ſubſtantia operantes connumerat.

6 Epid. ſect. 6. text. 5.

Illa tamen venefica operatio fit producendo eiuſdem cum ſe naturæ qualitatem, vt agentes vniuoci producunt ſui ſimilem: & ratio tam magnæ efficaciæ & celeritatis in agendo, illa certè à nobis aſſignatur, quia ſine contrario operatur, & abſque reſiſtentia in paſſo, ob huius efficaciam: nam quando non eſt diſpoſitio ex parte paſſi, illam in illo producit ob ſui vehementiam: nec primæ nec ſecundæ qualitates illi contrariantur, ideò breuiſſimè tranſit ad quamlibet diſtantiam, abſque illius actionis iactura: imo ſicut radius ſolis, & ſicut irradiatio à cerebro, vel corde, breuiſſimè pertranſit, cui omnis celeritas mora eſt, ſi Galeno eſt adhibenda fides: & licet nulla obſeruetur primarum qualitatum contrarietas in amuletis, tamen quæ à tota ſubſtantia operantur, (diuina prouidentia) aliqua obſeruatur, ne aliquis affectus auxilio deſtitutus videretur, velut in bezuarticis & amuletis monſtrat experientia; & ſi fortè obiicias, ſi in primis qualitatibus non habet rationem contrarij malignitas, ergo nec in temperamento, nec ſubſtantia: nam ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, vt Philoſophus dixit. Reſpondeo, quòd hæc maligna qualitas per ſe non opponitur formæ, nec primis qualitatibus; per accidens verò illis contrariatur: dum nempe temperamentum corrumpit ſubſtantificum, cum quo deſtructo, non compatitur forma: & hoc eſt illud quod dicebamus anteà, quòd maligna qualitas vitæ nexum diſſoluit, eleuata & ſuperiori actione: nec ideò non primas qualitates alterat, cùm eas eminentet contineat, quod altioris ordinis, vt patet in luce, quæ ideò calorem producit & intendit, quòd illum eminenter contineat, quæ docta Philoſophia docto Petro Garcia non diſplicuit: ſi non dicimus quòd illas

Quare tali efficacia operatur maligna qualitas.

Lib. 1. de ſomno cap. 16.

Libro de locis, diff. 66. cap. 5. in huius capitis fimbria.

alterat qualitates, quatenus euertit temperamentum, quod in illarum moderatione libratur.

Quare tã varias actiones producat malignitas

Sed illud grauia torquet ingenia, quare maligna qualitas, vna cum ſit & ſimplex, tam varias actiones producat: nam calefacit, infrigidat, alterat, corrumpit, inflammat, putrefacit, & necroſim inducit; hoc ex duplici accidere principio ſemper exiſtimaui, & quia ſuprà alias qualitates eleuatiori modo operatur, & ob diuerſitatem apparatus patibilis; nam hac eleuatione velut in ictu oculi totum corpus peruadit, & non tantùm malignum commouet apparatum, à quo duxit principium (quadam cognatione) qualitatem ſimilem producendo: ſed ſi fortè non adeſt, ad illum breuiſſimo interuallo diſponit, vt nos in peſte Hiſpalenſi obſeruauimus; quo ferè accidit, vt omnia principia inuadat, cor nempe, cerebrum, ventriculum & hepar, à quibus tam varia concitantur accidentia: tantò maiori noxa, quantò maligniore qualitate hoc aut illud, inſicitur: & cùm vnumquodque gentilitia properat accidentia, ſecundùm membri nobilitatem aut ſenſus acrimoniam: idcò tam diuerſa, quantùm illa vitæ primordia differunt inter ſe: ex diuerſitate apparatus patibilis; haud minor eſt occaſio grauiorum malorum: nam ſicut cæleſtis calor, eadem actione & liquefacit ceram, & lutoſam materiam indurat, ob receptionem diuerſam huius aut illius patibilis (nam quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur, & ſic pariter illius agentis terminat actionem) ita pariter illa maligna qualitas, quæ vitæ nexum deſtruere primariò intendit, ſi apparatu bilioſo miſcetur, inflammat & calefacit: ſi fermentati & maligna putredine ſuccorum, putrefacit corrumpit, & necroſim inducit: & ſi ſuffocato & obruto calore à ſuccorum congerie, lethaliter infrigidat: ſiue dum calorem corrumpit & deſtruit: ſicut quando malignus humor, in quam decumbit partem mortificat: ſic etiam dum ſubitò corpus omne peruadit, omne corpus alterat: & dum feruorem in maſſam ſanguinariam inducit, ſi natura expulſioni gliſcit irritata, puncticulas & maculas ad ambitum diffundit. Sed illud maximè memoriâ dignum in praxi obſeruaui: quòd non ſemper illa accidentia in morbi principio aduenire contingit, neque ſemper videntur à morbi conditione aliena, maximè dum malignitas ſub grauitate aliorum accidentium occulitur: nec in pulſus imbecillitate, neque robore adeſt ſecura fides: nam illa poteſt eſſe per aggrauationem: hæc in fallaci conatu: quo mirâ fraudulentiâ peritiſſimos, decipit: ſunt enim pleraque adhuc in arcanis naturæ: & alia ſuperiori & diuino decreto, ſuprà noſtræ capacitatis aleam: vidimus enim in principio febrem abſque vlla malignitatis ſuſpicione, & poſt 7. aut 9. quando fida leuatio ſperabatur, ægrum inopinatò interficere, Medicis, nec adſtantibus, nihil tale verentibus: fortè quòd in febris ſilentio malignitas ſilenter vires ſuas exerit, aut de nouo producitur, quas profert, quando, natura ſuperatur, velut in fera rabie: Medici, nec ægroti nulla in eo culpa, eſt enim malignus apparatus non tantùm ſuſceptiuus malignæ qualitatis externæ, ſed generatiuus internæ, vt ex Galeno conſtat 2. *de diff. feb.* 6. in eo etiam latet febris fallacia, quod quotidianam interdum æmulatur, & exacerbationes quotidie intendit, tertianam frequenter; nos vidimus in excellentiſſimo comite Nebulanſi febrem de malignarum ſorte, ſub quartano circuitu incipere, ad quintam vſque acceſſionem, ac poſteà continuam, maligniorem reddi; vt in ciue etiam Carmonenſi obſeruauimus: horrificam febrem frequenter æmulari, nullus non quotidie obſeruat, ob malignas & mordaces fuligines, quæ vndique expirant, & per partes ſentientes deferuntur: eſt tamen ſemper continua, quando iam malignitas contrahitur: & quantò magis malignitas putredinis intenſionem ſuperat, tantò remiſſior videtur: eſt tamen potiſſimum huius febris ſignum, ſi accidentia de alio principio fidem faciunt, quam de ſola putredine communi, maximè ſi à vitali facultate monſtrentur, & ſemper in illa perſeuerent; ſed inter prognoſtica illud ſemper lethale obſeruauimus (vt dicebamus anteà) ſi cùm leuatio ſperabatur, aut grauiora intendatur ſymptomata, aut ad membrum principale, quietus anteà apparatus decumbat, quoniam tunc indicat naturam ſuperatam morbi violentiæ, ſeu recenti malignitati cedere, vt ſi poſt 11. aut 14. eueniat, ideò phrenitis aut lethargus non valent ſuperari in hoc ſtatu morbi, quod etiam in puncticulis interdum euenire conſpeximus: nam ſi tunc apparere incipiunt, reſidere indicat malignitatem in humorum craſſitie, quam nec natura nec auxilia valent ſuperare; naturâ tam à morbi violentia ſuperatâ; plures epidemiarum hiſtoriæ de hoc infelici euentu fidem faciunt.

Febris maligna ſemper continua & remiſſa dignoſcatur.

1. Epid ſect. 3. agrot. 8. & 1. Epid. ſect. 3. agrot. 4. & agrot. 26. & agrot. 12.

De huius malignæ qualitatis reſultantia poſitis patibilibus & influxu cæleſti; iam

& 11. & 3. Epid ſect. 2. text. 9. ægrot. 12. & ſect. 3. ægrot. 1 & 13. 14. 15. & 16.

iam ſit in parte aëris elementata; iam in maligno corporis apparatu, in peſtis Hiſpalenſis deſcriptione late diximus; & quo maligna qualitas à peſtilenti differat: licet re ipſa melius penſitatâ, & iuſtiori trutinâ tantùm maiori aut minori efficacia differre nos cogit iudicare, quod hæc & illa ab eodem principio oriantur, tantum diuerſis patibilibus mutatis, & ab eiſdem cauſis; nempe à fermentata & profunda putredine: ſeu ab hac aut illa determinata vſtione, quæ diſponit ad huius aut illius reſultantiam, vt patet ex Hippocrate 4. *Aph.* 22. & ex phrenitici hiſtoria, qui virulenta vomuit; de quo certè iudicio (nec vana fides) fidem fecit Hippocrates, vbi veneficam à maligna qualitate non diſtinxit, imò illam explicat per malignam; & Cardanus hanc & illam dici ad conuertentiam planè exiſtimauit.

6. Epid. ſect. 6. text. 3.

Lib. 1. de venenis cap. 2.

Quare verò primò cor aggrediatur, quàm aliud ex membris principalibus, duplex à nobis ratio aſſignatur; primò, quia cùm vitæ nexum diſſoluere malignitas intendat, priùs vitæ principium aggreditur, vitalitatis arcem, quæ reſidet in corde: ſeu ob antipathiam ſingularem, vt in pleriſque aliis obſeruatur qualitatibus. Seu ſecundò, quia medio motu arteriarum & inſpirati aëris, ſimilem à ſe productam qualitatem faciliùs communicat: quod ita facilè in aliis non valet, & ſi hæc non placent, ſunt plura, in illa rerum ſerie, in quibus à priori ratio reddi nequit, niſi per effectus, & à poſteriori; niſi dicamus inter illam qualitatem & vitam, talem eſſe contrarietatem in oppoſitionis ratione, vt ſe mutuò non patiantur, quin altera alteram excludat; ſeu in temperatura, ſeu in modo ſubſtantiæ aduerſiſſimo, cuius impreſſa qualitas cum vita non compatitur, quia ſubſtantificum & qualitatiuum temperamentum, quo vita conſeruatur, corrumpit; ad quod certè iudicium nobis anſam Galenus præbuit, quando definiens venenum ſic alloquitur: *Venenum à tota ſubſtantia, eſt quod nulla ſubſtantiæ ſuæ parte mutata, ſed tota integrè ſeruata, corpus afficit, & animalis naturam corrumpit,* (quando natura eſt ſubſtantificum cordis temperamentum, in quo vitæ nexus conſiſtit) quo videtur exiſtimare, non eſſe compatibilem, animalis & veneni temperiem, intra naturæ limites, non quòd natura ſit temperamentum, ſed quòd in illo præcipuè conſiſtat.

Quare primo cor aggrediatur malignitas

3. de temperam. c. 4.

Nec debet verti in dubium, an malignitas morbi rationem ſortiatur, ſeu ex diſpoſitione, quæ ex illa reſultat: vt in manifeſtis etiam qualitatibus accidit, ſeu quòd per ſe ipſam lædere actiones manifeſtè conuincitur; nam in malignæ qualitatis læſione aliquid ſingulare ad talem læſionem concurrit, ſupra læſionem primarum qualitatum, aut alterius morbi, nempe altiori modo & eleuatiori ſuam actionem inducere, præter productionem ſui ſimilis, quo ad vitæ nexum diſſoluendum operatur, in quacunque vitali quam attingit ſubſtantiam, ſeu in ſpiritibus, humoribus, ſeu in partibus ſolidis; quæ diuerſitas eſt ſoli malignitati gentilitia per ſe, abſque alterius qualitatis dependentia; quo etiam conuincitur, malignam qualitatem eſſe realiter & formaliter diſtinctam à primis & ſecundis qualitatibus: ſi ab aliis modo eſſentialiter diuerſo operatur; præterquam quòd per ſimplicem emanationem à forma mixti procedit, vt proprietates aliæ: at primæ & ſecundæ qualitates à ſolo temperamento reſultant, prout ab elemento præualente, determinatur.

Quare autem in febre de malignarum ſorte, aut peſtilenti, calor in principio mitis appareat, & ingraueſcat poſteà, aut intendatur: omnes ferè illud, tribuunt abdito & occulto naturæ timori, quia perterrita venenum non aggreditur; quo fraudulenta malignitas vires acquirit eundo, vnde poſtea repentè temperamentum qualitatum alterat, aliquando corrumpit, quo omnes deiicit facultates, & primæ qualitates alterantur, vt quando leuatio ſperabatur, noua intendatur putredo, & præſentaneo ingraueſcat periculo. Non eſt à ratione aliena hæc ſententia, nec dubitó quin aliquando accidat, ſed alia hoc videtur ſuperare iudicium, quæ frequẽter in praxi obſeruatur; quando nempe in hac eadem febre, fraudulentæ malignitatis accidentia ſuperant putredinis feruorem: ſed hæc oſtentant neſcio quid latentis energiæ, à ſola febre putredinis aliena: nempe ſitis inſatiabilis, implacidus aliſmus, totius corporis laſſitudo, & peruigilium ferè inſuperabile, ſomnus profundus, ingens capitis dolor, & ciborum faſtidium, cum horrore ciborum: quæ ſi principio aduenia nt, cum miti & placido calore, de malignitate maiorem fidem faciunt; nam circa principia & fines in febre ex ſimplici putredine omnia mitiora apparent, vt Hippocrates dixit, ex quibus nos aliam rationem elicimus: ſcilicet quòd malignitas non ſemper cor primò aggrediatur, ſed hepar aliquando, aut ventriculum, & ferè ſemper cerebrum, corde non valde laceſſito: prout inclinet diuerſa veneni

Quare maligna febris initiis mitis appareat.

Malignitatis ſigna.

veneni

neni analogia, ſeu irritata natura à prauo apparatu, intus genito turgenti motu, & errante,ad hoc aut illud membrum apparatum compellit: ſiue à praua metaſtaſi, anadrome funeſta externa occaſione concitata.

Et interim febris mitis in feruore apparet, dum per corpus vniuerſum & per alia membra ſtragem edit malignitas ſparſa, vſque ad cor perueniat, quando iam deſperationis ſe produnt accidentia cùm pulſus omnimoda ἀσφυξίᾳ, & frigiditate extremorum, & vltimo aliſmo, vt ægrotum iam lectulus non capiat: quæ accidentia ſuapte natura ſunt alterius naturæ quàm mitis & apparentis febris, vt ſolent eſſe illæ de quibus Galenus nos aduertit, quando dixit, *Debiles & paruæ febres quandoque valde malignæ*: hoc eſt debiles ex alio principio, nempe quando cordis pulſifica facultas debiles ita oſtentat pulſus, ac ſi febris carentia videretur, quod ſolet vt plurimùm accidere quando peſtilentis qualitatis conditio, ſiue malignitatis efficacia ita ſuperat humorum putreſcentium incendium, vt putredo nullas ſui præbeat notas: & quando fortaſſe non putreſcunt humores, nec in febris magnitudine, pulſus vehementiã & febrilis ardoris quæ ſequuntur putredinem aliquæ præſunt notæ; quod etiam ex alio principio poterit aduenire,ſi illa maligna putredo in humoribus frigidioribus & craſſis incipiat, ex quibus empyreuma non ſequitur,nec humoris ratione intenditur: ſeu quia fermentata putredo iam deferbuit,ita vt acrimonia penitus obtundatur, omni humiditate exhalante, dum in feruore euaporat,& maximè in ſanguine, cum quo malignitas peculiarem habuit analogiam: ſeu quia coërcita putredo in profundioribus corporis latebris deliteſcit, ex quibus non exhalant fuligines, vſque ad tota maſſa, vbi feruor accenditur, putrefiat, & ſparſa putredo intendatur,& cum illa etiam venenoſa malignitas: ſi non fortè (quod nos etiam alibi adnotauimus) necroſis aut gangræna ſuperueniat in membro, aut in loco, ad quæ humor decubuit, & tam præſentanea malignitate, vt ſubitò hanc necroſim inducat, ad quam talis virium eclypſis ſubſequatur, vt febre omnino carere videantur, & credite (nec vana fides) nos folium recitare Sybillę;nos enim hoc etiam in maligna intermittente tertiam obſeruauimus.

3. de criſibus.

Et ſicut noſtris Obſeruationibus fidem deſideramus, non debemus alias aliorum deſpicere: nec dubito quin aliquando accidat,quod ſe obſeruaſſe tradit Marſilius Ficinus,ſcilicet quòd in huius febris principio ægroti meliùs habere videantur, quòd robuſta natura, contra morbum inſurgit vt contra pondus palma, & omnibus collatis viribus malignitatem pellit, quæ nondum in principio tam magnæ actiuitatis erat, vt pulſificam facultatem affligeret: donec procedente morbo, & putredine aucta, febris & accidentia intendantur, & corde amplius laceſſito, illa inæqualitas ſequatur, quæ ſemper illam malignitatem auctam comitatur robore vitali exoluto, quo ſolet natura in hac pugna deficere & æger inopinatò mori.

Lib. de Antidotis c. 4.

Malignæ febris auxilia expenduntur.

POſt tã multa altâ philoſophiâ inuoluta: illud vltimò in praxi nos oportet expedere:an malignitas valeat,ſanguinis miſſione curari; quo in opere video doctiſſimos & clariſſimos viros, à noſtro iudicio diſſentire, ab effectu ſeducti infelici (vt illi aſſerunt) huius magni auxilij: dum in conſtitutionibus peſtilentibus, & pleriſque malignis, plures ſub ſanguinis miſſione occubuiſſe obſeruauerint: quod nos etiam vidimus in peſte Hiſpalenſi: ſed cum illa & ſine illa etiam nouimus periiſſe; quod morbo ipſo iure lethali potiùs apponendum exiſtimo, quàm generoſo ſanguinis miſſionis auxilio, aut elapſa occaſione celebrato; ideò nobis non placet Bernardi Sculteri, viri, qui culta oratione ſubtilem mentem abſcondit, verè latiniſſimi hominis opinio in conſultis eorum quæ in curandis morbis tacita deprehendimus nam in apparatu puncticularis febris, ſeu peſtis longè lateque graſſantis, cuius malignitas in putredine intima & profunda conſiſtit,non tantùm hæc præſumpta malignitas contra indicantis rationem non induit, quin cum illa malignus apparatus omnia ſuperat indicantia:nam ad inuicem hæc & ille in venis in pernitiem mutuas tradunt operas; quo fit, vt ſi qui in venis feruet apparatus, detrahatur, malignitas etiam extrahitur, & grauiora mala præcauentur:vt per ſe & per accidens vtrique medeamur; non quòd ſtatu peſtilenti aut maligno, malignitas indicet ſanguinis miſſionem (hæc enim ſolum alexipharmacum & amuletum, vt contrarium indicat) vti vacuationem multitudo:quare ſi cum malignitate præeſt in venis malignus apparatus: non tantùm illa maligna qualitas contraindicat, quin cum praua multitudine magis ſanguinis miſſionis coindicet auxilium; quo vtrique medetur;

An malignitas valeat ſang. miſſione curari.

medetur; neque ſemper malignitas melancholicum producit apparatum, tanquam cum illo tantùm habeat analogiam vt vir iſte doctus exiſtimauit; nam duplex adorat principium malignitas, vſtionem nempe & putredinem; & cùm eſt vſtionis congenea, circa melancholicum apparatum verſatur, cum quo certè habuit analogiam: ſi verò eſt putredinis ſoboles, illa tunc analogia verſatur & conuertitur ad humores magis corruptioni aptos, vti ſanguis aut maſſa ſanguinaria: & in vtroque caſu ſupponimus virturem omnium faculratum, vitalis ſaltem, vt tam magnum auxilium ferre poſſit; & ſi hæc omnia iuſtæ probationi non ſufficiunt, ſufficiat Galeni teſtimonium in ſeipſo, qui in Aſia graſſantis peſtilentiæ contagio infectus ſeipſum à læuiſſimo malo liberauit, ſcarificationibus crurum, ad libras quatuor ſanguine vacuato: & illud etiam ex noſtra obſernatione addimus, quòd qui ſanguinis miſſionem neglexerunt, in huius febris principio, in ſpurciſſimam putredinem inciderunt, &

Neglecta ſang. miſſ. & non ſuo tempore imperata, quare mortu occaſio.

ita venenoſam, vr nullo poſtea auxilio locus eſſet, quia vniuerſa ſanguinis maſſa conſpurcata eſt: vt quibus ſanguis poſteà mitteretur, citius interirent, infamato auxilio: ſeu quia iam tunc vires non ſupereſſent, ſeu quia corde inſuperabili malignitate iam obſeſſo à ſanguine & ſpiritu defraudarut, quibus malignitati anrea reſiſtebat: illud eſt argumentum, quòd à ſanguinis miſſione ſubitò infrigidantur ægri, aut tepidi redduntur cum corporis & mentis ſtupore; nam deficiente virtute, facultates in opere deficiunt, & membra & humores ſordidiori inficiuntur putredine, quæ nec adhuc difficulter ſuperatur auxiliis, quando principalia membra nec ſibi, nec aliis auxiliari valent.

An apparentibus puncticulis ſang. miſſio conueniat.

Etſi fortè contingat quòd neglecta ſanguinis miſſione, iam puncticulæ aut bubones apparere incipiant, quantumuis videatur laudabilis ille naturæ motus (quæ vt plurimùm & irritata pellit) & facultas inualida, ſi in venis apparatus præſumitur (quod & febris & pulſus indicat inæqualitas) maximè in principio: in hoc caſu audacter nos ſanguinem mittere conſulimus, abſque vllo timore retroceſſus, Hippocratis conſilio & imitatione, in Simonis hiſtoria, qui adhuc erumpentibus puſtulis, illi ſanguinem miſit, in maligna & valde laborioſa febre: illa tamen ſit cautio, ni illud imperetur in magna principiorum imbecillitate, naturâ ſuperatâ; vt nos etiam vidimus in peſte Hiſpalenſi, vt cùm puncticulæ & maculæ erumperent, illud accidiſſe naturâ à morbo ſuperatâ; nam cutis non eſt conueniens regio crudis humoribus expurgandis: nec macularum quantitas ſufficiens plenitudinis illius vacuatio: neque tempus principij eſt ad criſim idoneum; nec tunc expulſio eſt rectè operantis naturæ, ſed coactæ irritationis violentiâ; & quando ſuperfluum tantum illius plenitudinis demitur, nullum adeſt retroceſſus periculum (imò exonerata natura facilius & alacrius expellit) quia illa non retinet ſuperfluum, ſed ſibi neceſſarium: tunc enim adeſt retroceſſus periculum cum corpus eſt poſitum in vltima penuria: nam tunc loco neceſſarij ſanguinis vacuati, ad cutim iam expulſus ad intus recurrit, ſeu neceſſitate vacui, ſeu attractus ab ipſo empyreumate, ſeu ab ipſa natura ſub hac neceſſitate; & in hoc rerum ſtatu natura non ſufficit, & ferendo auxilio & imperfectæ criſi; è contra in magno venarum apparatu, exonerata natura & potentior reddita (vt Galenus eſt auctor) nullo prompriùs & ſecuriùs quàm ſanguinis miſſionis auxilio ſarcinam ſuperfluam tranſmittit ad cutim; quia tunc neque indigentia, neque appetitu, vlteriùs trahit; præterquam quòd grauiora nobis minatur mala præexiſtens in venis plenitudo, quàm ille retroceſſus macularum (adhuc illo conceſſo) quia malignitatis maior intenſio in illa inuentilata plenitudine ſubiicitur, quàm tenuibus retrocedentibus maculis: quia illa reſidet craſſiori ſubſtantiâ potius quam in tenui; ſi maximè prope cor malignus deliteſcit apparatus, qui per maiora vaſa expurgatur ſecuriùs, quàm pororum anguſtiâ, & exilibus venis; quare ob incertum periculum non eſt prudens differendum auxilium, in quo ſalus libratur.

6 Epid. ſect. 1. text. 30.

Quòd ſi ob virium imbecillitatem non poſſit exerceri, nec ita magnus apparatus præſumitur, tunc motum naturæ impotentis adiuuare, prudens erit conſilium: maximè ſcarificatis cucurbitulis, vti vicariis ſanguinis miſſionis: nam & illæ citra vitium diſpendium plenitudinem & feruentem calorem à præcordiis euocant: ſpiritus & vapores veneficos alliciunt, & à corde reuellunt, ſecundum illam dimenſionem intus & extra, maximè in ſubiectis, tenuis vbi ſanguis abundat, & vbi implacidus aliſmus, & vbi preualet ſuper putredinem malignitas, ſiue humoris copia: eſt enim hoc maximum venenoſæ qualitatis auxilium, non ſemel, ſed ſæpe repetitum; quod à ſe expertum Galenus fideli experientia conteſtatur, vt etiam Aſiæ peſtilentia profuiſſe;

Lib. de cucurb. ſcarificat c 20. & libro præſagiam experientiâ confirmatum.

fuiſſe; ſi ad partes inferiores applicentur, maxime principio & augmenro, poſteà ad ſupernas: non mulieribus tantùm (quibus abundat, certa naturæ lege, prope vrerum prauus & fœculentus ſanguis) ſed etiam in viris, vbi magis oporret à corde ſanguinem venenoſum retrahere; quod ſemper Galenus magni fecit, & poſt illum, & antea fortaſſe Ægyptij, vt Alpinus eſt auctor; poſteà, ſanguiſugis hæmorrhoidalibus impoſitis.

Dato quòd ſangninis miſſio conueniat, à quo loco debeat imperari.

IN noſtro Medico Tribunali, peculiarem concluſionem dedimus, in quæſtione de ſanguinis miſſione ex talo, in peſtilentibus morbis & malignis ex talo à ſanguinis miſſione incipiendum; & hæc tam communis iam inualuit opinio vt ferè in contrarium claſſicum nõ inuenias, nec illud amplius in hoc loco roborare intendimus, ſed ex ratione fundamentali huius concluſionis, in cæteris febribus ex ſimplici putredine, ſic pariter eſſe incipiendum: in malignis febribus ſanguinem ex talo nittendum conſulit Galeanus Medicus Siculus, *Epiſtolâ de febre peſtilenti*: Ioannes Colle, in *Practica malignorum morborum lib. 6. cap. 4.* Mercatus in *Libello de Peſte*: Euſtachius *lib. 3. cap. 30.* Zacurus *lib. 3. obſeruatione 44.* Philippus Engr: ſſias *lib. de peſte, parte 1. cap. 7.* Augenius 3. *Epiſt. de Antiſtite Anconenſi*: Senertus *lib. 4. cap. 11.* Maroya *cap. de Febre peſtilenti*, Doctor Brabo de Sobtemonte, In *non plethoricis & quibus præſnmitur in meſaroei venis humores adſeruari*, ex talo incipiendum eſſe conſulit: Oribaſius. 7. *Collect. cap. 20.* Claudinus *lib. 2. de ingreſſu ad infirmos cap. 6.* Septalius *lib. 3. de peſte cap. 19.* Sanctorius *lib. 1. Epiſt. 2.* vlteriùs Zacutus ex Sarraceno *lib. de peſte*; Andernacus, *Dialogo 3 de peſte*: Carmona *de Febre puncticulari*: Fracaſtorius *lib. 3. de febre puncticulari*: Mercurialis Torrelus, Gauaſſetus, & alij. Et horum omnium hæc eſt vnica fundamentalis ratio: malignitas ſingulari antipathia cor aggreditur, medio ſpirituum ſeu morboſi corporis apparatus, ergo illa omnia quæ longiùs à corde reuellunt malignum apparatum: prompriùs auxiliantur, & breuius; ergo ſi ſang. miſſione ex talo iſta conſideratio adimpletur, illa erit ſecurius auxilium; deinde ſi febris peſtilens, aut maligna, ex humoribus pendet, qui intra venas malignam putredinem concipiunt, & ſimul fouenrur ab eis; qui intra meſaroei venas ſtabulantur, iecoris, aut lienis, priùs eſt inferior plenitudo deponenda, vt à corde & cerebro reuellatur hæc & illa malignitas; & ne humores ſuperarum venarum (illius conſenſu) amplius maligna inficiantur putredine; & vt illa multitudo vacuetur; ex qua non tantùm fouetur, ſed reſultat malignitas. Hanc fundamentalem rationem Doctor Brabo de Sobremõte, (conrrariæ opinionis accerrimus defenſor) ſic proſequitur: *ſi febris pendet ex humoribus à liene genitis, aut intra illius, aut meſenterij venas contentis, non poſſnnt extrahi per brachij venas, cum quibus nullam habent communionem, proximam venæ in quibus continentur: nam debet vacuari in affectibus acutis per illas venas, quæ maiorem communionem habent, ſeu cum cauitate, ſeu parte patiente*; Defuit viro iſto docto. addere *per ſe, aut per conſenſum*: nam ſufficit aliquando conſenſus, vt indicationem à loco patienti euariet, vt poſteà videbimus; & ſi vir iſte doctus ſuam magis velit conſtruere ſententiam, nobis fortaſſe dicet, ſuæ mentis non eſſe, niſi de illa febris ſorte auxilium proponere, quæ ex liene oritur & cuius cauſa continens in meſaroei venis continetur: nullo modo de aliis quæ cauſam continentur inter alas & inguina, nam de his ſemper eſt alia conſideratio expetenda: detur hoc viro docto; in quantum concluſionem ex illius ſententia elicimus; ergo ſi daretur quod in maligna febre, quæ fouetur à maligno humore inter alas & inguina, & conſenſus obſeruaretur etiam ab illo, qui malignè putreſcit intra lienis aut meſaroei venis, neceſſariò eſſet incipiendum à ſanguinis miſſione ex talo, cum quo maiorem, & propinquiorem communionem habent, quàm cum brachij venis: nam hac ſanguinis miſſione, & plenitudo demitur, qua fouetur malignitas, & conſenſus etiam iugulatur, qui febrem maligniorem reddit & grauiora mala præcauentur.

Doctor Brabo de Sobremõte noſtrâ ſententiâ fulcit, & ſatis docte.

Pro maiori tamen huius fundamentalis rationis intelligentia, illud eſt ſupponendum ſemper in meſaroei venis prauam humorum colluuiem coaceruari ex præſcripto naturæ, in omni ætate, omni temperamenro, vniformiter difformiter, vt ex ſelectiſſima anatomia in noſtro Medico Tribunali ad Ariſtophanis & Cleanthis lucernam demonſtrauimus; nam ſecundùm illud quod in hepate de ſanguine producitur, inutilem fæculentiam ad has venas depoſuit natura, magis in melancholicis, acquiſito aut natiuo temperamento; ſenibus & intemperantibus magis, vt etiam ſanguine abundantibus, vbi eſt fæcis ſanguinis vberior prouentus:

minùs

minùs in bilioſis pueris & iuuenibus, & longè meliùs temperatis: & in pituitoſis ad proportionem ſuperflui congeniti; adhibitis in conſiderationem quæ exercitio & vitæ inſtituto laborioſo diſſipantur, veluti in agreſtibus; aut otio & inertí deſidia cumulantur, vt otioſis ciuibus, aut albis mulieribus: nam poteſt dari caſus, vbi nihil ſuperuacui in illa regione cumuletur, in pueris nempe, perfectiſſimè ſanis & valdè temperatis, & ſecundò aduerto, quòd non omnis cumulata colluuies eſt capax per ſanguinis miſſionem vacuari, niſi illa tantùm quæ eſt ſanguinis melancholici ſoboles vſti, aut naturalis: nam illa cruditatum congeries aut incoctæ pituitæ, longè à ſang. natura aliena, tantùm abeſt, vt petat ſang. miſſione vacuari, vt ſit potiſſimùm, huius nobilis auxilij contraindicans, quia ſecundum alia medicinæ præcepta clyſtetibus, carthartico, aut medicamento lenienti poſtulat è corpore educi.

Non omnis cumulata colluuies valet ſág. miſſione vacuari, ſed alio auxilio.

Inſtantia quæ magis vrget.

Sed adhuc inſtabit, vir ille ſatis doctus: ergo ſaltem in illis, in quibus in meſaroei venis nulla talis præſumitur cumulata colluuies & feruet malignus humor, intra maiores venas, debemus incipere à ſanguinis miſſione ex brachio, non ex talo? nam hic ceſſat illa conſenſus ratio, quæ poteſt febrem maligniorem reddere; facilè manus darem in febre ex ſimplici putredine, vbi maiores venæ cum venis brachij maiorem communionem habent in caſu ex hypotheſi vbi nulla præſumitur colluuies inferior, vti ſolet in pueris, & in perfectè ſanis; at in maligna febre, ſola malignitatis ratio nos compellit humorem, à corde, cerebro, & hepate auertere, antea quam hæc membra principalia, impia malignitatis violentia corrumpantur.

Inſtantia reſpõdetur.

Ex hac doctrina quæ apud omnes contrariæ opinionis recipitur ſic arguere licet: nulla poteſt eſſe maioris vrgentiæ acuties quàm in febre maligna & peſtilenti, ex parte malignitatis & febris: & in illa ſanguinis miſſio ex talo, vt æquale auxilium imperatur, in magnitudine & in celeritate ſuccurrendi: ſi præcitatis viris eſt adhibenda fides, & aliqua noſtra meretur obſeruatio: ergo in putrida febri, quantumuis magnâ, conſideratur vrgentia, ſi cum praua colluuie in meſaroei venis complicatur praui & fæculenti ſanguinis (vbi nulla talis vrgentia, vt præcedenti febre) erit & ad artis principia incipere à ſang. miſſione ex talo: quia licet in illa malignitas deficiat, non deficit conſenſus, qui indicans in poſtulando roborat: illud enim nec ex parte morbi repugnat, neque acutiem retardat, nec ex parte auxilij æqualitas in ſuccurrendo deficit: nam illa ſanguinis miſſio, aut vacuationis ratione exercetur, reuulſionis, aut deriuationis; & hæ tres differentiæ, ab illa plenitudine, à loco, & ſitu partis determinantur, quo ſanguis continetur, vel recipitur. Galeni eſt doctrina non in ſola febre, ſed in aliis à quibus ſanguinis miſſio indicatur, ſecundùm illas affectiones, quas in corpus inducit; *Memineris verò*, inquit, *mihi ad ea quæ dicenda ſunt, quorum gratia venæ ſectio expetitur: nam quoniam hæc ſanguinis vacuandi gratia adhibetur; ſanguis autem vtilis naturæ eſt, vtique eam probè adminiſtrare conueniet, ſic vt quod inutile naturæ ſit, emittat: fit autem ſanguis naturæ inutilis biſariam, vel cùm propriam qualitatem ad vnguem non ſeruat, nec amplius, ſicut prius cùm vtilis eſſet nutrire poteſt, vel ita multitudine creuit, vt vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel diſtendat, vel findat, vel obſtruat: atque in iis quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt, ſeu vacuantium præſidiorum vnà: in aliis verò, ſeu quòd humorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel ad propinqua deriuet*; ſi ergo in hac febre ex hypotheſi non ſola inuenitur ſuperior venarum plenitudo, ſed inferior cùm impetus periculo ad ſuperna, clarè patet quòd ſanguinis miſſione ex talo & illa plenitudo vacuatur, & fluere paratum reuellitur, ſiue acta fluentem, & à proximiori loco deriuatur, quo omnes intentiones adimplentur & fortè æque citò: nam æque ab eodem trunco diſtare, ſuperior & inferior vena nos antea ex anatome vidimus: nec differunt venarum amplitudine; ſi reuellere eſt intentio, inferior diſtantia ſatis manifeſtè conuincit, ſi credimus Galeno; ſi deriuare venæ tali proximè ad has venas accidunt, meſenterij venæ: quare omne vacuationis genus in illa exercetur. & quod magis eſt à corde & cerebro, illa praua illuuies reuellitur, inutilis ſanguis vacuatur, & illius infectio præcauetur.

9. Meth.

5. Meth. 3i

Sed his adhuc contrarij reclamant: ſi vt eſt vera doctrina, eſſet etiàm vera ſuppoſitio, nihil planè pro vero fundamento deficeret: ſed illa ſuppoſitio, eſt inuenta ad placitum ſuppoſitæ doctrinæ; & deficit in duplici principio; primò quia febris, quæ pro cauſa ſortitur plenitudinem intra maiores venas inter alas & inguina, illa per venas brachij vacuatur, vti conſocialis magis cum maioribus venis: quod Galenus, in omni vacuatione prærequirit, maximè dum id petit vrgentia; & venæ tali nullam ſocietatem cum

Alia inſtantia vrgetur.

maioribus venis ſortiantur; quo illa inferior vacuatio, aut nullius frugi erit, ſi non fortaſſe noxia; & ſecundò quod non in omnibus coaceruatur illa praua colluuies in meſaroei venis, cuius gratiâ inferior venæ ſectio expetatur.

Hæc & illa inſtantia, ſi ſuperioris doctrinæ iam non ſumus obliti, ferè ſoluta manet: nam ſi daretur caſus (vt nos etiam antea ſuppoſuimus) vt febris cauſam, abſque vllo partium aliarum conſenſu, intra maiores venas ſortiretur, nos etiam ingenuè fatemur, quòd per brachij venas, vti magis conſociales, tutiùs, ſecuriùs & breuiùs mederetur, ideò nos hanc ſanguinis miſſionem, medentis arbitrio committimus: non enim ſumus ita peruicacis ingenij, vt nobilem veritatem exoſam habeamus. ſed vbi eſt ille & laudabimus eum? ſed quòd ſit falſa ſuppoſitio, illam prauam colluuiem in meſaroei venis coaceruari, hoc eſt *Anus ad armile* vt eſt in prouerbio, lucem ſoli negare, hoc enim nos etiam abſolutè negamus; & licet hanc doctrinam anteà luce clariùs dedimus confirmatam, nunc eadem repetere illuſtrandi neceſſitas permittit, & ſufficiat vnum pro multis Proſperi Alpini teſtimonium, *libro de medicina Ægyptiorum folio* 92. dum de febre ex ſimplici putredine & maligna ſic proſequitur poſt illa quæ antea ex illo recitauimus; *Hoc enim auxilium*, inquit, *nempe crurum ſcarificationes, parùm vires labefactando, maximam ægrotis adfert vtilitatem. quoniam ſimul vacuando plenitudinem, à nobilibus partibus, ad ignobiles, noxios humores auellit; caputque ex hac ſcarificatione maximè iuuatur, ita vt, non facilè ſit, vel in vehementes aſſiduoſque dolores, vel diuturnas vigilias, vel deliria, vel phrenitides, vel alia ſymptomata huiuſmodi euacuatione ipſum incidere; neque eo modo vacuatis ita facilè hipocondria tenduntur, ac inflammantur; neque ita ſunt obnoxij inquietudinibus cordiſque angoribus, reſpirandi difficultatibus, aliiſque viſcerum læſionibus. quæ in febribus acutis; malignis, peſtiferiſque accidunt: mirificè igitur in his febribus id auxilij genus prodeſt: quando liberet internas partes, noxios humores ad crura detrahendo; quid quæris? noxium humorem à nobilibus partibus ad ignobiles protrudere, motus eſt ſimilis ei, quem ſæpè natura criticè facere obſeruamus. dum à viſceribus detrudit humores ad partes ignobiles: perpetuò enim ipſa non poteſt, humores vel conſumere reſoluendo per halitus, vel foras reiicere*; hæc omnia obſeruantur in ſanguinis miſſione ex talo, tantò magis, quantò craſſior humor per has venas extrahitur, quam per ſcarificationes capillaribus venis vulneratis, vbi non à morbo ſuperatur auxilium; nam ſi morbi vehementia ſuperior euadit, neque ſanguinis miſſio ex brachio nec ex talo, auxilij fortunam commendauit: eſt enim auxilij fortuna, ſi tempore & loco applicetur, vt auxilij vires in debellando morbo commendentur; memini enim, vt contrariæ ſententiæ doctus quidam aſſertor, à nobis aliquando quæſiuit, an me vidiſſe vnquam ſang. miſſionem ex talo præcauiſſe phrenitidem: & reſpondiſſe memini. ſi auxilium à morbo ſuperatur, neque ſanguinis miſſio ex talo nec ex brachio: at ſi auxilij ſuperauit fortuna, ſæpius ex talo, quàm ex brachio cæphalica præcauiſſe ſymptomata, obſeruaui.

Reſpondetur. — *Proſperi Alpini auctoritas.*

Purgando, in maligna aut peſtilenti febre, in principio, nulla me vnquam apparens purgandi neceſſitas ſeduxit: nam quæ ex parte cauſæ præſumitur vrgentia, aut ſola medetur ſanguinis miſſione, aut omnino non cedit, ex parte febris, non ſanæ mentis eſt, calidis velle calorem temperare: ſi ex parte putredinis hæc longiùs diffunditur & magis adaugetur cruditatis primæ regionis præſumptio, cum periculo decipit, accubitu humoris maligniſſimi, qui ex venis regurgitat ad oſtium ventriculi; & tandem venenoſi & maligni humores illud etiam peculiare habent, vt leuiſſimo adhuc medicamento irritati, validiſſimas excretiores moueant, in quibus eſt grauius periculum, quàm in ipſa febris malignitate, quæ ſecuriùs fortaſſe ſenſim & paulatim, auxiliis & naturæ magiſterio ſuperatur; ſit tibi exemplum Ariſtocratis. qui ex maligna febre, carbunculo ſub axilla, à mercuriali purgatus ægrè tulit, & 3. die mortuus eſt: an ſit mercuriali medicamentum leuius, nos non vidimus, adhuc.

An purgare conueniat in hac febre. — *7 Epid. 39.*

De auxiliis malignæ qualitati oppoſitis.

AVt hæc maligna qualitas, ex putredine, aut vſtione genita, in humoribus frigidis ſedem habet, aut calidis etiam de vrentibus; in primo caſu aqua theriacalis ab omnibus maximè cõmendatur; quæ recipit, theriacæ Andromachi ℥vj. radicum carlinæ. vincetoxici. tormentillæ, ſcordij an. ℥j. aquæ vitæ rectificatæ lib.iij. ſucci cydoneorum & citri an. ℔ß. olei ſulphuris ʒj. infundantur in vaſe vitreo benè clauſo. per horas 40. in calore lento, deinde ſeparetur ſubtile, per inclinationem; inde colaturæ addatur ſacchari albi pulueriſati ℥viij. & ad vſum ſeruetur: & maximè propinetur tempore

Auxilia in cauſa frigida.

re hyemis & in miſcella crudorum, doſis eſt cochleare vnum mane & ſerò; & ſi ſudorem prouocare ex alia ratione conueniat. ℞. aquæ cardus ſancti ℥vj. vini ℥j. lapidis bezuar orientalis gut. iiij. ſin minùs, fiat decoctum ex calidis herbis & feruore non exacto ponatur in cubiculo, vt ſudor calido prouocetur vapore explante.

De feruidis & vrentibus ſucceſſ. Si verò feruor malignitatis attemperationem potiùs indicet, thamarindorum infuſionem ſic parare facies: accipe pulpæ thamarindorum ℥ij. aquæ acetoſæ lib. j. macerentur donec imbibatur aqua & caletur exprimaturque. deinde adde ſacchari ℥j. eſſentiæ vitrioli gut: iij. corallorum gut. iiij. & ad ℥jß. propinetur: & ſecundum indicationem huius aut illius qualitatis, auxilia quæ in febre ſyncopali propoſui, temperentur.

Leges in potionibus ſeruandæ. In potionibus ſunt aliquæ etiam imponendæ leges: nam ſi ex immodico feruore ex putredine, partes ſeparari & diſſolui contingat, in humoribus putredinem inhibere erit prima intentio, ne partes ſeparentur cum extremæ corruptionis periculo: ſed quia cauſa aliarum cauſarum eſt caloris putredinalis feruor, niſi hic temperetur, non poterit inhiberi putredo: quare frigidis & ſiccis & ille temperatur & putredo etiam inhibetur: ſed illa ſemper eſt adhibenda cautio, vt ſi ebullitio & feruor circa cor inter alas & *Lex potionum.* inguina deliteſcit, quod duodecim partibus aquæ, vna ſyrupi acidi correſpondeat, & de alexipharmacis ℥j. ſi verò ad ventrem tales fluant humores, velut in diarrhoea & colliquanti fluxu, ſiue ad ventriculum, ſeu ad illius oſtium: tum ſyrupi maior quantitas augeatur, acidi adſtringentis agreſtis oxalidis & ſcorſoneræ, ſine vllius aquæ mixtione, ſiue parum adſtringentium mixtis, agreſtis oxalidis & de ſucco limonum, ſiue citri: de opiatis aut adſtringentibus proportione mixti. Cauentes ne ventrem ſoluant; quod etiam conſequimur conditis & conſeruis, velut de ſucco citri Genuenſi, & de ſucco agreſtis & oxalidis, mina co- *De eſſentia coralli.* toneorum & ſimilibus, cum guttulis eſſentiæ corallij, quæ ad miraculum in caſu operantur.

In hoc etiam eſt adhibenda cautio (in quo grauiter decipiuntur chymici) ne in principio ephractica ſudorem prouocantia, neque diuretica propinentur: quia calida ita feruorem augent, quem poſteà *Cautio neceſſaria.* nec facilè compeſcas: prætetquam quod eſt contra potiſſimam indicationem malignitatis, quæ frigidis compeſcitur: nam licet illæ excretiones à natura interdum prouocentur, & ſæpiùs innoxiè, eſt certè mirabilius naturæ magiſterium, quam *Naturæ magiſterium.* artis: illa enim altiori ſapientiùs operatur, & magiſterioſo imperio corporis potentias obſequentiores facit, vias nouit, & quo tempore & loco operandum, quod artis limitatæ ſapientiæ non datur: in hoc tamen valet ars naturam adiuuare, quando nouit quod rectè operatur: & non perficit, ſeu operis in medio deficit. ſi tempore & loco operatur, vt ſi in fine augmenti, aut ſtatus initio, ſudorem prouocet, puncticulas expellit imperfectè: nam tunc quò natura vergit, & humor iam commotus inclinat, naturam adiu- *Quo tempore adiuuanda natura.* uare eſt mirabilis artis; ſed nunquã indiſcretè & auxiliis quæ maiorem noxam inferant, quàm vtilitatem deſideratam; fugiendo decocta quæ feruorem adaugeant & propinando quæ indicationem ſingu- *Sudorem prouocantia.* larem adimpleant: vti decoctum ſcorſoneræ, pinapauerjs, ſcordij, bugloſſi, pipinellæ, cum lapide bezuar orientali, & non deficit qui papaueris ſyrupum ſudorem mirificè prouocare contendat, vti An- *Vrinam prouocantia.* gelus Sala; vrinam prouocare non datur, niſi frigidioribus, quatuor nempe ſeminibus frigidis, & radice cichorij. Et ſi fluat ad ventriculum ille malignus hu- *Vomitus quibus adiuuandus.* mor, vomitum adiuuabis, aut ſolo iure pulli, aut hordei decocto: quare illud ſemper alta mente repone, quòd illa morbi maligni ſemper eſt ſecurior ſolutio, quæ paulatim & ſenſim fit, quàm quæ pu- *Quæ melior ſolutio in malignis.* gnam requirit: quia ferè nunquam in malignis ad ſalutem experitur iudicium; quouis tempore fiat: quia nunquam venenum coctione corrigitur.

In alexipharmacis plerique dubitarunt, an eſſent à principio propinanda, nec immeritò; quoniam cum in principio magis viget obſtructio & apparatus fouet obſtructionem, & alexipharmaca, obſtru- *An alexipharmaca initio propinanda.* ctiones magis impingere videntur gentilitiã quadam obſtructione, febrem potiùs parata ſunt augere, quàm malignitati fraudulentæ obſiſtere: ideò in hoc febris ſtatu, illa eſt potiſſima cautio adhibenda, an magis malignitas præualeat, an putredo malignitatem ſuperet, num ſi ex accidentibus, quæ febris intenſionem ſuperant & ſingulari energia malignitatem arguunt, illam præualere cognoſcas, ſunt abſque dubio, à principio alexipharmaca abſque vllo timore propinanda: nam hoc vnico auxilio, vt vero amuleto fraudulentæ malignitati obſiſtimus, & hoc vnico illa ſuperatur malignitas in vera ratione contrarij: nam ſanguinis miſſio & purgatio, ex euentu malignitatem curant; ſi verò in magno corporis appara-

tu, putredinis accidentia malignitatem ſuperant, nempe intenſa febris, ſitis grauis, capitis dolor, &c. non dubito quin prudentiùs ex arte operetur, ſi depoſitâ priùs illa apparatus plenitudine principio exacto, illa alexipharmaca attemperantibus mixta propinentur, ſecundùm leges anteà prætereà prælibatas: ob dictam rationem: dummodo anteà putredinem inhibentia aperientibus mixta adhibeantur: & quæ feruorem temperent tandem alexipharmaca propinanda, vt illa quæ ex putredine malignitas reſultat, veluti contrario auxilio diſſipetur, nempe cordis calore, & viuifico nectare roboratis & malignis diſſipatis vaporibus quod veris bezuarticis conſequitur: nam ſiccitate putredinem coërcent, ne partes ſeparentur: extingunt pullulantia ſeminaria, malignos vapores diſſipant, ac tandem caloris empyreuma præ cæteris contemperant: vbi maximè nec præualet obſtructio, nec craſſorum humorum abundantia.

Alexipharmaci virtus & operatio.

Illud etiam inter medendum vidimus, pleroſque lædi à bezuarticis & ab exceſſu frigidis, adhuc in febre maligniſſima, maximè vitali facultate iam collapſa & viribus attritis, quia frigiditatem aquarum & ipſius bezuartici ferre nequeunt, ſeu quia cordis corpus & ſubſtantiam venenum occupauit, ij enim maximè à frigidis læduntur: natiuo calore exoluto: quare iſtis, vt ſunt calida propinanda, aut in cibis miſcenda: aut iam inclinante acceſſione: & ex bezuarticis ſemper appropriata partibus eligantur; vt ſmaragdus cerebro, ſapphirus hepati: corallius ventriculo: pro corde lapidē bezuarticum omnes docuerunt eligere: & cryſtallum humoribus aduſtis.

Quos lædāt bezoartica frigida, & in quibus cauenda frigida potio.

In epithematibus etiam video cordatos viros inter ſe diſſentire, ſi ſuprà cordis regionem applicentur: ne maligni vapores exteriùs auocandi, ad intus recedant: hoc eſt certum, non eſſe adaptanda dum puncticulæ erumpere incipiont: tunc enim tutiùs erit oleo matthioli, ſi partes inungantur vbi pulſant arteriæ; ſi verò in hac febre feruoris ſuperat indicatio, nimis intenſa febre, & progreſſa: ne in maraſmum incidat aut cordis feruor amplius intendatur; Fracaſtoreus, Toreus, Salius, ne rimentur epithemata dicunt, maximè ſi à feruore manent intemperata membra, vti cor, cerebrum, ventriculus, & hepar: & nobis etiam videtur ſecundùm rationem; poſſunt etiam & cordi applicari poma dulcia, aquâ aut vino cocta, cum puluere diamargaritonis & diamuſco; vel ſaccu-

An epithemata ad extra continenda.

lus, ex frigidis cordialibus herbis; ſeu ex aqois naphæ, ſcorſoneræox, alidis, bugloſſæ, vini parùm, cum puluere diamuſci & diamargaritonis frigidi in febre puncticulari, aduertit Zacutus, aliis non proficientibus auxiliis, ſolis cucurbitulis: ſixis & ſcarificatis inguinibus & ſub alis remedium inueniſſe, quia ad emunctoria auocatur venenum. *obſeru.* 13. & in aliis hyrudinibus à mariſcis ſugentibus *obſeru.* 14.

Somnus, ſi poſſibile ſit & id vires permittant, tantùm in febris declinatione permittatur: nam vbi maligna conturbant accidentia, ſomno ad cor ampliùs malignitas defertur, caloris retroceſſu, occaſione ſomni.

ILLVSTRATIO IV.

Et tertia in ordine de febre elodes ſeu ſudoroſa febre.

De hidronoſa natura ſcripſit Bariſelus, ac de omni ſudoris differentiâ naturalis & præter naturalis: ac randem de ſudore Chriſti Domini, an ſit diuino miraculo apponendus, an vere naturalis: nam naturali afflictione corporis ſacroſancti, ſupra ſe ipſam eleuata natura (intra naturæ metas) illum elicuiſſe, exiſtimauit Nicolaus de Lira in ſuo *Commentario ſuper Lucam*: Bartholomæus de Medina, *in* 3. *partem Diui Thomæ art.* 6. *q.* 46. & latiùs idem Bariſelus, *lib.* 2. *de hidronoſa natura*, Vincētius Molles *libro de ſacra Philoſophia ſacroſancti corporis Chriſti cap.* 9. *dub.* 2. & maximum certe huius opinionis argumentum deducitur ex Galeno, *libro de vtilitate reſpirationis, in huius libri cenſura, folio* 62. quando dixit, *Et etiam ſudor qui nihil aliud eſt, quàm aqua ſanguini mixta, quandoque poris ampliùs dilatatis, effluit ipſe ſanguis,* &c. non eſt ergo miraculo apponendum, ſi in Chriſto Domino ſanguis loco aquæ effluxerit, quando illud naturaliter, & poris ampliùs dilatatis, & ſanguine præ agone commoto, potuit euenire, & per corpus vniuerſum effluere.

An ſudor Chriſti Domini naturalis.

Nos de omni ſudoris differentia ac de febris ſudoroſæ natura lariùs diſputaulmus, de cauſis, ſignis, & prognoſi: quantùm illius permiſit inſtitutum. *lib.* 2. *Medici Tribunalis ſtatione* 4. *à folio* 81. *ad* 87. & ſi à ſudore naturali ad ſudorem præter naturam deſcendimus; eſt naturalis ſudor, euacuatio ſenſibilis & tenuis corporis

Naturalis ſudoris definitio.

ris vniuerſi, aut partis ſingularis huius corporis alicuius humorum, ſeu liquatæ humiditatis & per cutis poroſitates, mediis facultatibus naturalibus, à calore ſeu naturali, ſiue præter naturam elicita: nam intra naturæ limites ſudor à calore naturali elicitur, aut fusâ, aut tenuatâ materiâ à præternaturali liquatâ, aut impulsâ: ſi non etiam interdum diſfluit præ virium ἀτονίᾳ hæc noſtra definitio omnes ſudoris differentias comprehendit; ab antiquis enim per partes definitur: nam

Lib. de febrib. c. 11.

Gordonius conciſa breuitate *ſudor*, inquit, *eſt vapor humidus, ab interioribus corporis reſolutus, & ſuprà corporis ſuperficiem condenſatur*: quo genus tantum definiſſe videtur, neque ad ſpecies deſcendiſſe.

Tres corporis regiones vbi tres celebrantur coctiones.

Hæc excretio, ad aliarum excretionum differentiam, ad ambitum corporis vniuerſi mouetur, & per cutim elicitur, quæ eſt tertia regio, per quam illa celebratur vacuatio: ſunt enim tres corporis regiones, vbi tres celebrantur coctiones, ex quibus tria etiam remanent excrementa: quæ per vias ſibi conſociales excernuntur; ab ore prima incipit, & pergit ad æſophagum, deſcendit ad ventriculum, inde ad inteſtina & extenditur ad

1. Regio.

meſaroei venas, & ad iecoris cauam; per quam non tantum fæces, ſed bilis excrementitia, expurgatur: In ventriculo, vtpote in præcipua huius regionis officina, prima perficitur coctio alimenti: à cuius perfectione vltima, duplex reſultat excrementi conditio, craſſi nempe & fæculenti: crudi aliter, aut tenuis, aut craſſi, quorum coctionem cùm calor non attingat, vel quando non aſſequitur, mox expellendum reſtat vt graue & inutile pondus; ſecunda incipit regio à iecore, hæc

2. Regio.

non tantùm extenditur vſque ad imam ventris, ſed ad omnia vaſa, quæ ab illo originem traxerunt; vbi etiam perficitur, chyli & imperfecti ſanguinis tranſmutatio in alibilem ſanguinem, ſed in virtute hepatis: ex qua tranſmutatione duplex etiam reſultat excrementum, nempe bilis excrementitia, quæ cùm alendo idonea non ſit (ſeu quia multa, ſeu quod non neceſſaria) ad fellis folliculum à natura tranſponitur, vt per ventriculi fundum, & quod illi annectitur inteſtinum, expellatur; ſecundò melancholia, quæ ob eandē cauſam ad lienem reiicitur, ſeu (quod veriùs eſt) attrahitur ab illo, in ſui alimentum, ſeu vt depuretur ſanguis ab illa fæculentia, vt vtilior reddatur alimento; & quod à liene vt inutile reiicitur, tranſponitur ad meſaroei venas, vt per mariſcas, ſeu hæmorrhoidales, expurgetur; licet apud neotericos hodie ſit valida ſententia, ipſum lienem melancholiæ, eſſe officinam, à qua & ipſe aliter; & reiicit ſuperfluam ad eaſdemmet venas; tertia regio ad ambitum extenditur, per muſculos, membranas, venas, neruos, ad enoſam & carneam ſubſtantiam, vſque ad veram cutim, ambitum corporis vniuerſi ambientem; quæ ideo eſt poris amplioribus prædita, vt excrementa, quæ ex tertia coctione reſultant (quæ in illa maximè celebratur) expellantur faciliùs, ne retenta grauiorum malorum ſint occaſio. Cùm ergo coctio ſit ſanguinis conuerſio in carnem & alias adiacentes ſubſtantias, illa peracta duplex reſultat excrementum, craſſius vnum alterius reſpectu, quo ſordes aluntur & pili generantur; & tenue alterum, quod ſerum æmulatur, & ſerum dici poteſt, quod aut inſenſibili tranſpiratione euaporat, aut (ſi in cute denſatur) per ſudorem elicitur.

3. Regio.

A quot cauſis hic ſudor producatur, ſiue ſit naturalis, ſeu morboſus, iam anteà vidiſtis in noſtro Medico tribunali; & quo certè augurio ſit in hoc aut illo ſtatu ſperabilis: non enim dubito, quòd naturali ſtatu, partim à propria leuitate moueatur, partim à naturali facultate, cui demandatum eſt munus, vt natura ab impedientibus liberetur, vt in ſui conſeruationem maieſtuoſo imperio operetur; at verò dum ab ſtatu naturali egreditur, ne tantùm à propria leuitate mouetur, ſed impellitur ab ipſis, præter naturam cauſis à quibus concitatur, veluti, ab vrenti calore, à colliquante cauſa & ſimilibus, quæ eadem actione tenuãt & ad cutim mouent; dummodo aduertas, quod dũ criticus ſudor inter ſymptomaticum & naturalem mediam naturam retinet, vt inter naturalem & violentam cauſam; nam huius medium participat de vtroque extremo: nam & cedit naturæ expellenti, dum ſui iuris eſt, & à propria leuitate mouetur: & à facultate ducitur expellenti: illa tenuata ſubſtantia, etiam ſuo modo concocta: nam eſt etiam ſua ſeroſitatis, vt & flatibus coctio, ſaltem vt expellenti cedant.

An verò ad criticum ſudorem dentur ſecura ſigna, fida ad ſymptomaticum, quantùm materia permiſit in citato loco diſſeruimus: nam neque coctionis neque cruditatis interdum, hanc febrem fida ſecuritate beant: ſed ſola illa perfecta coctio per gradus comparata, ſecundùm materiæ diuerſitatem diuerſa: nam in tenuibus ſuccis ſufficit interdum bonus vrinæ color, ſubſtantiæ mediocritas & à turbata ad clariorem verti. Sed neutrum

in malignis fidam ſecuritatem affert: de quibus Galenus ſic alloquitur. *Sanè, videatur quibuſdam perplexa & incognita. ſi quando nec differentia vlla pulſuum à naturali ſtatu deficiat, & ſe ipſe ægrotum febrem non dicat percipere: & vt rem difficiliorem faciam, ne ex vrina quidem petere. in huiuſmodi affectibus, firmam notitiam ſemper licet: ſed eſt etiam ferè anceps, colore & ſedimento ſimili naturali: ſexcentos tales in peſtilentia diuturna conſpeximus, vbi medicos cerneres nihilo plebe præſtantiores*; neque in periodico ſudore eſt vlla certitudo: ſolet enim interdum in maligna etiam tertiana aduenire lethaliter, dū malignus humor commouetur ad focum & mineram putredinis & illā ſolo decubitu corrumpit, & gangrænâ inductâ, à ſudore corpus infrigidatur, vt non amplius poſteà recaleſcat; hæc non ſunt in theatrum producta, hæc nos vidimus, & fideli iudicio obſeruauimus.

3. de Praſag. ex pulſ. cap. 3. De pulſu & vrina fallacia, in malignis.

Ad tres febris ſortes reducuntur elodes.

Ad triplicem febris ſortem reduximus elodem, ſeu ſudoroſam febrem, primò ad febres, quæ pro cauſa interna ſortiuntur ichorum, ſeu ſeroſi humoris multitudinem: ſecundò ad malignas & peſtilentes febres: tertiò ad colliquantem febrem, ne tantùm humorum roridæ & humidæ ſubſtantiæ, ſed carneæ & ſolidæ corporis vniuerſi, cuius adurens, ſiue malignus calor has tres ſubſtantias aut in vaporoſam & humidam materiam conuertit, & per poros cutis vacuare compellit: aut craſſiorem materiam per ventrem deturbare, ſi credimus Galeno. Sors prima huius febris ſolet aduenire ex ichoroſo corporis apparatu, ſeu ex febris ardore humoribus liquatis, ſeu in temporum conſtitutione pluuioſa & humida; cuius occaſione humidus cumulatur apparatus, qui ichores ſunt & febris eſt ſudoris materia: ſudor enim ex aquoſa & ſeroſa humiditate prolicitur; vt Galenus eſt auctor, *libro de Atra bile, quæ per cutim euaporat*; vt dixit etiam 4. *Aph.* 37. *& de Vtilitate reſpirationis, quare per poros exeat*; ſi non ad vias vrinæ ſeroſitas conuertitur, vt *10. de ſimpl. med. facultatibus*: eſt enim eadem ſudoris & vrinæ materia; ſi etiam Galeno eſt adhibenda fides: in eo tamen differunt, quòd ſudoris materia eſt priùs elaborata, ideò ad cutim, per meatus, omnibus quæ interſunt partibus, prouenit; nec ſit mirum, non eſſe adhuc ſudoris auxilia inuenta, neque per manus tradita, quando ipſe Galenus dixit; *At de ſudoribus, aut nihil, aut quæ curioſa ſint potiùs, & præſtigiaturæ obnoxia, & inſuper ſcripſerunt alij ſuperuacua, quæ per aliam fieri poſſent materiam medicam*,

Quo differant ſudoris & vrinæ materia. Citato loco.

De ſudore ſymptomatico.

Tria concurrunt ad ſudorem, maximè ſymptomaticum, & materia huic excretioni accommoda, & calor, qui commouet ad cutim, & corporis poroſa conſtitutio: primum ex Galeno colligitur *de Vtilitate reſpirationis*, quando dixit, *Et etiam ſudor, qui nihil aliud eſt quàm aqua ſanguini mixta, nempe ſanguinis icor; quandoque poris amplius dilatatis effluit ipſe ſanguis*; amplius ſuam mentem explicuit, 6. *Epid. ſect. 4. text.* 31. quando dixit, *Humores valde extenuati, vtiliter difflantur; hoc eſt per poros cutis. inſenſili tranſpiratione facilè exoluuntur, quos cùm pinguiores ſint, per ſēſibiles excretiones natura è corpore propellit, ſudorem excitans*; hoc eſt hæc eadem materia, quæ paullò craſſior ad cutim ſua leuitate propellitur, hæc ſudorem naturâ ſuâ mouet; horum tamen humorū (nempe ſudori aptorum) nota erit vrina; Galeni eſt iudicium quando dixit, *Ac ſudor quidem, ſuccorum, qui vniuerſo corpore abundant, nota eſt vrina (nempe concolor colore & ſubſtantiâ eorum tantum, qui vaſis continentur.*

Folio 62.

4. de San't. tuenda 4.

Hæc ſudori aptam materiam oſtendunt: at quibus illa in morbis cumuletur, ad longum poſteà adnotauit Galenus, per hæc verba; *ſudores omnibus febribus proprij ſunt, præcipuè incendentibus* (in cauſonibus nempe à ſanguine, aut bile in illa, quia ſanguis feruore colliquatur, & in ſerum conuertitur, in iſta, quia vertitur in ichores ipſa bile tenuiores, & ipſa leuiores, qua certè leuitate naturalis facultas illam ad cutim faciliùs propellit) & procedit. *Iuuant & inflammationes, ſi vna cum coctionibus emanauerint: non enim ſudores iuuant crudos & incoctos abceſſus, nec inflammationes, antequam domita materia coctione tenuior reddatur, & apta vt per poros & anguſta foramina valeat permeare; quotidianas etiam iuuant, aliquando quartanas, & ſemitertianas, parotides, lethargoſque, reliquos omnes capitis affectus, aliique decubitus omnes febres diuturnas iudicare conſueuerunt*, &c. Hæc Galenus; quotidianas iuuat aliis ſimul excretionibus & ſudore; quartanas, ſi intra ſimul & varia excernantur; & ſemitertianas, & biliosa ſimul & pituitoſa natura cum ſudore excreuerit; rariſſimè enim iſta ſolo iudicantur ſudore. Attendite ad Galeni mentem, & in illa rationem attendite, nobis enim ſemper potior fuit rationis auctoritas: poſtquam Galenus de morbis acutiſſimis, quorum materia eſt ſudori valde conſocialis & gentilitia, dixit *ſudore perfectè iudicari*, ex illis tranſit ad valde macronoxios, quorum materia quamtumuis tenuata, nec valet per poros

3. de criſibus 3.

Galenus de febribus, quæ ſudore ſoluuntur.

Rariſſimè hæ febres ſolo iudicantur ſudore.

poros tranſcolari,neque ob lentitudinem ad ambitum impelli : *in quotidiana*, inquit, *iuuat*,ſed non ſolo ſudoris priuilegio, niſi aliis excretionibus copuletur, nempe vt per ſudorem tenuata, cocta, & ſudori congenea,vacuetur; craſſior verò, quæ non valet vacuari per alias excretiones, ſimul vomitibus, nempe & pituitoſis excrementis criſis perficiatur;& in quartana nigris & defædatis; in ſemitertiana, ſi bilioſa & pituitoſa ſimul deiiciantur; vt etiam in aliis affectibus, qui diuerſos humores pro cauſa ſortiuntur; ideò non ſoli ſudori eſt fidendum,quantumuis criticus videatur : nam ille quantùm poteſt aſſequitur, ſed materiam ſudori alienam non valet ſuperare, quia illam perfectè non attingit: ideò in illa frequens eſt relapſus occaſio, ob illam quæ in venis relinquitur materiam, quæ aliam amat excretionis ſortem; quæ ſi forte cum ſudore in criſi commouetur, & cedit conatui naturæ expellentis criſis,ex vtroque perficitur, ſin minus, ſemper ſudor in illa præciſione ſumptus, crit. recidiuæ ſuſpectus.

De ſudore colliquatiuo. Dimitto alias ſudoris conſiderationes, vtpore ſuo loco & tempore ad Ariſtophanis & Cleanthis lucernam præmeditatas: nam à carnis colliquatione, ſi credimus *3 de ſympt. cauſis 2.* Galeno, accidunt aliquando ybi in halitus eſt reſoluta caro, ſed in hiſferè non mutatur vrina, & ignea caliditas eſt ferto candenti ſimilis, & febris, aut ardens, aut maligna; & in ſudore non leuantur, exoluuntur ægroti, ferè ſyncopiſantes; in aliis ſolet etiam in febris principio aduenire, ſed in intermittentibus indifferens : ſi verò in continuis accidit rigere & ſudare, eſt maximum malignitatis ar- *3 Epid. ſect. 2. text. 75. Rigore, ſudore, malignitatis ſignum.* gumentum in Galeni iudicio, non tantùm quia decretoria non decernentia (quæ aut multitudinem arguunt, aut irritationem) ſed quia accidentia longè à febris natura aliena:ſi excipias febres intermittentes : nam vt idem Galenus antea in præſagiis ſe dixiſſe teſtatur, ſudare & non toto corpore (thorace nempe & capite)multumque extremitates frigere, eſt proprium febrium malignarum, aut inflammationum;hæc legitur ſententia t.*Epid.ſect.*1 *.text.*24. quia in principio cùm omnia ſolius febris ratione leuiora debent eſſe, ita adaucta veniunt, hoc ab alio à febris principio credimus aduenire : cùm nullum certè malignitate celeriùs valeat ſubitam actionem imprimere, citiùs corruptionem inducere, & validiùs extremam & lapſam intemperiem, neque facultates ita ſubitò ad vltimum deiicere; ideò ſi hæc apparent in principio, meritò Galenus ex ſudore, & extremorum frigore, malignitatem ar- *Sudor in principio quare à Galeno damnetur.* guit, dummodo illa frigiditas vltrà acceſſionis principium perſeueret & calefacientibus auxiliis non cedat, & ſint extrema veluti gelu frigida, vt nullo auxilio valeant recipere calorem, illud enim indicat extremam caloris viuifici necroſim.

Febris ſudoroſæ curatio, ad legem cuiuſq; ſingularis differentiæ.

CVrationem inſtituam in febre omnium difficilima, quam nemo noſtrum perduxit ad vmbilicum ad triplicem febris ſortem reduximus hanc ſudoroſam febrem, non quod differant ſpecie inter ſe:eſt enim vnica febris illa quæ ſub putridarum ſpecie ſub alterna conrinetur; ſed ob diuerſum cauſam differunt inter ſe, ideo pro cauſæ ratione diuerſa, diuerſam curationem inſtituimus : quare ſi ex ſeroſitatis abundantia, ſeu ichorum colluuie incipiat (quod temporum con- *Curatio à ſeroſitatis abundantia.* ſtitutione, ætate, temperie, & victus ratione ediſcitur) illud primò nos oportet expendere,à qua humoris ſorte hæc decidat colluuies ſeroſa, à ſanguine nempe, an pituitâ, bile, aut melancholiâ : & ſecundo, cuius illa ſit putredinis, aut vſtionis ſoboles, maligna, an aliter ex ſimplici putredine : tertiò, qua regione focus & minera conſiſtat, an intra venas maiores, corporis ambitu, aut alio determinato loco, ſeu inflammationis ratione, ſeu ratione inculcatæ aut obſtructæ materiæ. Ex quacunque ergo illâ ſeroſi humoris abundantiâ illa febris incipiat (à ſanguine nempe, bile,pituita,aut melancholia) debet feruorem, aut putredinem intra venas concipere, vt febrem humoralem conſtituat intra venas maiores ſeu alio determinato loco : quo dato (hoc enim cordati facilè dabunt viri) mox ſequitur ad ſanguinis miſſionem accedendum; quoniam comprehenditur ſub illa generali ſententia Galeni; ſaluberrimum *11. Meth. 15.* igitur eſt in omnibus febribus venam incindere, non in ſinochis modò, ſed in *Sanguis mittendus in ſeroſi ſanguinis febre.* eis omnibus quas putreſcens humor concitat, neque huic deciſioni obſtat idem Galenus *lib. de med. purgantibus*, quando dixit, *ſeroſos humores eſſe protinus abſque vlla præparatione vacuandos*, tamquam non ſint coctionis capaces : nam ibi Galenus, vbi nulla eſt febris, intelligitur, vt contraindicans grauioris periculi : nec tibi obſtet illa communis ſupernatantiæ ratio,quæ ſeduxit doctiſſimum Doctorem Ponce de Santa-cruce: nam quales in ve-

 nis

nis efferueſcunt humores,tales etiam per venas vacuantur ; & ſi hanc ſententium luce clàriùs comprobatam deſideras, lege hoc argumentum in noſtro Medico tribunali,in illa celebri quæſtione minorandi contra Doctorem Ponce de Santacruce nec te detineat, maximè in principio,ſudoris vacuatio, quantumuis profuſa videatur : nam illa eſt ſignum ſuccorum abundantiæ, quæ pet poros à venis ad ambitum corporis vniuerſi tranſmittitut, ex peculiari ichoris analogia, & leuitate, quæ ad ambitum vergit, & natutam ad ſui expulſionem compellit, veluti illi qui in craſſiori ſubſtantia liquati ad ventrem feruntur, ſeu ad vias vrinæ:neque timeas, quöd ſanguinis miſſio promoueat ſudorem (vt ſuſpicantur aliqui) quinimò ſola illa ſiſtitur vacuatio,à venis ſubſtracta abundantia ; quo etiam parallelo aliæ militant euacuationes ab ante celebratæ,in alıis putridis febribus excogitatæ, veluti ſunt clyſteres, cucurbitulæ ſiccæ, & ſcarificatæ, vt etiam ſanguiſugæ hæmorrhoidalıbus adaptatæ.

An ſanguis mittendus, vbi ſudore.

An ſang. miſſio amplius ſudorem prouocat.

Et hac ſententiam ab antiquis tam religiosè legimus obſeruatam, vt dicat Gariopontus, antiquiſſimus auctor; dum de febre elode loqueretur;*cuius ſigna certiſſima cum videris, & nimiùm ſudantem.hanc curare debebis ſic; phlebotomabis eum, menſe Martio maximè; hoc eſt, dum vires vt vere menſe Martio conſtant ; & facies tenere myrthos ſub aſſellis , ne fortè cùm phlebotomas, ſudor incurrat; ſi verò neglexeris* (ſcilicet ſanguinis miſſionem) *apoplexia. paralyſis,epilepſis,cynanche eueniunt*,&c.Conſidera ergo quàm prudenti conſilio ſanguinis miſſio in huius febris initio imperatur, dum ſcilicet præeſt in venis apparatus, antequam aut in præceps ruat ipſa natura, ſtimulo expellenti concitata, aut (cauſa ſudoris non depoſita) in alios affectus æquè vigentes ruat, in apoplexiam nempe, aut cynanche : ſed non eſt iſta extrema difficultas : ſed quando permittere, adiuuare, aut ſiſtere conueniat: hoc ſuper omnes potiori energia dixit Gatiopontus, In titulo citato ; & amplius aduerto, quòd ſub eadem militant differentia ad ſanguinis miſſionem expetendam, ſinochus, & ex bile cauſones, vt & maligna febris: malignitate interim non neglecta , nam eleuata virtus alexiphatmaci,non tantum malignitatem corrigit, ſed cauſam ſudorem excitantem diſſipat & exoluit,quantumuis colliquantem non excipias.

Cap 9 libri aurei de febribus.

Titulo de ſudoris præcognitione cap 12.

Sed ne aliquid huic argumento deſideretur, illud etiam nos expendere placuit, an debeat promoueri talis ſudor,an ſiſtere, an interdum etiam adiuuare, vtpote vacuatio per conuenientem regionem concitata, quo humor & natura inflectit : nam ſicut in puncticulis natura non debet adiuuari, niſi cum lentè & pigrè operatur, & onere depoſito, vt reliquum faciliùs expellat ſic in ſudore,cùm ſoboles videtur abundantiæ , & hoc non indiſcretè, vt ſors tulerit, ſed magna circumſpectione ; nam inrerdum ephracticis periculum periculo adiicitur. quando feruorem augent, & humotes colliquant, ideò in ardentibus & malignis temperatiſſimus eſt prouocandus ſudor, maximè in diminuta criſi , vbi ſudor non leuat; veluti hoc exemplo,℞. aquæ cardus ſancti ℥iij. emulſionis ſeminum frigidorum ℥j.aquæ ſcorſoneræ ℥ij. vini albi ℥ß. lapidis bezuar orientalis gut.iij.& calida illa ſumatur potio,& ad pedes aliquando ſupponitur phiala, aquâ calidâ plena , quo etiam & prouocatur & adiuuatur ſudor : quo in argumento.ſi Patres medicinæ cōſulimus, & noſtri ſæculi curioſos rerum obſeruatores(nam illi conſulunt, hi meliora docèt) pulchra ſane,& excellentem erudirionem noſtræ addere non dubitamus : ſi interim aduertimus quòd non eſt damnandus ſudot,niſi quando omnis loci & figuræ ımpatiens æger , laborem & exolutionem pro quiete conſequitur:tunc enim potiùs arguit diaphoreſim aut acriſiam , quàm magiſterioſum imperium naturæ, Κρίσιμον Græci dicunt.

Quando ſudorē ſiſtere, prouocare aut ſinere conueniat.

Nota.

Quibus remediis ſudor in ardente febre.

In hoc rerum ſtatu, huius & illius nos docet differentiam Auicenna , quando dixit, *Oportet ne ſudor criticus quãtum poſſibile eſt , reſtringatur : cum autem euenit neceſſitas & pertranſit terminum* (ſudoris nempe critici , aliter ſubleuantis, quantumuis ſymptomatici) *tunc oportet vt euertetur, & infrigidetur locus; ſi autem iuuat* (quicunque ille ſit) *tunc ſuper inſtrumentum poſitus quo pueri & iuuenes ſolent in aëre concuti* (Mahaca, nomine Indico noſtri vocant) *commoueantur in loco frigido : & non oportet vt occupetur in exſiccando illud, quod rorando egreditur,faciendo exſiccationem poſt exſiccationem, nam illud eſt cauſa ad illud prouocandum & multiplicandum , & fortaſſe attrahit ſyncopem; nam eius abſterſio addit in ipſum , & eius demiſſio reſtringit ipſum.*

Titulo regimen ſudoris ſuperflui in febrib. c.13.

Qui ſudor obſiſtendus, aut ſinēdus.

Et hoc apud veteres tàm religiosè cautum erat, vt dixerit Paulus Ægineta, *ſudores, quibus morbus ſoluitur, excipere oportet quamdiu ſatis vacuatum fuerit* (nempe à cohibitione) *adiuuareque fotu mediocri & quiete: quamobrem non abſtergendus eſt, nam alius quoque alium elicit.*Quando iam indicatio nos vrget detinendi.

Titulo de ſudoribus cap.33.

Non

Sudoris præcognitio, quomodo cõſequatur. Cap 12. cıtato. Non eſt tamen hæc vltima neceſſitas, ſed ipſa ſudoris præcognitio, quando nempe prouocandus, ſinendus, aut vltima neceſſitate cohibendus, hoc ſuper omnes quos legerim; & adhuc ſuprà ſeipſum dixit Gariopontus. *Sudoris præcoguitio,* inquit, *apud ſcientes non eſt in negligentia: nam & ſalutaris ſudor eſt, & mortiferus: ſalutaris eſt criticus, cui credo nomen ex iudicio impoſitum, eò quòd quaſi iudicet hominem ex ſententia ſua, vt puniat aut liberet, hic calidus eſt, cui color rubeus eſt, & curſus eſt fortis, & ingens pulſus venarum: & quantò plus his ſudoris affluxerit, tantò æger fortior fit; aliter quippe exterminat, & ſubitò fit frigidus, cum pallore ægri, aut defectione venarum, nempe pulſus defectu* (veteribus enim mos eſt, arterias venas appellare, vbi illarum motus elucet, patet; nam paucis infra lineis dixit, venarum pulſus vbi pulſant arteriæ) *aut penitus abſque ſenſu, aut tremore potius quam ſolutione febris: ſed criticum facilè eſt calefactionibus prouocare, cardiaco obſiſtere arduum eſt: tamen huic frigidis rebus obſiſtere placuit, vt nudus iaceat æger; ſi ita ſurget aduentetur hinc atque inde, ſabanis atque flabellis ventum inferentibus, interdum ex ſpongiis, in aqua frigidiſſima tinctis & expreſſis corpus eius refrigerandum eſt, & ſi nix affuerit, hac vtendum eſt magis quam frigidâ humiditate* (nempe ob niuis ſiccitatem corrugantem) *cuius manus ſtringendæ ſunt faſciolis lineis, in eo loco, vbi venarum pulſus tentare conſueuimus; & ſi adſit ſitis, frigida danda, & non nimia, nec cum impetu hanc accipiat: hæc res accidit plerumque illis qui cum strictura febricitant: ſcilicet vt habeant ſicca ſtercora, præ nimio febris ardore,* &c. Gariopontus iſta.

Libello de febribus cap 16. Dixit Nonius Medicus antiquiſſimus: *aër frigidior & euentilatio, totum verò corpus myrteo oleo perungitur; vel acerbo* (*nempe ex immaturis oliuis*) *vel lentiſcino, inſpergatur, præterea myrtus in pollinem redactus, vel galla vel piceæ cortex, vel poſca frigida per ſpongiam adhibetur.*

Lib. de febrib. c. 33. Et Paulus ſic alloquitur, *ſudores, quibus morbus ſoluitur, excipere oportet cùm verò ſudores largiùs erumperent; abſtergendo leuandoq́ue operimenta refrigerare conuenit, etenim laſſant ſuprà modum excedentes vt in ſyncopem frequenter ægros perduxerint; leui veſte madidaq́ue debent eſſe contecti, feneſtris patentibus, vt perflatus aëris frigidior accedat; his ſomnus adiungatur, & euentilatio; inſuper myrthus nigra in pollinem coacta corpori inſpergatur, ſimiliter galla piceæ cortex, electrum & polenta in vino adſtringenti, particulis ſudores recipientibus imponantur, facieſq́ue poſcâ per ſpongiam aſpergatur: Archigines etiam calcem non reſtinctam, & floces vini combuſtas, tum his, tum in rigore, quem nullus euincit calor, aſſumit: ambo ſiquidem,* inquit, *per ſotus calidos ſicceſcunt: media verò corporis loca deliuienda ſucco arnogloſſæ, vel coriani, vel portulacæ, vel braſſicæ præcipit, vt conſtricta ſudores reprimant; idem præſtat reprimendo creta cimolia aquâ diſſoluta, dorſo per ſomnum & thoraci impoſita, totum verò corpus roſaceo perungitur, vel melino, vel myrtheo, vel lenteſcino, vel ceratis, quæ ex his conſiunt: nam magis ſunt his idoneæ reunctiones, quæ latentes meatus obſtruendo, humoris exitum prohibeant; patet autem omnibus, quòd cibus quoque ſiccior his conuenit, & vina mediocriter adſtringentia. Cæterùm largiori potu, & præſertim humidiore, tum crebris inſectionibus abſtineant: ſi autem fieri poteſt, geſtatione corpus agitandum, in frigidiori ædificio, vt ſummæ his partes quàm maximè refrigeſcant: qui porrò per eliſum ſudores fiunt (hi autem vel ob dolores excitantur, vel conuulſiones) & retentione fotuque extremorum, & refrigerio per panniculos laneos acceſito leniter curantur,* &c.

Ætius Amidænus, titulo *de colliquatione filagrij* poſtquã febrem colliquantem deſcripſit, & modum colliquatæ ſubſtantiæ ex febre ardentiſſima: *quapropter,* inquit, *grauiſſima omnium eſt hæc febris, ſatis autem clarum eſt, extinctoriis medelis vtimur, ita vt frigidam valde aquam exhibeamus, & cataplaſmata & epithemata frigefacientia thoraci ac præcordiis imponamus,* &c. *Cap. 32.*

Et princeps Auicenna, titulo *regimen ſudoris ſuperflui,* ſic alloquitur, *& non oportet vt occupetur in exſiccando illud quod rorando egreditur: nam illud eſt cauſa ad illud prouocandum & multiplicandum & fortaſſe attrahit ſyncopem; nam eius abſterſio addit in ipſum & eius dimiſſio reſtringit ipſum; & oportet vt inungat eum, cum oleo roſato forti,* (nempe amphacino) *& oleo myrthino: aut fiat oleum cum aquis, in quibus decoquantur cidonia pontica & mala pontica, & roſæ & balauſticæ, & ſimilia & coletur & decoquatur in ea oleum ſecundum quod ſciuiſti; quandoque pulueriſentur deſuper grana myrthi contuſa & balauſtiæ & charabe contritum, ſicut qui apparet puluis in radio ſolis, & ſimilia, quoniam conſtringit: & quandoque conſtringit acetum mixtum aquâ, & ſuccus arnogloſſæ & decoctio balauſtiarum & decoctio gallarum & decoctio myrthi & ſuccus calef eſt mirabilis & aqua ſemper-viuæ; & cùm res ſit vehemens, liniatur, cum muſcilaginibus frigidis & cum gummi & propriè cùm ponuntur in huiuſmodi ſandali & camphu-* *Cap 13.*

ras

ra; & propriè quando fricatur, ſeu aſpergitur cum his duobus & euentatur; & quando vehemens ſit res, oportet vt imponatur nix ſuper extrema, & ſola ſint in ea extrema; aut balneetur cum aqua frigida ſi ſuffert eam.

Vt imponatur nix, ſuper partes.

Cap. 10. Et ſub eadem indicationis vmbra loquitur Ioannes Serapio, in titulo *de illis, quorum virtus debilitatur cum ſudore. Vbi oportet*, inquit, *vt probibeatur ſudor illorum, quorum virtus reſoluitur ex multo ſudore tum rebus quæ exſiccant & ſtipticant ſicut lutum ſamûs, & merdaſeugi, & galla & amillum, vel* (vt in alio codice) *& gallæ & alumen, & folia myrthi; quando teruntur & pulueriſantur ſuper corpus: aut inunge corpus eorum cum oleo florum vitis, aut oleo roſato, vel de cidoueis, aut oleo arboris maſthicis: & iuuantur etiam cum minuto thuris, quando teritur & pulueriſatur ſuper corpus.*

Cap. 24. Haliabas etiam titulo *de medela mollitiei ſiccitatis, vomitus, ſudoris multi & areti, quæ ſunt cum febre: Sudor autem*, inquit, *ſi exuberet, nimiuſque ſit, timeturque virtuti, ne eo ſubruatur corpus patientis, oleo inungi oportet, balelbec, dato vel à lembaco, & aqua myrthi & tutia trita cum aqua roſarum. vngaturque corpus oleo caliſi, aut pulueriſa ſuper illum roſam ſiccam contritam, & intuere ſi locus patientis calidus eſt, amone illum in frigidum, quem aquilo combuſſerit, vt confortetur corpus eius & ſudor retineatur.*

Paulò accuratiùs Gordonius titulo *de ſudore*, nam poſt quam ſigna ſudoris critici ſymptomatici & exoluentis diaphoretici adduxit, ſic alloquitur: *Aut enim intendimus ſudorem prouocare, aut auferre: ſi auferre, tunc intelligendum, quòd nulla euacuatio naturalis, ſiue innaturalis debet auferri vſque verſus tertiam diem, ſi virtus poſſit tolerare; timendum enim eſſet quòd iret ad cor, & membra nobilia: paulatim igitur abſcindatur; remoueantur igitur panni, & euentetur cum flabellis & citò deſinet; aut aſpergatur aquâ frigidâ in facie, aut aceto & aquâ roſatâ: aut inungatur pectus cum oleis frigidis, ſicut oleum roſatum, ſalicis, & nenufaris, & ſimilium; aut emplaſtretur cum ſandalis & camphurâ, & ſimilibus; & videtur mihi quòd facilè ſit auferre ſudorem ſolum cum flabellis, niſi fortè eſſet ſyncopalis, & tunc oportet fugere.*

Cap. 16. Valeſius de Taranta, ſuo parum culto idiomate (vt illa ferebat ætas) ſuo libro *de febribus*, ſic de ſudore dixit: *Primus canon generalis, non remoueatur ſudor, donec materia ſit perfectè purgata* (ab arte aut natura) *& æger ſentiat alleuationem manifeſtam virtutis, ſtante forti. Secundus, ægritudinibus conſumptiuis, ſicut eſt hecticâ & phtiſis, non competit ſudor: tertius eſt Conſtantini in Viatico ſic cum autem ſudor adeò augmentatur, vt inde virtus debilitetur, oportet ipſum conſtringi; reſtingnatur ergo ſudor diſcooperiendo corpus, vel minuendo coopertorium, & ſi ſit ex nimiis cibis aſſumptis, inducantur ieiunium, & abſtinentia: & ſi propter corporis repletionem digeratur & purgetur humor peccans: ita quod fiat diminutio in humoribus ſuperabundãtibus: quæ ſunt materia ſudoris, deinde vngatur corpus cum oleo roſato & oleo nenufaris & ſalicino. & oleo cidoneorum & quolibet per ſe, vel ſimul mixtis: vel fit ſic, ℞. roſarum ℥ij. ſantal. rub. balauſtiarum ℥i. gallarum, frondium myrrhæ an. ℥i. coquantur omnia in lib. ij. aquæ, vſque ad tertiam partem & coletur & addatur olei roſati lib. j. & coquantur iterum. donec aqua ſit conſumpta & de iſto oleo frigido vngatur patiens, maximè pectus & latera & potet de ſyrupo roſarum, vel intubæ cum aqua frigida, flabelletur cum flabellis, vel aſpergatur pectus, & latera cum panno in aqua frigida madefacto; & dormiat ſolus in lecto duro, & ſit malè coopertus.* &c.

Hæ ſunt (ô doctiſſimi viri) ſelectiſſimæ & prudentiſſimæ indicationes, hæc auxilia, auctoribus ſelecta, & à recentioribus comprobata: quæ nec recentiorum vigilanti ſolertia, nec criticorum importuno labore ſuperantur: & ſi veritatis iudicio, non adulationi aſſentiri velimus, nihil aliud ſuperadditum inueniemus, niſi quædam ſpecioſa verba, politiori ſtylo & viuidis coloribus fucata, quæ plus adferunt ornamenti quàm doctrinæ: multa enim vetuſtatis induſtria inuexit, quæ recentiores non valent imitari; ſed nos tali ſæculo viuimus, vt ſi ab hac via politica deflectere velimus, ſeueriori cenſura & rubro aſteriſco connotabimur; nam temporum & vitæ neceſſitati ſeruire prudentia commendat & neceſſitas petit, quoniam ſi pondere, quo nunc vrgemur, non flectimur, fortaſſe frangemur; ideò noſtro qualicunque genio quæ frequenti obſeruatione comprobauimus ſuper illa, auctoribus tradita legentibus, iudicando proponimus. Quare poſtpoſitis aliis ſudoris differentiis: critici nempe, ſymptomatici, aut inter ſymptoma & criſim medij; nam illum conuenit adiuuare quando lentè procedit, hunc ſinere dum vires non proſternit, ſiue cum periculo etiam retinetur: nos de vltima tantùm ſudoris differentia, dum iam ſudoris emerſerit iniquitas, nempe in febre ſyncopali & colliquanti febre, dum vltima diaphore-

ſi æger

ſi æger periclitatur, prudentem curationem (quantum cœpit genium) placuit inſtituere, ſed ne aliquid deeſſet, & vt maiori ſecuritate fieret, illa ex fontibus potiùs deducere viſum eſt, quàm ex riuulis.

An ne ſudorem cohibere oportet.

Tertia ergo die à ſudore exacta, vt conſulit Gordonius (vir etiam ſuo ſæculo doctus) ſiue in febre ſyncopali, ſeu colliquante febre, ſi ita vires ferant (ne antea retentus ſudor in membra irruat principalia) omni ingenio ſudorem cohibere oportet à leuioribus ſemper incipiendo, ſed ſumma attentione ad cauſam & originem cauſæ; hanc enim in triplici conditione obſeruamus, ſeu dum adurens calor humores colliquat & ſubſtantiam, quæ etiam ad ambitum tranſmittit, ſeu dum illas actiones malignitas inducit, dum nempe vrit, putrefacit, corrumpit, vehementer alterat: ſeu tandem dum retinentis atonia, corporis κακοσφυξίᾳ diſfluit alibilis ſubſtantia, corrupta aut liquata (quod ex fœtore aliquando venatur) nam tunc diphoreticus ſudor conciratur à febre, peculiari energiâ ſudoroſâ; quod interdum Incipit à nimia feroſi humoris abundantia; interdum natura curſu præcipatata; ſeu à natiua corporis conſtitutione poroſa,

Quare ſi ita ſors tulerit vt aliquæ vacuationes antea celebrentur, per ſanguinis miſſionem, ſanguiſugis aut ſcarificatis cucurbitulis: mox ſi ſudoris iniquitas pertinaciter vrget, in capite maximè & thorace, in attemperatione caloris adurentis ſit medentis prima ſolicitudo, ſeu in malignitatis coërcendæ omnimoda ſolertia; nos hac potione vtebamur feliciter, ℞. aquarum acetoſæ, plantag. portulacæ, cidoneorum & capitum roſarum an. ℥iiij. confect. hyacinth. ʒj. eſſentiæ coralli gut.iij. laudani, opiati gut.iiij. ſyrup. granatorum, aut de acido citri ℥jß. me interdum etiam condito Genuenſi ex ſucco citri & cum prædictis aquis niue refrigeratis: quoniam & ſudoris materiam incraſſant, vrentis caloris acrimoniam coërcent, & poros corporis intenſè frigidâ ſiccitate condenſant; ſed has omnes indicationes adimplet mirabiliùs aqua fontis chalybe, aut auro ignitis chalybeata, ſi niue valde refrigeretur, in cibo & in cœna, ſuper conditum adſtringens propinata veluti cidoneorum pyrotum, ſed maximè tamarindorum occidentalis Indiæ: neque à niuis vſu te deterreat natiui caloris aut huius aut illius membri principalis imbecillitas: nam in hoc ſtatu, hæc rationalis temeritas (ſi talis dici poteſt) à ſumma diſpenſatione indicatur: illa enim imbecillitas vt à calore adurenti inducitur, ita illo contemperato reſtituitur; & ſi dicas, quòd grauius & breuius extinctionis illius puſilli caloris periculum minatur ex illa niuis frigiditate actuali: quam ex dubia contemperatione beneficium. Ad hoc tibi reſpondeo, quòd imbecillitas, quæ ex morbi acumine contrahitur, ſolis auxilijs quæ remittunt acutiem (quantumuis cum periculo) etiam reparatur, quo paritas in vtroque ſeruatur: & illius mulieris exemplo, quam ſemimortuam Ætius reſtituit, ſolo frigidæ potu; nec ideò noſtræ intentionis eſt illam in extrema viuifici caloris atonia propinare, quando in hoc auxilio mortis aut ſalutis libratur ſpes vnica: ſed quando adhuc aliquæ vires conſtant; nam in hoc ſtatu Celſus vetetur vti doctus, ſperat vt prudens.

Prima indicatio eſt attemperando feruorem intimo ſudorum.

Aqua niue refrigerata omnes implet intentiones.

Imbecillitas ex acumine morbi, quomodo reſtauratur.

Sin malignitatis pericula æquè vrgent, ac ſudoris iniquitas, conſulas, quæſo, noſtram Illuſtrationem ad febrem peſtilentem & malignam, quo in loco noſtra & veterum pericula in auxiliis facta adinuenies: in hoc enim & illo caſu, vitæ nexus, qui in vitali ſpiritu conſiſtit, breuiſſimè diſſoluitur: tantò magis quantò illi natiua tenuitate exoluuntur: ſpiritus enim (quicunque illi ſint, vitalis nempe & animalis) ab ætherea ſubſtantia videtur delibatus, nam infimæ ſpheræ ignis correſpondet, ac ſupremæ aëreæ: & quia à cerebri ſubſtantia diaphana elaboratur: & à cordis ſubſtantia puriſſima, vt etiam ſanguinis tenuiſſima; à quibus omnem puritatem ſortitur; ideò fortè Paulus ad horum conſeruationem attendens: *cibus quoque ſiccior iis conuenit* (dixit) *& vina mediocriter adſtringentia: & vt à largiori potu, & crebris iniectionibus abſtineant.*

Spiritus ſubſtantia & conſiſtentia expenditur.

Illud etiam notatu dignum maximè obſeruaui in diaphoretico exoluenti ſudore, ægrum repente mori; Medico & aſſiſtentibus nihil tale verentibus, nec ægrum id ſentire: nec prauo nec formicante pulſu, ſed fere ſemper mediocri: & inter diuerſas conſiderationes, hæc nobis magis placuit, illud nempe accidere ob interceptionem facultatis mouentis, ac ſi dixeris animæ ſentientis, ſiue animalis ſpiritus per neruum à ſexto pari à cerebro in cor peruenientis: nam animæ mouentis influxu, ad cordis ventriculos præpedito, ex improuiſo & cordis motus ceſſat, ideò & repente vita; quod an præuideri valeat nemo ſapiens dicet: ſi non antea aliqua nos ſollicitat ſuſpitio exolutionis repentinæ animalis ſpiritus, veneni efficaciâ exoluti.

Quare æger repente diaphoretico ſudore moriatur.

Ne

Liquor mirabilis in hoc caſu.

Ne ergo ita breuiter diſſoluantur ſpiritus coërceatur ſudor, àttemperetur ardor; & incraſſentur tenues & calidi humores; conſulo vt hic ſyruprus ſit ſemper officinis paratus. ℞. aquæ roſarum lib. ij. ſucci citri ℔ß. ſuccl omphacij ℥ij. & inillis infunde roſarum rubrarum Toleti p j. vſque ad liquor reddatur tinctus de colore roſarum, dum baculo per diem agitatur: & liquore extracto adde eſſentiæ coralli gut.iiij. infuſionis ſacchari roſati veteris ſatis ad ſyrupi conſiſtentiam, cui adde de ſpeciebus tabellæ manûs Chriſti ʒjß. de hoc bis inde accipiat ℥jß. vel ℞. ſeri caprini optimè depurati ℔ß. & auro vel chalybe ignitis bis aut ter igniatur, & in colatura infunde thamatindorum recentium ℥ß. per 12. horas, cui adde ſacchari candi ʒj. eſſentiæ coralli gut. iij. laudani opiati gut. iij. & detur ad ℥iiij. niue refrigeratum vel ℞. ſacchari roſati ℥ij. conditi de acido citri ℥j. micletæ ʒß. laudani opiati gut. iij. & cochleare accipiat, maxime ante ſomnum, & quando magis exoluitur ſudore.

Laudani opiati, ex tribus auctoribus proponitur, deſcriptio & vires.

Et ne quis poſſit de viribus, qualitate, & vſu laudani opiati dubitare ad tenues humores incraſſandos, fluxiones ſiſtendas, diſſoluentes ſudores ab vrenti & maligno calore coërcendos, dolores demulcendos, ſedandam epileptiam, ad febrem ſyncopalem minutam, implacidum aliſmum, ab acri æruginoſa bile, ſeu aliter aduſta: tres illius deſcriptiones proponam, non his affectibus tantùm, ſed omni malignitati coërcendæ aptiſſimas;

Paracelſi.

ſic Paracelſus ſuum deſcripſit laudanum, ℞. opij thebaici ℥j. ſucci auranciorum & cidoneorum an. ℥vj. cinamomi, cariophyllorum an. ℥ß. omnia contuſa ponantur in vitro cooperto, in fimo per menſem, poſtea exprimantur & imponantur iterum, cum ſequentibus; ℞ muſci ℈ß. ambræ ℈iiij. croci ℥ß. ſucci coralli & magiſterij perlarum an. ℈jß. & poſt digeſtionem vno menſe factam. adde quintæ eſſentiæ auri ℈jß. quo anodinum ſpecificum euadit;

Quercetani.

& ſic Quercetanus: ℞. eſſentiæ opij cum ſuo diſſoluente per balneum vaporoſum ℥ij. eſſentiæ croci cum aqua limonum extractæ ℥j. hæc infundantur in vaſe paruo argenteo, & his adde magiſterij gemmarum, hyacinthorum, coralliorum, an. ʒjß. terræ ſigillatæ veræ ʒj. puluetis bezuar orientalis, vnicorni, ambræ griſiæ, an. ℈ij. hæc omnia miſceantur, agitando continuò ad lentum ignem, donec materia frigefacta pillullæ formari poſſint, & dentur ad gut. ij. ſic tandem

Angeli Salæ.

Angelus Sala: ℞. eſſentiæ opij per ſpiritus aceti cardiaci extractæ, ʒiiij. tincturæ croci quercetani extractæ ʒij. lapidis bezuar orientalis & auri puriſſimi an. ℈ij. reſinæ, ligni aloës, ambræ griſiæ an. ℈j. miſceantur in vaſe vitreo & incorporentur & ſeruentur ad vſum: & poteſt propinari ad grana iiij. & ne ignoretur

Opij præparatio magis ſelecta.

opij præparatio hanc etiam addere placuit, ad apparatum laudani; ℞. opij ℥iiij. in minutas partes diſſecti, & in patina ferrea imponantur. & aceto vini irroretur, & lento igne aſſetur, vſque ſulphur expiret. & in ſpeciem fumi fætidi euaporet, ſed caue ne tota virtus expiret ita vt in puluerem abeat, & de illo ita præparato prædicta quantitas aliis miſceatur: & ita præparatum poteſt clamoſis

Quibus & qua in quantitate propinetur.

doloribus propinari ad gut. ij. per ſe ſeu in pillulis cynogloſſæ: aliquibus etiam aqua vitæ loco aceti vini irroratur, ſed meliùs aceto ſulphur expirat, vnde mercurio & ſulphure in auras expirante, ſal quod in cinerem abit, magis participat de parte terreſtri, in qua virtus narcotica conſiſtit.

In hoc caſu efficacioribus auxilijs eſt à principio vtendum.

Si quo in alio affectu, in hoc maximè debent auxilia præſentanea virtute operari: & in hoc vt maxima cura impendatur, nos compellit vrgentia; nam feras auxilij moras non expectat, ſi non præſentanea efficacia operatur, vbi maximè de virtute ægroti parùm fidere licet; quare pari debemus obſiſtere auxilio, vt nos vrget periculum: ſed illud vt plurimum vires non ferunt, quando æqualia non tulerunt auxilia: quo in ſtatu ſemper periclitari vidimus; vtcunque ergo vertatur alea: debent in hoc caſu auxilia moderata adſtrictione operari, mixta aciditate, vt etiam coërceant putredinem corroboratione, ne ſubſtantiam diffluere permittant, & qualitate contraria, non cauſæ tantùm, ſed etiam exoluenti ſudori: & ne tantùm contraria in primis qualitatibus, ſed & malignæ etiam qualitati: & tandem quæ cordis ſubſtantiam tutatur: pro quibus adimplendis hæc noſtra

Infuſio mirabilis in hoc caſu & cordialis.

infuſio primas tenet: accipiantur oxalidis virentis, portulacæ, plantag. an. p. j. limonis & citri in rotulis an. n. j. cum cortice & acido, & hæc infundantur in ℔. ij. aquæ cidoneorum calidæ & feruentis, vſque dum refrigeſcat. & coletur infuſio, deinde adde ligni aloës. zedoariæ, florum cordialium an. ℥ß. fructus thamarindorum n. iiij. & ſeruentur in balneo per diem, ac poſtea colaturæ adde minæ de acido citri ℥ß. confect. hyacinth. ʒij. pulu. criſtalli præparati & margaritarum præparatarum an. ʒß. laudani opiati gut. iiij. & dentur ad ℥ij. niue refrigeratas, & de hoc etiam condito poteſt

cochleare

cochleate accipere. ℞. conditi citri per cetaceum tranſmiſſi, vel conditi de ſucco citri genuenſis an. ℥ij. gelatinæ codoneorum ʒij. ſacchari roſati tabulati ℥iiij. ſucci agreſtæ depurati ℥jß. bulliant lento igne, ſemper agitando, & adde in fine eſſentiæ coralli gut. vij. ſantali odoriferi, ſeminis citri excorticati an. ʒß. pulu. deamargarit. frigidi. ʒß. panis auri, ſeu auri limati ℈ß. & f. conditum de quo detur ad ʒj. cum aqua niue frigida; idem præſtat aquæ oxalidis lib. ij. ſucci granatorum ℥ij. eſſentiæ vitrioli gut. iij. miſ. & detur ℥ij. bis in die.

Si fluxus ventris complicatur, auxilia.

Et ſi aluus lubrica ſit (quod maximè caſum deſperatum oſtendit) accipe lactis chalybeati auro lib. ij. ſacchari roſati antiqui ℥iij. coquantur ad medias & de hoc accipiat ℥iij. bis in die; vel accipiat ſyrupum de ſucco portulacæ, & papaueris an. ℥j. cum puluere cryſtalli præparati: aut in plantaginis aqua chalybeata; vel (ſi alia faſtidiat) de hoc puluere in aqua niue refrigerata, vel illa ſuperbibita. ℞. ſacchari roſati tabulati ʒij. coralli rubri ʒß. ſuccini præparati, ſeminis hioſchiani an. ℈j. opij, vt ſupra præparati gut. iiij. trocis de ſpodio & gummi tragacāthi torrefacti an. ℈j. & fiat puluis tenuiſſimus de quo accipiatur ʒß. & interim per interualla hoc clyſtere accipiat ℞. oriſæ toſtæ p. ß. gallarum conquaſſatarum, balauſtiarum & capitum roſarum an. p. ß. ſem. plantag. ʒij. rad. biſtortæ ℥ß. conſolidæ ℥i. coquantur in aqua chalybeata & in lb. ß. diſſolue ſucci plantag. ℥ij. lapidis hæmotitis ʒij. boli armeni orientalis ʒj. ſyrupi portulacæ ℥jß. laudani opiati gut. iij. & illius defectu philonij aut micletæ ʒß. & f. clyſter valde adſtringens.

Clyſter valde adſtringens.

Et de hoc cataplaſmate imponatur temporibus in fronte, carpis manuum, teſticulis, & ſpina etiam inungatur; ℞. florum ſambuci exſiccatorum, nimpheæ albæ, roſarum rubrarum, ſem. papaueris albi, an. ℥ß. ſuccini albi ʒij. croci Anglici ℈j. olei nimpheæ & papaueris an. ℥ß. aceti ſambucini, ſucci plantag. & agreſtæ an. ℥i. camphuræ & opij thebaici an. ℈j. in puluere tenuiſſimo, & coquantur in formam cataplaſmatis & imponatur prædictis locis vel ℞. ſucci portulacæ bugloſſæ, lactucæ, an. ℥ij. ſucci ſcabioſæ ℥j. olei nenufaris & roſati an. ℥ij. coquantur ad ſucci conſumptionem & adde ſucci citri ℥ß. muſcolaginis, pſylij extractæ aquá roſarum, ℥ß. electuarij de gemmis deamagarit. frigidi an. ʒß. coralli & cryſtalli præparati an. ℈j. & fiat vnguentum, quo pectus & dorſum inungatur, pulſus & tempora vt etiam teſticuli: pro corde hoc etiam imponatur epithima. ℞. aquæ roſarum acetoſæ, bugloſſæ, nymphææ. an. ℥ij. vini albi ℥j. aceti roſati & ſucci citri an. ℥ß. diamargarit. frigidi ʒj. camphuræ ℈j. croci orientalis ℈ß. olei matthioli ʒj. & in ſerico rubro ſupra cor imponatur, & pro iecoris attemperatione, ſuper illum impone; ℞. ſucci plantag. ſcariolæ & omphacij an. ℥j. ſantali rubri ʒß. aceti roſati ℥j. olei nenufaris ℥ß. & frequenter etiam renouetur, ne incaleſcat; maximè video etiam ponderatum in hac ſudoris ſorte, vt hepar, lumbi, & ſpina dorſi. hoc vnguento epithemetur, ℞. olei nenufaris, vnguenti cucurbitæ & roſati an. ℥ß. ſucci roſati, plantag. & ſemper viuæ an. ʒiij. ſucci acaciæ aceto diſſoluti ʒß. boli armeni orientalis ℈j. ſantali rubri ʒß. ferueant ad ſuccini conſumptionem & fiat vnguentum quo etiam teſtes obliniantur, & oxicrato frigido foueantur: eſt enim maximus conſenſus inter genitalia & ſpiritualia membra; quæ in hac febre empyreumate maximè exardeſcūt.

Vnguentū mirabile pro pectore & dorſo & teſtibus.

Pro corde.

Pro iecore.

Teſtes maximè conſentiunt cū ſpiritualibus locis.

Vſque dum attendimus ad cauſam, & originem cauſæ: nunc tantùm ad accidentis vrgentiam omnem attentionem voco; nam ſi accidens tantæ vehementiæ ſit (& hoc accidit quando præſentaneum periculum minatur) vt relicto regimine cauſæ, ſui tantùm cuſtodiam præſcribat. vt illi ſit prius occurrendum, tunc confuſis prætermiſſiſque rationalibus indicationibus, vtcunque methodus præuertatur) omnis intentio & omnis indicatio in illius auxilium dirigitur: licet aliqua noxa exinde conſequatur: nullum eſt enim auxilium quod tam magnificè proſit, quòd aliqua ex parte non noceat: & nulla ita ſecurè adimpletur indicatis (in complicatis maximè) quin aliqualiter contrariæ officiat: illam tamen noxam, dixit Galenus dum de narcoticis etiam loqueretur; potiùs eligendam remur, quàm vt homo pereat; ad hoc tamen veterum auxilia perpendere in quibus maior difficultas verſatur, nos compellit neceſſitas & vetuſtatis auctoritas ſollicitat, nam ſi à tertia die, Gordonius aduertit. ſudor itidem perſeueret, cum angone & aliſmo implacido, vt vitalis facultas iam exolui incipiat, tunc abſque dubio ſudorem oportet cohibere; in hoc tamen eſt ſua latitudo, vt in cæteris omnibus coniecturalibus: illa tamen quæ longa obſeruatione illa ætas ſecuriora duxit, nobis imitanda propoſuit; quo in opere aliud præceptum natura nos edocuit, Galenus commendauit, non ſemper à minoribus auxiliis eſſe incipiendum: *nam vbi periculum non impendet à minoribus*

Solius accidentis ſudoris attentio in quibus libratur.

Lib. 7. Meth. 15.

Veterum dicta expendantur.

Quando à lenioribus, & quando ab extremis auxiliis incipiendum.

bus inchoaſſe. vera ea opinio eſt dixit Galenus. *at vbi moriendum prorſus eſt, neque artificum, neque artem nobilitat*, niſi inchoarc interdum ab extremis, quoniam extremis murbis extrema tantùm auxilia ſunt æqualia, non tanrum quando naturali curſu morbus ad extremum procedit, ſed quando curſum naturalem anticipat vrgentia.

Quare imprimis (dixit Auicenna) *eſt collocandus æger frigidiori loco ad Boream expoſito: & perenniter flabellis eſt agitandus aër, & ſi iuuat, commoueatur aliquo inſtrumento, agitante; non abſtergatur ſudor: &* reddidit rationem Paulus: *Quia alius quoque alium elicit*; & Gariopontus addit, *nudus taceat æger*, & nos dicimus ſaltem tenuiſſima, & leuiſſima veſte; pariter etiam ſindone; quod omnes accepiſſe videntur, à Nonio Medico antiquiſſimo, quando dixit: *Aër frigidior, & euentilatio, ſpongiis aqua frigidiſſima tinctis & expreſſis, corpus eius refrigerandum eſt*, idem auctor conſuluit: magna ſui fiducia debet Medicus hoc amplecti conſilium, ſed magna præmeditarione; nam ſi illo corpus infrigidatur, vt non amplius recaleſcat, non tantùm periclitatur æger, ſed Medici etiam æſtimatio, cui etiam proſpicere tenetur: ſed hanc temeritatem alia grauior, & maioris periculi excuſat: nam adco in hac refrigerandi neceſſitate progreditur, vt niui rigenti adhuc non pareat, quando dixit *& ſi nix affuerit, hac vtendum eſt magis quàm frigida humiditate*; maximè vbi venæ & arteriæ pulſare conſpicuè videntur, vt celetiùs hæc frigiditas penetret, medio ſpiritu & ſanguine ad membra principalia: quod multùm aquæ imperat, in cibo, in prandio, & cœna valde refrigeretur quod nos etiam ad potiones cordiales ſiue attempetantes extendimus; quo apud vitos doctos omnis debet ceſſarc admiratio; ſed illud etiam nec minùs miri eſt, quod Paulus addidit, nempe vt ſomnus adiungatur & euentilatio (forte in ſomno ipſo) ſi ſomnus adhuc Galeno teſte. omnes cohibet euacuationes, præter ſudorem; non immeritò tamen ſomnum Paulus conſuluit (dono diuûm gratiſſima quies) nam & æquè ſomno viuimus, atque cibo & aëre, ſi horam ſomni eligere te prudentia docuit: non à cibo, nec potu, non acceſſionis principio, ſed in febris quiete & tempore naturæ conſueto, ſi permiſeris ſomnum. ex arte & prudentia erit; illud etiam Ætius Amidenus non inutile conſulit. extinctoriis medelis vtimur, ita vt frigidam valde aquam exibeamus, & cataplaſmata & epirhemata frigefacientia thoraci, ac præcordiis imponamus. ſed qualia hæc ſint, nos etiam & poſteà dicemus.

Quando nix ſuper partem ſudantem imponenda.

An ſomnus in ſudore imperandus, & quo tempore.

Illud etiam notatu dignum Gordonius aduertit, quando dixit: *paulatim igitur abſcindatur*, nempe ſudor: nos etiam ſæpiùs obſeruauimus in plethoricis adhuc profuſo ſudore, ſi repente cohibeatur, in cerebrum, in cor, & nobilia membra recurrerc: & ita praua metaſtaſi, alios vidimus phreneticos periiſſe, alios apoplecticos & pleroſque ſumnio in angone in febrem exurentem deueniſſe: ideo fortè Valeſius de Taranta in primo Canone dixit, *Non remoueatur ſudor donec materia ſit perfectè purgata & æger ſentiat alleuiationem manifeſtam virtutis, ſtante forti*: ſed ô Valeſi? ſi ſemper in deterius vergit, & adhuc vacuata mareria non leuatur, non vides quàm anceps & lubricum ſit iudicium? ſuper hoc ſunr ſemper inter nos æternæ lites; ſemper enim extitit difficile iudicium, an ſit ſatis vacuatum an non, nam quæ in vno ſatis multa videtur ſi virium imbecillitati conferatur, in alio magna & ſatis longa & profuſa non ſufficit, ſi & illa pleonoxiam non depoſuit, quantum plethoriæ abundantia poſtulabat: ideo fortè quod ſequitur conſilium, te cautiorem reddet: nam ſi ſit ex nimiis cibis, inquit, aſſumptis, inducatur, ieiunium & abſtinentia (vtpote contraria) ſi propter corporis repletionem, digeratur & purgetur humor peccans, ita quod fiat diminutio in humoribus ſuper-abundantibus, quæ ſunt mareria ſudoris: ſi non fortè tutiùs feruens illa materia ſanguinis miſſione vacuatur, vt nos antea diximus; illa cautione adhibita, à quo præcipue membro, ſeu à cuius conſenſu, hic ſudor concitetur, an à toto & vniuerſo corpore, an à cordis aut hepatis feruore: an à cauſa externa, vt auxilia debitè & ſecundùm rationem applicentur: an ex vltima retinendi impotentia; hoc tamen ſi attentè legiſti, Gariopontus aptiſſimè diſtinxit, quo nos à noua repetione ſubleuabit.

Non eſt cohibendus ſudor niſi materia expurgata.

Attende hoc conſilium ad ſinendū aut cohibendum ſudorem.

Accedamus iam ad vniuerſales corporis vnctiones, vt accidentis vrgentiæ ſuccuramus, hoc oleo Valeſius de Taranta, hanc indicationem adimpleri exiſtimat. ℞. olei roſati ℥ij. reliqua vide ſupra; & Auicennæ oleum ſimiliter vt nos etiam antea recitauimus; *& ſi patiens robuſtus ſit*, inquit, *poterit niue refrigerari, aut panni aquâ niuis intincti imponantur*; Paulus hoc vti conſulit ℞. myrtus nigra, Gallarum, piceæ cortex, an. ℥ij. redigantur in pollinem, & cum vino adſtringenti fiat ad modum polentæ, quo corpus inungatur,

Vnctiones cohibentes ſudorem proponuntur.

Loque decimos embarar todo el cuerpo.

tur, & partes, maxime vbi diffluit ſudor (ne noſtri huius auxilij inuentores ſe iactent) & facies frequenter poſcâ frigidâ per ſpongiam foueatur;& his addi poteſt (eiuſdem Pauli conſilio) pulueris acaciæ condenſatæ, trocis de charabe, de terra ſigillata, an. ʒß. ſi nleum non placet deſcriptum & ab eodem Paulo; *his enim*, inquit, *reunctiones* (hoc eſt frequenter renouatæ) *latentes meatus obſtruendo, humoris exitum prohibēt*, apud noſtros etiam eſt in frequenti vſu. vinum omni adſtrictione præditum præparare, ac poſtea pulueres adſtringentes. quibus ſiat polenta; vt ℞. gallarum, & gallarum cupreſſi contuſarum n. iiij. roſarum rubrarum; balauſtiarum, corticum granatorum, frondium myrtilorum & quercûs & ſandalorum rubrorum an. p. j. coquantur in lib. iiij. vini adſtringentis ad medias,& huic vino adde cretæ cimoliæ. charabe,gypſi, acaciæ condenſatæ an. ℥iiij. ſucci arnogloſſæ & roſarum & portulacæ an. ℥ij. fæcis vini combuſtæ ℥iij. amyli ℥ij. & f. polēta,qua totum corpus ab humeris deorſum inungatur; vel ℞. ſucci plantag. & ſemperuiuæ & aceti fortis an. ℔.ß. gypſi tenuiſſimè puluerisati ℔. amyli ℥iij. albuminis oui n. vj. & optimè agitata reducantur in pollinem, qua corpus imbuatur. maximè vbi ſudor emanat: & cùm res ſit vehemens, dixit Auicenna, leniatur cum muſcilaginibus frigidis, pſyllij, cidoneorum, portulacæ cum gummi arabici, tragacanti, & ceraſorum. ſantalis & camphura, & his aſpergitur corpus & euentatur.

Embarar & encerpo, ij ſu remedio.

Illud tamen fere ſemper animum acrioribus ſtimulis explorat, nempe extremorum frigiditas: hæc enim his frigidis auxiliis ſolent reddi veluti gelu frigida: quare in hoc eſt magna cautio adhibenda; Archigines in hoc caſu (ſi Paulo qui eum citat credimus) calcem non reſtinctam, & floces vini combuſtas, hoc eſt fœces vini. tum histum in rigore, quem nullus euincit calor, aſſumit: ambo ſiquidem inquit, per fotus calidos ſicceſcunt, nempe ſi vino diluantur, & illa polline calida extrema ſnueantur;nos vtimur vino generoſo adſtringenti vehementer calido. ſeu aquâ vitæ permixto,& per calidos linteos extrema refouemus, inſperſo priùs puluere acaciæ condenſatæ.aluminis, corticum granatorum, thuris & maſticis. & ſi placet, vt pulueres adhæreant, rob. myrtillorum priùs extrema leniantur; ſic facilè ſicceſcunt & condenſantur pori, & calorem recipiunt extrema.

Si extremorum frigiditas accedit quid agendum.

Neque illud prætereundum duxi, à Paulo adnotatum: qui porrò per elliſum ſudores ſiunt, hoc eſt qui vel ob dolores excitantur, vel ob conuulſiones violentas; hi, inquit, retentione totuque extremorum & refrigerio per panniculos laneos accerſito, leuiter curantur: hoc eſt ſi dolores & conuulſionis violentia (vnica ſudoris cauſa) ſuis priùs auxiliis leniantur & demulceantur,fotu nempe parygronici & anodyni auxilij & temperati, poſtea vero, refrigerantibus & ſudorem coërcentibus auxiliis per panniculos lineos impoſitis, non tantùm conuulſis & dolentibus locis, ſed cæteris vbi ſudor emanat

Si ſudor ad dolores, aut conuulſiones ſequatur, quid agendum.

Nec eſt verendum thoraci, capiti, & præcordiis epithemata & frigidiora cataplaſmata imponere, ob recurſûs ad interna periculum, maius enim imminet & breuius ex diſſolutione ſudoris ſyncopalis, quàm ex retentione diffluentis: hoc enim Filagrius nos docuit, ex illa vetuſtate venerabilis Medicus, ſi Ætio credimus, qui illum citat: maximè in febre colliquante & maligna.

Thoraci, pectori & præcordiis imponenda frigida.

In prædicto loco.

Duo reſtant auxilia, ab ipſo Auicenna propoſita, quibus (vti reor) vti, vltima & extrema temeritas non audebit; *&* *quando vehemens ſit res* (inquit) *oportet vt imponatur nix ſuper extrema: & ſola ſint in ea extrema, aut balneetur cum aqua frigida, ſi ſuffert eam*: &c. magnum certe periculum minatur extremorum frigiditas, ſi à morbo inducitur, ſed non eſt ita magnum, ſi à cauſa externa; ideò exiſtimamus, quòd non poteſt eſſe tam graue & præſentaneum diſcrimen, ex hac frigiditate, quàm illius exoluentis & diaphoretici ſudoris: & aliqua ſpes elucet, in hoc refrigeranti & ſiccanti auxilio: & nullum eſt adiaphoretico ſudore ſpetabile, niſi pallida mors: & propoſito & prædicto huius & illius periculo in ancipiti alea, ego Auicennæ auctoritate fulcitus & Celſi cōſilio roboratus aut niuem in extremis apponerem, aut illa balneo frigidiſſimo immergerem, non corpus vniuerſum, ſed illa ſola extrema, vt Auicenna dixit, ſatius enim anceps remedium experiri, quàm nullum: maximè quando in illo vnica ſalus libratur: nam in hoc ſtatu Auicenna & Celſus veretur vti doctus, operatur vt prudens.

An nix ſuper extrema imponenda.

In cibo, ſi id conſequi poſſumus ſemper ſint expreſſiones carnium aſſatarum, auis nempe, perdicis, columborum recentium, aut caſtrati arietis: ſin minùs, parentur iura cum meſpillis, cidoneis: & his addatur ſuccus granatorum, vel cidoneorum, & muſcilagines gummi tragacanthæ, vel arabici, & pulueres cornu

De cibis & alimentis.

cerul, perlarum, margaritarum præparatarum in iuſculis, & ſi pruna acidula inueniantur, concedantur; ſin minus, quæ ex Genua ſicca deportantur: & fructus concedantur, qui etiam de acido participant, velut acida ceraſa, ſorba, & meſpilla & pirorum omne genus & cidoneorum; & in valde extenuatis (ſi morbus præſtat inducias) lac chalybeatum concedatur, auro maximè ignito, hoc enim temperat acrimoniam, reficit, & incraſſ[a]t, & omni fluxioni obſiſtit, vt Arabum eſt communis ſententia, Raſis & Auicennæ, quod illi à Galeno acceperunt *io. de ſimpl. med. facult.* 8. & in communi potu, ſit aqua auro chalybeata, ſed tertia parte addita de aqua ex folijs tenerrimis quercûs diſtillata, hæc enim mirabiliter ſudorem ſiſtit: quod non tantum nos ratio edocuit, ſed ſingularis ſudoris obſeruatio.

Aqua ex folijs quercus diſtillata ſudorē ſiſtit.

ILLVSTRATIO V.

Et quarta in ordine ad curationem febris Auriginoſæ, & omnis ſpeciei icteri.

IN quatuor differentias febrem auriginoſam, in noſtro Medico tribunali dedimus compartitam: primò nempe quomodò ad hepatis inflammationem totum corpus aurigine ſuffunditur: inde deducta ratione, quòd à calidiſſima hepatis intemperie, omnis ferè ſanguinis maſſa, ad bilis naturam vertitur: ſeu per corruptionem totius maſſæ ſanguinis: ſeu quia pars tenuis in bilem vertitur, craſſa in melancholiam, ſeu tandem, quia ob illam intemperiem, plus de humore ſymbolico in hepate producitur, quàm de aliis ſuccis; de hac ſpecie cauſas, ſigna, & prognoſim exactiſſimo calculo diximus, quantum concepit animus & exercitata docuit obſeruatio, in primo titulo huius febris, *à folio* 87. *ad* 90.

De ictero à morſu animalis veneroſi eſt Gal. hiſtoria 5. Methode 7.

Secundam huius febris differentiam à ſanguinis corruptione accidere probauimus, ſecundùm varias illius differentias, iecore nequaquam patiente, ſed ſanguine extranea quadam corruptione in bilem verſo, ſeu ſola veneni efficacia, vti à morſibus ferarum, veluti in ſeruo imperiali, quem Galenus epotâ theriacâ celerrimè reſtituit: quod non dubito pariter aduenite veneno intus genito, ac extra propinato, quadam ſingulari corruptionis ſorte, humoris à ſeipſo alienati, vt in aliam degeneret naturam, peregrinam, aut protſus indicibilem: cuius cauſas, ſigna, & prognoſim leges etiam *folio* 90. *&* 91.

5. de locis 6. Auiſoar lib. 1. tract. 13. cap. 6.

Tertia huius febris ſpecies obſeruatur, quando critice ad cutim bilis à natura propellitur, imperioſo magiſterio compulſa: & hoc etiam, abſque aliqua hepatis læſione, nec inflammatione, imò ſola excretione, quæ ſequitur rigorem aut horrorem (ſatellites huius excretionis) vti criſis prænuntij obſeruatur etiam in illa quæ caſu & ſymptomate accidit, hepatis læſione, vt Galenus eſt auctor, natura à turgenti humoris irritatione compulſa, ante aut poſt ſeptimam diem, vt variis exemplis demonſtratur, ac quibus conditionibus ad bonum vel ad malum, & quo loco & tempore adueniat: & quando aliqua ſuperueniente euacuatione liberetur, ſeu aliter ſine illa ſuccumbar, vtrumque leges *fol.* 92. *&* 93.

Quarta differentia huius febris potius reducitur ad ipſam obſtructionem hepatis, quàm ad febris cauſalitatem, & naturam: poteſt tamen ex illa febris ſymptomatica aduenire, dum quæ bilis diffunditur, corrumpitur, ſeu ab obſtructione inuentilata, ſeu dum putreſcit in ambitu, à lapſa intemperie: nam ſi Hippocratem conſulimus, hoc nobis videtur per hæc verba docere: *Alius morbus regius; febris corripit debilis, & grauitas caput tenet, & quibuſdam ſanè ceſſant*: hæc tamen auriginis ſpecies, in flauam diuiditur & nigram, prout hepar aut patitur obſtructum, ſiue intemperatum, aut lien, quando melancholicum ſuccum generat in ſeipſo, aut non valet recipere iam in hepate genitum, cum cæteris humoribus, dum debile non attrahit, aut obſtructum non recipit; de huius etiam differentia, cauſis, ſignis, & prognoſi, diximus quæ nos longa docuit obſeruatio, *fol.* 95.

Lib. 2 de morbis, text 42.

De prima ſpecie ex inflammatione viſceris nobiliſſimi, dixit Aretæus, *quòd quando creſcit herbaceo colore, ſuffunditur, nempe quando inflammationis empyreumate in viridem flaua vertitur bilis, & tunc,* inquit, *creſcit ſingultus, in ſignum iam iam aduenientis delirij*: quo in ſtatu prudentiæ dignum videtur, imminenti delirio occurrere, oxirhodino & omni diuerſionum genere, maximè ſi vrina perturbata, aut omnino conſpicua ſimili accidenti ſymboliſat; de hac lege hiſtoriam 5. *de locis* 7. de abſceſſu in muſculis abdominis internis, qui hepatis inflammationem æmulatur: & aliam de Siculo Medico, qui ſe pleuritide laborare exiſtimabat, quam Galenus ſolo pulſu agnouit: & 13.

Lib. 1. Acut. paſſion. cap. 7. De ſignis & cauſis inflammat. iecoris c. 13.

Meth.

Meth .15. leges Theaginis hiſtoriam, quem Medici necauere laxantibus; & 2. *Epid.ſect*.2.26.alia legitur hiſtoria de Coi ſutore, quæ ſepti compreſſione & delirio mortua eſt; & 3.*Epid.ſect*.1.*ægroto*.2.legitur Hermocratis hiſtoria qui ab inflammatione hepatis factus auriginoſus interiit, in 27. & 3. *Epid.ſect*.1.*ægroto*.4. eſt Philiſtis hiſtoria, qui vomitu æruginoſo, & inſano furore conuulſus obiit : alia etiam legitur de ſutore, 7.*Epid.* 54. cui à tuberculo hypogaſtrij hepar corrumpitur, huic vitioſus tumor, aluus humida, & mortuus eſt, &c.

De ſignis inflãmati hepatis in gibba, aut in caua regione.

Neque minus cordati viri animum debet ſollicitare an gibba, an caua hepatis regione aſſiſtat inflammatio : nam gibbam occupare illud eſt argumentum (inter alia ſigna) quòd in venæ cauæ ramum ſuperiorem illa bilis refunditur, exinde in corpus vniuerſum, dum croci colorem, aut herbæ virentis æmulatur; in caua verò, ſi hanc maximè occupat, per vaſa ſibi conſocialia ad ſtomachum & aluum magis bilis refunditur, ac per vomitum & ſeceſſum vacuatur; quæ ſi retineatur exitu denegato, ſolet in ventre clamoſos dolores concitare, ex humore qui à cauæ inflammatione reſudat aut detruditur : ſed diuerſa ratione in hac venit ſingultus, ac in illa; in hac enim ex humore in tunicis ventriculi imbibito:in illa verò ex inflammationis magnitudine, dum ventriculum comprimit & ad expulſionem compellit : quæ tantò erit grauioris periculi, quantùm officium vitæ neceſſarium intercipitur; dum ſub extremo receſſu omnis ſanguificatio deprauatur, ſub illa latitudine, vt ad vltimam corruptionem deueniat, quæ ſanè ratio Hippocratem coëgit, vt illam ſententiam in Coalis proferret, *Icterici multùm fœdati pereunt*, quia vltimam corruptionem notat, ex qua non eſt principium vnde poſſit ſperari ſalus, omni vitæ præſidio debellato. Ideò docto Mercato non aſſentior, quando illam inflammationem deteriorem iudicat, quæ inuolucris accidit, ob ſola accidentia ſibi conſociala, nam quando totam viſceris ſubſtantiam occupauerit : quoniam tunc officium vitæ neceſſarium intercipitur, quod eſt longè deterius cenſendum quàm ipſa accidentis intentio : ideo hanc deteriorem iudico & hæc eſt rationum potiſſima. quare cùm vertitur in ſuppurationem, finditur, aut exeditur iecoris ſubſtantia, læthale omnino iudicetur, ea ſola ratione, quòd omnes viſceris facultates labuntur, quarum officio vita carere nequit, quod vel inde colligitur, ſi hepatica dyſenteria, ab hac aut illa cauſa ſubſequatur: quia à caloris priuatione ad habitum non datur regreſſus, vnde corpus, ſeu atrophia, ſeu maraſmo retorrido contabeſcit, aut ipſa iecoris ſubſtantia ſanioſa, cruenta, aut per ventrem liquata prolicitur.

Qua ratione adueniat ſingultus ex hac aut illa regione.

An inflãmatio in tunicis, aut ſubſtantia hepatis deterior.

Quando ſuppuratio ſpectanda in hepatis inflammatione.

De ſuppuratione non eſt ita facilè iudicandum, vt à pleriſque traditur (nam clam & inſidioſè ſolet ſuperuenire) non ex ſolo pondere in latere percepto, non ex remiſſione accidentium tantùm, & febre, ſi ab intentione deferueſcit, eſt illa expectanda : nec quando loco vehementis doloris, ſola intùs latet moleſtia; ſed quanda hæc omnia, poſt 20. diem apparere incipiunt, quædam lenta febricula & cardialgia, & aliquando bilis deiectione, putridæ vitellinæ mille modis fœdatæ: ſed tunc eſt omnino lethalis æſtimanda, cùm nigra deijciuntur fœtida, veluti caro ipſius hepatis: hoc enim indicat vltimam iecoris cacopragiam : quo in ſtatu cùm terribilia accidentia deficere videntur, falſa quiete & ſubdola Medici decepti meliora ægroto pollicentur, & in ipſa fiducia deluſi, ſpes retrò collapſa cadit : nam loco ſomni, impotentia vigilandi præoccupat, & in fatalem conſenſum facultas vitalis & animalis alliciuntur : & ſubitò cùm naturali concidunt.

De ſignis lethalibus.

Ictericus quãdo ante 7. lethalis, & quando non.

Illud etiam ex Aretæo nolui præterire, quòd non ſemper ante ſeptimam diem, ictericus ad pernitiem vertitur: ſed quando nec hæmorrhagia, neque bilioſa diarrhoea, neque vrina multa periculi præripitur occaſio : ſi verò nulla ex his euacuationibus ante ſeptimum adueniat, & cùm aliqua febre manifeſtè conuincitur, icterum ratione grauis alicuius ſymptomatis aduenire, ſeu indurati hepatis obſtructi, aliter, valde intemperati: quæ nec valida adhuc natura ſuperauit ; cui ſententiæ Auerroës & omnes ferè Arabes conſentiunt.

De huius icteri curatione, ſecundùm varias illius differentias.

Curatio ab inflammatione.

IN curatione etiam eſt communis præceptorum conſenſus, ſi ab inflammatione febris auriginoſa incipiat, quod inflammationi, vtpote cauſa aliarum cauſarum, eſt priùs occurrendum : & veluti affectui, ex quo grauius periculum impendet : quare ſi indicationes cum terno & cothurno librantur : primas tenet reuellendi neceſſitas, reſpectu parati & fluentis humoris : quoniam & natura ad partem dolentem mittit, & partes calefactæ non tantùm à vicinis, ſed à longinquis trahunt : vt nos poſteà dabimus

 compro-

comprobatum ad ſenſum, in illuſtratione, quare, & quomodo calor & dolor attrahant: ideò venæ ſectio priùs fiat ex brachio, & ſeruata e directo rectitudine, vt reuellatur ſurſum quod confluit ad partem, & vrgenti neceſſitati citiùs ſuccurratur, & ſi Galeno credimus, debet in magna quantitate celebrari, ſi Aretæo, vicibus potius compartitis: hanc tamen ſic conteſtatam litem, ſola Medici prudentia dirimit aut componit, viribus, ætate, tempore, & conſuetudine, æqua lance libratis.

9. Meth. 5. Lib. de cauſis & ſignis acut. cap 13.

Quòd ſi ſingultus adueniat ob inflammationis magnitudinem, ſanguinis ſtilla, aut diminutus ſudor, adauctæ inflammationis indicio, adhuc à reuulſione deſiſtendum non iudico: nam adhuc humorem fluere, manifeſte conuincitur à ſuperuenientibus, quæ antea non erant: reuellitur tamen non tantùm ex brachio, ſed ex ſaluatella, & cucurbitulis ſiccis & ſcarificatis ad humeros appoſitis, vt etiam ad brachia; peracta tamen illa reuulſione, deriuationi, & euacuationi eſt inſiſtendum adhuc: nam cùm viſcus ſit officina ſanguinis, maior pars in ipſiuſmet venis continetur, & in vtroque trunco venæ cauæ: nec eſt pars vlla vnde poſſit magis ad illum fontem confluere; ideò nobis videtur, deriuationem ſecundum artem fieri à venis circumcirca: & illæ aut erunt venæ tali, aut fœmoris, ſi hæ ſecari poſſint, vt placuit Ægyptiis, ſi credimus Alpino: hæc enim nobis magis videtur profutura, è directo, bis aut ter, prout & vires ferunt; ſed potiſſimè prodeſſe in hoc caſu comperies (dum in eadem indicatione perſiſtimus) ſanguiſugæ venis hæmorrhoidalibus affixæ, vtpote quæ à venis cauæ inferioris (hepati & lieni magis conſociales) magis ſanguinem fundunt, aduſtum, & infectum illa praua putredine, quæ phlogoſis inflammatione contrahitur: vt etiam ſcarificatæ cucurbitulæ, natium pinnulis adaptatæ; an verò ſuper ipſammet partem hepatis inflammatam, ſola vacuādi ratione, ſcarificatas imponere ſit ex arte, non audeo aſſerere, quia quod in aliis ars eſſet, in hoc caſu pugnant vota cum votis, quia ſanguificandi facultas, eſt ex illis quibus vita carere nequit, abſque præſentaneo periculo, quæ maximè hoc topico auxilio labefactari video, non tantùm extractis ſpiritibus, ſed etiam infrigidato hepate, quo certè non probatur auxilium, excepto in caſu, vbi tumor extra prominere videatur, muſculis abdominis in conſenſum adductis, ſub extremo diſcrimine: nam tunc videmur naturam imitari ad extra propellentem, neque tanto diſcrimini facultatem exponere. Quàm lubrica ſit & anceps hominis coniectura in hoc caſu oſtenditur, & quanta cautione ſit ſanguinis miſſio Imperanda in ictero, quando in illo fluit ſanguis e naribus; nam Fernelius *lib. 2. de venæ ſectione cap. 4.* ſic alloquitur, *Neque imperitorum more, ſi vel nares ſtillant ſanguine, vel vrinæ rubicundæ ſeſe offerunt, protenùs imperanda venæ ſectio: etenim facilè ſanguis prorumpit, non ex plenitudine ſolùm, quodque eam vacuationem moliuntur naturæ, ſed aliis complutibus ex cauſis; quibus enim exeſa ſunt venarum oſcula, quibus etiam viſcera, præſertim iecur imbecillū, vel ſcirrhoſum euaſit, iis ſæpe ſanguis fluit è naribus, haud ſecùs atque hydropicis.* Hoc nos etiam vidimus eueniſſe mulieribus febre alba laborantibus, & ex eadem cauſa & cachexicis ex ſola naturæ impotentia, ſeu viſceris imbecillitate; quare in his auxilium libratur in ſola virium inſtauratione & renutritione, alimento copioſo & facili, in hepatis & viſcerum corroboratione, & non in ſanguinis miſſione, ex illa ſanguinis apparenti ſtilla; quod etiam ſequitur conſilium Zacutus *obſeru.* 51.

An ſuper hepate ſcarificare cucurbitulā ſit ex arte.

In topicis etiam ſuper hepar cautiùs eſt agendum, ob dictam rationem, nempe non ita adſtringentibus vtendum, vt magis materiam impingant, ne digeri permittant: neque ita laxantibus, vt robur facultatis deiiciant, quod etiam Galenus adnotatum reliquit in celebri Theaginis hiſtoria: ſed ſolis modica corroboratione temperantibus vt ℞. ſucci endiuiæ & roſarum, an. ℥ij. farinæ fabarum & hordei, an. ℥j. olei roſati ℥j. abſynthy ℥ß. pulu. ſantalorum rubrorum ʒj. aceti roſati parùm, croci grana iiij. & f. ad modum cataplaſmatis: vel ex ſolo oleo roſato & abſynthij cum guttulis aceti roſati, huius aut illius addita portione, prout inflammatio augetur aut remittit: & ſi aliqua reſolutio apparere incipiat (quod venaberis ex febris remiſſione, & accidentium moderatione, doloris nempe & ſitis & ſimilium) adde farinam prædictis florum camomeli, fænugræci, meliloti, cum pulpa caſſiæ fiſtulæ: fomentatione præcedente, ex decocto abſynthij, camomeli, ſpicæ, furfuris, & ſimilium; ſi non placet Auicennæ emplaſtrum, quod ſeruere iam exacto & declinationis principio videtur magis accommodatum; vt ℞. ſtoracis liquidæ & ceræ an. ʒvj. croci, ammoniaci an. ʒij. olei maſticis & roſarum an. ℥j. vini ℔. ß. ferueant ad conſiſtentiam, & imponatur ſuper illam iecoris regionem vbi dolor aſſiſtit: in hoc ſta-

tu

tu etiam ſecundùm artem erit pullos columbinos & gallinaceos per medium diſſectos, inſperſo puluere ſandalorum & roſarum adaptare, quod ſi his non obſtantibus vergat ad ſuppurationem (quod etiam venaberis, ſi poſt 20. diem pondus in dextro latere, & dolor perſeueret, & cum lenta febricula) nec illam iuuare, nec obſiſtere decet, ſed in reſoluentibus perſiſtere: nám ſuppurantibus praua inducitur corruptio & robur viſceris nobiliſſimi deiicitur, quo ſanguificatio etiam deprauatur: tunc enim naturam validis alimentis oportet roborare, vt & illa eleuet actionem auxilij, cuius maieſtas in omnibus momentis fide caret: & attemperantibus vti cum roboratione, vt ſyrupo abſynthij, cum aquis ſcorſoneræ & endiuiæ, roboratis eſſentia etiam corallorum ad guttulas iij. aut 4. quòd ſi ad vias vrinæ inflammationis reſolutio inclinat, motum naturæ adiuuare (quo humor & natura inclinat) prudens erit conſilium; ſyrupo de 2. rad. & endiuiæ, cum emulſione quatuor ſeminum frigidorum, tertia parte addita de ſymp. abſynthy & aliis ſimilibus.

Si fluxus ventris inflãmationi adueniat.

Si verò fluxus ventris inflammationis initio incipiat, vti ſolet, vbi in cauo hepatis incipit inflammatio (vt etiam vomitus, quando in gibba incipit, ventriculi conſenſu iure vicinitatis) illa accidentis complicatio omnem Medici prudentiam ſollicitat. & prudentis ſolertiam in cauſa exploranda, cuius indagini nullus ferè attendit, quando tale accidens omnes experiuntur; quare in hoc caſu illud alta mente repone & perpende ventris fluxum in hac ſorte inflammationis aduenire, quia phlogoſis & inflammationis incendio, bilis, quæ in veſica fellis ſtabulatur (quæ in hepatis cauo implantatur) veluti efferatur. & phlogoſis ſtimulo, naturam ad ſui expulſionem concitat, quam trudit ad canales ab ipſa natura conſtitutos, quorum alter ad cholidocum, alter ad fundum duodeni inſeritur: ideò bilem caloris vſtione concitatam, ad inteſtina trudit. & per illa huius bilis concitat diarrhœam, ſi non etiam alterius humoris colliquati, aliter mille modis fœdati.

Quare fluxus ventris in hoc caſu adueniat.

Et ſi rationes debent habere cognationem cum rebus, quibus ſunt rationes, hæc eſt cauſa propria & legitima talis fluxus, an verò ille ſit impediens ad ſanguinem mittendum, hoc eſt altioris, non vulgaris iudicij; nam in hoc caſu, concurrunt inflammationis magnitudo, quæ phlogoſim & incendium in bilem cumulatam inducit, & perenniter generat: quæ ſunt potiſſima ſanguinis miſſionem indicantia; & bilis ſupernatans, à ſanguinis conſortio ſeparata, fluxus ad colidocum, & natura, ab illius irritatione concitata, expellens per loca conferentia, aliam videntur indicationis rationem induere: quænam ergo erit potiſſima & prima indicatio in hac confuſione? hoc a nemine video ponderatum, ſub hac diſtinctione: nos tamen rem altiùs collimantes exiſtimamus, inflammationis magnitudinem primam intentionem, vnde iodicatio elicitur præbere, & ob affectus ipſius magnitudinem, & quia eſt cauſa aliarum cauſarum, vt accidentis etiam qua ablata & affectus medetur. & cauſalitatis efficacia minuitur: ideò reor adhuc in hoc caſu, ſanguinis miſſionem ex brachio fore potiſſimum auxilium, quantumuis contraindicare videatur fluxus ventris: nam & cauſa reuellitur, & illius affectus medetur, & ex euentu etiam accidenti occurrimus ſeu ſanguis bilioſus, ſiue ſola bilis ſit inflammationis conſectaria; quo in ſtatu ſectio ſaluatellæ nobis maxime profutura videtur; quia reuellit, vacuat, & ex euentu temperat; deriuationis tamen, nec euacuationis vllus videtur vſus, nec aliqua neceſſitas, ne ad ventris fluxum naturam concitatam præcipites, aut vires proſternantur, ne morbo debellando in poſterum ſufficiant: præterquam quod ipſemet fluxus deriuationis & euacuationis vicem gerit; quare ſolis attemperantibus & abſtergentibus clyſteribus totum negotium committendum exiſtimo, fluxu intus attemperato, potiunibus modice roborantibus, dum interim cuſtodiuntur & roborantur vires.

A ſang. miſſio conueniat in hoc caſu.

De ſecunda huius febris differentia à ſanguinis corruptione.

In ſecunda huius febris differentia, vt ſecurior eliciatur indicatio, oportet Galenum conſulere in hiſtoria ſerui Imperatoris, cui (cum repente aurigine ſuffunderetur) theriacam dedit, vt vim infringeret veneni de quo ſuſpicabatur: & ſi Auenzoarem conſulimus in hoc eodem caſu; *Dedi ergo ei*, inquit, *ad potandum* (auriginoſo nempe maximè detædato) *pondus trium granorum hordei, de bezoard, cum vnciis quinque aquæ cucurbitæ, & poſui aquam cucurbitæ ad reprimendam furioſitatem illius caliditatis acquiſitæ & bezoard ad reprimendum venenum, & fui ex hac cura maximè commendatus*; & ſi Paulo credimus Æginetæ, dum cauſas huius auriginis exquirit: *Iam verò noxij medicamenti potus* (inquit) *hoc eſt effrenis cathartici; tum virus extrinſecus à venenoſo animali illatum, morbum regium parit*: in cuius medela cum aliis conſentit; quia

Lib. 3. cap. 10.

ab extranea veneni corruptione accidit illa bilis conuerſio & diffuſio: quod confirmat Ætius, qui hanc etiam differentiam ita curare docuit, *aquâ granatorum & pomorum acetoſorum, &* Saraúius etiam & Haliabas *poma acria dedit, muſcilaginem pſyllij* (quam ille ſpumam dicit; *& campburæ trociſcos*: ex his ergo curandi indicationes nos oportet elicere: nempe veneni vim infringere, & ſurentem calorem ex tranſmutatione in bilem acquiſitum reprimere, temperare, & coërcere, ne ille (veluti ignis flamma) calorem moderatum & nectar viuificum abſumat, & ad maraſmum retorridum perducat: in hoc rerum concurſu alia conſideratio, & non parui momenti nos ſollicitat: nempe quòd talis euadit auriginoſi color, qualis ſit à veneno, ex maſſa ſanguinaria tranſmutatio: nam aliis ſanguinem dum corrumpit, ad bilis naturam vertit; aliis aduſtam melancholiam; pleriſque ad porraceam & æruginoſam bilem, & ſimiles colores, ad ambitum diffundit: qualis eſt tranſmutatio.

Lib. 10. c. 17.

In hac tamen tranſmutatione quis dubitare poterit, & meritò, quibus auxiliis ſit illa adimplenda indicatio: nam Arabes non tantùm ab affectu, ſed ab humore, in quem ſanguis degenerauit, indicatione deſumpta attemperare tantùm conſuluerunt: neque de ſanguinis miſſione vllam memoriam fecerunt, ne fortè detracto ſanguinis fræno, bilis ageretur in furias. Braſſauolus è contra, dum caſum auriginis cuiuſdam Sulpitij referret, ſic alloquitur: *Venam iecorariam incidi iuſſi, & totus ſanguis erat luteus, lutea excrementa, ſputa & vrinæ, & totum corpus luteum, ſed alexipharmacis breuiter reſtituitur*; hoc ego etiam obſeruaui in patre meo, viro ſanè ſpectatæ prudentiæ & virtutis, dum ab ſcorpionis ictu totum corpus aurigine ſuffunditur, & ſanguinis miſſione reſtituitur; & obiter notetur, quòd licet ſcorpionis venenum, à Galeno frigidum iudicetur, qui concitatur dolor, mox ab ictu (qui ſolet eſſe aliquando clamoſus) & illa corruptio & ſanguinis tranſmutatio, eſt potius veneni actioni tribuendum, quàm intemperiei ipſiuſmet veneni: ſed adhuc vrget ratio dubitandi, in ictu animalis venenoſi: nam ſi in illo potiſſima conſulit indicatio, vt ad demorſum locum venenum attrahatur, & ſanguinis miſſione ad intus reuocetur, loco detracti ſanguinis: ſic pariter philoſophandum videtur in veneno intus genito, ſeu ab effreni medicamento concitato, vbi potiſſima videtur indicatio, attemperationem poſtulare, & bezuartici contrariam virtutem, quam illam ſanguinis miſſionem, cum recurſus ad interna periculo: & tantò magis nos in ancipiti anceps tenere debet, donec illa veneni conditio ad hanc aut illam partem inclinat: ad inteſtina nempe, ventriculum, aut cor, vt ſecuriùs & prudentiùs eligatur auxilium.

Quæ ſit potiſſima huius curationis indicatio.

in com. ad aph. 62.

An ſang. miſſio in hoc caſu conueniat.

Scorpionis venenum à Galeno indicatur.

Nihilominus tamen ſi iam in bilem ſanguis degenerauit, & venenum ſuum opus abſoluit (quod non ſemper à veneno conſequitur, ſed ab aliis cauſis, vt nos ante vidimus) ſi vacuationem indicat multitudo in venis cumulata, & illius conſortio, vitium in ſanguine contrahitur eo modo quo ex Galeno antea adnotauimus: ſi relicti affectus magnitudo magnum petit auxilium, ſiue ille ſit febris ſiue materialis intemperies à bile iam diffuſa ad ambitum, aut membra principalia, non dubito quin ſanguinis miſſio ſit præſentaneum auxilium in hoc caſu: non tantùm ex vena iecoraria, vt Braſſauolus dixit, ſed ex talo, ſi ita morbus petit, ſiue ex ſaluatella, ſi eſt in culpa hepatis intemperies. Hæc deciſio eſt à medicinæ principiis & præceptis deducta, alibi, comprobata in ſupernatantia ſuccorum, in noſtra quæſtione de minorandi ratione.

An ſang. miſſio in illo veneno ſi animalis temperanda.

De hac ergo ſpecie auriginoſæ febris (ſi ad alia auxilia procedimus) quando vi empyteumatis ſeu malignæ qualitatis efficaciâ, ſanguinis maſſa degenerat in bilem veniunt intelligendi Arabes, quando efferatam humoris qualitatem & vrentem calorem compeſcere intendunt: quando nempe attemperandi indicatio vacuandi ſuperat indicationem; velut Abenzoar, quando aquam cucurbitæ, & lapidem bezoard ſuo ægroto cum laude propinauit, de hac etiam Paulus Ætius Alſarauius & Haliabas; quando vterque dedit & aquam granatorum & pomorum, vt illa impleretur indicatio; ſed adhuc in hoc caſu nullum valentius auxilium ſanguinis miſſione inuenies, quoniam illa temperat, refrigerat, dum calidam ſanguinis portionem educit, & obſtructiones (de quibus, maximus timor eſt) ex accidenti præcauet; vidimus enim (hoc neglecto auxilio) alios in malum corporis habitum & alios in altas obſtructiones incidiſſe.

Quomodo euacuanti Arabes intelligendi.

Hanc indicationem adimplent & alia auxilia, vti aqua fontis vitriolata, quantùm acidula reddatur: & roſarum Hiſpanarum infuſio cum gut. iij. eſſentiæ vitrioli aut ſulphuris, vt etiam corallorum tinctura cum ſucco limonum, ſi duo cochlearia ſingulis diebus exibeantur: & ſerum

Auxilia quæ hanc indicationem adimplent.

ſerum lactis etiam hoc modo præparetur, ℞. ſeri caprini ℔.ij.ſucci pomorum dulcium ℥iſs. albuminis oui clarificati ℥i.coletur, &adde ſacchari albi duri ʒß.& per quindecim dies propinetur; & eſt Quercetani auxilium,& ſi longiùs progreditur illa praua aurigo, balneum dulcis aquæ

De balneo dulcis aquæ.

(vniuerſalibus euacuationibus peractis) refrigerat,humectat & ambitum & membra principalia, & abſtergit impactam bilem ab vniuerſa cute. Si verò iam deferbuit febris & ſuperſunt reliquiæ: chynæ decoctum ex hoc modo paretur, ℞.

China decoctum parando.

chynæ in talleolas ℥i. aquæ fontis ℔.vj. ſucci limonum ℥iij. & 24. horis macerentur, & coquatur ad tertias & coletur: & de hoc ſumat in cibo & in cœna & vino diluatur: & ſi opus ſit reliquias ab he-

De potione lotione terebentina.

pate abſtergere; accipe therebentinæ ℥ij. aquæ agrimoniæ ℔.ij. & illa ſæpiùs lauetur concuſſione valida, & lotio propinetur bis aut ter in die.

Sub hac intentione indicationibus æqua lance libratis, de aliis auxiliis delibera: nempe attemperantibus & extra, prout vrgentia conſulit & imperat prudentia: & vſque ad narcotica, quæ in hoc caſu, à furenti humore & à valde excedente empyreumate video indicata: quæ tu leges per otium in obſeruatione de opij qualitate & vſu; inter alia tamen varia & diuerſa hoc auxilium cætera videtur ſuperare, quo omnes ſimul indicationes adimplentur: ℞. aquæ acetoſæ ℔.j. ſucci pomorum acidorum & granatorum optimè depurati an. ℔.ß. eſſentiæ vitrioli gut. iij. quo illa acidula reddantur,ponantur in vaſe vitreo amplo, & in illis infunde roſarum Hiſpanarum p.ij.& agitentur baculo vna & altera die, quo vſque aqua rubicunda reddatur, cum ſapore roſarum, inde per inclinationem illam tincturam ſepara, & adde ſacchari albi duri ſatis, vt reddatur iuleb. de quo ℥ij. bis in die ſumatur,quoniam ſitim ſedat, putredinem coërcet, temperat obſtructiones, reſerat & poteſt admiſceri in potu communi, & in libro potabili.

Si verò in hac ſorte auriginis feruore iam exacto, purgandi neceſſitas elucet, hoc leuiſſimo auxilio imperetur; ℞. Seri

Purgatio quando imperanda.

caprini diſtillati ℥vj. ſenæ leuiter trituratæ ʒj. rhabarbari electi, contuſi ʒß. cinamomi ℈j. hæc & illa in nodulo incluſa infundantur per noctem & forti expreſſioni adde ſymp. diot. ℥jß. & aromatiſetur;& bis aut ter propinetur;& ſi hoc non placet hoc etiam mirabiliter valet.pulpæ thamarindorum ℥iß. aquæ bugloſſæ ℥vj. eſſentiæ rhabarbari ʒß.eſſentię cinamom. gut. iij.& infuſionē ſumat ſummo manè.

Quòd ſi jam frigidi veneni actiones elucent: aut fortaſſe veneni efficacia vires ita collapſæ manent, vt facultatum actiones deficiant, & frigiditatis accidentia comparere incipiant;tunc de Galeni conſilio delibera, quando ſeruum imperialem theriacâ epotâ celerrime reſtituit, quod etiam hoc aut illo auxilio imitari, erit prudentium & ſolertiū commendare; & hoc & illud in prima & ſecunda ſpecie obſeruabis, veluti & Arabum cōſilium, ſeu admixto lapide beſuar orientali, ſiue confectione Alchermes, hyacinthorum ſeu puluere perlarum, ſiue etiam chryſtalli præparati in magna vſtione.

In tertia ſpecie huius febris, tota medendi ratio conſiſtit,in vera dignoſcen-

In tertia ſpecie vero critici.

da differentia,quando criticè bilis ad externa diffunditur, & quando ſymptomaticè: quod ſi ex arte ediſcere volueris, primum naturæ impetum expectabis, dum corpus incipit aurigine ſuffundi & criſis ſigna an loco & tempore adueniant, naturæ magiſterio an morbi violentia, quod 24. horarum ſpatio tibi facile innoteſcet: & hoc & illud exactiſſimo calculo à medicinæ principiis deductum inuenies in præcitato loco *Medici tribunalis*; nam in prima parte te Hippocrates à labore excuſat, in oraculo, quando dixit; *Quæ iudicantur & indicata ſunt integrè, nihil mouere, ſed ſinere oportet*, nam ſi opus perfecit, Medici auxilio non indiget: ſi verò diminutè operatur, quo natura vergit per loco conferentia eò ducere oportet, in ſecunda verò parte Ga-

4. Aph 62. 3 Epid. ſect 1. text. 5. & de victus ratione in acut. text. 81.

leni mentem nos rimari oportet,in com. illius aphoriſmi, *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimam accidit malum*; ſic Galenus: *Morbus regius interdum, quidem fit, & indicatoriè reponente natura ad totum corpus & præcipuè ad cutim flauam bilem: fit etiam & caſus (nempe ſymptomatis ratione) hepate malè affecto: mali autem affectus hepatis, ex quibus morbus regius ſolet aduenire, tres ſunt, tumor durus, inflammatio, & obſtructio; tumor durus(qui ſolet eſſe, vel impacta obſtructio, vel ſcirrhoſa durities) diutinus morbus exiſtit quando hepati accidit, inflammatio verò, & obſtructio etiam repente fieri poſſunt; ac regij morbi, qui ante ſeptimum accidunt diem, ex aliquo iſtorum ortum habent: nam citiùs non poteſt iudicari bilis ad corpus diffundi, ideò malum exiſtit: neque poſt ſeptimum etiam vacat periculo; poteſt enim inflammatio & obſtructio poſt ſeptimum etiam aduenire*; quibuſdam verò exemplaribus adiectum eſt aphoriſmo, *Niſi humores ex aluo prodeant, ac ſi bilis* expur-

expurgetur, poterit à periculo liberare &c.

De hepatis duro & ſcirhoſo tumor hîc agere non placet quoniam illa icterus, aut citra febrem accidit, nempe valde conſpicua, aut longam ſequitur macronoxiam: nos verò ſeries acutorum coërceti illud tamen nolui præterire, quod hepar & lien per duplicem portam coniunguntur, quo alter in alterum ſuam pleunoxiam & humorum illuuiem deponit; quo vt plurimùm ad inuicem, ſimul afficiuntur obſtructione, tumore, aut dolore; quænam ſint iſtæ portæ, haud facilis nos docuit anatomia: nam alia eſt per venas, quæ deſcendunt ex ramo ſplenitico, ex parte ſui inferiore ad lienem, vbi ſimplex epiploides, profert, quæ, per epiploi partem ſiniſtram ſe diffundit: & inſuper ex parte ſui ſuperiori, qua lienem attingit, breuem ramulum mittit (vas venoſum dictum) ad orificium ventriculi ſuperius, appetentiæ gratiâ, ventriculo donatum: & hoc Galenus *Vas breue*, dixit, *ex ipſo ſplenis corpore exire, inque ventriculi medium terminari & inter duas tunicas & in parte ſiniſtra*; alia porta eſt, quæ à lienis parte caua, ad fundum ventriculi ſpectat, vbi quartus venæ portæ ramus, venas lieni tribuit, quibus allicit partê impuriorem ſanguinis, alendo minùs aptam, vt ſanguinem puriſſimum alimento relinquat: vbi etiam arteriam ſuppeditat arteriæ magnæ deſcendentis primus ramus, vbi primò extra diaphragma egreditur: quo ventriculo etiam magnam communionem habet per venas, quas ille ramus in ventriculum mittit, & per epiploon connexionem habet proximam, vbi ductus maximè notus eſt, à liene aſcendens ad ventriculum, per quem ſuam deponit pleonoxiam humoris melancholici, ad excitandam famem: & reliquum mittit ad meſaroei venas, vt per hæmorrhoidales ſibi conſociales expurgetur; & inde fere accidit, vt hepar ad lienem impuritatem mittat, aut illam illud attrahat, ſeu medio connexionis venarum cum ventriculo, ſeu per vias vtrique membto màgis conſociales quod ſi vtrumque ceſſat exitu denegato, totus æger aurigine ſuffunditur: hepar enim magna ſui parte, quantumuis in dextro latere ſitum ſit, minore verò in ſiniſtro, nihilominus eius connexio eſt primo cum ventriculo, deinde inteſtinis per venas & membranas peritonæi: ac vltimò per ramum ſpleniticum cum liene, per vaſa illa breuia, ſed ampla, & plura & longinqua; & inde accidit, vt minori negotio magna aquæ potæ pars ſiue eſculenta impuritas è ventriculo ad lienem, ſiue ſponte, ſiue ipſius lienis tractu facilè deferatur: quandoquidem vaſa lieni; & ventriculo communia, nonnihil obliquè inſerantur, duas inter ventriculi tunicas; quare ſi lien calidius eam chyli partem attraxit abundantius, neceſſe profecto eſt, æſtuoſum ſiue à natura ſeu ob aliam cauſam ſitientem, in dies magis ac magis turgere, hac colluuie collecta & non diſſipata, quo natiuus illius calor magis refrigeratur: quo etiam craſſioribus ſordibus derelictis (vt etiam accidit canalibus aquarum) facilè intumeſcit, vt in immenſum creſcat; quo non ſit mirum, ſi inde nigra icterus ſubſequatur, vt flaua ex fellis folliculo obſtructo, aut compreſſo.

Inde etiam accidit aliud graue malum, quod totum corpus etiam contabeſcit, ſeu defectu nutritionis marceſcit; quia cùm flos habitus in ſanguine arterioſo vigeat, ex quo vitalis ſpiritus fæcunditas, & is certè deficiat, & pars chyli infœcunda ſuperſit, illa nec apponitur partibus, nec affigitur; nec ex ſanguine laudabili ſpirituum vbertas comparatur, inde corpus omnino contabeſcit, & florem gratioſum amittit: & inde accidit, vt calor à crudiori ſanguine obruatur, & ob aquæ copiam corporis ſequatur grauitas, mentis torpor, motus ſegnities, virium imbecillitas cum mira animi ignauia, & ſui diffidentia, continua anguſtia & ad metum & mærorem propenſio.

Prout aurignoſa febris eſt inflammationis conſectaria ad affectus vrgentiam, cauſæ neceſſitatem, ſymptomatis periculum, paulò ſupra indicationis elicere docuimus: nunc illa tantùm affectus & cauſæ nobis reſtat medela, prout eſt icteri ſymptomaci ſoboles, maximè dum ad febrem ſequitur, icteriria, ſeu lenta ſeu acuta, ſi ſubitò adueniat: illud tamen priùs nos oportet ediſcere, quod hepar ventriculo per media inteſtina connectitur, & per vaſa licet longiora, obliquiùs inſerta, & ſurſum aſcendentia, ideò minùs à ventriculo trahit niſi per meſaraicas & per longiora etiam interualla, & inde accidit, inſito naturæ curſu, vt ſanguine à chylo iam confecto pars craſſior in anguſtiis venarum parenchymatis obſtructiones pariat, & inde in veſicula fellis, ad quam auriginis affectus ſequitur neceſſariò; quo in ſtatu illud eſt primò inquirendum, an ſanguinis miſſio in hac febris ſpecie conueniat? quo in dubio omni ſecuritate dicimus quòd & febris & obſtructionis ratione illa conuenit, non ratione impacti, ſed influentis ſucci exitu denegato, ad menſuram præſumptæ pleo-

Quò adinuicem ſuã noxam communicent & hepar & lien, anatomia.

Quare lien ita facilè eſculentis impleatur & tumeſcat.

Vnde & quare nigra icterus ſubſequatur.

Qua in ictero corpus facilè contabeſcat, & marceſcat flos corporis.

Mala quæ comitantur icterum.

De curatione icteri ſymptomatici.

Quare hepar facilè obſtruatur & icterus ſequatur.

An ſang. miſſio in ictero conueniat ex obſtructione.

pleonoxiæ, virium, temporis, conſuetudinis, & ætatis; attamen à quo loco, à nemine video controuerſum; illud tamen ſola paritas dirimit, alterius nempe ſuppreſſionis, menſium & hæmorrhoidum: quoniam ſi in hac & illa ſola ſanguinis refluentis, & affectus inducti indicatione, ſanguinis miſſio à talo imperatur, ſecundùm artis principia & præcepta, vt conſueta vacuatio reuocetur, & reuellatur ab eo quod affectum induxit, ſeu fluat, ſeu ſit paratum fluere. Eadem pariter nos vrget indicatio in hac obſtructione ac in illa, & ſucci refluentis ratione & affectus inducti, qui vt plurimùm ſolet eſſe potioris argentiæ, quæ non tantùm ab affecto deſumitur, ſed à conſenſu huius ſuppreſſionis, à qua ſi liberetur, & miteſcit vrgentia & affectus medetur ſi tamen ad venas ſuperiores regurgitat; ſang. miſſio ex brachio ob vrgētiam eſt imperanda: ſi verò complicatur, cum ſuppreſſione menſium aut hæmorrhoidum ex talo.

His ergo conſiderationibus prælibatis, ad auxilia, quibus indicationes adimplentur, accedamus: de ſanguinis miſſione delibera, adhibitis in conſiderationem partis ſitus, vbi præeſt obſtructio & affectus productus ex refluente bile, ſiue ille ſit febris, aut phlogoſis corporis vniuerſi, ſitus eſt in iecoris cauo, vbi veſica fellis implantatur: ſi ergo menſibus & hæmorrhoidibus ſuppreſſis, eo quòd ſitus obſtructionis eſt partibus infra iecur, & qui refluit humor ſuperiora petit cum periculo, ideò ſanguinem ex talo mittimus, pari ratione conuincitur, in hac obſtructione, ex talo etiam fore ſanguinis miſſionem celebrandam, vt quò humor & natura inclinat, refluentem humorem ad deſtinata loca facias inclinare: ſin minus ſanguiſugis venis hæmorrhoidalibus applicitis, quantùm illa poſtulabit neceſſitas, maximè quando vires vtrique auxilio non ſuppetunt. Si verò poſteà talem multitudinem in ſuperioribus agnoſcas cumulatam, vt vrgentia affectus iam producti ſuperet producentis vrgentiam & conſenſus, licet actu perſiſtat, ſi illa multitudo deponi mereatur, poterit ſanguinis miſſio celebrari ex brachio, & ſemper è directo, ſiue ex ſaluatella manûs dexteræ, ſcarificatis cucurbitulis.

An in principio purgādum.

In purgando, in affectus initio, non te ſeducat illa ſupernatantia deſpumantis humoris, vt citò properes: non eſt enim prima indicatio purgandi humores bilioſos, qui refluentes etiam ſupernatant, ſed illos qui ſunt in cauſa vt illi refundantur (hoc enim eſt ad cauſam reſpicere & originem cauſæ) nempe obſtructionibus impactos, & qui illas fouent obſtructiones: hos enim non tantùm purgare, ſed repurgare decet: illorum tamen eſt priùs concoctio ſpectanda, quæ comparatur, non ſola illius humoris digeſtione, ſed abſterſione, inciſione, & lenitione, quantùm humori expellendo conducat: & medicamenti tractioni non obſiſtat; quæ actiones non ſemper vrinæ iudicio expenduntur, maxime dum præparatur humor extra venas, ſed Medici æquilibrantis materiæ reſiſtentiam & contumaciam, quæ ſæpiùs ſub coctionis iudicium non cadunt: ita ſyrupi concoquentes debent extendi vſque ad videatur illa præparatio comparata in craſſis humoribus & lentis, & lenitio & fluxio, in viis & humoribus, vt à medicamento facilè educantur: de his enim maximè intelligitur illa Hippocratis ſententia, *Concocta medicari oportet, atque mouere non cruda: in quibus oportet præire coctionem, ſubſequi diſcretionem, ac tandem euacuationem: de his etiam intelligimus aliam, corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere, non tantùm in humore, ſed in viis*: quæ actiones non tantùm ad actualem obſtructionis curationem faciunt, quia cauſa aliarum cauſarum, ſed vt via aliis ſternatur auxiliis, quibus illa indicatio adimpletur, nempe aperientibus, quibus omnimoda comparatur curatio, & præcautio grauiorum malorum, hoc ſatis prudenti cautione Galenus commendauit, quando dixit: *Præſtat igitur vitioſi ſucci* (ad aperiendas nempe obſtructiones) *maiori parte iam emiſſa ad detergendas obſtructiones accidere, cum alioquin metus ſit, ne, ſi ipſis liberandis priuſquam vacuaueris ſtudeas, ne ipſas magis impingas &c.*

An ſemper attendatur ad vrinas ad purgandum an etiam ad alia.

8. Meth. 4.

Ideò ad humoris præparationem oportet deuenire, ſi felicitatem in purganti medicamento deſideras, quæ, erit in hoc caſu electior, ℞. rhodomelis ex ſaccharo, & ſyrup. de 2. rad. an. ℥j. (aut capil. ven. maximè in mulieribus) oximelis ſquilitici ℥j. eſſentiæ ſulphuris, aut vitrioli gut. ij. & tamdiu propinetur, quouſque videatur iam præparatus humor: hæc etiam humoris & viarum præparatio, pariter victus ratione conſequitur, ac aliis auxiliis ad libitum prudentiæ electis; nam in maximo feruore, vt illa ſit attemperans oportet, abſtergens & inſcindens, validi & electi alimenti, vti pullorum carnes, gallinæ, perdicis & caſtrati arietis, decoctæ agreſtis lactucæ, oxalide, & petrocellino, & radicibus etiam cardus ſancti; & in communi potu, ſi præeſt inflammatio,

De victus ratione.

aut

aut ſitis magna vrget, ſit aqua radicis ſchorſoneræ cocta, aut agrimoniæ; ſi verò præualet cum lenta febricula obſtructio, ſola aqua rhabarbari eſt maximi auxilij: eſt enim pater hepatis rhabarbarum, ſi docto credimus Rondeletio & aperiens altas obſtructiones, ſi Olerio credimus: hæc paratur; ex ʒß. rhabarbari in nodulo incluſa, malaxata & infuſa in ℔.iij.aquæ per ſex horas, vt colorem rhabarbari ſuſcipiat: ſit tamen aqua antequam infundatur præcalida; poteſt etiam parari ex radicis chinæ ʒß. diuiſæ in talleolas, & anteà infuſæ in ℔. iiij. aquæ & coquatur donec tertia pars abſumpta videatur: attamen in moderatione potionis maxima cura, vt ſi conſequi poſſit in quaque ſingulari cibatione, ex ℔. ß. non tranſcendat; ventriculus etiam roboretur, ad menſuram, ſeu inflammationis, ſeu ad neceſſitatem defraudati caloris: in primo caſu ſolis attemperantibus cum roboratione: in ſecundo calidis maximè roborantibus, vt oleo ſpicæ, maſticis, abſynthij, additis guttulis eſſentiæ aniſi aut cinamomi, ſeu vnguento ex oleis prædictis, cum puluere corallij rubri, ſpicæ, ſquinanti & cinamomi; nos tamen hoc ferè ſemper vtimur cum ſtuctu in hoc caſu; ℞. olei abſynthij ℥j. eſſentiæ terebentinæ ʒj. puluere ſuperaddito diarrhodonis ſtuppis carminatis ſuper impoſitis, & accenſo cinamomo calcactis.

De rhabarbaro & illius aqua in obstructionibus.

De potus moderatione.

Purgare in inflammatione nunquam conuenit, nam illud nec Hippocrates nec ratio permiſit, dum viget inflammatio: & adhuc in declinatione, talis fere cacophtagia in hepate relinquitur, ex longa ferendi patientia, morbum natura ſua magnum, & valde proſterneritia accidentia, vt hepaticæ diſſenteriæ periculum à purgandi neceſſitate deterreat; ſed nec in hoc poterit regula generalis conſtitui: nam poterunt tales ſupereſſe reliquiæ, inflammatione iam exacta, vt illas purgare neceſſitas ſuadeat: hoc tamen eſt æque prudentiæ regulis ac artis ediſcendum.

An purgandum in inflā. in p. aut fine.

At verò vbi obſtructio nobiliſſimi viſceris cum febricula præualet, ſub prædictis conditionibus purgare & repurgare alta petit neceſſitas, non tantùm vt à præſenti liberetur periculo, ſed ne in aliud incidat, à quo ſit pene regreſſus impoſſibilis, nempe ne incidat in hydropem maximè flatuoſam, quod nos ne ſemel tantùm obſeruauimus, aut in hypochondriacam melancholiam, qualem deſcripſit Diocles, ſeu ex contra operantia præcalidi hepatis & frigidi ventriculi, quod etiam nos vidimus; ſit ergo prima purgantis medicamenti electio; ℞. rhabarbari electi ʒj. fol. ſenæ ℥jß. aniſi & ſpicæ an. ℈ß. infundantur in ℥vj. aquæ cichorij calidæ per 12. horas & colatuiæ adde ſyrupi filiculæ & perſici an. ʒj. eſſentiæ cinamom. gutt.ij. & detur ſummo mane, vel ℞. rhabarbari electi ʒj. pulueris de mechoacan ʒj. ſpicæ nardi ℈ß. infundantur in ℥vj. decocti ſenæ & florum cordialium & torti expreſſioni adde ſyrupi perſici ſolut. ℥j. & aromatiſetur: & ſi potum auerſatur, has pillulas aſſumat. ℞. maſſæ pillularum de nitro & de rhabarbaro an. ʒß. amoniaci aceto diſſoluti ℈j. diagtidij gut. iij. & f. q. & aurentur; & hæc & illa ad neceſſitatis legem repetantur; poſtea verò tribus diebus interiectis apocima Fetnelij imperabis, cuius doſes inuenies in noſtro Medico tribunali in curatione melancholiæ fol. 300. quantitatem etiam & propinandi vſum, additis de trociſcis de rhabarbaro aut de eupatorio ʒß. in quaque ſingulari potione.

1. de locis 7.

Quibus repurgare conueniat.

Quòd ſi iam affectus, ad frigidiorem naturam declinabit, & æger flatuum abundantiâ diſtentus laceſſitur, imbecillitate viſceribus contractâ, de hoc vino poteris propinare, ℥ij. ſingulo mane; ℞. corticum rad. capparorum an. ʒß. corticum rad. apetientium an. ʒß. corticum rad. ſambuci, & capparorum an ʒiij. rad. aſati ʒij. abſynthij, lauendulæ an. ʒj. florum cordial. ʒjß. rad. cardus ſancti ʒij. ſeminis aniſi, petroſelini, cuſcutæ, an. ʒß. rhabarbari, agarici trociſcati an. ʒij. fol. ſenæ ʒiij. ligno aloës, cinamomi an. ʒß. tartari vini albi, & ſcoriæ aceto præparatæ in nodulo infuſi, an. ℥ß. infundantur in ℔. iij. vini vnius anni & bulliant in duplici vaſe ſecundùm artem & poſtea coletur.

Sitientus rad. tam ad frigiditatem declinat quid agendum.

Ad debilia viſcera poſteà roboranda (quo maximè periculo laborat hæc obſtructio) de hoc condito ʒi ſingulo mane accipiat, & parum vini diluti aquâ agrimoniæ ſuperbibat; ℞. conditi cardus ſancti, ſcorſoneræ bugloſſæ & capillorum veneris an. ℥jß. pulueris policularum, ſtomachi Gallinæ exſiccati ʒj. trocis de rhabarbaro & eupatoris an. ℈j. ſalis tartari ʒiij. ligno aloës & cinamomi an. ℈j. & cum ſyrupo ſcorſoneræ, aut bugloſſæ, fiat ad modum elecmatis; & ſi leuius auxilium eligere volueris, de hoc ad 20. dies propinabis; ℞. cremoris tartari ʒß. aquæ ex raphanis diſtillatæ ℥iij. quod ſi his adhuc renitatur obſtructio, & neceſſitas aperiendi vrgeat, vltimum complementum his pillulis comparabis. ℞. gummi amoniaci aceto ſquilitico diſſoluti ʒß. rhabarbari electi ʒi. rei ʒß. rad. aſari, gentianæ, trochis capparorum an. ℈j. cineris

Ad viſcera poſtea roboranda & aperienda.

Pillula aperientes comparabis.

neris lumbricorum vino lotæ, ſcoriæ aceto præparatæ, & ſulphuris eſſentiâ inebriatæ an. ʒß. & cum ſyrupo de 5. rad. fiant, pillulæ, de quibus accipiat, ab ℈ij. ad ʒj. & ad 20. dies ſub illo exercitio quod ille vires ferant : de his etiam noſtra obſeruatio ſecuriorem fidem facit; vt tamen de auxiliis prudentiorem electionem facias, illa ſit tibi cautio, vt in principio eligas temperata ob febris & bilis deſpumantis feruorem : calidiora poſteà in quibus vigor aperiendi potentior eluceat, ad huius aut illius temperamenti analogiam, additis ligno aloës & cinamomo, vt aromatiſentur auxilia, & roborentur viſcera; nec in hoc caſu diſplicet aquæ vitæ cochleare accipere, in qua ſit diſſoluta tartari vini albi ʒß. ad ℥iij. aquæ : de chocolate etiam in noſtro Medico tribunali ſcripſimus obſtructiones etiam aperire, ſi arte & magiſterio conficitur; & magiſterio & arte propinatur; ventrem lenire diximus & ſpiritus robuſtiſſimos producere, longè valenter alere, viſcera roborare, ſi (in hoc caſu, maximè vbi febris deferbuit) tria ambaris griſij grana pretioſo liquori miſceantur (maxime in antiqua aurigine) dum recenter in potione ſumitur.

Cautio obſeruanda.

Chocolate etiam obſtructiones aperire.

Poteſt etiam cum fructu propinari de hac valida potione. ℞. aquæ vitæ ℥ij. aquæ roſatæ ℥iiij. eſſentiæ ſuccini, ſiue extracti croci Gut. iij. quoniam potentiſſimè aperit; ſeu loco illarum eſſentiæ macis, aut gariophyllorum : hi pulueres à Quercetano maximè commendantur; ℞. rad. aronis præparatæ ʒjß. rad. acori, pinpinellæ an. ʒj. oculorum cancri lotorum ʒß. cinamomi ʒiij. ligno aloës ʒj. ſalis abſynthij & tartari an. ʒß. ſacchari roſati tabulati ad pondus omnium: & detur, ʒj. in vino diluto; hoc etiam ad miraculum Augenius extollit; ℞. amoniaci ʒj. diſſoluatur in ℥iij. aceti mulſi, ſiue decocti agrimoniæ, & ad quatuor dies tribuatur. Quercetanus pro hepate obſtructo pulueres ſic docuit parare; ℞. limaturæ chalybis cum ſulphura parati ℥j. fæculæ rad. aronis ʒjß. lapidis bezuar orientalis ℈ß. coracci, margaritarum præparat. an. ʒj. ſuccini præparati, cinamomi an. ℈iiij. ſacchari ad guſtum & detur ʒj. & ad 20. dies; vel ex eodem puluere & confect. alchermes, fiant tabellæ cum ſaccharo aquâ agrimoniæ diſſoluto, vel naphæ; vel etiam in pillullarum forma, additis rhabarbaro, agarico, & ſena; & ſi non aperiantur adhuc obſtructiones, his potiùs vtatur; ℞. ſcoriæ aceto ſquilitico paratæ ʒij. amoniaci aceto forti diſſoluti, atque iterum inſpiſſati ʒij. bdellis, ſtiracis an. ℈iiij. & cum rhodomelle ſquilitico fiant pillulæ & dentur ʒß. cum vino. Zacutus, marrubij conſeruâ ſcirrhum hepatis contumacem perſanaſſe teſtatur ad 40. dies ſumpta.

De aliis aperientibus validioribus.

Prò topico auxilio hoc vnguentum ſemper elegi in obſtructione inueterata, ob virtutem mirabilem; ℞. amoniaci aceto forti diſſoluti ℥iiij. ſucci abſynthij & nicotianæ an. ℥jß. ſucci ebuli ℥ß. olei capparorum ℥ij. ferueant ad ſucci conſumptionem & in fine adde pulueris rad. iridis & capparorum an. ℈j. eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. ceræ & terebentinæ quod ars petit, & fiat vnguentum, & fotu præcedente ex decocto rad. tamariſci, abſynthij, ſpicæ, ſquinanti, & roſarum bis in die vngatur tota hepatis aut lienis regio & meſaraei, ſi venæ illius ſunt obſtructæ; ſed ſuper omnia de hoc generoſo auxilio fideliſſi. nam feci experientiam; accipiatur pellis recens extracta ex vitulo nouo aut ariete paruo & hæc in aqua decoquatur lento igne, vſque remaneat lb. j. craſſi & viſcoſi huius decocti. & huic adde ſucci nicotianæ ℥iij. ſucci ebuli ℥ij. aceti ſquilitici ℥jß. olei capparorum & amig. amararum, an. ℥ij. vini albi generoſi aut hipocras, ℥ij. & ferueant ad conſumptionem ſuccorum & vini. & in fine adde amoniaci aceto diſſoluti ℥iij. pulueris corticum tamariſci, corticum capparorum & florum ſambuci. an. ℥ß. reſinæ pini & terebentinæ an. ℥ß. & ſecundum artem fiat lenimentum : & reſtor in omni veritate, me hoc auxilio, ſcirrhum lienis induratum, omnino complanaſſe; & interim, vinum in potu bibat, aquâ agrimoniæ dilutum in prandio & cœna. Fonſeca laudat decoctum vrticæ mortuæ ad ℥iiij. ſeu pulueris illius ʒß. ſi cum vino bibatur, ad ℥iij. Quercetanus aquam chalybeatam laudat, ſi illæ miſceantur gut. iij. eſſentiæ virtioli : aliud etiam auxilium extollit, ſi decocti ſplenis bouis ad ℥iiij. per multos dies tribuatur; ſeu pulueris illius ʒj. ſi cum vino generoſo propinetur; & in rebelli morbo, nil ad ſatias dictum putes.

De topicis hepati applicandis.

Inter accidentia tamen, quæ ſolent curationem interturbare, & cogere vt mutentur auxilia, ſunt clamoſi & intenſi dolores, qui ſolent totam ventris regionem peruadere & colicum colorem æmulari (in hac rebelli icteritiæ forte) à flatibus interdum, ſed aliquando ex humoris biliosi confluxu, maximè in principio, quorum cauſam in obſeruatione de affectu icterico, quæ ſequitur, apertiſſimè leges; ideò pro cuiuſq; vice, ſunt auxilia ad indicantis vrgentiam æquilibranda, ſi ſeriò pereque conſideres, quod inter huius

De clamoſis doloribus in ictero: in tota ventris regione.

accidentis potiſſima ſunt anodina; quæ ſub duplici differentia dolores temperant & demulcent, ſiue dum paregorica (dum temperant extrema) & triſtem ſenſum leniunt frigoris aut caloris, quia primum caloris gradum non excedunt: ſiue dum opiata, quò ſenſum partis adimunt, ſaltem ſenſationem leniunt & hæc & illa, ſeu per clyſteres, ſiue per potiones imperantur: clyſteres ſint ex lacte, ſaccharo & vitellis ouorum, & in humoris biliosi confluxu, addita ʒß. philonij Romani, aut grana iiij. laudani opiati; ſiue ex iure auis cum oleo violarum, amig. dulcium, & vitellis ouorum: ſiue ex butyro vaccino recenti liquato, aut ſolo aut permixto: in flatuoſa cauſa ex decocto camomeli, fænugræci, ſemine lini, cum adipe gallinæ, anſeris aut butyri vaccini liquefactis, ſeu addito philonio & micleta; ſeu ex Pauli & Galeni conſilio ex ſolo oleo camomeli, aneti, aut de ſemine lini, aut cumini: ſed inter hæc auxilia, nullum nec magis præſentaneum, nec tantæ efficaciæ obſeruaui, quàm ſanguinem ex brachio mittere, nec ſemper parcâ manu, ſed ſæpe copioſè: nam in confluxu reuellit potentiſſimè: quod ſi illa doloris vehementia non cedit, ſanguiſugæ hæmorrhoidibus appoſitæ ſolent alia auxilia ſuperare, ob venarum conſenſum, ſiue à portæ venis, quæ ad ani interna & extrema terminantur: ſiue à ramo ſplenitico, quæ ad externa diuaricari ſolent: & licet à flatibus permixtis immanitas doloris concitetur, potiſſima doloris indicatio obumbrat & obſcurat flatuum contraindicantem repugnantiam, ideò adhuc in caſu debet ſanguinis miſſio imperari, ne inflammatio immanitate doloris concitetur: neque iſta eſt à Galeni doctrina aliena, quando narcotica adhuc in cauſa frigida conſulit tribuenda, ſi doloris immanitas cauſæ ſuperat repugnantiam: nam ſi aliqua noxa exinde relinquatur, inquit, hanc potiùs eligendam remur, quàm vt homo pereat: præterquàm quòd illa qua relinquitur noxa auxiliis poſteà ſuperatur; quæ etiam eſt Mercati ſententia *cap. de colico dolore.*

Quo modo anodina dolores temperent & demulceãt.

Clyſteria anodina.

An ſanguinem in hoc caſu mittere conueniat.

5 Meth. 15. in dolore flatuoſo, quãdo ſang. miſſio imperanda.

Inter topica tamen & externa auxilia quæ leniunt dolorem, primas tenet veſica, ſemiplena herbarum carminantium decocto, cum oleo amigdalarum dulcium communi, aut camomeli: hoc enim anodinum tibi erit auxilium, flatuum paregoricum: vt & omentum vituli; aut arietis oleo amigdalarum calefacto: & pulli columborum & gallinæ per medium diſſecti: nos illos viuos ſæpiùs adoptauimus afflictis & dolentibus locis, quia calorem conſeruabant diutiùs, quo erant potioris auxilij: aut ſemicupium ex decocto herbarum carminantium: illud etiam volui adnotare, quòd narcotica priùs experiantur in clyſteribus, poſteà potionibus ad legem noſtræ Illuſtrationis de opij qualitate & vſu; vbi varia & diuerſa auxilia ad hanc intentionem prænotauimus: in maxima imbecillitate ventriculi, nempe ex caloris defectu, pro illius virtute roboranda hoc mirabili emplaſtro vti ſoleo ℞. olei abſynthij ℥iß. eſſentiæ terebentinæ ʒj. eſſentiæ aniſi ʒß. ambaris griſij gut. iij. ceræ citrinæ parum ad emplaſtri formam &c.

De topicis auxiliis in hoc caſu.

Narcotica prius experiantur, clyſteribus, poſteà potionibus.

Pro roborando ventriculo memorabile.

Si verò in ſolo ventriculi oſtiolo, vehemens ille dolor concitetur, cautiùs eſt agendum, ob dignationem & virtutem huius publicæ officinæ, cuius officio vita cadere nequit (& hæc conſideratio ad omnem cardialgiam extenditur, & ad quemcunque alium ventriculi dolorem) nam prima indicatio verſatur circa dolorem, & iſte eſt triſtis ſenſus, qui ſuo contrario medetur, quod eſt quædam voluptas, ſi credimus Platoni, ſeu ad ſtatum naturalem reductio, ſi credimus Cryſippo: & ſenſus acrimonia per inſenbilitatem: voluptatem ſeu reductionem inducant anodina vt dicebamus antea, & omnia temperatæ & tepidæ virtutis, quia exceſſum excedentis qualitatis ad medium reducunt, oppoſitione temperata extremorum, ſi non intentione coæquali, ſaltem applicatione repetita: & inſenſibilitatem inducunt illa omnia, quæ ſenſum acriter irritantem auferunt, ſaltem leniunt, vt omnia ſomnifera aut verè ſoporifera, quæ differunt ſicut ſomnus & ſopor: quæ debent intendi aut remitti, prout leuior aut vrgentior cauſa; ideò in narcoticis eſt à leuioribus ſemper incipiendum, & maximè in membro exangui & puſilli caloris propria contextura: neque minùs eſt ſeruãda facultas officio communi neceſſaria, quæ roborantibus maximè conſeruatur: ideò ex prædictis auxiliis prudenti ſolertia electionem facies & vt ſedetur dolor, & vt publica virtus conſeruetur, admixtis roborantibus, vti pullis columborum per medium diſſectis, corallij pulueribus inſperſis, & fotu ex herbarum decocto, in quibus anodina virtus & roborandi munus.

De ſolo ventriculi dolore.

Dolor quibus ſedatur.

Conſiderationes in ventriculi dolore.

Quarta huius febris ſpecies (nempe quando venit ad criſim) & illius medela naturæ perfectè operanti commendatur, vt iam olim nos Hippocrates docuit, ſui perfecta criſi: ſi verò non perfectè abſoluit quod incœpit, eſt petenda curatio ab iis quæ in ſecunda & tertia differentia diximus,

diximus, ſecundùm idæam affectûs, qui relinquitur: ab hac icteri ſorte.

Singularis de icterico affectu obſeruatio.

DE affectu icterico, ac illius accidentium verâ cauſâ, verâ curatione; de febre cum ictetitia in præcedenti Illuſtratione diximus, nunc illuſtrare placuit accidentium cauſas, & obſeruatione illius curationem illuſtriorem facere: in hoc omoes conueniunt, & eſt communis claſſicorum doctrioa, in ictero (inter alia accidetia) immaniſſimos dolores, colicum æmulantes iocidere ad ventris regionem & ad renes. ſed vode cauſa ſtabuletur, vt talè doloris immanitatem inducat, non vt decet, maoifeſte uos docent; dicam quod obſeruaui, edoctus ex ipſa rei natura, & veræ anatomes peritiâ obſtruitur ipſa veſica fellis, vt nec ad duodenum, nec ad ventris cauitatem, aliqua bilis portio valeat penetrare, pro viſu à natura præſcripto, nempe vt bilis irritatione fæces à corpore pellantur, & ob alios vſus, vnde neceſſariò effundendus humor regurgitat ad venas, non tantùm venæ cauæ ſuperioris (vt patet ex oculis & facie, illa bile perfuſis) ſed ad truncum cauæ inferioris & fortaſſe magis aduſta bilis craſſa & ponderoſa (vt etiam maniſeſtè conuiocitur ex vrina craſſa, turbida, veluti fuligine obducta nigredine perfuſa, quæ per emulgentes, ad renes, vreteres, & veſicam defertur) cuius potior bilis portio per ramos epigaſtrij & forte ſplenitici, defertur per ipſaſmet venas (abſque vlla ad cauitatem penetratione) vt intra abdominis tunicas inſeratur, & in pancreis iotra ipſas membranas, vbi venarum aperiuntur oſcula; quid multum, intra tunicas etiam, quæ renum regionem circundant, & cum exitus ptaux & vſtæ bilis præpediatur intra illas tunicas, & vritur, & putreſcit vlteriùs, quo non taotùm multitudine hæc vaſa diſtendente, ſed praua & deleteria qualitate dolores immaniſſimos inducit, & ſi fortaſſe in longum producitur affectus flatuum multitudine, & augentur dolores, & diſtenditur venter; quo etiam & naturalis calor, & viuificum nectar minuitur, deficit, & depaſcitur, membrorum principalium ſubſtantificâ & qualitatiuâ temperie euerſâ, non ſola exolutione ſpirituum, ſed ferè ſubſtantiâ mutatâ ex illa proportione elementorum, quæ antea natiuæ temperiei & gentilitiæ reſpondebat; illud eſt argumentum, nullam bilis portionem ad ventris cauitatem penetrare, quod neque fluxus ventris, nec vo-

Dolores ventris in ictero à qua cauſa acciderent, & vbi ſtabuletur cauſa.

mitus ſequatur; & intra tunicas dolores concitare maniſeſtè conuincitur, quòd hæc dolorum perennitas auxiliis non cedat, & ſubſtantificam temperiem euerti, quod terè ſemper ad hydropem flatuoſam perducat, vt nos etiam vidimus: nec ſit mirum vrinam quotidie nigriorem euadere (obſtructionis inſuperatæ argumentum) nam morâ & ventilationis defectu, quæ regurgitat, bilis maiorem contrahit vſtionem, & fortaſſe putredinem, quo & redditur deterior affectus & ægrum cumulat grauioribus malis.

Confirmatur diſcurſus, hac vera anatomia; venæ portæ ramus, vt ſtatim ab hepate prodiit, finditur bipartitò in duos grandes ramos, & antequam hos ſpargat, quatuor mittit ſurculos, primus cyſticus dicitur, qui mox in veſicæ felleæ cerulcem, & corpus diſtribuitur, venulis valde tenuibus, his alitur veſica: hæc poſteà duos ſortitur ſurculos, vnùs io hepar, inter portæ & cauæ radices, numeroſis ſurculis diſtribuitur, quibus bilem ad ſe allicit ſinceram & ab alio humore ſeparatam: alter ad duodenum fertur, quo bilem trudit ad inteſtina, vt illa excitet ad expellendum qualitate aut quantitate noxia: hic inſeritur inter duas inteſtinorum tunicas obliquo ductu, ne retrocedat bilis, quare quicunque ex his ductibus obſeratur, eſt in cauſa, ne bilis ad illas cauitates deferatur, & ad loca ab ipſa natura deſtinata; vnde accidit vt ad cauam regurgitet, & inde ad ſuperiorem & inferiorem truncum deferatur, vt per iam prædictas venas & ramos intra abdominis tunicas, renum, & meſenterij ſtabuletur, ad dolores poſteà inferendos.

De anatomia locorum, vbi hæc cauſa ſtabulatur, & de veſica fellis officio, & diſtributione bilis.

Confirmatur vlterius noſtra obſeruatione, huius affectus cauſa, & illius vera curatione; Maij Initio anni Domini 1657. mulier quædam, neque noto neque publico genere, miſerabilis, incidit in febrem tertianam continuam ſatis validam, cum dolore ventris clamoſo, ſed magis acceſſionis hora, cum duritie & tenſione ventris inæquali: ita vt phlogoſim quamdam intus æmularetur, & ſiti vrebatur: quæ omnia teſtabantur, ſi noo inflammationem, ſaltem phlogoſim vniuerſæ illius regionis: nec fæces egerebat, nimia ventris adſtructione, vſtione contracta (forte bilis defectu, ad ventrem exitu denegato) vomitus frequens erat, & maximè à cibo, cuius maiorem partem reuomebat: aſſiſtentes mulieres clyſteres incœperunt immittere, ſed ferè ſine fructu: nam à receptione illos abſque vlla fœcis eductione, reiiciebat.

Obſeruatione de affectu icterico.

Interim dum hæc ipſa miſeras mulie-

tes conturbant (quæ valerent adhuc Medici valde exercitati iudicium acrioribus ſtimulis explorare) noſtram opem implorant: mulierem inuenimus anxio aliſmo, nullibi quieſcentem, dum mutationibus, vt remediis vtitur, & dum morbi eſſentiam exploramus; illud maximè in ancipiti erat, an febris eſſet eſſentialis & maligna, an ſymptomata prædictæ ventris phlogoſis: quo in ſtatu ad vrinæ teſtimonium recurrimus, vrinam inuenimus veluti fuligine obductum, craſſam, & conturbatam, & ſubfuſco colore vergebat ad nigredinem; & cùm illam ita mingere cœpit, incœperunt remitti accidentia: maximè ab illa intentione febris, ſed non ventris dolores: illi enim, & per dies & noctes grauioribus malis miſeram cumulabant ægrotam: nam peruigilio noctes inſomnes erant, cibi faſtiditum in abominationem cibi vertebatur: & ſitis in ſingultum; quo omnia ſimul erant maximæ curæ, quia non erat vbi iudicium quieſceret: erant enim in ventre inæquales tumores, ſub illa ventris adſtrictione continui dolores, & febris implacabilis: ſed tandem omnis illa tempeſtas ceſſit obſeruationi & ſolerti iudicio: nam hæc omnia erant ictericæ febris gentilitia, quia color flauus incœpit colorem corporis vniuerſi, & maximè oculorum, mutare, ad luteam maximè defædatum, ventris dolores intendi, ac febrem ipſam remitti (nempe bilis diuerſione) ſparſa maximè febris cauſa, nempe putrida bilis per ambitum corporis vniuerſi, & focum permutante.

Quo benè explorato, ſanguinem ex talo mittimus, potionem attemperantem damus modicè abſtergentem (non enim ſola veſicæ fellis obſtructio tantorum malorum cauſa erat, ſed ſanguinis corruptio in venis, quo ſemper, grauiorem icteritiæ ſpeciem producit, vt Hippocrates dixit, & nos ſæpe notauimus) ex ſyrupo endiuiæ & acetoſi ſimplicis, cum guttulis ij. eſſentiæ ſulphuris, aut vitrioli, aquâ ſcorſoneræ diſſolutis. clyſterem poſteà imperauimus, ex iure auis & butyro recenti, quo incœpit mollior reddi venter: & fœces moderatè deiicere: ſyrupum ſecunda die cœpit, & ex pede ſiniſtro ſanguis mittitur: & nihilominùs ſæui erant dolores: tertia die ſanguiſugæ decem ano imponebantur, vbi hæmorrhoidum capita terminantur, & quatuor ſanguinis vnciis extractis dolores leuabantur: clyſterem poſteà imperauimus, ex decocto capitis veruecis, parietariæ, maluarum, camomeli, enulæ, & florum ſambuci, cum oleo camomeli & lini & rhodomelis perſici an. ℥ij. diaphiniconis ℥j. ſalis gemmæ ʒjß. (quoniam iam tunc venter flatuum multitudine diſtentus videbatur) & parùm nihilominùs egerebat; exinde poſteà obſeruauimus; quòd febrilis caloris empyreumate, talis virium imbecillitas in hepate contrahitur, viuifico nectare diſſipato, & temperie ſubſtantificâ & qualitatiuâ illius permutatâ, vt loco ſanguinis, flatuum & crudorum multitudinem produceret: à priuatione potiùs caloris, quàm à frigiditate poſitiua; vt tandem vera tympanites ſequeretur (nam venter vt tympanum reſonabat, flatuum exitu denegato) quo ad ventris regionem carminans auxilium adaptauimus, calore moderato, vt omentum arietis: nam vbi calor ingenitus à calore extraneo exoluitur, valde calida nocent, & intenſum remittunt temperata: ac poſteà per epicraſim iam purgare decreuimus, lenientibus potiùs quàm exaſperantibus, vt ſyrupo de filicula & perſicô, cum decocto pugini; ſed cùm morbus iam longè viribus ſuperior videretur, potiùs deſperationem minabatur, quàm poſſe ſuperari: quo in ſtatu prudenti cautione deliberata prognoſi, æquè de viribus ac de morbo ſolliciti, recentis affectus recentem curationem aggredimur, & veluti in caſu deſperato, pillulas cuiuſdam noui medicamenti, ſed tutiſſimi, parari fecimus (quarum iam nobis erat probatus vſus) quæ recipit maſſæ de camboche, extracti aloës & mirrhæ an. ℈j. mercurij vitæ gut. iiij. ſalis vitrioli gut. ij. & f. pillulæ 5. & aurentur; eſt camboche, gummi cuiuſdam genus, quod purgat vſtam bilem & educit pituitam. & primam regionem officio mirabili abſtergit reliqua ſtercoroſa maximè colliquata educunt: his deiicit quædam veluti cœnum ſtercoroſa cineritia, ſed ſatis moderatè, cùm flatuum etiam multitudine: quam euacuationem poſteà adiuuauit, vnguentum de artanita, quod ad ventris regionem imponere curauimus, maiori parte cauſæ iam emiſſa: quoniam hoc emplaſtrum ventrem mouet, flatus educit, tenuat & incindit & excrementa expellendo diſponit: exinde (crede nobis qui ſemper veritatem religiosè colimus) meliùs habere cœpit, nam venter ſingulis diebus bis & ter egerebat illa cœnoſa praua, quæ bilis defectu anteà in ventre ſiſtebantur: quo venter vniuerſus detumuit; defecerunt dolores, ciborum appetitus reſtituitur, & tandem vitioſi ſucci maiori parte iam emiſſa (ex Galeni conſilio) ille ius diureticum præſcripſimus, & ad ſeptimam diem parùm laborioſo

Pillula de camboche & quale iſtud gummi.

Emplaſtri de artanita virtus & operatio.

rioſo exercitio (non enim vires erant adhuc recuperatæ) diuino auxilio & ſingulari naturæ beneficio leuari videbatur: ſed cum adhuc affectus reliquiæ perſiſterent, nempe obſtructiones & humores aduſti, & animi deiecti melancholia; ad apocima Fernelij deuenire conſultiſſimum duximus, nam deobſtruit & purgat benignè melancholiam: vt in ſimili caſu, etiam Tiberio Damiano (noſtræ ætatis chyrurgo valde exercitato in lapide veſicæ extrahendo) imperauimus quo iam diu ſanitatem deperditam reciperat, vt etiam & hæc noſtra ægrota; & licet obiter, illud etiam nolui præterire; quod in quadam muliere iuuencula obſeruauimus, cuius venter, nec ad ſeptimam diem egerebat, cui clyſteres nihil proficiebant, nec alia auxilia vllius vſus erant: cui dedimus (fortuna potiùs forte, quàm arte) ʒj. lactis de mechoacan. in quodam poculo chocolatis, quo placidè & pluſquam moderate deiicit, vt in poſterum illi illud eſſet auxilium, quo ſemper leuabatur; ſunt enim inter pleraque auxilia & hanc aut illam ſingularem naturam, forte complexionem, cognationes additæ, quæ ſub humanam ſolertiam non cadunt, imò nec ſub artis excellentiam.

De apocimate Fernelij.

Alia obſeruatio de ventris adſtrictione.

ILLVSTRATIO VI.

Et quinta in ordine ad febrem ſingultuoſam & omnem ſingultûs differentiam. ac veram vtriuſque curationem.

DE febre ſingultuoſa diximus, in noſtro Medico tribunali, aut focum habere in ventriculi venis, ad illius tunicas & ſubſtantiam tenui & acri materia refluente: aut à venis maioribus ad illas ventriculi, & tunicas tranſmiſſa, ſeu per conſenſum magni alicuius, articuli inflammati neruorum propaginibus, cum neruoſa ventriculi ſubſtantia conſentientibus; quod ex *Comment. 2. in librum de Articulis* nos docuit Hippocrates: diximus etiam quòd ſingultus eſt motus quidam ventriculi conuulſi, qui dum ſe contrahit & dilatat, rem quam nocere ſentit, expellere conatur: ad quem motum binæ facultates concurrunt, & naturalis vegetans, & animalis ſentiens: nam quando animalis noxam ſentit, expultricem naturalem, non tantùm ad expellendum adiuuat ſuo peculiari motu, ſed etiam irritat & compellit; ideò à Galeno interdum inter ſymptomata animalis facultatis ſingultus numeratur: aliquando inter actiones ſolius naturalis expellentis; illud tamen maximè aſteriſco dignum exiſtimaui, vt cùm Hippocrates conuulſionis cauſas in Aphoriſmo dixerit, repletionem & inanitionem, ab eiſdem pariter, dixit, conciratur ſingultus: ac ſi & ille ventriculi motus eſſet vera conuulſio, ſi ab eiſdem cauſis pariter concitatur, ab eodem principio, nempe à neruoſa ſubſtantia & ab eodem contractionis motu verſus originem; attamen noluerunt interpretes hanc verā conuulſionem non eſſe, ſed motum conuulſiuum: quoniam vera & propria conuulſio eſt muſculorum propria; ſingultus verò neruoſæ ſubſtantiæ ſolius: nam ventriculus ex fibris & neruoſa ſubſtantia configitur; & dum quam perſentit noxam expellere conatur, duplici vtitur actione, primò enim ſe contrahit, ſecundò ſubſtantiam diſtendit, vt expellendi motus compleatur: ideò ex dilatione & contractione eſt compoſitus motus: ſed addit Galenus ſuper iſta, quòd etiam eſt ſymptoma retentricis, vt expellentis accidens, quia dum ſingultit ventriculus & deprauata actione mouetur, ciborum amplexionem deſerit. vnde coctionis accidit deprauatio, ſed illud ex euentu & per accidens; quatenus ventriculo gentilitiam edere actionem non permittunt, furata nempe ventriculi quiete, & calore diſtracto.

An ſingultus ſit vera conuulſio.

Illud etiam à Galeno colligitur. 5. *Aph.* 9. interdum os ventriculi affici aliquando ὑποφάγει; quà proximè ſtomachum pertingit, fortè vt validiori motu, impactum in tunicarum ſubſtantiâ, humorem à ſe pellat: ſunt enim tres ventriculi partes, quæ ſeorſim affici poſſunt, interdum omnes ſimul, nempe cùm ſolùm os ventriculi afficitur: ſeu illa pars illius, quæ ad fundum pertingit: aut (vt aliquando accidit) omnis patitur ventriculi ſubſtantia: & hoc & illud ſub illa latitudine, prout affectus initio, ſiue vt in progreſſu; ſeu vt iam confirmata epigeneſis ſerpit: ſeu tandem: prout humores fluunt, aut dum affectus cauſa radicata perſiſtit; qua ex doctrina conſtat, quando ſingultus motus conuulſiui ſubeat rationem, & quando veram conuulſionem æmuletur: nam ſi conuulſio ideò talis dicitur quòd ſit in perpetuo retractionis actu: ſi ad talem ſtatum ſingultus iam peruenit, vt ſit in perpetuo conuulſionis motu, vt accidit confirmato ſingultu, non videtur à

Tres ventriculi partes ſeorſim affici poſſunt aut omnes ſimul.

vera conuulſionis ratione excludi, quantumuis Galeni ſententia reclamet: nam, tanti viri pace, conuulſio (adhuc ipſo Galeno teſte) eſt retractio neruorum verſus originem, repletionis aut inanitionis, ſeu alterius pungentis qualitatis conſectaria; nulla facta mentione muſculorum (nam ſatis per hæc illius elicitur eſſentia) & ipſemet Galenus fatetur 5. *Aph.* 4. Hippocratem *ſingultum veram conuulſionem appellaſſe*, nec nulla nos aliunde vrget cauſa, quæ nos meritò ab hac ſententia deterreat: nam quando Galenus dixit, eſſe muſculorum propriam conuulſionem, illud exinde colligit, quod muſculus ex neruo, carne, & tendone configitur, ſed quando fit in illo conuulſio ſolus neruus præcipuè retrahitur, reliqua verò, per ſolam connexionem, qua neruo alligantur, & inſtrumentum adæquatum perficiunt; & cùm caro & tendo ſint alligata neruo, illa omnia neceſſaria tractione ſecum ducit: luce clariùs patet, in illa calcanei luxatione, Hippocratis exemplo, *in libro de fracturis*: ibi enim ex hac luxatione, tendones, nerui, & muſculorum carnes conuelluntur, & omnia quæ originem ducunt à neruorum ſubſtantia; ea ſola ratione, quòd nerui verſus ſuam retrahuntur originem: ideò nerui, muſculi & tendones quin & integra membra illam conuulſionem patiuntur ipſis neruis retractis.

Singultus quando vera conuulſio dicatur.

Nemo dubitat quòd illa ventriculi ſubſtantia neruoſa, & maximè os eius, ſint maximis ſpinalis medullo neruis conſocialia, non tantùm vt illis moueatur, ſed vt ſentiat ſenſu exquiſitiſſimo: ſi ergò hæc eſt vnica cauſa, vt læſo neruo, principium illius illo compatiatur, quid mirum vt ipſo læſo ventriculo, & maximè os eius, illius nerui ad originem etiam retrahatur illa neruorum propago, quæ in os ventriculi diffunditur: vt ſimilem conuulſionem ac in aliis membris patiatur ventriculus, ſi conuulſio eſt omnium partium, in quas nerui deſcendunt, gentilitia: vt ſit, ſi non vniuerſalis, ſaltem ſingularis ventriculi conuulſio, vt nomen ab hoc affecto loco ſortiatur, veluti in oculo ſtraboſitas, in ore maxillarum contorſio, vt in pudendo & aliis in partibus ſua ſortitur nomina; ideò fortè in ventriculo, ſub illa græca dictione exprimitur, λύγξ; feruntur enim in ſtomachum; nempe in os eius, & in ipſum ventriculum à ſexta coniugatione neruorum propagines inſignes, cuiuſdam nerui etiam (vt Hippocrates dixit 2. *Epidemiæ*) breuiſſimi; patet in hac diſſectione, quam nos ſæpiùs vidimus: nam ſextum neruorum par, (quod coniugationem peritiſſimi dixerunt anatomici) ampliſſimum per omnia ferè viſcera diuagatur, & excurrit, & dum extra caluariam egreditur, carotidæ arteriæ contiguum, in iugulo in tres maximè ſurculos diuiditur & finditur, quorum dexter axillarem arteriam amplectitur, & per eam reflexus ductorij, funis inſtar, dum per trochlearum orbiculos traiicitur, ſurſum aſcendit, & in laringis muſculos numeroſos, licet exiles, ſpargit ramos: ſiniſter verò, maximæ arteriæ truncum, qua in parte deorſum detorquetur, circundat & circumplicat & poſtquam in neruos recurrentes expanditur, finitur; ſecundus verò ſextæ coniugationis ramus per latera coſtarum excurrit, vnde coſtalis dicitur; tertius verò inſignior & magnus ad ventriculum fertur, ideò ſtomachicus dicitur, & per totam ventriculi ſubſtantiam inſeritur, maximè in os eius, cuius beneficio tam exquiſito ſenſu ſtomachus particeps eſt, vt veteres os ventriculi, cardiam appellarint, forte ob illud vas breue, quo cum corde conſentit, vt nos antea ex Galeno vidimus; ideò omnes ferè anatomici docti, animalis appetentiæ ſedem in eo collocauerunt loco: & hæc eſt vnica vera & realis occaſio quare ventriculi ore vellicato cum cerebri principio conſentiat in ſingultu, vt etiam dicere de ſingultu peſſimus (maximè iam progreſſo) quòd eſt neruorum ventriculi retractio verſus originem, ſi non perpetua, vt in verà conuulſione accidit, ſaltem interpolata, vſque ad quod noxium perſentit à ſe hoc motu violento excutiat.

Anatomia neruorum, qui ad os ventriculi deſcendũt.

Sunt illi nerui, qui licet ſtomachum non moueant, quippe qui oriuntur à cerebro, vbi natura ſenſus & motus principium deputauit, ſi à cauſa moleſta vellicantur ad principium reuerti compelluntur, ex illo generali conſenſu, quo partes inter ſe, in conſeruationem vniuerſi conſpirant ideò partem ſecum conuellunt, cum qua illi conſociantur, veluti ſunt colli, laringis, & ventriculi quia in eodem ſenſu, vt pariter & motu, iis nectuntur membris & conſentiunt: ideò etiam quoties in neruis qui ad ſtomachum à cerebro rectè feruntur, vitium, vt diximus, inſiſtit, vt in aliis partibus conuulſionem excitat, quæ proprio nomine ſingultus appellatur, vti oris contorſio in maxillis, in oculo ſtraboſitas: quoniam ſi omnes aliarum conuulſionum conſiderantur cauſæ, ſiue generales, ſiue ſpeciales eaſdem in ſingultu pariter obſeruabis: & quod magis eſt, quod illas Hippocrates tradidit obſeruatas, quando

dixit,

6. Aph. 19. dixit, *conuulſio fit vel ex repletione, vel inanitione, ita verò & ſingultus*; *Galenus* in Comm. *iam conuulſionem vocat, iam motum conuulſiuum ventriculi*: quia hanc ventriculi actionem dupliciter conſiderat, & quatenus neruus, ſeſe ad originem retrahit in ſingultus ſtatu, & tunc hanc paſſionem conuulſionem dicit, ſed quatenus expellentis actionem conſiderat, quæ ſequitur ad vellicantis actum, qua duplicatur motus, dum ſeſe neruus contrahit, & poſtea expellendo diſtendit motum conuulſiuum: ſed cùm vtraque actio, neruo tantùm conuulſo tribuatur, potiùs meretur conuulſionis nomen, quàm motûs conuulſiui, quoniam adhuc expellens facultas motiua, neruo vtitur, veluti inſtrumento, ad ſuam actionem; hoc etiam confirmat, quòd illa nerui retractio, ſeu repletionis, inanitionis, ſeu pungentis qualitatis conſectaria, ſemper eſt nerui propria, non muſculi, nec tendonis, quæ feruntur ad nerui actionem; ſed in repletione, illud etiam amplius confirmatur, quia illam non ſola humiditatis abundantia producit (quantumuis paralyſim producat) ſed praui alicuius humoris diſtendens multitudo, qua breuior redditur neruus, ideò & contractus: quæ non tantùm nerui ſubſtantiam breuiorem efficiat. ſed irtitatione prauitatis ad ſui expulſionem facultatem vrgeat & compellat; neque inanitionis nomine, ſolam intelligit ſiccitatem, neruorum ſubſtantiam corrugantem, ſed prauum, calidum, acrem, & tenuem humorem imbibitum, qui facultate irritet facultatem, vt patet in ardentibus febribus & malignis & in praua metaſtaſi alicuius humoris, conditione acris, ſubſtantiâ tenuis & qualitate calidi, vt etiam in praua diarrhea & dyſſenteria læthali obſeruatur, vt & profuſa etiam hæmorrhagia: nam in arida ſiccitate hecticæ & maraſmi (quantumuis lentè ſiccitas inducatur) neceſſariò accedit corrugatio, & non neceſſariò conuulſio, quo fit, vt non ſola ſufficiat arida ſiccitas cum corrugatione, niſi cum pungenti alia qualitate, quæ facilè ſiccitate contrahitur. Nec illud obſtat, aliquando ex ſola ſiccitate corrogante oriri, in extremo & læthali periculo, quando à priuatione ad habitum non datur regreſſus, quia illud non omni accidit ſiccitate, ſed in illa quæ ſubitò à cauſa violenter pungenti inducitur, (vt patet in corrugante igne) Galeni eſt exemplum) nam ſi paulatim & lentè ſiccitas abſque vlla qualitate pungenti inducitur, potiùs ad maraſmum perducit, quàm ad conuulſionem, vt in atrophia & hectica obſeruantia quotidie.

Quando ſingultus dicitur conuulſio, & quando motus conuulſiuus, & quare.

Quid facit repletio.

Quid inanitio in neruis.

Qua etiam doctrina & Galeno fit ſatis, quando octauo ſecundum locos Hippocratem miratur, quare in Aphoriſmo dicat pariter & ſingultus: nam Hippocrates, cauſas vtriuſque affectus in eundem effectum conſpirare prudenti iudicio intellexit, ne tantum repletionis ſiue inanitionis cauſis æquâ lance libratis, ſed vitioſo irritante comitante humore: ſola irritationis differentia in hac aut illa cauſa, vt pariter in acri medicamento inuenitur, licet nec inanitionem, nec repletionem efficiat, vt etiam in aura venenoſa, quoniam ad conuulſionem & ſingultum ſola interdum ſufficit irritatio: quod etiam in lactis corruptione experimur in pueris, aut ex ſola frigiditate in adultis. Quid ergo miratur Galenus, ſi illud in Grammatico tradidit obſeruatum, & de frigitate conuellente ſatis luculentum Hippocrates reliquit teſtimonium, cuius ſententiam Galenus non impugnat, nec prognoſis ſententiam tertio Commentario; ideò nos has cauſas conuulſioni & ſingultui communes planè exiſtimamus, ſiue ſit ex elleboro, ex ſanguinis profluuio, ſeu ſumma ſiccitate: ſed ad curationem illud etiam alta mente perpende, quòd in ſingultu neceſſariò magna neruorum & ventriculi imbecillitas conſequitur, quia non tantùm ex importuno motu, ſed ex altiùs radicata intemperie virtutis actus deiicitur: illud etiam præterire non decet, conuulſionem & ſingultum per ſe & conſenſum concitari ex capite tunicis & membranis inflammatis, quæ cerebrum circundant, vt in capitis tromate, aut in vera phrenitide; vt à repletis etiam inteſtinis, vt in voluulo & colico dolore: ex vtero etiam prauis ſuccis repleto, veluti in ictericis: & hepatis parte conuexa inflammata: in calce ſyderato & aliis, in quibus ſemper eſt ſymptomaticus: attamen poteſt eſſe & aliquando criticus, quandò nempe ad criſim per vomitum natura concitatur: illud tamen ſigna coctionis diſtingunt morbi ſpecies, vt & febris ſtatus, vera criſis conditio, quia ſi ad vomitum natura concitatur, ad ſuperiora expulſioni gliſcit, vt etiam ad variolarum & morbillorum expulſionem in pueris concitari ſæpius obſeruauimus.

Galeno fit ſatis in hoc articulo.

In ſingultu ſola interdum efficit irritatio.

5. Aph. 17. & 18.

In ſingultu magna neruorum & ventriculi imbecillitas conſequitur, & quare.

De ſingultu ex conſenſu partium diuerſarū.

Singultus poteſt etiā eſſe criticus aliquando.

Ad curationem Illuſtratio.

HÆc ſunt ne tantum valde generalia & communia ad huius affectus notitiam conducentia, ſed etiam peculiaria (quia noſtra ſaltem ſententia ſcientifica, vt pleuritis & dyſſenteria, ne tantum

coniecturali aſſequitur notitia) ſed etiam ſingultus, nunc ad ſingularia deſcendere doctrinæ ordo petit, à repletione, inanitione, ſeu à cauſa tertia, his duabus diuerſa; nempe irritatione, ſola praua pungenti qualitate, dixit Galenus, ſingultum concitari; ſed enim vnaquæque ſuo ſingulari contrario mederi oportet. non decet confuſè auxilia præſcribere, ſed ſecundùm cuiuſque indigentiam, & adhuc, in quoque membro diſtinctionem addere: vt facultas, ſine qua vita tueri nequit, conſeruetur: deinde repletio poterit eſſe ad vires, vel ad vaſa & hæc & illa ex frigido viſcido & tenaci humore, alias ſalſo & mordicante, ſeu alterius ſortis, nempe ab vitellinabili exuſta melancholia, aut permixta ex craſſa & acriori ſucco; neminem vidi adhuc qui verteret in dubium, an à ſolo ſanguine concitetur ſingultus, ſeu tenui, ſeu craſſo: noſtro tamen iudicio non repugnat poſſe ab vtroque ſingultum concitari è craſſo, quia replet; à tenui & bilioſo, quia irritat; in vtroque enim ſufficiens inſultat irritatio & replendi occaſio non deficit & fortè ab hac ſingultus forte euaſit œconomus ille, quem Olerij ſcholiaſtes refert, de quo dixit, *Memini me vidiſſe in nobili quodam quinquagenario, è familia de Antraguis, cuius erat œconomus, qui effusâ incredibili ſanguinis copiâ, euaſit à conuulſione, animi deliquiis, & ſingultu, adhibita cucurbitula, & ſanus ſuperuixit*: à frigido, craſſo, & tenaci humore, ſine febre, nos Sacerdotem vidimus, ferè ſexagenarium, importuno & valido ſingultu deprehenſum, cuius omnia ſigna frigidiorem cauſam teſtabantur, ſed viſcidam, & tandem poſt 40. dies ſolo hieræ Galeni vſu, in pillulis, ſanus in poſterum euaſit, ventriculo calidis frequenter roborato, maximè aquâ vitæ & oleo Matthioli: Fernelius aliam vidit cauſam, quam nos adhuc non vidimus, ſingultum nempe à coſtæ cuiuſdam luxationem ventriculum ad intus comprimente; hæc ſunt illius verba: *Quidam*, inquit, *tres continuos menſes ſingultu vexatus, nullis conſuetis remediis ante potuit expedire, quàm coſtæ extremum, quæ tunc primùm deprehenſum eſt contorqueri, altiuſque in ventriculum, nullo ſenſu doloris inſigni, blandè ac molliter erectum ſit: confeſtim namque ſingultus affligere deſiit: qui tamen repetebat quoties coſtam denuò incurueſcere contigiſſet.* Quare, ſi ſimilem caſum obtulerit fortuna, etiam obſeruatio tibi erit auxilium; ſed ne hoc tibi videatur tam inſolens & rarum, in Galeno inuenies, *ſingultum etiam prouenire ex conuulſione muſculorum, qui inſpiratum fouent*: & alio in loco, *per conſenſum hepatis inflammati, & ex gulæ affectu, Commentario 2. de fracturis*: & 2. de ſympt. cauſis 6. *à pulmonis inflammati conſenſu, forte ex Ariſtotele. 33. ſcit. problemat. 1.* quem nos alibi locum expoſuimus, & veram conſenſus rationem aſſignauimus.

Singularis cuiuſq; cauſæ curatio expetitur.

An à ſanguine concitetur ſingultus.

Lib. de morbis internis ad c.33.

Hiſtoria.

Lib. 6. pathologiæ c.3.

2. de ſymp. cauſis 2.

7. Aph. 17.

Si ergo febris ſingultuoſa ſit, aut focus eſt intra venas maiores, à quibus prauus humor ad venas ventriculi refunditur, & eſt febris continua, ferè ſemper de malignarum ſorte, aut ardentium, ex ſanguinis putredine, aut tetrimentis & ichoribus putridis, aut ex præuſta bile, ſi non etiam mixta putrefacta pituita, aut ſalſa & nitroſa, vnde fermentata & maligna putredo; ex quibus aut qualitas maligna, aut praua & irritans in humore conditio reſultat: aut focus & minera deliteſcit intra venas ventriculi à quibus etiam ad ipſam tunicarum ſubſtantiam penetrat, & refunditur, vt irritet impacta; quæ etiam febris de continuarum genere obſeruabis, nobilitate membri, cordis vicinitate, ſymptomatis ſæuitiâ, motus perennitate, & tunicarum ſubſtantia indiſſlabili: licet nos illam intermittentem etiam obſeruauimus: illa etiam febris incidit ex neruorum conſenſu, articuli luxati, diſtenti, aut confracti, aut ex fractura oſſis, aut nobilis articuli: quod nobis Hippocrates etiam tradidit obſeruatum; attamen illa febris etiam ſolet eſſe continua, nec infrequenter de genere ardentium, ab inflammatione, quæ membrum luxatum obſidet: ſeu dum doloris immanitate, aut ſanguinem corrumpit, aut maſſam alterat ſanguinariam.

De febris ſingultuoſæ curatione, & à quibus cauſis oriatur.

In libro de fracturis.

Ideò in his omnibus ſanguinis miſſio indicatur ab illa febris ſorte, vtcumque illam conſideres, ſiue intermittentem, ſeu continuam, & febris putridæ & ſolius accidentis ratione: nam morbus magnus, qualis eſt iſta febris pendens, non ſolum ab illa multitudine ſed à ſanguinis vitio in quanto, in quali & in motu præſenti, aut imminenti; eſt per ſe indicans ſanguinis miſſionem, ſi Galeno eſt adhibenda fides in toto libro *de ſang. miſſione*, & Hippocrati in libro *de ratione victus acutorum*, & eſt communiter ab omnibus recepta.

In hoc omnes conueniunt, quòd à ſanguinis vitio, ſiue in propria ſubſtantia, ſiue aliorum conſortio, dum vnionem ſeruat ſuæ naturæ debitam, ſanguinis miſſio indicatur: at in febribus ardentibus ex pura bile, vtrumque deficere exiſtimat doctiſſimus Abas de Sancta-cruce ideò ſanguinis miſſionem in hac febre, neque eſſe ex arte, nec ex vſu; nam dum adhuc

Quare in hac febre ſemper ſang. miſſio indicatur.

feruet

Abas de Sancta-cruce expenditur; an ſanguis in hac febre mittendus: & an in cauſone in principio minorandum.

feruet bilis intra venas, & videtur pars ſanguinis, talis dici non debet, vt etiam ſentit, amiciſſimus noſter, & mihi amantiſſimus Doctor Brabo de Sobremonte: quia dum humor à natura ſanguinis ſeparatus in maiori quantitate excidit, quàm decet in ſtatu naturæ, & per ſuas qualitates, & ſubſtantiæ modum, longè ſuperat ſanguinis attemperantis quantitatem, quo minùs impediatur, vt poſſit aptè commiſceri, cum ſanguine, aut ab ipſo contemperari: *Tunc* (inquit) *talis humor licet intra venas putreſcat, cum ſanguine permixtus, eſt tamen ſupernatans & à ſanguinis conſortio ſeparatus, & iam non eſt pars ſanguinis, ſed hoc vitium dicitur cacochymia, quæ purgationem, & non ſanguinis miſſionem indicat*: hoc argumentum eſt in terminis tranſlatum ex doctiſſimo Abate Ponce de Sancta-cruce; ſed deberet vterque Doctor probare, quòd adhuc in hoc caſu ex hypotheſi, vitium non contrahitur in ſanguine feruentis bilis conſortio, & etiam diſſolui vnionem intra venas permixtis: nam ſi contrahitur vterque Doctor fatetur, ſanguinis vitium vtcumque contrahatur, ſanguinis miſſionem indicari, ſeu illud contrahatur in ſanguinis quantitate, qualitate, aut motu; Videamus nunc, quomodo in ſanguine contrahatur hoc vitium in Galeni doctrina, & quando nulla eſſent præcepta illud ſola rerum doceret obſeruatio; vitium in quanto in ſanguine contrahitur, quando ita multitudine creuit, vt plethoram faciat ad vaſa, vel ad vires: vitium in quali tunc ſanguine contrahitur, quando vſtionis aut alterationis ratione ſanguis putreſcit; vel accenditur, vt febrem ſolo feruore concitet, aut putredine; ſi eſt in ſolo ſanguine ſynochus appellatur; ſi in ſanguinis maſſa, erit ad præualentiam dominantis humoris; ſi in alio, à ſanguine humore vſtio, aut putredo inducitur, & ſemper vicinitate & conſortio illam ſanguinis partem coafficit, cum qua conſociatur intra venas: & vitium etiam in ſanguine contrahitur, dum aliena qualitas valet intra ſphæram ſuæ actiuitatis operari, & eſt aptitudo recipiendi in patibili; quod non tantùm perpenditur penes vicinitatem, ſed etiam qualitatis intentionem: quare illud erit vitium in quali, quando humoris vitium, ſiue in alteratione qualitatis, aut putredine communicatur ſanguini, quatenus hic & ille humor ſanguinis maſſam conſtituit & integrat; vitium verò in motu illud dicitur, dum ſanguis per ſe, ſiue aliorum conſortio, ad illam partem ruit, in quam non deberet confluere, ſiue diuerſo modo

Sic Gal. 13. Meth. 6.

Quot modis vitium contrahatur in ſanguine intra venas.

ac eſt ab ipſa natura conſtitutum: vnde cùm quatuor humores in ſanguinis maſſa continentur, in illa conſiſtentia craſſi ſanguinis, ſub illa diuerſitate ſubſtantiarum ita inter ſe coëunt miſcenturque, vt vna tandem videatur ſubſtantia, quia caloris beneficiò vniuntur inter ſe, in naturæ conſeruationem, ſed ſub illa latitudine, vt in ſtatu ſalutis perfectè vniantur, in morboſo ſtatu ſub illa vnione conſeruentur, quam permittit exceſſus qualitatum, manènte vita.

Quare cùm talis calor, ſiue extraneus ſit aut intenditur, ita vt alio quàm naturali modo operetur, accidit illa vnionis præexiſtentis ſeparatio, in illa latitudine temperamenti, ſolius qualitatis, ſed non ſubſtantiarum, interdum per putredinem, nonnunquàm dum viribus ignis (ſic loquitur Hippocrates) calor præter naturam operatur: & tunc partes in ſanguine vnitæ inter ſe in modo operandi ſeparantur, quia deficit illa vinculi ratio, quæ in temperamenti ſymmetria conſiſtebat, in qua omnes conſiſtebant vniri: licèt pars alia verteretur in bilem, alia in melancholiam, ſi manent intra venas, ſed componentia adhuc vnita manent, ſub hac aut illa mixtione, vnde ſequitur, quòd febris accendatur aut putrida, aut aliter intra venas, ſub illa humorum mixtione: nã tantum verè & realiter hæc vnio diſſoluitur, quando variæ fluxiones concitantur à ſincero humore ab aliis abſtracto, in dolorem articulorum, aut aliarum partium in inflammationes partium externarum aut internarum; & quoniam tunc tantùm hæc vnio diſſoluitur, in qua erant vniti: ſed hoc non accidit ex parte componentium, ſed ab aliquo facultatis violentia diſſoluente: quia tunc alius ab alio humore ſeparatur, (ſi non omnes ſimul confluunt) ex tota ſanguinis maſſa, ſeu ex illo humore, aut ichore, qui in ſeparatione præualet ſuper alios: & tunc verè ſupernatare dicitur, ab aliis ſeparatus humoribus, ſed nondum intra venas excedit ſuper alios: nec tamen exinde ſequitur, ſub illa ſeparationis præciſione, vt qui ſupernatat humor ſit ſolius medicamenti purgantis obiectum: quoniam poteſt ſub illa eſſe ſanguinis vitium in motu, aut in quali: aut tam validum morbum concitare, vt etiam indicet ſanguinis miſſionem: & datò quòd ex pura cacochymia ſub illa præexiſtentis vnionis ſeparatione concitaretur febris, non protinus deſinit eſſe obiectum ad ſanguinem mittendum, ſi duo alia ſuperſunt indicantia, nam manet morbus magnus, & humores putridi, intra venas, vt partes

Quando verò humor ſupernatare dicatur.

ſangui-

ſanguinis componentes. ſub hac aut illa mixtione & vitium horum vicinitate in ſanguine contractum, in quanto, in quali, aut in motu; quod ſat eſt ad ſanguinis miſſionem indicandam.

2. ſui Methodi, 4.

Hæc doctrina tam catholica & ſana Fernelio doctiſſimo viſa eſt, & Botalo *lib. de ſang. miſſione*, vt licèt febris à pura cacochymia inciperet, conſultiſſimum & prudentiſſimum iudicent, ſanguinis miſſionem indicare & non purgationem, forte quia nulla incipit ſine ſanguinis vitio; & maximè dum contraindicans & clamat & reclamat, vti intenſa febris & magna inflammatio, extrema cruditas in ſucco calidiſſimo, putredine, aut vſtione contracta, veluti in cauſone, pleuritide, angina, ex humore, quantumuis à ſanguinis natura ſeparato, licet adhuc extra venas expulſo, & ex pura ſupernatante cacochymia; patet & in caſu ab alto, vehementi motu paſſionum, epilepſia, tetano, & vrgenti dolore, licèt ſit potior humoris ſupernatantis vrgentia; ideo Moxius & Lupeius illam Galeni ſententiã (11. *Meth.* 15.) *ſaluberrimum igitur eſt*, &c. in omni febre putrida, vtcumque à ſanguine aut bile concitetur, ſeu abſque ulla ſanguinis abundantia, ſanguinem ſemper eſſe mittendum exiſtimarunt, ac poſteà ſuo loco & tempore purgandum; quod etiam libero iudicio amplectitur Zacutus; licèt reuulſionis, vacuationis, aut attemperationis gratia imperetur, & adhuc contra tam validas rationes illuſtris Abas de Santa-cruce, in cauſone minoratione purgandum in principio potiùs eſſe contendit, quàm ſanguinem mittendum; qua in febre (& hoc eſt validius argumentum contra illum) Doctor Maroya, ſuæmet factionis, in ipſa minorandi factione, in febre ardenti ſanguinem mittendum conſulit, non purgandum; ſed illius ratio pro noſtra ſententia magis facit, quàm illius opinio: quare *Non ſunt audiendi*, inquit, *qui ſanguinis miſſionem interdicunt* (nempe in ardente ex bile) *eſt enim morbus iſte vehemens & acutus, in quo ſi virium adſit robur, nullus erit qui ſanguinem mittendum non audeat, neque ex hoc ſequitur, vt vult Auicenna, quòd ex phlebotomia bilis ſincerior reddatur, & magis inflammetur: nam ſi ex vtre, vino diluto pleno, dimidiam partem ſubſtrahas, vinum neque meracius fit, neque dilutius: ita ſimiliter ſi ex bile ſanguini admixta aliquid detrahas, portio, quæ in venis remanet, neque ſincerior erit, neque magis ob hanc rationem inflammabitur*: duo ex hac opinandi ratione elicimus (licèt nobis non placeat, nam ſi attemperandi neceſſitas vacuandi neceſſitatem ſuperat, ſine dubio illa ſanguinis quantitate detractâ, quæ erat præſugium attemperationis bilis ſupernatantis, bilem agit in furias) non omnẽ irritationem in humore, à ſanguinis natura ſeparato, purgationem indicare, quantumuis irritatio ſit medicamenti purgantis obiectum: & ſecundò bilem non ſupernatare intra venas cum ſanguine permixta. nec à ſanguinis conſortio ſeparari, ſed ſanguini, in illa parua venarum capacitate, eſſe permixtam & contiguam, vt adhuc minorantes fatentur: ex quibus omnibus, vt ex certis præmiſſis, noſtra veriſſima elicitur concluſio, in febre ſingultuoſa, à quocunque humore concitetur intra venas, ex ſanguine, aut bile, aut vtroque permixto, putredine, aut vſtione contracta, à ſanguinis miſſione eſſe incipiendum, ſecundùm ætatem, virtutis tolerantiam, & ſi ſingultum ab inanitione & pura ſiccitate excipias, cùm febre aut ſine illa: quoniam in hoc caſu, attemperandi, aut obliniendi acrimoniam vacuandi, ſuperat indicatio: nam in hoc febre ſanguinis vitium in quanto, in quali, & in motu contrahitur, vt illa interdum attemperandi gratiâ imperetur.

Lib. 4. c. 25. — *Lib. 4. de febribus, fol. 188. vtrum in febre ardente ſit ſanguis mittendus.* — *Concluſio diſcurſus.*

Sed obiicies; ex hac doctrina ſequitur neceſſariò quòd idem eſt obiectum indicans, ad ſanguinem mittendum ac ad purgandum, contra Hippocratis & Galeni præcepta; diſtinguo conſequens, ſi ſola conſideretur præciſa irritatio ſupernatantis ſucci, vt purgandi obiectum, & vt indicans, concedo conſequens: ſi verò ſanguinis vitium, illius conſortio intra venas contractum, nego conſequentiam: nam hoc & illud obiectum indicans diſtinguuntur, ex illa præciſa indicandi ratione: nempe ſanguinis vitio aut irritatione, illud enim amat per venas vacuari, quia plenitudinem, aut putredinis occaſionem intra venas conſtituit: & ſanguinis miſſio eſt omnium humorum vacuatio ex æquo, ſecundùm varias illius differentias reuulſionis, vacuationis, attemperationis: purgatio verò eſt illius tantum humoris vacuatio, qui naturam ad ſui expulſionem irritat, quoniam purgatio fit à medicamento attrahente quadam peculiari analogiâ, & natura etiam expellente: quare purgatio verſatur per ſe circa vnius humoris differentiam, (licet per accidens interdum omnes ſimul humores vacuentur) ſanguinis verò miſſio, circa omnes verſatur, primò & per ſe ſub illa ratione vacuandi. Sed quòd in febre vitium ex feruente, aut ex putrida bile communicetur ſanguini, luce clarius

Sanguinis miſſionis & purgationis differentia.

& manifeſta ratione demonſtratur: nam duo ſunt cauſnnis ſigna potognomica, & calor adurens, & ſitis inextinguibilis: ſi ergo intenſiſſimus calor, à ſolo feruore bilis, qui à venis exſpirat, corpus vniuerſum incendit, & vt ignis adurit, & linguam aridiſſimam reddit, & ſiti implacabili vrget: quis intellectus capiet, quod ſanguinem ſibi intra venas permixtum iure vicinitatis & conſortij, non reddat calore vrentiſſimo feruidum, valde intemperatum, & vrentem? & hoc eſt certè vitium in quali: quid multùm? ſi proprium caloris eſt, tenuare, fundere, & liquate quis dubitare poterit, quòd craſſiorem ſanguinis ſubſtantiam ita tenuet, ita fundat, & colliquet. vt ampliorem capacitatem optet in ſpatio breui, vt etiam vitium in quanto, à feruente communicetur bile; & ſi fortè accideret, vt funeſta metaſtaſis in cerebrum aut cor inde concitaretur, in ſanguine qualitate acri, ſubſtantiâ tenui, tenuitate mobili, quis dubitat quòd vitium in motu, illi communicabitur; ergo in cauſone, ex pura ſincera & impermixta bile adeſt ſanguinis vitium in quanto, in quali, & in motu: & ſi vnius tantùm vitium ſufficit ad ſanguinem mittendum, ſi nmnia ſimul in hac febre concurrunt, euidenti ratione conuincitur, ſanguinem eſſe neceſſariò mittendum in cauſone, quantumuis à ſupernatante bile ſinceta & longè diſtante à ſanguinis natura concitetur: & quando hæc omnia deſicerent, ſola attemperandi ratione eſſet præindicata illa ſanguinis miſſio, quæ ex euentu temperat calidis humoribus detractis.

In cauſone ſemper eſt à ſang. miſſione incipiendũ.

An verò ex brachio, an ex talo ſit talis ſanguinis miſſio celebranda, placeat noſttum audire placitum (prudenti cautionc adhibita in exceptionibus, quas in noſtro Medico tribunali excepimus) iudicamus certè, ex talo potiùs ſanguinis miſſionem celebtandam in hac ſingultuoſa febre, in principio ſaltem: nam præter rationes in febribus ex ſimplici putredine concluſione traditas, aliæ in huius ſingularis febris conditione, vim vi addere videntur: nam aut hæc ſanguinis miſſio vti reuulſoria celebratur aut euacuatoria, ſeu attemperatoria: nam in aliis ob vnicam tantùm ferè ſemper rationem imperatur, in hac verò ex triplici principio indicatur. quia in illa triplex ſanguinis vitium obſeruatur, quod huius auxilij locum determinat, nempe in quantitate, qualitate, & motu; nam licet ſanguinis vitium ſit generale indicans, cætera indicantia differunt, & eſſentiâ & loco: nam ſanguinis vitium in parte affecta, vacuationem indicat, ſed petit ab illa vacuari, aliis tamen præcedentibus, ſi id petit neceſſitas confluentis humoris: deriuatio vero indicatur ab humore impacto & in motu, quia nondum quieſcit; reuulſio verò fluenti & parato confluere: hoc etiam auxilio corpus attemperatur, ſed tunc hæc vrget indicatio, quando empyreuma à calidiſſimo ſanguine, aut à bile fouetur: quia illo detracto per accidens refrigerat: cùm ergo in hac febre non tantùm ſit intra venas ſanguinis, aut bilis putrefactæ abundantiâ, ſed ad ventriculum pro ſingultu etiam moueatur, à parte caua hepatis, vbi reſidet illa veſica fellis, ad fundum ventriculi, per ipſum duodenum: & hoc non tantùm à maioribus venis, ſed ex trunco cauæ inferioris: & à fœculentia in meſaroei venis adſeruata (quia neceſſariò & ſemper ex præſcripto naturæ inibi cumulatur) clarè patet, quòd conſultiſſimum erit, à talo ſanguinis miſſionem incipere; nam illa vacuatione deriuatio. reuulſio, & attemperatio conſequitur, & ex brachio ſola ex trunco ſuperiori vacuatio; & obiter aduerto, quòd pariter à vena tali, ac ex brachio ſanguis à venarum trunco vacuatur, quoniam æquè diſtant, vt anteà ex anatome vidimus: & ſi adhuc ampliùs febris & ventriculi affectus vrgere videatur, ex brachio poteſt vrgentiæ indicatio adimpleri; ex talo bis aut ter ſanguine miſſo; nam illa præter præ:ata commoda à corde, cerebro, & ventriculo reuellit: in hac enim febre eadem militat ratio, ac in maligna & peſtilenti febre: nec illa ſolet eſſe potioris vrgentiæ quàm iſta: & in peſtilenti omnes conſulunt à talo potiùs ſanguinem vacuandum, quàm ex brachio, ubi ſola medetur febris; hæc eſt illorum ratio, ut à nnbilibus membris, peſtilens & malignus humor rencllatur, & ne à meſaroei ſentina inquinetur; ideò illa priùs inferior plenitudo deponitur, vt & malignus humor à corde reuellatur; ne inculpati humores ſuperarum venarum inficiantur putredine maligna: quæ omnia pari ratinne in hac febre concurrunt, ac in illa, & alia præter iſta ſingultoſæ febris gentilitia, quæ nos mouent, vt ſanguis priùs ex talo detrahatur, prout vires permittunt, febris petit, neceſſitas & poſtulat accidentis vrgentia.

An in hac febre ſanguis ex talo mittendus, an ex brachio.

A vena tali pariter ac ex brachio & æquali diſtantia vacuatur.

Hanc indicationem maiori adimplent ſecuritate ſanguiſugæ, venis hæmnrrhoidalibus applicitæ, & quia à cnrde & ventriculo reuellunt, & à fœculenta meſaroei, illuuie deriuant & euacuant per venas ſibi conſociales: mainri ſecuritate dixi, quia minimo virium diſpendio & nul-

De ſanguiſugis in hac febre.

la

la ferè corporis conturbatione attrahunt melancholicum & fœculentum ſanguinem, quem natura expurgandum per has venas, quæ ramum ſpleniticum internæ & cauæ deſcendentis externæ terminant, deputauit. Sunt etiam vtriuſque auxilij vicariæ, ſcarificatæ cucurbitulæ maxime fœmoribus applicitæ, ob eandem auxiliandi ſortem: licet moderatè corpore vacuato (quantumuis non ad vltimam penuriam redacto) poſteà poſſunt ad ventriculi oppoſitum adaptari, ſi ita morbus indicat, & petit ſymptomatis importuna vrgentia & vires maiori euacuationi non ſuppetunt: quæ interdum ita vrgere ſolet, vt ſuprà ipſum ventriculum cucurbitulam ſcarificare nos compellat, ſed corpore exquiſitiſſimè vacuato: quod auxilium nos interdum incantamento ſimile obſeruauimus, ſingultu omnino debellato; quod Zacutus vt vltimum auxilium conſuluit.

An & quando in hac febre purgandũ.

Si verò purgare febris iam compellit neceſſitas, ſymptomatiſúe contumacia, prædictis auxiliis non cedit: reor illam in febris declinatione celebrandam: nam in febre ſingultuoſa minorare (licet adhuc perſiſtat importunus ſingultus) duo ſanè potiſſima reclamant, & cruditas cauſæ antecedentis, quæ valido adhuc medicamento non cedit, & grauiori periculo conturbat, malignitatem auget, & in humorem expellendum conuertitur, ſi fruſtratur purgatio, vt Galenus ſatis prudenti cautione aduertit, & quia ad partem læſam trahere Auicenna prohibuit: ne iam inductus augeatur affectus: nec eſt facilè, quinimò nec poſſibile humorem in craſſiſſima vẽtriculi ſubſtantia impactum, purganti medicamento, æquali reſiſtentiæ violentia extrahere; præterquam quod illud Hippocratis præceptum, concocta medicari, atque mouere non cruda, tunc maiori veritate fulcitur, ſi humor eſt impactus, qui fluidus reddi optat, vti eſt in hoc caſu, in illam ventriculi ſubſtantiam: demitto quòd quando ſimul reperiuntur, plethora & cacochymia, licet diuerſis in locis primas tenet ſanguinis miſſio, quàm purgandi neceſſitas: quoniam ex illa non tam præſentanea imminent pericula, quàm ex iſta, maximè in Betica prouincia, vbi calidi climatis experientia nos cautiores fecit, & ſi apud nos legem facit Galenus, hîc non valet arbitrium, maximè quando legem veritatis auctoritas confirmat, & prudentum conſenſus: ſic Galenus (*in commentario aphoriſmi 22. lib. primi*) *eos verò*, inquit, *nempe humores qui ſunt in aliqua parte firmati, neque alio auxilio mouere oportet, neque medicari ante coctionem, tunc enim naturam habemus ipſam adminiculantem euacuationi: videtur ſiquidem ipſa per coctiones humores diſcernere, & ſuperfluitates expellere, quo in tempore fiunt & iudicationes.* Par enim neceſſitas videtur in hac Galeni mente, coctionem in humore expectare, ad criſim & iudicium celebrandum, ac ad medicamento expurgandum, ex parte humoris naturæ & viarum: nec vlla poteſt eſſe maior vrgentia, quæ hoc valeat conuellere præceptum, nec ex parte oneris incomportabilis, neque malignitatis: nam primum ſanguinis miſſione ſuppletur, vel alio vacuante auxilio: ſecundùm ſolis alexipharmacis: excepto ſi per vomitum hoc valeat ſuppleri leuiori auxilio, ſed adhuc illud ſuam diſpoſitionem in humore requirit, niſi humor ad ventriculum, acceſſionis occaſione moueatur.

Hippocratis præceptum expenditur in hoc caſu.

Quòd ſi diù peræque conſideres, quæ Auicenna dixit (licet non ſuccedat euentus) omni culpa vacabis, ſi ad illius placitum dirigitur auxilium, *& tu non euacues*, inquit, *materiam indigeſtam in calido, aut frigido, niſi propter neceſſitatem, fortaſſe enim multiplicabitur vacuatio alterius humoris non præparati, cum digeſtione vt euacuetur, & fortaſſe nocet vacuatio maturationi, & fortaſſe permiſcetur cum ea malignum cum bono, propterea quod mouetur malignum abſque digeſtione ſua*, &c. illam dictionem (*propter neceſſitatem*) intelligi voluerunt minorantes, ſi natura grauata ob inæquale pondus moraliter coniicimus, non poſſe ad vmbilicum coctionem perducere, quin curationem mortis infelicitas anticipet dum in ipſo periclitatur onere, ſeu quando malignitatis timor dubiam ſpem fallit: niſi antea hæc cauſa vacuetur; non inficior, ſed ingenuè fateor, quod nos & illi, dubia ex dubiis elicimus, ſed in ancipiti alea, hoc & illud ille Arabum princeps, in hoc loco præuenire videtur: ſed ſecuriùs iudicat quod protulit, nam in vtroque caſu (ſiue vacuatio imperetur aut aliter) eadem nos pericula vrgent, quæ Auicenna dixit: quoniam ſatis ſuperque nouit in principio ſemper cauſam morbificam viribus eſſe ſuperiorem, ſi eſt in calido aut frigido indigeſta & nondum ſuperata, hoc enim notat eſſe ſupra naturæ vires: nam tunc dicitur naturam ſuperare morbificam materiam, cùm illam digeſtam nouit expulſioni aptam; illud enim monſtrat coctio in vrina, pulſus alacritas & febris remiſſio; quod ſi non aſſequatur, periculoſum iudicat tot periculis ægrotantem exponere; & de maligno potiùs

Fen 14. tract. 2. c. 7.

ille

ille timet, ſi à medicamento moueatur, ne humores inficiat nondum labe infeſectos, quam ſi inquietè permanſerit; plus enim de inſidioſa quiete ille fidit, quàm de incerto medicamenti motu; nouit enim Auicenna quòd malignitas abſque digeſtione (nempe ſuperata malitia) nullo alio ingenio ſuperatur, niſi à natiuo calore, ſiue alexipharmaco, è directo contrario: ideò antequam ſuperetur indigeſta malignitas, illam medicamento noluit commoueri; quo non eſt excuſatio, in præfato timore minorantium; quod nos pariter intelligimus, dum cauſa antecedens cruda uenis ſtabulatur, ſeu de coniuncta in tunicis uentriculi impacta; quod ſi purgare conuenit his pillulis fiat. ℞. rhabarb. pulu. ʒß. in aqua end. molleſcat & huic adde pulpę tamarind. ʒij. ſem. end. portulacæ, ſpodij; an ʒj. ſantali citrini & diagrid. ij an. ℈j. & cum ſyrup. limonum. fiat maſſa, de qua detur ʒß.

In ſyrupis, aquis & potionibus illa tantum eſt adhibenda cautio, ut cùm attemperatione, inhibita putredine acrimoniam temperent, & obleniant; ideò in omnibus admiſcere oportet, muſcilagines portulacæ, altheæ, pſyllij, cidoneorum &c. & ubi malignitas eſt putredinis aut uſtionis comes, hæc eſt alexipharmacis etiam corrigenda: de primo ſit exemplum ℞. aquarum portulacæ, bugloſſæ, & ſcorſoner. an. ℥iiij. muſcilaginis, pſyllij & cidoneorum ℥j. Syrup. uiol. & papaueris an. ℥ß. laudani opiati gut. ij. miſ.: & de ſecundo ſic, ℞. aquarum cordialium ℔.ß. muſcilaginis, pſyllij ℥jß. confect. iacinth. ʒj. lapid. bezuar oriental. gut. uj. laudani, opiati, gut. iij. ne & inter multa, quæ practici ordine confuſo commiſcent, ſelectiora eliges; quæ ſint huic intentioni gentilitia.

Singultus accidenti quomodo occurrendum, ex repletione. Hæc morbi poſtulat magnitudo, his cauſæ adimpletur indicatio; videamus quæ petit accidentis urgentia: ſi cauſa coniuncta ſit frigidi & uiſcoſi humoris, in ſubſtantia & tunicis ventriculi impacta, priùs abſtergere, reſerare oportet, rhodomele ex ſaccharo, oximele permixto, guttulis eſſentiæ cinamomi & ſulphuris, cum aquis fœniculi, betonicæ, & meliſſæ, hyeme actu calidis: ac poſteà ventriculum purgare ac repurgare decet, Galenus hoc ſuis pillulis de hiera, commendauit, quæ ſolent eſſe & maximi auxilij, vt etiam omnium ſecuriſſimæ: pillulis de rhabarbaro & agarico hoc idem pari conſequimur ſecuritate, vt etiam maſticato rhabarbaro: ac deinde materia impacta nullo breniùs auxilio tenuabitur, quàm aquam vitæ in omnibus miſcendo; vt ℞. ſacchari albiſſimi aquâ roſatâ diſſoluti ℥iij. aquæ vitæ ℥jß. eſſentiæ cinamomi gut. iiij. & per interualla cochleare accipiat; vel ℞. ſyrup. aceroſi ℥jß. oximelis ſquilitici ʒj. aquæ vitæ ℥j. miſ. qui ſi adhuc impia inſolentia renitatur, vomitum prouocare erit inter nobilia nobilius auxilium; ſed erit vomitorium, ſiue diaſarum Fernelij. Platerus vomitoria ſatis valida commendat: aloës ab illa laudatur, & hurapicra; ſeu ex aqua nucum viridium cum raphanis extracta, priùs aceto maceratis vt apud nos eſt in frequenti vſu: hæc enim ſiue vomat, aut aliter, ſingultum ſedare ſolet; vt ℞. aquæ nucum viridium ſimiliter extractæ ℥vj. ſalis vitrioli gut. ij. nam ventriculum mirabiliter expurgat, humores impactos attrahit: & quando ab auxiliis quieſcere conueniat, in vino hoc puluere vtatur, ℞. ſeminis aneti ℥ß. Zedoariæ, ligno aloës, nucis muſcatæ, cariophyllorum, pulu. diambræ an. ʒß. de quo ℈j. in vino odoro propinetur mane & ſerò.

De ſale vitrioli & illius neceſſitate in hoc caſu. De ſale vitrioli in ſingultu illud nolui prætetire, quod Angelus Sala dixit de hoc auxilio; teſtor Deum (inquit) & certò lectori promitto, quòd inter medicamenta vomitoria, tam ſimplicia quàm compoſita, quæ ab aliis adhiberi ſolent, & ipſemet adhibui, nullum obſeruauerim magis vniuerſale, ſed ad purgandum ſuperfluitates ab ſtomacho, curruptoſque humores ipſius tunicis impactos, magiſque benignum quàm hoc ipſum ſal vitrioli: valet enim contra epileptiam & omnes cerebri affectus, per conſenſum ventriculi, ſingultum & humores ventriculo infarctos, & contra peſtem; & quæ omnia confirmat Ioſephus Quercetanus, ſuæ *Pharmacopeiæ folio* 153. & claudit clauſulam, per nares attractus cerebrum mirabiliter expurgat; hæc in ſingultu, à repletione per ſe, aut per conſenſum proficua obſeruabis auxilia.

De ſingultu ab inanitione. Si verò ab inanitione, ſeu à praua & deleteria qualitate concitetur, aut maligna aut aliter, vt à ventris profuſa diarrhæa, ſiue dyſſenteria, aut vera aut hepatica, à pertinaci vomitu adurenti, ſiue maligna febre ſeu importuna ſiti: illa ſingultus ſors ægrotis valde extenuatis lethalem fere ſemper obſcruabis: nec aliquem me vidiſſe memini reſtitutum, nihilominus tamen contra extenuationem, acrem & malignam qualitatem, nos his vtimur auxiliis, quæ in illuſtratione febris hecticæ tabidis præpoſuimus, & quæ ſtuporem inducant, obtundant acrimoniam; vt ℞. ſyrupi papaueris ℥j. aquæ bugloſſæ ℥iij. philonis Romani ℈ß, ſiue *De narcoticis.*

G aquæ

aquæ lactucæ ʒiij. laudani opiati gut. iij. miſ. & cochlearia accipiat per uices. Solet etiã eſſe mirabilis auxilij in hoc caſu olei amigdalarum dulcium recentis ℥ij. in iuſculo pulli ptopinare: & in clyſtere ex iure auis oleo amig. & uiol. ſaccharo rubro, ʒj. philonij, perſici, inferiùs infundere; quod ſi illa non proſint, in hac deſperatione nobis uidetur ſecundum rationem ℥uj. lactis aſinæ recentis propinare, cum ſaccharo albiſſino; ſin minus, accipere lactis capræ lb. ij. aquæ ferratæ & plantaginis an. lb. ß. feruęant uſque ad plus dimidium abſumatut, ut ſola maneat lb. ß. & de hoc bis in die propinetur; nam & illud obtundit acrimoniam, reparat & inſtaurat, ſi fluxus uentris maximè complicatur; uentriculum etiam oportet roborare, ne ventriculi uirtus diſſoluatur; fomento priùs abſynthij, roſarum, cyperi ſquinanti: deinde ℞. olei abſynthij ℥j. eſſentiæ terebentinæ ʒj. olei Matthioli ʒß. miſ. aut ℞. balſami Alexandriæ ℥ß. pulu. coral. rubr. ʒß. olei maſticis & papaueris an. ʒjß. ne aliis non proficientibus auxiliis, dixit Zacutus *obſeru.* 20. cucurbitalam magnam ſuper ipſum ventriculum ſcarificare iuſſi, & febris & ſingultus ſedatur; hoc intellige in ſingultu à repletione, non inanitione.

De lacte aſinæ in hoc caſu.

De fluxu ventris in hoc caſu.

In hac etiam cauſa, ſi bilis præſumitur, quod fauetur impacta, ad vomitum decet etiam cogere ægrotantem, ſed ſolis lenientibus & tepidis, vt iuſculi pulli cum oleo amig. dulcium, bis aut ter, aut ſolo oleo viol. & papaueris: ſiue aquæ boraginis ℥vj. & granis ij. ſalis vitrioli; quòd ſi à pura acrimonia concitetur ſingultus ſeroſi humoris, aut aliter maligni, ſola narcotici, aut maximè lenientis auxilij qualitate obtunditur: vt his diebus vidimus, in Domino Canonico Magiſtrali, Dominico Guerrero, cui dedimus in pertinaci ſingultu, ſyrupi papaueris ℥j. aquæ lactucæ ʒiij. & hoc leuiſſimo auxilio delinitur ſingultus & in ſequenti nocte, olei amig. dulcium ʒijß. in ſolo iure auis, & in totum ſedatus eſt ſingultus, dum antea euacuationes præceſſiſſent per ſang. miſſionem, vbi in ſanguine quantitas ſeroſitatis viridis longè lateque excedebat aliam infecti ſanguinis quantitatem: hyrudinibus etiam venis hæmorrhoidalibus applicitis, ſanguine moderatè extracto: ſi à frigido ſucco in tunicis impacto, purgato corpore, hoc puluere vtatur in die ℞. ſeminis aneti ℥ß. Zedoariæ, ligno aloës, nucis muſcatæ, cariophill. pulu. diambræ, an. ʒj. & detur ℈ij. in vino odoro, aut in iure.

Obſeruatio in D. Canonico.

Si verò à flatuoſa materia concitetur ſingultus, maximè in pueris, corrupti lactis occaſione, detur cochleare de hoc mixto, ℞. philonij ℈ß. deagalangæ ℈j. vini odori ℥jß. vel ℞. theriacæ magnæ ʒß. puluetis dictami ℈j. laudani opiati gut. ij. aquæ ceraſorum ℥ij. & ſi aqua tylæ inuenitur, detur per vices cochleare, ſed ſemper actu calida. ſeu de ſyrupo noſtro. cuius titulus eſt pro pueris, de maceeuelo & per interualla cochlearia etiam propinentur; illa tamen eſt adhibenda cautio, vt priùs ſtomachi illuuies putrida vacuetur clyſteribus, aut ſyrupo Regio perſico, aut principis, ſaltem ad duo cochlearia, non ſemel tantùm, ſed bis: panem aliqui docti viti calentem adhuc ventriculo adaptare conſuluerunt, & ſane pro ſecreto: alius commendauit radicem zinziberis conditi comedere, & vini maluatici hauſtulum ſuperbibere. Sed quod quotidiana monſtrat experientia & faciliùs eſt, eſt intus cohibere anhelitum: nam fuliginum quæ cohibentur calor, flatuoſam materiam diſſipat & exoluit: cucubitula etiam ventriculo applicita in flatuoſa cauſa eſt auxilium incantamento ſimile, vt Galenus poſteritati etiam cõmendauit: obſeruationem etiã Raſis nolui prætetire de pillulis iliacis, ſic enim in ſingultu alloquitut: *Vt priùs pillula decem granorũ propinetur: & ſecunda ad tertiam diem: ex granis quindecim; & tertia ad ℈j. duobus diebus interpoſitis: ſub hoc enim ordine, inquit Rodoneus, ſuccis à ventre expurgatis breuiſſimè æger quaſi deploratus conualuit.*

Cautio obſeruanda.

ILLVSTRATIO VII.

Et ſexta in ordine ad phreniticam febrem, phrenitidiſque curationem propriam; illiuſque ſingularis obſeruatio.

HIs diebus, Octobris die 20. anni Domini 1637. febris de malignarum ſorte iuuenem apprehendit, vinoſum & intemperantem: nos vocant à tertia febris die: febris erat ſi acrior ad tactum, non calore intenſa, ſed implacido aliſmo parùm placida, oculis ſcintillantibus, & toruo vultu, vndique proſpiciebat æger: à ſanguinis miſſione ex talo curationem incœpimus (præcedente clyſtere) de potu cordiali auidè capiebat; erat enim ſupra febris intenſionem ſitis: ſecunda die, quæ erat morbi

4. ex talo, ſecundò ſanguinem mitti iuſſimus, ſed pari curſu currebant febris & accidentia (erat enim continua febris ex maſſa ſanguinaria malignè putreſcente, extraneato potiùs quàm adaucto calore, vbi malignitas ſuperabat putredinem) neque potionibus, nec clyſteribus pariter temperantibus, aliquid miteſcebat; quarta die incœpit delirium intendi, licet antea obſeruaretur obſcurior dementia, ſi non in verbis, in parum decora corporis motione, quibuſdam etiam actionibus à viri modeſtia alienis: quo nos vocat vrgentia vt ſanguis ex brachio mitteretur, non ſemel tantùm, ſed bis & ter; ac poſtea cucurbitalis ſcarificatis & ſiccis rem agere decreuimus (nullo enim auxilio malignitas tutiùs nec celeriùs à corde reuocatur, à cerebro reuellitur) nec potiones cordiales interim pro auxilio erant, quia auxilij virtutem ſuperabat malignitas: quo ad ſeptimam diem delirando peruenit, & fere videbatur confirmata phrenitis, non tantùm ex perenni delirio, ſed ex præſumptione confirmati caloris ex vino in cerebro inducti, malignitatis vehementiæ & continuæ febris: illud etiam erat nobis maximum argumentum, tale delirium à læſione vnius facultatis incœpiſſe, rectricis nempe, & iam omnes cerebri manſiones peruadere, quia delirium per omnes iam potentias vagabatur; nam ad ſummum iam prolapſa intemperies intemperantiùs omnes facultates ſollicitat, dum ſubſtantificum temperamentum cum qualitatiuo profundiùs euertit, & deliberans de hoc febris ſtatu, delirij vrgentia, ac de viribus omnium facultatum, præcipuè vitalis, hæc nos vrgebant omnia, vt ad carpi venas accederemus, & inde ad venam frontis aperiendam, vel Galeni conſilio, 13. *Meth.* & vt medendi prudentia & artis œconomia poſtulabat; ſed neſcio qui intellectus impulſus, quæ frequens medendi obſeruatio (non enim ſemper artis præcepta nos debent tali obſidione coërcere, vt magiſterij libertate orbati videamur, nam interdum ab arte recedere ars eſt, quando nempe prudentia & hic & nunc determinat) hæc nos impulit, vt illa indicatione poſtpoſita, fortè in meliorem occaſionem dilata, vt hirudines venis hæmorrhoidalibus imponi mandaremus: impoſitæ ſunt decem, tam felici ſucceſſu & euacuatione tam felici, vt prorsùs à febre & delirio, miraculi inſtar, liber prorsùs euaderet; nam neque febris veſtigium, neque veræ phrenitidis vlteriùs comparuit: quod certè auxilium morbum ſuperaſſe oſtentabat recuperata ſalus: ſicque fati immaturi vim effregiſſe.

De hirudinibus in ſumma deſperatione auxiliantibus.

Nolumus certe hanc curationem in theatri oſtentationem, nec vt mirabilem in medium producere; hoc enim eſſet tempore & otio abuti, ſed illud ſanè volumus ponderatum: interdum prauam & fœculentam colluuiem, quæ in meſaroei venis melancholicis maximè intemperatis, ebrioſis hominibus, & volupe deditis adſeruatur, in acutis morbis totam ad ſe vocare rationem vrgentiæ, aut illam conſeruare, vt affectus ab illa producti, aut conſeruati, omnem aliam ſuperare vrgentiam videantur; vt patet in hoc caſu & aliis ſimilibus vt nos antea in noſtra quæſt. *de ſang. miſſione ex talo* adnotauimus; eſt enim interdum talis conditionis malignitas & talis fraudulentiæ, aliquando & rerum complicatio, vt nec præceptis nec medicinæ principiis ſuperetur, nec adhuc ſapientis prudentia præceptis & principiis inſtructa; ideò aliquando & inſpiratus furor ſi credimus Platoni, omnia medicinæ præcepta ſuperauit.

Quare interdum meſaroei colluuies vrgentia foueat, & ad ſe curationem trahat.

Benè nouit hanc medendi neceſſitatem Carolus Piſo, vir certè in theorica doctus, in praxi haud ignobilis, nullæ ſectæ addictus, vt ipſe gloriatur; nam in capite *de complicatis febribus, cum doloribus ventris, paralyſi & epileptia, fol.* 364. poſtquam ponderatum reliquit; à ventris dolore colico, paralyſim ſubſequi & epileptiam, & à reuulſione longanonis, cauitatem comprimi inteſtini, adito intercluſo ad fœces educendas; *quæ ergo*, inquit, *ſecurior erit curatio* (nempe talium febrium & talium dolorum) *non vehementer timeas inquit excrementa ſuppreſſa, quæ interdum ſolent eſſe pauciſſima, quare incipias conſulo à ſanguine mittendo, ſed quæ vena hîc tundenda? hactenus equidem, communem & tritam ſequutus ſum. Medicorum ſententiam, inſinuante ita febre, baſilica brachij dextra, tundi iuſſa fore; ſed attentiùs re conſiderata fortè fructuoſiùs, malleoli vena tundi poſſet, mea quidem ſententia; nam præterquam quod hæc vena, aut etiam poplitis, æque viſcera inferiori aluo contenta reſpicit, atque vena brachij (Galeni animaduerſione) vena certè malleoli, ſiue poplitis, quæ iam diſſueuit per chirurgorum inertiam, reuulſionis à capite beneficium conferens, euidentiùs præſectione venæ brachij: qua ratione motus, in epileptia Galenus ſaphænam tundit; quamobrem vt concludam, niſi iam ſæpiuſculè, & ſatis copioſè, iubente ita febre prægreſſa, extractus fuerit ante ſanguis ſtatim in ipſo dolorum inſultu, ſecandam cenſeo ſaphænam ſed partitè eamque alterutrius cruris, vt monet tenſio eius hy-*

pocondrij in quo fomitem deliteſcere erit veroſimile. Hæc Piſo, ſed de hoc fandi occaſio dabitur oportunior, vtpote de rebus quæ altiori iudicio optant expendi, nam de rebus euidentibus agere, eſt in meridie lucem accendere; ideo hanc Piſonis ſententiam reſeruate ad Illuſtrationem quam dabimus, ad quæſtionem *de ſang. miſſione ex talo.*

Huius febris phreniticæ Illuſtratio amplius illuſtratur.

INter varias & diuerſas huius operis obſeruationes, nulla frequentiùs vidimus obuiare: quàm in acuto morbo vltra criticam diem iam progreſſo, ſiue in die decretoria, dum commouetur humor, ſeu quando morbi leuatio ſpetabatur, ſi tunc morbus intenditur, ſeu recens aliquod ſymptoma ſuperueniat, illud in deſperationem ſalutis aduenire: maximè dum ſine cauſa ſuperueniat, aut ſub infideli aliqua coctione, ſeu nullo præcedente pepaſmo: nec longiùs eſt inquirenda ratio quàm ex morbi & virium ſtatu: nam natura ex antecedente patientia delaſſata, ac ex euacuationibus attrita, à quouis inſolenti inſultu debellatur: vt nuper vidimus accidiſſe, in religioſiſſima Moniali obſeruantiſſimi cœnobij de las Duennas: quæ malignam tertianam ad 14. diem alacriter ferebat, abſque vllo tumoroſo ſymptomate: cùm en ſubitò incœpit inſolenti delitio concitari, ac ſub hac hæreſi mentis profundiùs deſipere, quo intra 24. horas animam tradidit creatori; erat enim iam in febris ſtatu, cùm naturam errantem & materiæ morbificæ malignitate perturbatam vidimus, biliosos humores praua metaſtaſi ad caput tranſtuliſſe.

Obſeruatio maximè attendenda.

Cùm ergo in ſimilem caſum Riberius incidiſſet, ſuo parùm culto idiomate dixit: licet antea febris ratione ſanguis detractus ſit, repetenda eſt venæ ſectio ſed quia vires à febre iam progreſſa debilitatæ ſunt, parcius ſanguis detrahendus eſt; ideo tum temporis vena cæphalica aperiatur, vel ſi id vires non ferant, ſaphæna in pede vtraque cuius venæ in talibus morbis apertio plurimum vtilitatis affert; neque minoris tamen eſt efficaciç, hæmorrhoidum apertio per hyrudines; &c. antequam ad iudicium huius ſententiæ veniamus, attendant acerrimi cenſores de noſtra ſanguinis miſſione ex talo: quod hic auctor exiſtimat ſaphænæ ſectionem minùs debilitare quàm ſectio ex brachio: & attendant ſecundò, exiſtimare, quòd illa tali ſectio, ſiue hæmorrhoidum apertio, æquè citò vrgentiæ ſuccurrere in phrenitide, ac cephalica vena, quæ longè minùs diſtat à loco patienti.

Riberij ſententia explicatur.

Cenſura huius ſententiæ.

Omitto tamen iſta, quæ pro noſtra ſententia videbantur pugnare: non enim illa, altiori fundamento radicata, huius indigent gratiâ beneficij, nam hic Riberius indicationes confundere videtur: quia ſi ob vrgētiam eſt tundenda cephalica, quomodo ſaphænam tundi iubes? cuius tardiùs videbatur auxilium, & ſi ſaphæna, vnde vrgentiam aduenire exiſtimas? quoniam hæc phrenitis. aut eſt ex inueteratione cauſæ iam inductæ ex continua euaporatione, aut illius, aut febris in cerebro inducta, quæ cùm apparet iam, eſt fere in habitu contracta, aut à recenti excurſu, ab errante & malignitate perturbata natura; in primo caſu ſalus eſt fere deſperata, quia vrgens neceſſitas, auxilij feras auxiliandi moras non expectat: in ſecundo parum diſtat ab hac ſuccurrendi vrgentia: quoniam aut cerebrum corrumpit, aut vires ita opprimit, vt æquale auxilium non ferant, ac ideò in vtroque caſu, non videtur æquè citò ſaphænæ ſectione poſſe auxiliari.

Vnica tantùm excuſatione poteſt frui Riberius, ſi febris aut phrenitis à meſaraici venis ortum ducat; ſeu ab hæmorrhoidibus, aut menſibus ſuppreſſis (vt nos antea vidimus in obſeruatione præcedenti) ſed priùs æqua lance libratis & affectus in cerebro inductus, ſecundùm illam, qua compellit vrgentiam, & perennitas cauſæ, dum aſcendit ad cerebrum: nam ſi maior eſt vrgentia à cauſæ aſcendentis vbertate, tunc potior nos vrget indicatio, à cauſa quæ adhuc eſt in motu, ſeu fluere parata, vt illa reuellatur, & à parte mandante deriuetur, & mixto artificio vacuetur; quæ nullo certè alio præcauetur, nec aliter vrgentiæ ſuccurritur, quàm cauſa fouente vacuata: per illis venas parti mandanti ſibi conſociales, vti ſunt venæ tali, cum ramo meſenterico & illiaco; nam hîc vrgentia attenditur non tantùm penes id quod eſt factum, ſed quod futurum, in fieri, præſumitur: quia ſi factum fienti & fluenti non conſeruaretur, facti deficeret vrgentia, maximè ſi in tempore reuellendo inſiſtimus; ſi verò iam factum eſt potioris vrgentiæ, vt totam ad ſe attentionem trahat (altero non neglecto) nulla eſt excuſatio fidelis & catholica, quin ille ſuccurratur, vtcunque methodus præuertatur; ſi verò adhuc fluit in prædicta hypotheſi, ſi ſanguis mitteretur ex brachio, errantem & perturbatam naturam à maligno incendio, & iam à turgentia tam maligni

Excuſatur Riberius.

Vrgentia penes quæ attendenda, interdum à meſaraicis venis.

humoris

humoris concitatam, hoc impio concurſu adiuuamus; ſi non datur occaſio, vt ligaturis alitet comptimentibus aſcenſus comprimatur;maximè quando confluens & receptum pari pugnãt vrgentia. Si verò conſenſus maiori ex parte iam quieſcit, & affectus inductus altas iecit radices,quod ex perennitate delirij præſumitur, ſi omnes maximè cerebri potentiæ conſentiunt in hac hæreſi mentis: tunc affectus iam inducti vrgentia partis mandantis iam ſuperat vrgentiam, & tunc neceſſariò eſt illi ſuccurrendum.& ſi hoc auxiliandi artiſicum poteſt aliquo termino præfiniri (quod inter difficilia gigantiſat, ob varia iudicia) illud nobis videtur, quòd primis tribus diebus vrgentiæ partis mandantis potiùs attendamus, & illis à delirio iam exactis ad vrgentiam iam inducti affectus.

Primis tribus diebus vrgentia eſt magis attendenda [illegible] poſtea ad oppreſſam.

Nec in eo quod præſumit, quòd ſectio ſaphænæ minùs debilitat, ratio redarguitur: ſeuera cautione adhibita in paritate ſanguinis vacuati, ſi paritas ſeruetur: nam ſanguine ex trunco cordi proximo euacuato ſecundùm rationem videtur, plus de ſpirituoſa cordis ſubſtantia ſecum ducere, quàm ex ramo longinquo, aut alio longè à corde diſſito: neque calentis aquæ reſolutio, qua vtimur in ſanguinis miſſione ex talo, eſt tam magni momenti, vt minima ſpirituoſæ ſubſtantiæ vacuatio,& ſi illud aliquando contingat potiùs videtur apponendum chirurgi imprudentiæ, in extrahendo ſanguine in maiori quantitate quàm par ſit, aut in eo quòd non æquè libratur illa ſanguinis quantitas in vaſculis ac in polui.

An ſectio ſaphenæ magis debilitet quã ex brachio.

Nunc aliqua circa phrenitidis auxilia placuit adnotare, illis maximè quibus graue peccatur: nam circa topica refrigerantia & maximè in pueris,illa ſit ſemper cautio, ne ſint valde intenſa, neque ſemper continuò applicita ſincipiti: nam cùm cerebrum ſit naturâ & temperie frigidum, & pars illa ſincipitis adhuc tenera facilè penetrabilis, facilius ad frigidiorem labitur intemperiem: præſertim ſi puer, ſenex, aut alba mulier, aut debilis admodum ſit æger, & licet tempus applicandi præfiniri non valeat, debet extendi: ſecundùm phrenitidis inueterationem ſeu ſecundum intentionem phreniticæ dementiæ, quæ ſolet vt plurimum ad ſex dies extendi, plus minuſúe: ſi non antea temperie & modo ſubſtantiæ euerſo, confirmata phrenitide fanaticè decipiat, à cuius natiuæ ſubſtantiæ priuatione ad habitum non datur regreſſus.

Cautiones in topicis & aliis auxiliis.

Ideò ſoleo commendare quòd ſemper inter medendum obſeruaui, vt venæ ſectio in fronte, aut in naribus, antequam phrenitis confirmatur, locum habeat: quoniam ante illius confirmationem, à cauſa intra venas fouentur, conſeruatur & ab illa dependet & fouetur; qua etiam ablata, vt plurimùm aut ſoluitur phrenitis, aut minuitur & æger reſipiſcit: in confirmata verò, maxime cerebro in modo ſubſtantiæ euerſo, adhuc detracta cauſa continente confirmata intemperies non cedit, quod iam altè impreſſa, & in habitum verſa: ideo tam raro fructum huius ſectionis conſequimur, quia imperatur, quando prodeſſe nequit.

Vena ſectio in fronte quando [illegible].

Si verò interna cerebri inflammatio ad cutim vergere videatur; aut ex inflammationis magnitudine illud accidit, quando ſerpendo partem occupat internam & externam: tunc eſt deſperata ſalus, ob gangrænæ periculum: aut materiam ad cutim vtiliter tranſponit veluti quadam criſi valida, & robuſta natura quæ in omnibus momentis fide caret, tunc à repellentibus oportet abſtinere, ne materia ad cerebrum repulſa, grauiori retrocedat periculo: poterunt tamen applicari panni in lacte madidi, ſeu violarum & maluarum decocto, & poſt dari caſus, vt tumor ſectione aperiatur, vt nos etiam vidimus.

Si ad externa vergit inflammatio ad agendum.

In principio etiam, maximè dum à febris feruore calida aſcendit vaporatio, poteſt illa in medio intercipi faſcia, aquâ roſatâ & in aceto madida ad collum conuoluta & ad teſtes impoſita, ob mirabilem conſenſum inter ſpiritualia & membra genitalia: ne tantùm quia ab illis impartitur virilitas in corpus vniuerſum, ſed vaſorum conſenſu ſeminalium.

Faſcia aquâ roſatâ ad collum imponatur & ad teſtes.

Narcotica etiam altiori iudicio vt expendas oportet, in modo & in tempore: hæc enim debent ad intentionis gradum demetiri, ad robur & imbecillitatem, incipiendo ſemper à leuioribus in tempore, dum vires ferre extremam frigiditatem valent: nam pene extinctus calor, & repente obruitur, & ad actum ſecundum medicamentum deducere non valet: ideò inter illa correctiſſima nos oportet ſeligere; inter quæ laudanum Paracelſi primas tenet, quod calidioribus & magis cordialibus correctum: & ad grana iiij. poterit propinari: diacodium album & ſomnum conciliat & acres fluxiones coërcet, & facilè paratur; ℞. ſeminis papaueris albi ℥j. contundatur, & cum aqua roſata diſſoluatur, cui adde ſacchari in aqua lactucæ diſſoluti ℥ij. & ante ſomnum quatuor cochlearia ſumantur.

De narcoticis conſideratio.

De laudano Paracelſi & diacodio albo.

In topicis eſt etiam ſua lex imponenda; nam dum ad cerebrum confluunt,

De topicis initio & poſtea ap plicandis

humor & exhalatio febris occaſione aut excutius. ſunt ex vſu frigidiora topica & repercutientia: nam repellendus eſt à capite humor quiſquis ille fuerit. dixit Galenus; ſi fluxio iam conſtitit & ſubſiſtit; & tantum fuligines aut remanent impreſſæ, aut impactæ, vt ab illis calida conſeruetur intemperies, tunc cum attemperatione aliqua reſolutio expetitur, illis maximè additis quæ poros non occludant, nec ſubſtantiam denſent, quod maximè conſequimur & lactis lotionibus & decocto violarum & camomeli; quo in ſtatu, hoc etiam ad fututas apponito, ℞. moſchi gran. 12. camphuræ grana 20. aquæ roſarum cum tinctura ſantal. rubrorum ante infuſorum ℥16. & per horas 20. continuetur ad tempus permutando: nam temperat, moderatè reſoluit & roborat: ſin minùs vtamur pullis columborum per medium diſſectis, aut pulmone arietis calente adhuc.

13. Meth. 21.

De cucurbitula ſuper ipſas ſuturas apponenda.

Quòd ſi nihil leuaminis his & illis auxiliis conſequimur, vltima conſulit deſperatio vt cucurbitula ſummo capiti ſuper ipſas ſuturas imponatur, & poſteà aquæ calidæ lotione (hac ablata) alia affigatur, & ſacrificetur, maximè quando rubor appareat, vt per illam expiret quod in ipſamet ſubſtantia cerebri & paniculorum continetur; hoc enim auxilio refert Zacutus (in quo nihil aliud præter veritatem deſideres) ſi deſperatum phreniticum curaſſe; & non illo fiderem, niſi, Mercurialis & Mercatus etiam, hoc nobile auxilium commendaſſet, & eſſet à ſumma deſperatione indicatum in deſperata phrenitide, ex deſperata etiam ſuppreſſione lochiorum à partu, in enixa, aliis celebratis auxiliis & non proficientibus 4. hyrudines internæ parti vteri, filo appenſas apponere mandauit Zacutus, ex quarum ſuctu larga ſequuta euacuatione ægram conualuiſſe teſtatur, vt nos etiam in noſtra obſeruatione vidimus ad experientia comprobatum: alius venis narium ſectis: alius cucurbitulâ occipiti affixâ, & alius cum acciperet ʒj. philonis perſici in ℥ij. aquæ plantag. non ſemel tantum, ſed bis & refrigerantibus & renutrientibus clyſteribus omnes à phrenitide deſperata conualuiſſe dixit. *Obſeru.* 13. 14. *&* 16.

De Med. principum hiſt. obſeruatione 5.

ILLVSTRATIO VIII.

Et ſeptima in ordine febrium noſtri Medici tribunalis ad febrem ſoporoſam, & omnes lethargi differentias, huiuſque veram curationem.

IN lethargica febre, quæ lucem vidit in noſtro Medico tribunali deficiebat aliqua particularis cauſæ ſingularis notitia: deficiebat etiam ſingularis medela, quæ ab vrgentia cuiuſque ſingularis libratur; cauſæ nempe affectus & ſymptomatis: ideò ne aliquid deficeret, illud etiam illuſtrare decreui; nam præter communes cauſas, à doctiſſimis viris prudenter obſeruatas, nos etiam aliam obſeruauimus, quæ licet raro accidat, aliquando contingit: nam lethargicum vidi, qui à communi cauſa deuiabat, cui per acceſſiones ibat febris, & lethargicus ſopor (non caro, non cataphora, longè enim ab illorum ſignis recedebat): ſemper cum febre lenta, à quo nec difficulter valde excitabatur, maximè ad capiendum cibum & erat cum ſopore leuis tremor, velut conuulſiuus quidam motus, breuibus interuallis non continuus, & in pulſu maximè magis erat conſpicuus, non tantùm conniuentibus, ſed madentibus oculis, corpus graue iacebat, cum corporis & mentis ſtupore, & oſcitationibus frequèter vexabatur; vocatus facilè reſpondebat, nec ſemper cum delirio. Lethargi huius cauſa, non mihi videbatur pituita, nec ex temperamento, nec ex intentione accidentium, ſed aut ſeroſus humor, ſaltem pituitoſus ſanguis, primò in toto corpore, exinde in caput deſpumante, & ex imbecillitate iam antea contracta, quem cerebri hydropem quis poſſet nominare, per propagationem, ſiue epigeneſim, aliunde ex venis ad caput materia compulſa, ſuperſtite tamen priori foco, vnde materia abſceſſit: non ex ſola materia, per alterationem qualitatis ſi non ebullitionem magis vaſis magnis conceptam & latentis inſtar ignis è viſceribus ad caput aſcendentem, nouo ibi feruore iam concepto: dum à venis deſpumat ad cerebri membranas & ſubſtantiam: vnde obſcurus tremor & leuius delirium ſub illa vmbra ſomni, & ſi praua metaſtaſis phlogoſim concitauit, in maxillis pallidum ruborem elicit; vnde decolor

Obſeruatio lethargici.

Accidentia, de ſolent lethargum comitari.

color tumor totius faciei,& concolor humori confluenti, & in parte ſuperi dorſi dolor, & in ceruice, ſi ligamenta etiam occupauerit & tendones; fauces etiam & gulam dolor occupat, à neruorum conſenſu, & ſi magis vergit in cerebri ſubſtantiam & illius circumdantes membranas, torporem mentis infert, imagines perturbat,phantaſiam & imaginationem labefactat, minuit aut abolet memoriam, dum aut rerum ſpecies elabi ſinit, aut illarum impreſſionem impedit, & ſi magis in neruorum principium vergit & partem poſteriorem cerebri corpus vniuerſum languido torpore afficit.aut obſcuris motibus palpitantibus brachia & manus compellit ſubſultare; licèt in morbo iam progreſſo ex imbecillitate tremoriferi motus concirentur; qui motus & in pulſu elucet forte, quòd arteriarum tunicæ à neruorum principio deduxerunt originem; ſi verum eſt quod Galeni nos docuit philoſophia, quæ paucis verbis hæc omnia confirmat, nempe à frigore ſegnities, & à calore immodicus motus.

13. Meth. 26.

Accidentia, quæ ſequuntur lethargum à ſeroſo humore.

Inde veternus incidit, humiditate cerebri ſubſtantiâ occupatâ: aliter irrigata primo nempe ſenſorio ligato, ſpiritibus exitu denegato, vnde omnes ferè otiantur potentiæ, ideo ſenſus & motus adeò impediri, vt niſi à valido obiecto excitentur; ſed ſub hac differentia, vt lethargus à ſeroſo humore excitetur faciliùs, ab illo quem inducit craſſa & viſcida pituita: nec ille fit vt plurimùm lethalis ſicut iſte; niſi ex alio principio adueniat periculum; nam tenuis materia faciliùs exoluitur; nec ita difficulter cedit naturæ aut artis magiſterio, quantumuis illa ſeroſa colluuies ebulliat, ſiue ſanguinis ſero miſceatur; ſed quod nobis extitit huius cauſæ maximum argumentum, fuit ſanguis in vaſculis detractus, cui vni ſanguinis inquinitatis portioni, vigeſima ſeri reſpondebat, & quod æger in pituitoſa temperie longè lateque calida temperamenta ſuperabat.

Quare frequentes oſcitationes in lethargo.

Frequentes oſcitationes, in illo obſeruauimus, vt dicebamus antea, vt ferè nulla quies, inter vnam & alteram daretur (vt etiam in alio qui in lethalem incidit apoplexiam) & dum cauſam inquiretem, illud nobis eſt viſum accidiſſe,dum ſubitò irrueret hæc ſeroſa illuuies,ſiue ſeroſi ſanguinis abundantia per propagationem, ſiue epigeneſim, in muſculum digaſtricum, qui oritur à maſtoide muſculo, maxillaque inſeritur, dum ad expulſionem inferentis moleſtiam & gliſcit & expanditur, quod patet in dilatante motu, & oris & maxillæ,conuulſorij motus veluti palpitantes, qui lethargo iam progreſſo incœperunt, in pulſu & in manibus;nos remur accidiſſe ex duplici principio, & neruorum imbecillitate iam contracta, ex morbi patientia, & ſeri ebullientis acrimonia, ſi non admixta bile dum cerebri membranas aut pungit, aut diſtendit, quia vellicatione contractionis & dilationis motus confusè alternantur, dum per epigeneſim neruorum principium afficitur.ſi cerebri membrana etiam vellicata, lege vicinitatis & conſortij.

Conuulſiui motus in pulſibus quare.

Quare ſopor inexcitabilis.

Attamen vnde ſopor ille inexcitabilis, non conſtat apud omnes; ad compreſſionem enim ventriculorum cerebri illum plerique detulerunt;ad cerebri ſubſtantiæ obſtructionem alij, nec immeritò, quia ſpiritus aſcendere,nec deſcendere patet, ex orbitate motus & ſenſationis etiam orbitate; ſed horum ſententia facillimè refellitur, ſolo apoplexiæ exemplo, cuius eſt proprium illa motus omnimoda priuatio & ſenſus, quo tantùm ſigno & à lethargo differt & aliis ſoporoſis affectibus; & in lethargo quantumuis videantur ſopiti,licet difficulter ſentiunt & mouentur; nam ab obiecto ſaltem vehementi excitantur; quo non videtur commeatus ſpiritibus omnino denegatus,ſed tantùm grauiter impeditus,& hoc ex duplici principio, & ex compreſſione in completa,aut comprimente cauſa,ſubſtantiam tamen cerebri irrigante, ſiue ſit inflammatio pituitoſi ſanguinis, ſeu diſtendens alia multitudo frigida aut permixta; quo ſpiritus ad motum tardiores redduntur, lege vicinitatis & conſortij huius cauſæ: ſiue omnino præpediti viatum libertate denegata;nam poſito obiecto & inſtrumento & facultate liberis,neceſſariò operatur facultas, ſi aliò non diſtrahitur anima; quæ eſt principium & motus & quietis; quare ſi hic concurrunt omnia naturalia & impeditur actio, reſtat aliquod eſſe inſtrumentorum vitium; ſeu in aliquo inſtrumento, aut facultate, aliquid quod illius actionem impediat; cùm ergo motus dilatationis & compreſſionis cerebri ab illius membranis perficiatur, erit neceſſariò impediens aut illarum imbecillitas aut anguſtia in ventriculis, in poris, aut ſubſtantia,quæ peruia neceſſariò debent eſſe vt fiat hinc inde ſpirituum tranſitus: hæc verò imbecillitas aut erit per eſſentiam omnino humectata ſubſtantia, aut per aggrauationem ex humoris accubitu alioue comprimento, ſeu quauis alia violentia, vt accidit & in capitis traumate, & in vtroque caſu,cerebrum ſeipſo grauius efficitur, vt illius

Quo apoplexia differat à lethargo.

Cauſa immediata lethargi.

membranæ libere dilatari, ſeu comprimi non valeat: qua ex eadem cauſa, impacta aut imbibita, cerebri ventriculi & poti ſingularem anguſtiam patiuntur; vt ſpiritus non valeant expandi, neque ventriculi cerebri dilatari: ſi non frigiditate etiam torpidi & immobiles ſpiritus redduntur; licet de hac cauſa nobis ſemper dubitare contingit, tantum nempe frigiditatem cerebrum obſidere, manente vita, vt inducere valeat torporem ſpiritibus: licet valeat illos denſare aliquantulum & ad motum reddere pigriores.

Cauſæ particulares lethargi.

Benè poterit huius aut illius cauſæ affluentia, ſeroſitatis nempe, pituitæ, aut ſanguinis, cerebri corpus aggrauare ac reddere ineptum ad motum conpreſſionis & dilatationis, & pororum diſtentionem impedire, ventriculoſque comprimere, aut obſtruere ad portionem ſuam, pro ſua cuiuſque vice, magis aut minùs, pro tenuitate aut craſſitie, exilitate, aut multitudine huius aut illius cauſæ, dum maximè morâ lentitudo contrahitur, aut craſſities, veluti in ſtagnante aqua, quo exitus ſpiritibus denegatur, à vaſis ad ventriculos à poris ad ſubſtantiam, ab illis ad ſenſoria, quod eſt illud impedimentum quod dicebamus antea, commeatibus omnino præpeditis, & viciſſim ex his ad ſinus refluentibus ipſiſmet ſpiritibus, quo vel omnino ſuffocantur, vel concreſcunt, vt in venarum interceptione accidere Hippocrates nos docuit, confirmauit Galenus, perſpiratione penitùs denegata, ideo à confirmato lethargo ad apoplexiam ferè ſemper eſt tranſitus.

Quare nunquam lethargus ad paralyſim vertetur.

Illud tamen mihi ſubit mirari, ſedulò obſeruanti, nunquam lethargum vidiſſe in paralyſim verſum, tantò magis quantò eſt cerebri ſubſtantia ſpinali medullæ magis conſocialis, non tantùm in ſubſtantia, ſed etiam iure vicinitatis, & quod ſemper accidat, cerebri membranis nimia humiditate madefactis & fere reſolutis; huius mirabilis cauſam cùm ſæpius perpenderem, illa mihi videtur, quòd lethargus adueniat cerebri membranis madefactis & humore prægnantibus, ac cerebri ventriculis potiùs compreſſis quàm obſtructis, verſus partem anteriorem, vbi magis patent ventriculi verſus meatus oris atque narium & œſophagi, & minùs verſus meatum ſpinalis medullæ; ideò ſi pars illa neruorum principio magis conſocialis, morâ, ſiue malignitate & acrimonia debilior reddatur, & acriter etiam vellicetur, potiùs motus tremuli accidunt, quàm aliqua paralyſis ſpecies; quia eſt tantùm mediocris compreſſio, humoris inhibitione comparata, & non vere obſtructio, velut in apoplexia, quæ vt plurimùm (quando non eſt fortis) finitur in paralyſim; quare in lethargo illud potiùs impedimentum dixeris, ne tranſeant ſpiritus quàm eſſentialem cauſam obſtruentem; nam illo tumore inæquali membranarum depoſito, & fortaſſe laxato, mox fluunt & refluunt ſpiritus, quo etiam & motus conuulſiui quieſcunt, quia ſomno excuſſo, & anima iam ſui iuris redditur, neque membranæ amplius irritantur, & facultas, ablato impediente, liberè operatur: cauſam delirij cum ſomno complicati conſultò attingere non placuit, vtpote quam ad ſatias in noſtro Medico tribunali ad limam & lineam redegimus.

Membranarum tumore laxato aut depoſito moderatur lethargus.

Veræ curationis Illuſtratio.

Quando ſanguis mittendus & quando non.

INſpiciatur ægri facies ad ſanguinem mittendum, & ſi valde turgidula videatur, & cum pallore albo, cautiſſimè mittatur: quoniam in hoc ſtatu calor extinctionis periculo laborat, & ſolent à ſanguinis miſſione infrigidari, vt non amplius recaleſcant, commodo illo defraudati à quo ſalus ſperabatur, & dum mittitur, inſpiciatur ſanguis & facies ægroti, & pulſus attentione exploretur, & ſi ſanguis defœdatus appareat, pulſus alacrior, viuidior & faciei color, audaciùs mittatur, eſt enim ideò melius de iterata ſanguinis miſſione ſperandum: dum maximè ſciſſura amplo fiat foramine, vt faciliùs portio ſanguinis fœculenti & craſſi extrahatur.

Non eſt in principio purgandũ.

In purgando, communi minorantium audaciæ non aſſentior, ſeu noſtræ, ſeu exteræ nationis ſint; nam purgare in principio ægrotantem duplici periculo exponimus, & quod febris noua ebullitione malignior reddatur, & motu & agitatione, cathartici fiat noua metaſtaſis ad partem debilem & quæ iam recipere incœpit, cuius facultas, ſeu iam effæta languet, aut prorſus ſub onere ſuccumbit, vt à ſe repellendo ſufficere non valeat: nam ſi eſt debile, catharticum commouet & non purgat, maximè vbi craſſi humores medicamenti tractioni non cedunt vt pat eſt in principio, nulla præcedente coctione, neque diſcretione: ſi validum hoc febris non permittit, neque recurſus timot, vbi tam magna cacochymiæ multitudo præſumitur, vt foucat venarum apparatum & cerebri repletionem arguat.

Trallianus & Orbaſius expenduntur.

Neque Trallianum tam incautum, & ſtupidum reor, vt in principio conſular (vt plerique exiſtimant) ℈j. ſcammonij cum duobus caſtorei in oximeli propinare;

re: hoc enim nulla ſuadet ratio nec vlla indicatio, nec methodus præſcribit: quia hic nec eſt coct. materia, neque turget, & ſi hoc conſuluit, morbo iam declinante, peracta coctione & ſub imperioſo naturæ magiſterio conſuluiſſe, tu vere & realiter intellige; vt celebrem etiam Oribaſium ex Rufo Epheſio & Græco Poſſidonio, quando nullum efficacius auxilium exiſtimat quàm ſcammonium cum caſtoreo mixtum; non eſt enim decorum nec honeſtum teſtimonia veteribus imponere contra illorum mentem, vt ad ſuam vitorum illuſtrium auctoritatem torqueant: non eſt enim periclitandum in auxilio, vbi vita magis periclitatur, quàm eluceat ſpes auxiliandi: nam Celſus, ſub hac conſideratione periclitari conſulit, & non ſub vltima & deſperata temeritate: nec aliud Quintus Serenus conſuluit, quando dixit, *Medici hec potiora putant, quàm dulci morte perire*: hoc eſt eligunt potiùs temeraria auxilia, quàm tutiora ſi illis hæc non valent præcaueri pericula; ſed temeraria non debent eſſe magis periculoſa, quàm qui medetur morbus. & quando in hac temeritate lethargici eſſet librata ſalus, non in ſcammonio libratur, nec alio ſi nili violento auxilio, ne dum non violento, ſed in aliis quibus breuiùs & tutiùs & illa cacochymiæ multitudo deponitur, & etiam à cerebro reuellitur & ſecundùm leges in tempore & loco deriuatur; maximè quando nullus ſanguinis miſſioni datur locus, & vltima neceſſitate compellimur; nam adhuc cum periculo tutius illa praua cacochymia ſanguinis miſſione vacuatur, ex talo aut ex brachio indicationibus æqua lance libratis, aut ſanguiſugis hemorrhoidalibus applicitis, fortaſſe repetitis, quoniam in capitis affectibus ſolent eſſe mirabilis auxilij, & ſcarificatis cucurbitulis, fractionibus, ligaturis, & omni diuerſionum genere; illud tamen conſilium violenti auxilij à præcitatis viris poterit in apoplexia forte locum habere, meliori fortuna, nam in illa non poterit eſſe potior deſperatio in auxilio quàm in morbo, vbi nulla non eſt rationalis temeritas: nos enim interdum in illa propinauimus ℈ß. ſalis vitrioli cum ℥ß. tincturæ nicotianæ, addito parùm mellis & felici ſucceſſu; nam ab ore cœpit defluere tantùm humiditatis & ſaliuæ, vt tandem ægrotus ad ſe rediret: quibus etiam ſecundùm artem erit addere theriacæ magnæ ℈j. & ſi nos vltima neceſſitas compellit (aliqualiter corpore vacuato) interdum ſanguinis miſſio ex fronte, aut cucurbitula occipiti affixa poterunt illam temeritatem ſupplere.

Quando periclitandum in auxilio ex veterum ſententia.

Sanguiſugæ in capitis affectibus ſunt mirabiles.

Apoplexiæ auxilium.

Finiatur diſcurſus quòd in declinatione & febris & lethargi poterunt leuiora propinari cathartica, ſeu pro neceſſitate, ſeu virium ſtatu; nam in principio nobis magis probatur Aretæi conſilium (quod in hoc ſtatu conſultiſſimum reor) nempe vt priùs Iniiciantur fortiora clyſteria & purgantia, vt reuellatur quod fluit & fluere paratum: poſteà verò vt in clyſteribus imponatur caſtoreum (nempe ʒj. in ipſo decocto aliis diſſolutum) quia inteſtinum in hoc veternoſo affectu eſt ad excretionem emortuum, & quia à proprietate ſomnum creditur excutere & arcere; ideò etiam naribus admouetur, cum aceto, & puluere tabaci diſſoluto: de hoc etiam lethargo plura ſelecta leges in noſtro Medico tribunali *lib. 3. obſeru. titulo de lethargo, folio 231.*

In declinatione poteſt propinari cathartica.

Aretæi auxilia probantur.

De virtute caſtorei in lethargo.

Nec ſine ſuſpitione parùm cautæ ſolertiæ prolatum iudico, cuiuſdam neoterici conſilium (ſiue ſit in lethargo, ſiue in apoplexia) quando dixit, interim medicamento purganti exhibito, antequam operari incipiat & dum etiam operatur, reuellentia omnium generum in vſum reuocanda ſunt, non ſolùm frictiones, ligaturæ anteà impoſitæ, ſed etiam cucurbitulæ, dorſo, ſcapulis, brachij, fœmoribus affixæ ſine ſcarificatione, & ſi ſanguinis miſſio ſufficiens celebrata ſit & cum ſcarificatione aliqua, ſi phlebotomia fuerit omiſſa &c. Quid ô vir docte intendis? hoc purganti cathartico? ſi reuellere & times ne iam commotus humor & cerebrum cum periculo ruat, contra artis principia & auctorum decreta purgationem imperas; & ſi reuellere ex arte iudices, quare operi laudabili obſiſtis omni reuulſionum genere? ſatius eſſet humorem non turbare, & ſecurioribus auxiliis pugnare, quàm motibus contrariis ægrum mille periculis exponere: ſi vacuare, quare frænum vacuanti auxilio imponis? nam hic pugnant vota cum votis, conſilia cum conſiliis: hoc enim conſilio purgare & non purgare intendis: ſunt enim aliqui viri, qui fræno magis quam calcaribus indigent, & alij è contra calcaribus quàm fræno.

Lubricum neoterici conſilium expenditur de purgatione.

In hoc libratur potiſſima auxiliandi ratio, vt lethargici & apoplectici à ſomno excitentur; quod interdum non valent adhuc validiſſima auxilia; ſed, vt vt ſit, peracta aliqua euacuatione caſtoreum ſæpe naribus admoueatur, cum tabaco de Sumonte, aceto acerrimo diſſolutum, cum puluere nigellæ, & per nares fumus excipiatur ex puluere ſuccini carbonibus impoſito, ſeu de verrucis quæ naſcuntur

Quomodo excitandi lethargici & apoplectici per auxilia etiam validiſſima.

in

in pedibus equorum, & tempora & nares cum ſuccini eſſentia illiniantur, valde enim penetrat, & ſeoſus & externos & internos acrioribus ſtimulis explorat, vt etiam balſamum roris-marini, quod apud noſtros dicitur *de romero*, & ſi inueniatur aqua apoplectica guttulæ inſtillentur ore adaperto: huius deſcriptionem inuenies in Quercetano, in Angelo Sala, ex quibus illam Riberius accepit in *Praxi Medica fol.* 17. ſi non inueniatur theriacæ magnæ veteris parùm diſſoluatur in aqua vitæ validiori, ſiue amacardinæ ℈j. caſtorei ℈jß. & ex omnibus ſæpe illiniatur palatum, vſque ad vapor ad cerebrum perueniat, ideo hæc & illa ſæpiùs repetere oportet. vt & vapor aceti in pyrite candenti, & per infundibulum receptus: nares etiam & caput hoc illiniantur lenimento: ℞. olei rutæ & ſchilæ. an. ℥ß. aceti ſquillitici ʒj. caſtorei ʒß, ſuccini ℈j. ſem. fœniculi, nucis muſcatæ an. ʒß. euphorbij gut. vj. piretri gut. iiij. eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. aquæ vitæ parum, & f. lenimentum.

De erthinis & sternutatoriis. Errhina & ſternutatoria, non ita ſecurè applicantur, nam per patens colatorium, à naribus ad cerebrum facilè penetrant, quo fuſa & liquata materia & cerebrum impletur per cerebri ſubſtantiam diffunditur, forte magis impingitur, niſi iam corpore vacuato, ideò etiam ſunt cauenda ſi ægrotus anteà paſſus ſit epilepſiam: illa enim erthinis facilè concitatur, & in omni alio cerebri apoſtemate, vt prudenter aduertit Auicenna; quare ſi illis eſt vtendum, maioris artis erit aliis euacuationibus peractis illis vti: quæ etiam de topicis volumus intellecta; ne plus attrahant quod calida & ſicca (reſoluentia enim talia debent eſſe) illa tamen debent concoqui in aceto, vt valeotiùs penetrent. & ſingulari analogia debent caput reſpicere, veluti eſt betonica, angelica, maiorana, lauendula, ros-marinum & ruta, & illarum decocto, ſpongiâ, caput vniuerſum. foueatur, nempe capite raſo. & poſtea ſtuppæ aquâ vitæ madidæ calidæ imponantur.

De veſicatoriis capiti imponendis. De veſicatoriis occipiti, aut capitis vertici applicandis, non ita facilè diſcernendum puto, quippe qui vidi, occipiti applicitum cauterium, accidens epilepticum concitare, & dum occipiti adaptatur, ſeu in vertice capitis, vel eſt intentio vt impacta materia tenuetur, ſiue vt reuellatur intus & extra in illa patua dimenſione, & io vtroque caſu ſi lethargus eſt apoſtema cerebri, vt Auicenna dixit (nempe ſirſen frigidum) plus periculi immioet ſphaceli, quàm reuulſionis commoditas lucretur; quantumuis ex irrigatione putridæ pituitæ concitetur: ſed talis eſt interdum deſperatio, vt nulla in regula ſecuritatem quæras idcò hoc etiam illud prudentiæ medentis commendamus: oam video adhuc claſſicos viros, ſicut oues alios inſequentes, qui ſine præiudicio, aliena inſequuntur, & qui ſequitur alios malè iter ingreſſos, non habet excuſationem, ſi à publica errauerit via: ideò tutiùs iudicamus, pro hac intentione hoc auxilium auribus & naribus inſtillare. ℞. olei nucis muſcatæ, aniſi, cinamomi, chimicè extractorum an. ʒß. roris-marini, cariophyllorum an. ℈ß, ambaris & cibeti an. gut. vj. olei de caſtoreo & Matthioli an. ʒj. & f. balſamum, quo etiam occipitis ſuturæ illiniantur, palatum & brachiorum pulſus. *Balſamum pro auribus & naribus.*

De cucurbitula occipiti ſcarificata Aretæi conſilium. Inter hæc tamen non eſt parui faciendum auxilium illud magnum, cui magis fidit Aretæus, quàm de omnibus aliis, cucurbitula nempe occipiti affixa & ſcarificata. ſin minus venas narium incindere & ſanguinem extrahere, nam hoc & illud incredibili certè efficacia ſolet cerebri plenitudinem deponere, maximè in cerebri apoſtemate, aut irrigatione, vbi calida præualent, dummodo non ſit in culpa ſola lenta & viſcida pituita: nam erit etiam & vtile auxilium in ſeroſa colluuie pituitoſi ſanguinis, ſi putrida adhuc feruet in venis; illa tamen ſit cautio, ne in extrema cerebri imbecillitate applicentur; ſolet enim in hoc ſtatu, mortem citatiorem reddere. Zacutus tamen cauterio in vertice capitis excitare, & aliis etiam circum circa, lethargicum à 30. diebus ſoporatum excitatum ſcribit *obſeru.* 17.

Hemorrhoides prouocare quando conueniat. Hæmorrhoides etiam prouocare in lethargo, ne tantùm aſſuetis, ſed in omnibus aliis, validiſſimum fore auxilium, omnis monſtrauit ætas & omnis obſeruatio ab Hippocratis tempore ad noſtram vſque ætatem: nam hoc auxilium adhuc in apoplexia (quæ per horas periculum expectat) commendauit Hippocrates in Coacis, ſi à melancholico ſucco, aut euacuatione ſuppreſſa oriatur, vt nos alibi diximus in quæſtione de ſanguinis miſſione ex talo, in huius ſententiæ confirmationem: quod etiam confirmat Aretæus, Oribaſius & alij illuſtriſſimi viri.

An vomitum prouocare in lethargo conueniat. Neque diſplicet interdum vomitum prouocare: nam præterquam quod partem mandantem vacuat, ventriculum nempe & meſenterium, etiam à capite reuellit & aliquando deriuat, vt ſi detur ſalis vitrioli ℈ß. aquæ nucum raphanis diſtillatæ ℥iiij. & illius defectu an. ℥vj.

aqua

aquæ boraginis tepidæ;nam hoc auxilium cerebri affectibus maximè per conſenſum ventriculi medetur, ſi Quercetano credimus, & Angelo Sala, in vitrioli auxiliis.

Circa topica capiti applicanda alia etiam duximus prænotanda; Galenus enim dixit, repellendus eſt a capite humor quiſquis ille fuerit, ſed non quicunque humor eſt capax huius repulſionis: quis vnquam vidit lentum, craſſum, & viſcidum humorem (ſi maximè frigiditate torpet) & tunicis impactum, ob inflammationis magnitudinem, aut alia de cauſa, repellentibus cedere? imò magis impingi adſtringenti qualitate repellentium, ipſa conuincit ratio: ſed quia in lethargo viſcidis ſunt calidi permixti, & inflammatione non omne eſt impactum, maximè in venis circumcirca; ideò nos remur Galenum, in omni cæphalico affectu, repulſionem conſuluiſſe;nam vbi ſoli præualent calidi, tenuis, & vrentes, Galeni ſententia currit vnanimi conſenſu; duo ex repellentibus vtilia conſequimur, & ne qui confluit humor in tanta quantitate cumuletur, vt non valeat poſteà ſuperari ab arte aut natura, ſeu vt roboretur cerebrum, vt reſiſtat incurſui confluentis humoris: ſi ergo iam confluxit & tam magna quantitate, vt cerebri facultatem ſuperet expellentem, duo neceſſariò requiruntur, & illius humoris præparatio, vt expellenti cedat, & facultatis robur, vt illam ſuperet reſiſtentiam humoris iam recepti;illa præparatio conſequitur, ſi craſſum tenuetur, viſcidum abſtergatur,& incindatur lentum,& concoquatur frigidum, attemperetur calidum: facultas roboratur & illis quæ vigorem facultatis adaugent, & illorum contrariis, quæ actum facultatis anteà decreuerunt: nempe ſi ſuccorum extitit multitudo, erit illius contrarium vacuatio, ſi humoris malignitas, bezuartica, ſi nota intemperies, manifeſtè contraria: facultatem roborant in eſſentia,quæ cerebrum ſingulari analogia reſpiciunt, vt betonica, angelica, ſaluia, maiorana, moſcus & ambra; quibus ex arte erit miſcere etiam bezuartica & in qualitate manifeſta contraria; non adſtringentia, nec extrema frigiditate repellentia: nam præterquam quod non penetrant, ſæpe actum facultatis deiiciunt, tantùm abeſt vt roborent: ſit exemplum huius philoſophicæ practicæ diſſertationis. ℞. foliorum camomeli p. j. violarum, roſarum, lauendulæ an. p. ß. ferueant aceto acerrimo ad medias & hoc decocto ſpongiâ excepto foueatur ſincipitis regio,& è veſtigio de hoc oxir-

13 Meth. 21.

An repellentibus & frigidis vtendum in lethargo.

Repellentiū quæ vtilitas ſit.

Duo neceſſaria vt humor à cerebro repellatur.

Exempli topici validi in lethargo.

rhodino imponatur. ℞. olei roſati completi ℥ij. camomeli ℥ß. aceti roſati ʒij. eſſentiæ croci, gut. ij. olei ſquilitici ʒß. pulu. ſantalorum, coriandri præparati, betonicæ, meliſſæ an. ℈ß. & f. oxirthodinum cum reſolutione, attemperatione, & penetratione; quibus addatur, ſi forte inuenitur, aquæ apoplecticæ ʒij. & hoc in cerebri irrigatione à pituita putrefacta conueniet: ſi verò inflammationis cerebri ſit aliqua ſuſpitio, tutiùs erit pullis columbinis aut gallinarum vti per medium diſſectis, puluere ſantalorum, camomeli, & croci inſperſis: in ſumma deſperatione dicit Zacutus nihil aliis auxiliis proficientibus, duo cauteria retro aures impoſui, ex quibus cùm ichores emanarent, æger conualuit; *cap. de lethargo in obſeru. fol.* 173.

Interim tamen illud monitum velim, vt obſeruatione & prudentia dignum, vt acrioribus clyſteribus & admixto caſtoreo, & glandibus ſolito grandioribus & tractioni etiam valentioribus vtamur: fortibus ligaturis & frictionibus, & omni excitantium genere, potiùs quam frequentibus ſanguinis detractionibus, quibus ſubitò & præter expectationem, facultates deficere frequenter obſeruauimus (maximè in progreſſu vltra ſeptimam diem) viuifico calore exoluto, in quo libratur frigidæ exolutionis auxilium in futurum;non ſi quo in alio affectu calor (vt validius naturæ inſtrumentum) eſt naturæ medicatricis ſuperius coadiuuans, in hoc caſu maximè obſeruatur. vbi natura ſuperatur, non tantùm ob lapſam intemperiem, à frigidiori ſucco, validiùs impreſſam malignitatem altiùs radicatam, ſed ob validam exolutionem & imbecillitatem ex pugna ante acta, & præſenti; dum idem met natiuus calor roborat ſpiritus & alios producit, & inſtaurat, malignitatem diſſipat, impedimenta tollit, vt validiùs operetur natura: nam detracta nimia ſanguinis quantitate, refrigeratur cerebrum, quo ſomnus profundior inducitur & ſub illo inexpugnabili, imbecillitate & ephidroſi moriuntur, quæ omnia (ſaltem noſtro iudicio) breuius & præſentaneo auxilio præuenies (ſi febris non eſt nimis intenſa.) ſi poculo ſelecti chocolatis hæ omnes actiones adiuuentur, maximè admixtis granis duobus ambaris griſij, & duobus caſtorei; cuius auxilij virtutes & facultates iu per otium leges in noſtro Medico tribunali *titulo de chocolate*.

Quod ſi videatur ſomnus inſuperabilis, nec vlli cedat auxilio (poſt ſcarificatam cucurbitulā in occipite & forte iam

Obſeruatio valde neceſſaria.

De demiſſione ſanguinis ſuſpenſa.

ſectis

Cucurbitula capitis ſummitati affigẽda & ſcarificanda.

ſectis venis narium) capitis ſummitati affiges cucurbitulam amplæ capacitatis, & ſi cutis eleuetur in tumorem, altas ſcarificationes infigere non dubites. & aliâ ignitâ cucurbitulâ iam ſanguinem attractum extrahere, dummodo iam in corpore nihil erret ſuperfluum, quod attrahere valeas, ſiue ex maligno corporis apparatu, aut plethorico: ſed illud tantùm vacuandum reſtet quod in cerebro ſupereſt inculcatum; nam hoc eſt etiam ab Hippocrate maximè commendatum, *in 6. Epid.* in celebri ſententia, quando dixit, reuellere, deriuare, renitentem cedere ſtatim; nempe dum vitæ inſtar periculum ſeu ne puſillus calor obruatur, ſeu ne tranſeat in ſphacelum cerebri; illa tamen cautione adhibita, ne loco lethargi, iam vigilandi incipiat impotentia, ex vltima facultatis animalis atonia: quoniam tunc, illud ex hoc auxilio & ex ſanguinis miſſione ex fronte obſeruauimus & aliis à ſanguine auxiliis vt puſilla facultas animalis penitùs fatis cedat, viuifico nectare defraudato. paucíſque qui ſupererant ſpiritibus exolutis, vt ægri ſuboriente ἐφιδρώσει aphoni & tremuli moriantur: ſub fatali aliarum facultatum conſenſu.

Cautio maximè neceſſaria.

Lib. 2. Acut. paſſionum c. 9.

Illud vltimò ex Aureliano placuit adnotare, nempe quòd omnia calida in topicis applicita, adhuc in declinatione, fore omnino ſuſpecta, ne feruorem iterum adaugeant, aut præexiſtentem foueant; hæc enim tantùm iudicat profutura, in caro & apoplexia & vbi abſque inflammatione cataphoricis concitatur affectus; ideò iudicat cauſtica omnino fugienda, & adhuc inter illa, illud mitius Aurelianus iudicat, ſi ex ſtercore capri, cum ſucco ſchillæ conficiatur, maximè vbi certò timetur apoplexia, non in vero lethargo.

Cauſtica fugienda Aurelianus iudicat in capite.

Aqua mirabilis ad lethargi reliquias conterẽdas.

Hæc tamen eſt mirabilis aqua ad lethargi reliquias conterendas in ſomni pertinacia, ſi in os lethargi infundatur, in caro & apoplexia, ac ſi balſamum dixeris, omni ſoporoſo affectui dicatum; ℞. theriacæ magnæ & mithridati an. ℥j. confect. alchermes ʒiij. caſtorei ʒj. ſucci rutæ, ſaxifragiæ, fœniculi an. ℥iiij. decocti pæoniæ & lauendulæ ℥iij. macerentur per diem & diſtillentur in balneo mariæ, & per interualla in os lethargici cochleare infundatur, & pro ſecreto poteſt propinari aquæ tyliæ ℥j. aquæ pæoniæ ℥ß. eſſentiæ vitrioli gut. ij. ſeu in conſerua floris roris-marini, gut. ij. huius eſſentiæ; quia putredinem coërcet, malignos diſſipat ſpiritus (magis in febre peſtilenti) & cerebri roborat facultatem, cum gut. iij. eſſentiæ nucis muſcatę: ſeu in ſyrupo de cortice citri & aqua meliſſæ diſſoluto.

Lenimentũ pro ſpina dorſi ad excitandum à ſomno & alia auxilia.

Si ſopor nullo valet artificio ſuperari, præter alia excitantia, ſpina dorſi hoc liniatur lenimento; ℞. olei de caſtoreo, de euphorbio, & de piperibus an. ʒij. olei coſtini ℥ß. ceræ parum, miſ. ſuccini fumus adhuc apoplecticos potentiſſimè excitat; ſin minus, hoc validiſſimo clyſtere vtatur ℞. radicis iridis recentis ℥ij. foliorum tabaci, enulæ, angelicæ, an. ℥ß. colocynthidis ʒij. ſaluiæ, rutæ, betonicæ, ſtecados an. p. j. baccharum lauri ℥ß. ſeminis fœniculi ʒij. agarici ℥ß. fiat decoctio in aqua & vino de quo accipe ℔. j. ſucci betæ ℥ij. benedictæ, hieræ, logodionis an. ℥ß. caſtorei, trociſcorum, alandahal an. ʒß. olei rutæ ℥ij. rhodomelis perſici ℥ij. ſalis gẽmæ ʒij. & f. clyſter; & in os infundatur de hac mixtura cochleare per vices. ℞. aquæ vitæ, tyliæ, ceraſorum an. ℥j. eſſentiæ aniſi, cinamomi an. gut. ij. caſtorei ℈ß. lapidis bezuar orientalis gut. iij. miſce vel coagali leporis ʒß. in aqua ceraſorum, aut pæoniæ: vel ℞. tincturę nicotianæ extractæ in aqua vitæ ℥ß. excipiatur melle & in os infundatur, nam potenter à capite educit omnem mucoſitatem; nares frequenter liniantur hoc linimento, ad vapores à cerebro attrahendos & diuertendos ℞. ſucci rutæ ℥ß. oximelis ſquilitici ʒij. caſtorei ʒß. radicis pyretri, nigellæ, tabaci an. ℈j. aceti fortis parum & penna illiniantur nares.

Clyſter fortiſſimè & validiſſimus.

Alia valida auxilia.

In vigilãdi impotentia & cerebri debilitate.

In ſumma imbecillitate facultatis animalis de hac potione cochleare ſumatur; ℞. eſſentiæ aniſi, cinamomi, an. gut. iij. eſſentiæ coralli gut. iiij. ſacchari diſſoluti in aqua roſata ℥ß. vini ſeu aquæ cinamomi ℥ij. in quibus diſſoluantur, & poteſt admiſceri in poculo ſelecti chocolatis; fricentur plantæ pedum oleo rutæ & de caſtoreo gut. vj. eſſentiæ ſulphuris, aut vitrioli & ſalis gemmæ ʒß.

Ad cerebri debilitatẽ poſteà inſtaurandã.

Sed quia ſolet cerebrum poſteà, ob imbecillitatem, non ſolitas edere actiones, imò in quacumque deficere, vt roboretur in declinatione, redintegratis viribus, has tabellas accipiat & iteratis vicibus; ſunt enim mirabiles ad cerebri & neruorum corroborationem & frigidam etiam intemperiem corrigendam, ideò & paralyſi proſunt; ℞. nucis muſcatæ ℥ß. rad. pyretri ʒj. fol. maioranæ, ſaluiæ, florum lauendulæ, anthos an. ʒß. ſeminis nigellæ ℈j. cinamomi ʒjß. cariophyllorum, galangæ an. ʒß. ſacchari in aqua ſaluiæ diſſoluti, quod ſat ſit & in fine adde eſſentiæ cinamomi & corallorum an. gut. iij. & f. tabellæ ad ʒj. & illæ quotidie ſumantur cum vino, aut aqua ſaluiæ; nam quæ roborant auxilia, aut alio modo

Auxilia debent habere analogiam.

do debent auxiliari, cognationem debent habere cum partibus, quibus auxilio parantur, ſeu vt ad illas auxilia deducant, ſeu vt ſingulari roborent analogia: ideò nucem myriſticam miſcemus caput auxiliantibus, & crocum ad thoracem, ſpicam nardi ad hepar, acorum ad ſplenem, zinziber ad iuncturas, artemiſiam ad vterum: eſt etiam vtero amica tacamaca: ſunt enim quædam eſſentiæ naturæque, quæ à tenebroſa adhuc nocte non emerſerunt.

Quæ varias partes reſpiciunt.

Interdum etiam eſt imperanda quies, nam ſæpiùs magis periclitatur ex importuno auxiliorum vſu, quæ delaſſata natura non valet ſuperare, & à morbo ſuperando diſtrahitur: ideò interdum quieſcere erit potiſſimum auxilium: dicebat enim Liuius, Imperatores & Medicos ſæpenumerò nihil agendo plurimùm proficere, illos de hoſtibus, hos de morbis inſignes victorias reportare: nam ſicut in politicis pleraque importunâ irritantur prudentiâ, ſic in morbis plerique importunis irritantur auxiliis; illa tamen vobis erit validior politica, ægrotos & aſſiſtentes inter ſpem & metum continere, ancipiti fortuna; ſub hac enim politica impoſtor quidam Græcis inſulæ Delphos validis rationibus ſuaſit, ſe Deum Eſculapium, ſub illa ſerpente deportare, quam brachio alligatam monſtrabat; ſciebat enim nihil æquè mortalium animos obſidere, quàm ſpem & metum, vtpote quæ duo, in hominum vita, tyrannidem obtinere, & hæc ambo lubricæ fortunæ rotæ aſſidere, continuò hanc voluere & reuoluere; ſic enim non tantùm ad famæ, quam ad diuitiarum culmen peruenisse.

Quando ab auxiliis ceſſandum.

Liuij dictum.

Politica cuiuſdam impoſtoris

Qui plura de hoc affectu deſiderat (ſi aliquid forte reſtat) legat per otium Galeni librum *de comate cap.* 3. *&* 4. *&* 3. *de locis* 5. 4. *de locis* 2. & phrenitidis comatoſi exemplum in muliere, quæ ex abortu in febrem ardentem incidit comatoſa, rurſus vigil. 3. *Epid. in* 3. *ſtatu & in Olerio Com.* 1. *in* 5. *coacarum text.* 3. vbi ob quatuor cauſas iudicat lethargum aduenire, ob dolorem vigore exoluto, & exolutione ſpirituum: à bile & pituita mixtis à ſanguinis copia obruente, & ab vltima exolutione viuiſici caloris, ſeu illud malignitas inducat, ſeu notum empyreuma, vſque ad *text.* 34. vbi etiam illud prudentia aduertit, quod à comate vigili ſi ab exolutione iam inducitur, mortem expectare par eſt; à ſomniculoſo & interciſo phrenitim, lethargum, ſiue typhomaniam, & à valde veternoſo & profundo apoplexiam, epileptiam, ſiue conuulſionem, vt *text.* 38. ideò Philiſta in 5. moritur à febre & veterno. 3. *Epid. ſect.* 2. *ægrot.* 4. ideò & Oceti vxor in ſeptimo deuixit, ex cataphora in phrenitidem verſa: 3. *Epid. ægroto* 11. Parius etiam obiit in 120. ex comate & febre. 3. *Epid. ſect.* 3. *ægrot.* 1.

Ob 4. cauſas lethargum aduenire indicauit Olerius.

Coma vigil, ſi ab exolutione mortale: au ter nos ab apoplexia minatur.

Hæ ſunt curationes febrium illuſtratæ, quæ deſiderabantur in noſtro Medico tribunali; quæ ſequuntur, ſunt illa quæ promiſimus ſelecta.

ILLVSTRATIO IX.

De tabe Gallica, & lue venerea, in habitu contracta.

DE prima 2. & 3. ſpecie morbi Gallici, diſertiſſimè ſcripſerunt Fernelius, Saxonia, Fallopius, & qui hodie hanc curationem exercent peritiſſimi: ſed de lue Gallica altiùs radicata, quæ ad tabem ægrotantes perducit, ſeu intus mercurij veneno derelicto, ſolida ſubſtantia liquata, ſeu prauâ luis qualitate depaſtâ, non ita feliciter duxerunt ad vmbilicum, quin plures pereant infeliciter, ideò actioribus ſtimulis noſtram compaſſionem explorarunt tales ægroti; vt ſi poſſumus (contrariis indicationibus æqua lance libratis) ad lineam & limam illam curationem perducamus: vidimus enim alios à pluribus mercurij vnctionibus vitæ infeliciſſimæ damnatos, talpariis & tophis repullulantibus, ac inſuperabili peruigilio peremptos, alios ad extremam atrophiam redactos; & ſi iterùm tantorum malorum auxilia implorant, iterùm abſque miſericordia eiſdem vnctionibus damnati; quo, loco auxilij, extremam deſperationem conſequuntur; nos enim ſemper exiſtimauimus mercurium numquam morbi Gallici fuiſſe alexipharmacum, & nihilominùs deploratis interdum medicamento fuiſſe, ſed illis tantùm qui illius violentiam ſubſtulerunt; inde etiam manifeſtè conuincitur, non eſſe pharmacum ſpecificum, Gallicis, quia quantò intus lento & tardo motu deliteſcit in corpore, tantò efficaciùs deberet contra illam prauam qualitatem operari, vt cætera alexipharmaca ſpecifica ſolent, ſed tantùm abeſt, vt vires ſuas exerat contra illam, vt luem efficaciorem reddat, corpus vniuerſum contabeſcat, vt venenum ad tempus: facultates debilitet, calorem natiuum alteret, & nectar viuificum conſumat, ac motus conuulſiuos & tremulos inducat, neruorum virtute penitùs exoluta; vt omnes ferè qui-

De mercurio, an ſit alexipharmacum Gallicæ luis.

bus non operatur, ſolitâ violentiâ potius, quàm virtute alexipharmaca in extremam deſperationem remittat, chyrurgorum nempe (non omnium) temeritate, quibus extrema temeritas ſalus eſt.

Suppoſitio huius caſus.

Detur ergo caſus, vt lues huius aut illius ægroti, altiùs inſeratur, deliteſcat profundiùs, ſeu ſola ægroti diſpoſitione, ſeu medela imperfectè adhibita, ſeu quòd à perennitate accidentium contabeſcat, ſeu tandem ab importuna, & fortè ſæpiùs repetita mercurij vnctione, cum nodis & talparis antiqua gonorrheâ vlceribus antiquis, quæ nulli curationi cedunt, & incomportabilibus doloribus, vt inde lues in habitu contracta arguatur; in hoc caſu, noſtra nos ſæpiùs docuit obſeruatio, quod vbi Gallica lues ſolidis partibus infixa hæret quod nec violentis vacuationibus cedit, nec medetur ſudoribus & importunis vnctionibus ad extremam maciem & deſperationem perducitur: medetur tamen per alia auxilia Gallicis ſpecifica, attamen prudentiùs adhibita.

Cautio huius curationis.

Qua in curatione illud primum tibi erit conſilium, à vino & adhuc ab illius odore abſtinere, contentus ſola aqua decocta, vt dicitur inferius, & ſecundò, conſidera quòd temperamentum ſubſtantificum & qualitatiuum iam extremè præuerſum, debet ad priſtinum ſtatum reduci lento & tardo motu, non tantùm à receſſu præternaturali huius temperamenti ſed à receſſu illius Gallicæ qualitatis & ab altiùs radicata impreſſione in his partibus ſolidis per Hippocratis regulam: *Quæ longo tempore extenuata ſunt corpora, longo reficere oportet, quæ autem breui, breuiter.*

Indicationes huius tabis.

Et quo doctrina duplex elicitur indicatio, alia à temperamento ſubſtantifico præuerſo, quia ex illius præuerſione determinatur anima ad malè operandum: & ab hac indicatur repoſitio ſubſtantiæ deperditæ alimentis contrariis elemento, præuertenti illud temperamentum: & alia ſumitur ab illa maligna & praua qualitate, quæ præuertit illud temperamentum, quatenus coniuncta cum hac aut illa, ex primis qualitatibus nempe, humiditate, ſiccitate, frigiditate, aut calore (licet communis doceat obſeruatio quòd ferè ſemper Gallica lues ad melancholicam vſtionem inclinet) ideò enim prima elicitur à ſubſtantifico temperamento euerſo, quia ab exceſſu euertitur partium elementorum illius temperamenti, prout ab illo determinatur forma mixta, ad productionem, ſeu febris vlceris, aut doloris, alteriuſue accidentis, quæ ex illa præuerſione reſultant:

Quare prima indicatio à temperamento euerſo elicitur.

vnde ſi ſiccitas emanat, qua pabulum conſumitur, repoſitio roridæ ſubſtantiæ indicatur deperditæ, ſeu alterius ſolidæ humidis alimentis, quorum renutritione fiat illa partium repoſitio, vt ad naturalem partium, elementarium, & debitam proportionem reducatur illud temperamentum ſubſtantificum; quo etiam conſequitur, temperamenti qualitatiui moderatio, ſi verum eſt, quod qualitatiuum temperamentum ex ſubſtantifico moderato reſultat, ex proportione nempe elementorum, quæ ad hanc moderationem concurrunt; ſed quia qualitatiuum temperamentum non tantùm conſtituitur ex primis qualitatibus, ſed ex ſecundis & tertiis, ideò non primæ tantum, ſed ſecundæ & tertiæ debent ad illam moderationem reduci, vt ad natiuum temperamentum corpus vniuerſum reducatur, ſeu pars illa quæ magis ex illa præuerſione laborat, prout petit iuſtitia huius aut illius temperamenti, ſiue officij communis aut actionis, quibus vita carere nequit.

Quæ vera philoſophia ſuppoſita, prima indicatio adimpletur, alimentis quæ deperditam ſubſtantiam reponant, & prauam, qualitatem ſpecifico auxilio & ſingulari contrarietate, à tota ſubſtantia hebetent, infringant, diſſipent & exoluant: qualia ſunt illa quæ alexipharmacis ſpecificis parantur, vt panis aqua chinæ aut ſarſæ præparatus parùm aniſi mixto; & carnes quæ illis concoquantur, additis hordeo, lactuca, cucurbita ſi calida præualet intemperies, ſeu melancolica vſtio: cui etiam prodeſt hordeatum, confectum aqua chinæ aut ſarſæ, vt conſerua roſarum boraginis cum ſarſæ aut chinæ puluere; vt etiam tamarindorum condito, cum ſaccharo in ipſa aqua chinæ diſſoluto: ſic enim ſanguis quo nutriuntur illi alteratur & temperiem mutat iam partibus inductam, & caro, quæ reponitur, non euadit illa labe infecta, quo paulatim in tempore temperamentum ſubſtantificum euerſum immutatur, & ad corporis gentilitium accedit, & pariter qualitatiuum ad natiuam temperiem reducitur; & ſi fieri poſſit in atrophia magna, vt aſina aut capra ruminet, inter ſua propria alimenta de ſarſæ ſtipitibus quantum conſequi poſſit, & potatur aqua, ſit etiam ſarſæ infuſionis lac horum animalium erit aptiſſimum huic intentioni; ſin minùs lac aut huius aut illius cum ſaccharo, puluere chinæ aut ſarſæ diſſoluto, tribuatur; & hæc oro vt ſint tibi exempla, ad inuentionem aliorum, quæ poſſunt ſimilem indicationem adimplere.

Auxilia ſpecifica, quibus illa indicatio adimpletur.

Lac capræ quomodo præparandum.

In duplici

in duplici linea operatur illa Gallica lue: nam illius actio determinatur à prædominio, illius apparatûs qui in Gallico corpus dominatur; quoniam dum deferuit calor, manet incineratio humoris melancholici aut ingyptio pituitoſi ſuc: ſi verò adhuc feruet, in vniuerſali melancholica maximè intemperie, empyrmatis impij remanent veſtigia mali, ideò in vtroque caſu, conſultiſſimum erit calidum medicamentum parare, in ipſo alimento, quod radicitus euellat illas orbi radices & vires interim conferet, aut reficiat: vt in hoc aut ſimili exemplo; ℞. ligni ſancti raſi ℥ß. chinæ ſcobræ ʒii. epitimi polipodij an. ʒi. foliorum ſenæ ʒiij. florum cordialium p. ß. & cum pullo integro coquantur, in ſufficienti aquæ quantitate, & alterius diebus ſum ℥iiij. & lenè purgabitur; vel ℞. ſeri caprini diſtillati (maxime vbi caloris manent veſtigia mali) ſeu benè depur. ℥vj. pulueris ſenæ ʒii. cinamomi & ... an. ℈ß. pulueris ſarſæ & chinæ an. infundantur per noctem & mane facta bullitione coletur: & ſi placeat in nodo infundere, nodulus exprimatur, & modico ſaccharo tepidum propinetur; per dies, nam & humor aduſtus vacuat & hepatis intemperies corrigitur.

Exemplum ſpecificum & alimentoſum.

Optima ſeri caprini præparatio.

Si quis mille modis fœdatus atrophia prauæ nutritionis cauſa ſit, etiam conſilium erit, aut ex ſaluatella aut à baa aliquid moderate extrahere, etiam Galeni & Ætij conſilio: nam venæ ſectio per accidens refrigerat & depraua ſanguificationi cauſam adimit: vt etiam ſanguiſugis hæmorrhoidalibus imps, vtpote quæ meſaroei ſentinam ſuprema auxilia deponunt: & ſi hepatis lienis obſtructiones adſint, vt ferè ſemper accidit, erit ſecundùm ratiunculam diuretica parare; vt ℞. 4. ſemi frigidorum ℥ß. radicis chinæ (quæ potenter obſtructiones aperit) ʒij. ſaccharoſati ℥j. rhabarbari, & rei an. ʒß. & ea pulli ventrem infarciantur, & coquatur ad carnis ſeparationem, & per tres accipiat iuris ℥vj. aut lento & modico exercitio, aut ſine illo; & potenti fructu & noſtra obſeruatione hui addere ſpiritus ſulphuris aut vitrio. ij. ad gratam aciditatem & penetrationem; Quercetanus ſic ſerum parauit. ℞. ſeri caprini lb. ij. ſucci pomoludcium recenter extracti ℥iij. nos aus pulueris chinæ ʒß. clarificetur albumine oui & addito ſaccharo accipi. & per 15. dies.

An ſanguinem mittere in hoc caſu conueniat.

Ad obſtructiones reſeranda.

Aqua communi potu, ſic parabitur, ℞ ſis chinæ in talleolis ℥ß. ligni ſancti & ſarſæ an. ʒj. cornu cerui ʒij. (nam vbi magno auxilio vires non ſuppetunt aqua communis validior paratur) aquæ fontis lb. vj. ſucci limonum ℥ij. coquantur ad tertias & coletur, & de hac bibat in prandio & cœna.

Aqua pro communi potui.

Et ſi inappetentia & ſummo faſtidio prematur, quæ ſuperiùs diximus cum pullo contuſo diſtillentur, de qua diſtillatione accipiat ad ℥iiij. & ſi ſudorem moderatè ferre poſſit, hoc poteſt prouocari decocto, ℞. ſarſæ ℥i. ligni ſancti ℥jß. chinæ ℥ß. infundantur in lb. vj. aquæ & poſt horas 24. adde accetoſæ, boraginis, cardus ſancti, ſcorſoneræ pentafili, an. p. j. ponantur in ventre pulli & prædicta aqua coquantur, ad lb. iij. de qua detur ℥vj. & ad 15. dies & moderatè & ſine moleſtia ſudor prouocetur: vel eius loco fiat hæc diſtillatio: ℞. carnes ſex pullorum, ſarſæ craſſo modo contuſæ ℥vj. chinæ in talleolas diuiſæ ℥ij. bulliant in decem libris aquæ ad medias, poſteà omnia contuſa cum prædicto iure diſtillentur in balneo tepido & non ad ſiccitatem, eſſentiæ ſcorſoneræ, aut cardus ſancti (ſi inueniatur) ʒij. de quo accipiat ℥iiij. & ſudor leuiter prouocetur; vel fiat infuſio (vt ſudor prouocetur validiùs) in aqua fumariæ, melliſſæ ſcorſoneræ an. ℥vj. ſucci limonum ℥iij. in vaſe optimè cooperto, ne virtus exhalet, & ad 20. dies ſudet; ſuccum limonis & citri addere facimus his omnibus, quia & ligni ſiccitatem & ſarſæ calorem mirabiliter & corrigit & temperat.

Sudorem etiā decet leuiter prouocare hic.

Succus limonii quare ligno ſancto & ſarſæ addatur.

Et vt ſedentur cordis anxietates & ſomnus prouocetur, de hoc condito accipiat cochleare hora ſomni; ℞. conſeruæ florum boraginis, ſcorſoneræ bugloſſæ an. ℥j. confect. hyacinthorum ʒ. iij. lapidis bezuar orientalis ℈ß. laudani opiati gut. vj. margaritarum præparatarum ℈i. & cum ſyrupo de acido citri fiat electuarium; ſi verò dolores maximè vrgere comperias: de hoc etiam cochleare accipiat, ℞. diacodij ʒß. laudani opiati gut. iiij ſyrup, papaueris ℥j. aquæ lactucæ ℥iij.

Ad cordis accidentia & pruriginem.

Ad dolores ſedandos.

Fernelius maximè commendat vt caro vitulina cum pullo integro, in decocto guyaci concoquatur, & vt circa finem coctionis addatur oxalis, borago, bugloſſa, pinpinella, & portulaca; *ſi quidem inquit, eorum expreſſum ius, bis in die ad ℥vj. exhibitum, vires potentiſſimè erigit, ſenſim inſtaurat & cauſam mitigat*: & inter vnam & alteram ſorbitionem parùm gallinæ aut perdicis aſſæ accipiat, & pro bellariis vuas paſſas & biſcoctum; ſic etiam illa emaciata corpora purgare docuit paula-

Fernelij paulatina purgatio.

l:m & ſemel in hebdomada; ℞. raſuræ guyaci interioris nigri quartas tres, corticum eiuſdem pulueriſati ℥ jß. infunde in ℔. vj. aquæ tepidæ, & inter coquendum adde radicum elenij polypodij, granarum iuniperi, rad. cichorij an. ℥j. paſſularum enucleatarum ℥j. ſeminis cardûs benedicti, radicum tunicæ tormentillæ an. ℥ß. pinpinellæ, ſcabioſæ an. p.j. miſ. & ſumat ℥vj. neque multùm valida medicamenta timeas, nam quæ membra hydrargirio iam fuerunt iuuncta duplò validiora ferunt medicamenta.

Valida medicamenta, hic tolerat affectus.

Et ſi adhuc ſocij Doctores inſtabunt, vt hac emaciatum corpus inungatur vnguento de mercurio, ſola in vltima deſperatione, & dolorum immanitate (dummodo ſit paritas in viribus, auxilij violentiæ) illud conſulo, vtpote in auxilio in quo aliqua reualeſcendi ſpes illucet: ſed ſub his conditionibus imperetur; & ſit prima ne mercurius ſit adulterinus ob cinabrij admixti violentiam; hic enim magis de veneno participat: & ſi illud probatur, in cochleari argenteo guttula imponatur, ſuper carbonem ignitum vt effumet, & ſi macula, quæ in argento relinquitur ſit alba, aut aërea, eſt probatæ electionis. ſi verò liuida eſt, aut nigra, illum adulterinum reputabis & venenoſum: ſecunda erit, vt in debilibus inungantur, tantùm volæ manus, carpi, & plantæ pedum, & crurum intermedia, deinde leuiter cooperiatur, vt ſine labore ſudet neque anxietate, & poteſt inungi, ad quinque aut ſex vices; hoc lenimento, quod eſt valde ſecurum & correctum; ℞. mercurij ſub illa probatione electi ℥ij. & cum ſaliua in mortario lapideo per horam agitetur; deinde adde pinguedinis porcinæ recentis non ſalitæ aquâ naphæ, aut roſarum ſæpè lotæ ℥viij. lentè miſceantur in mortario, deinde adde olei maſticis ℥jß. maſticis pulueriſati ℥j. olei ligni ſancti ʒj. olei ſcorpiorum mathioli ʒß. croci ℈jß. olei cariophyllorum ℈j. & in fine adde medullam duorum pomorum, ablatis ſeminibus & cortice, ac per horam omnia agitentur in mortario & ita fiet vnguentum valde pretioſum,

An in hoc caſu vnctio hydrargiry interdum imperanda & quibus conditionibus.

De probatione mercurij an adulterinus.

Debiles quomodo inungendi.

Correctiſſimum mercurij auxilium.

Si tamen tophi, ſcirrhoſi tumores, & talpariæ doloris perennitate maximè vrgent, vt peruigilio & dolore vita ſit in ancipiti, hoc etiam vnguento inungatur, quod etiam Fernelius commendat. ℞. ſinapi acero macerati per 20. horas, ac deinde contuſi ℥ij. radicum brioniæ crudæ ℥ij. radicum ſigilli beatæ mariæ crudi ℥vj axungiæ porci veteris ℥vj. caſſij veteris ℥j. croci ℥ß. aut eſſentiæ croci ʒß. & ad formam emplaſtri malaxentur, & ſcirrhoſis tumoribus applicetur; & dolentibus; & in particulari pro capitis tophis & talpariis tale fiat emplaſtrum. ℞. ſeminis ſinapi vt ſupra macerati ℥ij. piperis, pyretri, caryophyllorum an. ʒij. maceris ʒj. ellebori nigri, radicis iris florentini, hermodactylorum an. ʒi. ſeminis ſtaphiſagriæ ʒiß. malaxentur in oleo de euphorbio, & adde in fine terebentinæ quod ſat ſit, vt cohæreant omnia ad emplaſtri formam & extendatur portio in aluta, & ſuper nodoſos tumores imponatur capitis diuturnos: & leuetur quotidie emplaſtrum, & deſiccetur & hoc oleo inungatur, vt poſteà renouetur emplaſtrum; ℞. radicum acori, galangæ, calami aromatici, an. ʒiij. nucis muſcatæ caryophyllorum, cinamomi, pyretri, macis an. ʒß. foliorum ſiccorum lauendulæ, maioranæ, origani, ſaluiæ lauendulæ an. p. j. florum anthos, ſaluiæ, lauendulæ, ſambuci, an p. ß. olei communis veteris ℔.i. aquæ vitæ ℥x. ponantur in phiala vitrea & bulliant ſuper cineres calidos ad aquæ conſumptionem, deinde exprimatur oleum in torculari & ad vſum ſeruetur.

Pro talparia.

His auxiliis, inquit Fernelius, *vis quæ hectica putabatur, corpuſque macie confectum inſtauratur, & vires reficiuntur:* ſed addit, qui in tam calamitoſum corporis ſtatum, aut ſuâ negligentiâ aut medicorum inſcitiâ præcipitati ſunt, vix vnquam, niſi in annum integrum ita curatione reſtituuntur.

Fernelius de difficultate huius curationis.

Si verò vlcera praua & cacoëthe gis vrgeant, hac abluantur aqua, quæ licet facilè parabilis, diuina à Fernelio appellatur; ℞. ſublimitati optimi gran. ij. aquæ plantaginis ℥vj. decoque ſuper calidos cineres in phiala vitria ad dimidius & ablue bis in die; & hac etiam vtatur paſtâ regiâ, ante cibum & cœnam ℞. amig. dulcium, pinearum, ſtrouilorum. ℥ß. pulpæ dactylorum, paſſularum. ℥ß. gummi traganti, & arabici ʒß. chinæ pulueriſatæ ʒiß. amyli ℥ij. his teſtudinis & ranæ an. ℥i. carnis eorum ℥ß. 4. ſeminum frigidorum moſchi & ambræ an. grana vi. fructus chinæ macerentur in aqua roſata 4. & contundantur poſteà, & ad maſſam omnia redigantur, & fiant morſuli tabellæ, foliis auri coopertæ ad guſtum ægrotantis ſquallidi & ad ʒi. ſumatur decocto, quo vtitur communi; hic enim non tantùm extenuatis prodeſt à morbo phia Gallica, ſed in phtiſi & melancholia confirmata.

Ad vlcera Gallica diuturna.

Paſta regia pro extenuatis.

Ad impinguandum pro ſecreto qui tradiderunt, diſtillatio ſanguinis ... ci, ... uæ

Ad impinguandum extenuatos Gallicos.

quæ hoc modo conficitur, ℞. ſanguinis porci iuuenis recenter decollati ℔.ii. diſtillentur in vaſe vitreo, ſeu balneo mariæ: & de hac detur ℥ii. cum ſaccharo mane & ſerò: ſed ſuper omnia in his extenuatis à ſucco melancholico maximè, prodeſſe ſolet balneum dulcis aquæ (Galeni etiam teſtimonio 3. *de locis* 7.) ſed in illa antea decoquatur ligni ſancti ſarſæ, & chinæ an. ℥ii. & poſteà à balnei egreſſu accipiat lactis recenter mulcti capræ, aut aſinæ ℥vi. pulu. chinæ, aut ſarſę ʒß. & per 20. dies imperetur.

Balneum dulcis aquæ, pro extenuatis à melancholia, & à balneo lac accipiat.

Quòd ſi gonorrhęa antiqua complicetur, vel in pudendo vlcera difficilia, ad vlcera vtatur aqua Fernelii diuina, & ſola penna intincta illiniantur vlcera, ſemel aut bis in die, & in vtroque ſexu facta priùs lotione ex decocto guaiaci, roſarum & radicum plantaginis; & pro gonorrhęa hoc electuario vtatur. ℞. pulueris ſarſę, ligni ſancti an. ʒß. ſacchari roſati ℥i. pulpę caſſię fiſtulę ʒii. pulueris boli armeni orientalis & ſucci liquiritię condenſati an. ℈i. & cum ſyrup. de acido citri, fiat conditum, de quo accipiat ʒi. ante prandium & cœnam; vel ℞. pulu. eboris ʒii. traganthi ʒiiii. ſacchari candi ℥ß. & f. tabellę & cum ʒi. cum aqua traganthi; vel ℞. therebentinę ſępe lotę aquâ maluarum ℥i. olei amig. dulcium ſine igne extracti & ſyrup. portulacæ an. ℥ß. & de hac mixtura cochleare accipiat, cum aqua maluarum diſtillata; nam abſtergit, lenit, & aluum mouet; vel ℞. ſeminis papaueris albi, melonis, cucurbitæ, cucumeris, & ſeminis ſumachi an. ʒj. ſacchari candi ℥iß. ſeminis maluarum, trochis alchecengi, an. ʒß. ſyrup. violarum & papaueris ſatis vt fiant rabellæ ad ʒi. & vna accipiatur cum aqua portulacæ: & interim fiat iniectio in penem, ℞. ſeri caprini depurati ℥ij. therebentinæ vitello oui diſſolutæ ʒi. ſacchari candi ʒiß. trochis alcechengi ʒß. hæc eadem iniectio poteſt fieri in aqua maluarum cocta, in aqua portulacæ, aut hordei ad crepaturam cocti.

Pro gonorrhæa.

Iniectio in penem.

Si verò nodoſi & ſcirrhoſi tumores & atheromata in tibia aut brachio aut capite ad ſe curationem vocant, hoc emplaſtro ſecuriùs diſcutiuntur, tenuantur, & reſoluuntur; ℞. amig. amararum contuſarum ℥ii. gummi ammoniaci clari & farinæ fabarum an. ℥i. ſalis gemmæ ʒß. oximelis, ſquilitici ℥ii. ſalis vitrioli & mercurii dulcis an. ℈ß. decocti cardùs ſancti & ſarſæ. ℥viij. bulliant ad conſiſtentiam cataplaſmatis & addatur theriacæ diatheſſeron ℥j. olei de ligno ſancto ʒij. & applicetur tumoribus, nam duritiē breui reſoluit, ſed antequam imponatur, fricetur pars, decocto nicotianæ & ligni ſancti, cui addatur aquæ vitæ ℥j & continuetur ad 20. dies neque nobis cauſtica neque cauteria probantur, nam ſi aperiantur atheromata, vlcus cacoëthe relinquitur, quòd difficilliorem reddit curationem,

Pro nodoſis & ſcirrhoſis tumoribus.

Si tandem hæmorrhoides. vlcerentur, ex Gallico affectu inueterato. & verrucæ circa ani regionem, aut cæteris in locis vt pudendi progerminent & dolore afficiant, priùs verrucarum radices hoc leuiori cauſtico bis in die cum penna illiniantur: ℞. olei vitrioli ʒi. rhodomelis ʒij. & poſteà ſuper vlcera hæmorrhoidarum & verrucarum derelicta de hoc vnguento imponatur, quoniam abſtergit, mundificat, malignitatem corrigit. & prohibet gangrænam; ℞. olei de vitellis ouorum ℥ß. olei roſati ℥iiij. agitentur in mortario plumbeo, & poſteà miſceatur ceruſſæ ℥j. lithargyrij ℥ß. vitrioli albi grana viij. mercurij dulcis grana vj. laudani opiati g ana viij. & trahantur in mortario ad corpus lenimenti, & ſi placet adde ciræ citrinæ parum & erit tibi vt nobis felix experientia in tabe Gallica deſperata, cui nulla alia profuerunt auxilia, neque argenti viui vnctiones. vni cum tantùm reſtat præſidium, ſi in vtroque emunctorio inguinum duo aperiantur fonticuli, & diu conſeruentur manantes: hoc enim eſt naturam imitari, quæ interdum Gallicas affectiones ad emunctoria deponit, & per illis etiam expurgatur; ad imitationem illorum quibus ſuppreſſa vacuatio prouocatur, hoc etiam refert Zacutus quadam in hiſtoria de illo, cui ſponte duo aperti ſunt fonticuli in inguine & illa euacuatione ſeruatus eſt à Gallico iam longè deſperato, *obſeru.* 105. *Hiſt. med. principum.*

Pro hæmorrhoidibus vlceratis.

Nec defuerunt qui Gallicā tabem decocto ligni Indici & chinæ ſudore modicè prouocato, ſe illam perſanaſſe teſtentur, vti Thomas à Vega t. *de diff. feb.* 8. *Zacut. obſeru.* 78.

Et pro veneno foras extrahendo ab vnctione argenti viui intus derelicto, nullum eſt aptius amuletum. quàm pillulæ ex foliis auri, ſeu ab illius limatura confectis & partes inunctæ auri vnguento ſunt fricandæ. & hoc per plures dies; miſcentur enim auri folia tragacanto triplicata & ſiccati adhærent glutinis inſtar: folia auri etiam debent in iure aut vino propinari, ſeu alio appropriato liquore: nam mercurius à foliis auri natiua familiaritate attrahitur ad extra: hæc eſt Zacuti etiam ſententia *obſeru.* 136.

An lues Gallica in totius ſubſtantiæ proprietate conſiſtat?

ET SECVNDO LOCO,

Locus ex I. ad Glauconem 14. expenditur.

EPISTOLA

Clariſſimi viri, Doctoris diſertiſſimi Mechaëlis del Villar, in nobiliſſima Valentina Vniuerſitate Medicinæ primarij Profeſſoris, iubilati; Doctori Gaſpari Calderæ de Heredia, &c.

IN tanta doctrinæ vbertate (nobiliſſime vir) ac tam admirabili ſententiarum pondere; vt aliquid vtile ediſcam, dum plurima aggredior, omnia miror; multa percurro, & nullibi quieſco, vereque inopem me copia fecit; dum in nuper animaduerſam, de morbi Gallici naturâ difficultatem vidi: hîc ſiſto pedem, nam doceri cupio, ac nodos (te duce) ſoluere, quibus iam pridem irretior, ergo morbi Gallici eſſentiam, in indicibilis qualitatis energia conſtitutam video, *quæſtione vnica de ſang. miſſione litera f.S. vltimo*, quod incipit. *Non ob aliam* &c. non miror certè ſententiam tuam, in qua ex Neotericis pleroſque fautores habes, in quam etiam arripitur bona noſtratum pars; nobis tamen frequenter in literariis certaminibus obnixè reclamantibus. Rem paucis conſtringam, modo vnico in medium prolato, reliqua quæſtionis huius farragine reſciſſâ; ago diſcipulum, doceri cupio, age Doctorem, rogari patere, nec te docere tædeat, quem proſequi placuit animo beneuolo.

An morbi Gallici eſſentia in veneno conſiſtat.

Si morbi Gallici natura, in totius ſubſtantiæ proprietate, hoc eſt, in indicibilis (vt ais) qualitatis energia conſiſteret, ſequeretur morbum Gallicum neceſſariò fore venenum, toto genere deleterium: quod eſſet abſurdum & conceſſu indignum; igitur neutiquam tenendum id, vnde ſequitur ſequelam probo; 1. *ex Galeno 6. Epid. ſect. 6. Comm. 5. aſſerente proprietates à tota ſubſtantia progenitas, noſtris corporibus congruentes, aut alienas quatuor materiis contineri. aut enim purgatoriæ medicinæ ſunt, aut alimenta, aut ad hæc tertiò, ea quæ Hippocrates malefica nominauit, aut quartò ipſorum remedia* (verba ſunt Galeni) cùm igitur morbus Gallicus, non ſit alimentum, nec medicamentum purgans, nec venenorum antidotum, ſupereſt neceſſariò fore venenum à tota ſubſtantia; ſeu toto genere deleterium; quod an concedi liceat, eruditus quiſque viderit, cùm morbus Gallicus lethalis non ſit.

Galeni ſententia de proprietatibus occultis.

Idem ratio ipſa confirmat, deſumpta ex frequenti Galeni dogmate, in libris *de ſimpl. med. facult. Quidquid enim naturæ humanæ à tota ſubſtantia contrarium & inimicum eſt, idem etiam venenum dicitur, aut toto genere deleterium, nec enim aliam ob cauſam ſaliua & fel venenatorum animalium, hydrargyrium, fungorum nonnulli, venena toto genere deleteria ſtatuuntur, niſi propter contrariam & corruptiuam à tota energia humani corporis vim*; Contraria igitur corpori à tota energiæ luis Gallicæ natura, cur toto genere corporis humani deleteria non erit? Amplius; *quidquid humanum corpus ob occultam energiam reſpicit, aut reſpicit per ſympathiam, vel per antipathiam, ſi per ſympathiam, neceſſariò erit familiare vt alimentum v. g. ſi per antipathiam venenum erit, quia diſſimile & toto genere contrarium*; num igitur occultam morbi Gallici energiam ſympathiam vel antipathiam eſſe dicemus? quod ſi aliquid per ſympathiam ſimul & antipathiam corpus reſpicere cõtendamus, an vtramque in corpus morbum Gallicum exercere dicemus vt ſimul iuuet & occidat? neutiquam ſane; ergo iam occultam morbi Gallici in corpus energiam cum corruptiua diſſimiliſque ſit, venenum hominis toto genere deleterium neceſſariò fore reſtat, hoc igitur ne concedere cogamur, eius naturam, ab occultarum & totius

Venenorũ exempla.

Sympathia & antipathia quomodo operentur.

tiùs energiæ qualitatum claſſe excludere præſtat; aliter, frequenti & conſtanti quotidianæ experientiæ fides eſſet oculis conniuentibus abneganda, cùm millibus è multis hominum ſordida hac labe contumaciter infectorum vix aliquem è vita eripi morbi huius tædio comperiamus.

An lues Gallica impropriè venenum ſit.

Coëgit huius rationis vis, ex neotericis aliquos Doctores, in certamine conſtitutos, vt luem Gallicam improprium quoddam venenum eſſe reſponderent, aduerſus quos ſic aliquando efficaciter agere conſuluimus, ratione iſta quàm certiſſima logicæ principia demonſtrant; nam quidquid aliquam rationem genericam, verè & propriè participat, id propria etiam & vera illius generis cenſetur ſpecies; ergo, ſi morbus Gallicus propriè participat, aut contrahit rationem illam genericam agendi in corpus à tota ſubſtantia, neceſſariò etiam conſtituere debet propriam aliquam ſpeciem agentium, à tota energia non aliam; per vos niſi venenum, ergo illicò proprium & veriſſimum corporis humani venenum & toto genere deleterium fore, cenſendum eſt.

An lues Gallica veteribus ignota.

Sed iam obmurmurantem aliquem audire videor & tacitè reſpondentem Galeni textui, argumentum ex eo deſumptum ſolum concludere quoad illas totius energiæ proprietates, quæ Galeno ipſi, ſuique ſæculi Doctoribus innotuêre, non verò quoad morbum Gallicum, quẽ poſteriora tantùm ſæcula detexêrunt, illius antea natura ac idea à Galeno priſciſque reliquis prorſus ignorata; ſed demus modò (nec enim vt opinor concedi licet) quòd lues Gallica Galenum priſcoſque reliquos latuerit; nihil inde minùs probabit auctoritas: Galenus enim nec illis verbis, nec eo loco (*6. Epid. ſect. 6. cap.* 5.) peculiares omnes venenorum ſpecies recenſere aggreditur; potiùs enim ſumma tantùm capita, ſeu genera in medium proponere contendit, ſub quibus venenorum omnes ſpecies contineantur, tùm notæ tùmque poſſibiles & ignotæ dummodo occultæ energiæ vim aliquam familiarem aut inimicam habeant: ergo corpus humanum exercere poſſunt, vnde ſub illa generali rerum occultarum erga corpus energiam habentium diuiſione, res etiam poſſibiles & ignotas contineri oportet; vtpote ad aliquod ex quatuor enumeratis generibus referendas, eo quòd occultam energiam erga humanum corpus habere dicantur;

Duæ venenorum differentiæ.

vel rogo, cùm Galenus in libro *ſimpl.* diuiſerit venena in ea, quæ toto genere aut quantitate interimunt, & hæc quædam à medicamentis, quædam ab animalibus deſumi teneat, & rursùs cùm antidota vi alexiteria & alexipharmaca partiatur, quorum alia alterando, alia verò euacuando prodeſſe dixit;

Alexipharmaca quomodo operentur.

ſi fortè modo aliquod apparuerit aut venenum, aut antidotum, qualia apparuêre inter noui Orbis Galeno ignota, mirabilia multa, num ideò tale venenum, vel antidotum, extra ſtatutam omnium diuiſionem vagari dicemus? ipſa reclamante experientia, quæ peculiaria omnia noua venena, vel antidota, ad ſtatuta per Galenum ſumma genera pertinere demonſtrat? ſed quid opus eſt, Galeno duce certare? cùm ſupra propoſita ratio ex rerum omnium erga corpus ſympathia vel antipathia, Galeno ipſo tacente, concludat rem omnem occultæ energiæ contrarietate in corpus operantem, vel ſub venenorum claſſe verè & propriè comprehendi: aut ab occultæ energiæ rebus reiiciendam fore; vel igitur deneganda venit morbo Gallico occultæ energiæ in corpus humanum vis: vel hæc verè & neceſſariò cum occulta & corruptiua ſit, verè & propriè venenata lethalis & toto genere humani corporis deleteria conceditur.

Nec deeſſe reor rationem aut euaſionem aliquam, quæ huius argumenti vim illudere apparenti quadam ratione videatur; ſed tibi peritiſſimo & ingenij acumine acerrimo, proponendam demitto, vt qua poſſim ego dexteritate, ſi propoſueris, diſſoluere tentem: nec procedo modo ad plura alia, quæ ad quæſtionem facere poſſunt, quàm diffuſa ſatis oratione exaratam ſeruo: animus non eſt quæſtionem ex integro exagitandi, ſed hunc tantùm Galeni locum, illatamque ex eo rationem perpendere; ſed de his ſatis.

Locus ex I. ad Glauconem cap. 14. expenditur.

NOn minùs offendiculum inueni in explicatione loci Galeni, qui legitur *lib.* I. *ad Glauc. cap.* 14. à te propoſita, *pag.* 196. *lin.* 6. cuius hæc ſunt verba: *ſed neque ſi fuerit febris cum profluuio ventris &c.* exiſtimas igitur cum Altimario Galenum hoc loco de critico fluxu ventris eſſe accipiendum: quæ tamen interpretatio conſtare non poteſt, imò ipſius Galeni menti illiuſque inſtituto (ni fallor) apertè repugnat; *Agit enim eo loci Galenus de accidentibus, ſeu ſymptomatibus, quæ in febrium putridarum curatione occurrere poſſunt, & omni euacuationi tentandæ, iuxta legitimæ curationis methodum impedimento*

De quibus Galenus agat in hoc loco.

eſſe poſſunt: ſunt autem illa, cruditas, cardialgia, vomitus, diarrhæa, conuulſio, vigilia, dolor, animi deliquium &c. quæ omnia verè proponuntur à Galeno, tamquam ſymptomata ſanguinis miſſionem impedientia: cùm igitur inter illa ventris fluxum proponat ſub eodem inſtituto, eodem ſeruato dicendi ordine, & eadem doctrinæ ſerie ſtante, quomodo dicere licebit, inter cætera ſymptomata ac præternaturales prauoſque affectus, ſang. miſſionem (alioquin neceſſariam) inhibentes, vnum alui fluxum laudabilem, criticum, vtilem, comprehenſum, & interpoſitam fuiſſe à Galeno, contrarium inſtituente, ac pro remedio & naturæ vincentis ſigno ab ipſo reputari hoc vnum & prauum, ſicut cætera ſymptomata, curationem perturbantia.

Deinde Galenus, vlterius procedens adiungit, *Eos qui aliâ euacuationẽ per ſang. miſſ. aut purgationem mouere tentarunt, in grauiora pericula incidiſſe:* ergo omnia praua cenſentur, & illa accidentia quæ indiſcriminatim refert, graue periculum inducebant, cuius comparatione grauiora eſſe poſſunt ſuperuenientia euacuationi pericula; præterea cùm critica omnis vacuatio in ſtatu euenire debeat & apparentibus perfectis coctionis ſignis, quo tempore à remediis quieſcere oportet, certè hoc loco Galenus de critico alui fluxu intelligi nequit, vbi agit de impedimentis cuiuſuis euacuationis arte faciendæ, quando ipſa vtilis & neceſſaria videbatur, & haud dubiè exerceri debuiſſet, in relata omnia ſyptomata reclamarent, quod ſi in ſtatu quieſcere oportet, de criſi in ſtatu venienti nequit intelligi Galenus, quo tempore euacuationi locum parat, & occaſionem quærit; non deſunt qui teneant de alui fluxu ſymptomatico loqui Galenum, ex hoc etiam loco inferentes, permittendas eſſe ſymptomaticas euacuationes ex accidenti iuuaturas: hos autem quoad primum laudo, quoad alterum autem non amplector; *te neo enim nullam ſymptomaticam euacuationem per ſe, nec per accidens vtilem eſſe, nec permitti debere, quin ſtatim ſupprimatur, ne ſang. miſſioni impedimento ſit*, aliaſque ob cauſas, huc non ſpectantes.

An quæ in ſtatu aduenıant ſuperſerant coctionis ſigna.

Exiſtimo igitur de ſymptomatico fluxu loqui Galenum, omnem vacuationem impediente, quo enim tempore adfuerit alui fluxus, quo vires labefactantur aliam euacuationem non adiungere opus eſt; quod idem eſt, ac dicere, non eſt opus alia euacuatione: nam cùm hæc ſymptomatica ſit, & virium iacturam neceſſariò inducat, hæc ſola ſufficit, licet non ſit pro multitudinis ratione, id eſt hanc ſolam abſque alia à natura ſuſtineri ſatis eſt; ſat enim ſuperque ſufficit vna hæc euacuatio, vt natura ſuſtineatur, quin aliam euacuationẽ Medicus prouocare tentet, aut ſi tentauerit, neceſſariò eueniet, vt labori labore addito, grauiora pericula ſuperueniant; & tandem (vt vno verbo dicam) illud verbum, *ſufficit*, non refertur ad aliquam vtilitatem quam ſufficienter parare poſſit vacuatio, ſed potiùs ad virium iacturam, quam inducendam ſola illa ſufficit (nulla alia adiuncta euacuatione) licet maxima non ſit.

Sententia & iudiciũ Doctoris Michaëlis del Vilar.

Illud verbum, ſufficit, quomodo intelligendum.

Sic cenſeo difficilem hunc locum venire intelligendum, reliquis illum explicandi modis magnam meo videri doctrinæ veritati & eidem legitimæ Galeni menti repugnantiam inuoluentibus. Ignoſce lituris Domine Doctor, ſunt enim currentis calami effectus, & omnia munda mundis.

RESCRIPTIO

Doctoris Calderæ de Heredia D. D. meo Doctori, Michaëli del Vilar.

O Vir eruditiſſime, & ſublimis ingenij, nunquam ſatis laudati, accepi literas, tui generoſi honoris & beneuolentiæ plenas: quibus tuo ſanguini illuſtriſſimo me plus debere fateor, quàm operi, nedum ſatis perpolito, vt adhuc à tuis oculis luſtrari mereatur: ſed te laudes continuare non miror, vt qui libellum noſtrum præconio tuo publicè coronaſti: quo amici officium in me nunquam deſiderabis, ne tanti beneficij obliterata videatur memoria aut ingrata: & in hoc adinuicem certabimus, tu nos ſemper, vt ſoles, honorando; ego in beneficij memoria conſeruanda; te vero quantùm poſſum exoro, vt exiſtimes ſemper animum noſtrum candorem comitari, ego ſum idem qui antea fui, nunc etiam ſum, tui amantiſſimus, & tibi gratificandi cupidiſſimus, quo non debes à me precibus contendere, quòd à me tibi curari præſtariúe poſſe arbitraris: ſatis erit mihi, ſi te cupere intelligam; cui enim magis quàm tibi, qui principem locum in arte noſtra habes, & de rationum momentis rectiſſimè iudicas probari velim? & ſi in omnibus, nec ſemper ſatisfeci, illud oro, vt debiles ſpectes, quorum animus maior quàm vires, maiora ſibi ſumunt quàm poſſunt: nullus enim eſt tam perſpicax,

Debiles generoſi maiora ſibi ſumunt quàm poſſunt.

perſpicax, vt omnia poſſit videre, licet apud multos opinio vim veritatis afferat, & in hoc certè caſu poſſibile eſt vt errem, & errare me cupio, vt magni viri auctoritas indemnis conſeruetur, ſed patiaris me hoc à te exquirere.

An Gallica lues à tota ſubſtantia operetur.

Quare Gallica lues, ſi à toto ſubſtantia operatur, vt cæteræ qualitates indicibiles, inter ſingulares energias veneni, illam etiam numerari non liceat? quod non tantùm illuſtrium virorum, auctoritate ſuppoſitum & probatum aſſerimus, ſed illud etiam nos probare intendimus, ac ideò totum argumentum vt iacet concedimus, & tantùm abeſt vt illud abſurdum iudicemus & conceſſu indignum, vt ſperem te vt ingenui, & candidi iudicij, illud etiam in poſterum laudaturum; concedo etiam *Galenum aſſerere in præcitato loco, qualitates quæ à tota ſubſtantia operantur, in quatuor materiis contineri, catharticis nempe, venenoſis, aut alimentis ſingularis energiæ: maleficis ſubſtantiis, aut in alexipharmacis*; & ex his Gallicam luem, in malefica ſubſtantia inſiſtere conſtantiſſimè, vt decet, iudicamus, vti ſunt cæteræ qualitates venenoſæ quæ à tota ſubſtantia operantur: illud etiam ex Galeno præterire non licet (in ante citato loco) *quòd talis eſt conditio qualitatis, quæ à tota ſubſtantia operatur, vt non tantùm taliter in deleteriis operetur, ſed in alexipharmacis & in theriacalibus: quandoquidem* (hæc ſunt Galeni verba) *& hæc nos perdere poſſunt, niſi quis ex ipſis omnino, valde parùm aſſumpſerit*; nec illud valde vrget quod Gallica lues neque omnes interimat, quantumuis venenoſa, ſat eſt enim ſi Galeno aſſentiri velimus *ea appellari deleteria, vel perniciosa, quæ nullo vmquam tempore, neque ægrotis hominibus, neque valentibus opem ferunt: neque enim aconitum*, inquit, *neque argentum viuum, neque marinus lepus, intra corpus accepta vllum nobis ferunt emolumentum, vt & alia pleraque, de quibus actum eſt vbi de iuuantibus & nocentibus per totius ſubſtantiæ proprietatem diſputauimus*; non enim omnis perniciosa qualitas quantumuis venenoſa, omnes quos inficit interficit, ſat eſt enim eſſe perniciosa, ſeu præſentanea actione, vt in peſte & febribus malignis, venenis deleteriis, ſeu lenta alia actione velut in hydrophobia & veneno ad tempus ea in Gallica lue; nam in hoc & illo caſu à tota ſubſtantia operatur.

Qualitates occultæ quæ à tota ſubſtantia operantur in 4. materiis continentur.

Non tantùm in venenoſis, ſed in alexipharmacis à tota ſubſtantia qualitas operatur, & quare alexipharmaca in parua quantitate ſumenda.

Quare venenum tale dicatur.

Qualitas quare dicatur venenoſa & quare non ſit neceſſe vt omnes interficiat.

Quo etiam ſecundam partem argumenti concedimus, etiam quod aſſeritur, nempe quidquid naturæ humanæ à tota ſubſtantia eſt contrarium & inimicum, idem etiam venenum dicetur toto genere deleterium vt ſaliua & fel venenatorum, ergo etiam lues Gallica talis erit? quod nos etiam (licet non eruditi) concedimus: nullum eſt enim de venenorum genere nec ſpecie quod non ſit humanæ naturæ ſingulari energia contrarium, vti eſt lues Gallica: an actione corruptiua, an alia prorſus inimica, poſtea videbimus, & ſemper à tota ſubſtantia ſingulari energia, dum vim naturæ infert, ad nexum diſſoluere intendit, ſeu in corpore toto, ſeu parte aliqua ſingulari, cui præcipuè dirigitur energia; vti lepus marinus ad pulmonem, cantharides ad veſicam, ad neruos hydrargyrum.

Singularis energia quid in corpus noſtrũ operetur, & quare parti ſingulari etiam ſit contraria.

Qua etiam doctrina conſequenter, 3. parti huius argumenti reſpondemus, luem veneream non per ſympathiam, ſed per antipathiam corpus afficere, alterare, corrumpere, apparatum diſponere aut denuo producere, & tandem ſanguinem coafficere, ſimilem qualitatem in illo producendo, vti cæteræ malignæ venenoſæ qualitates quæ à tota ſubſtantia operantur, dum hanc aut illam imprimit læſionem, vt morbi rationem mereatur, quantumuis diu in corpore perſiſtat & vnum aut alterum inter multos perimere contingat: non eſt enim de veneni eſſentia omnes quos apprehendit interficere, ſed ſolius præſentanei & magnæ efficaciæ: nam venenum canis rabidi, à tota ſubſtantia etiam operatur & venenum ad tempus & ad annos adhuc impreſſa labes, nec ſuas vires exerit, nec interficit, nec idcò excluditur à venenorum claſſe: quia ſunt venenorum diuerſæ actiones & in paſſo diuerſæ reſiſtentiæ: nec ideo eſt neceſſe recurrere ad ignotam & prorſus indicibilem venenoſam naturam, dummodo per effectus dignoſcatur: ſat eſt enim vt in Gallica lue obſeruetur ſingularis energia, quæ extra primas qualitates operatur, vt in omnibus aliis etiam obſeruatur, in qua participat generalem rationem veneni: & ad hoc nihil facit an fuerit nota an ignota Galeno, ſi ſub vera ratione venenoſæ qualitatis continetur; Galenus enim non omnes veneni ſingulares energias recenſere tenetur, ſed hanc aut illam in exemplum producere, vt ſub Galeni diuiſione rectè contineatur, quod neque Galeno gliſcit neque experientiæ: cum hoc etiam ad ſumma genera pertinere manifeſtè conuincitur: & quod ſit iſta lues & naturæ contraria & à tota ſubſtantia operetur, vel exinde conuincitur, quod ferat accidentia ita inter ſe diſſimilia & contraria vt aliud principium adorent à primis qualitatibus & à gentilitio

Antipathia quomodo operetur.

Non eſt de veneni eſſentia omnes interficere.

De veneno ad tempus & præſentaneo.

In Gallica lue quæ ſit ſingularis energia.

De Galeni iudicio in venenorũ actione.

tio temperamento alienum, ne tantùm in productione, ſed in duratione & modo indicibili, quæ fere regularibus contrariis non cedunt, ſed ſolis alexipharmacis, quæ à tota ſubſtantia etiam operantur: quod ſat eſt vt in venenorum claſſe comprehendatur non tantùm occulta, ſed corruptiua etiam actione de veneni natura, & quantum eſt in ſe omnino deleteria, licet non omnes perimat: quia in venenorum actione eſt magna latitudo quam determinat, aut ſumma efficacia, aut illius carentia, aut quæ mediat inter duo extrema; neque patiar à te viro doctiſſimo hanc apparentem euaſionem dicere: eſt enim à ſelectiſſimis medicinæ principiis deducta & auctorum decretis comprobata.

Quare non curatur niſi alexipharmacis.

De latitudine actionum in venenis.

Nec inſicior, quòd ex hac lue neque omnes pereunt, neque omnes euadunt: nam temeritas eſſet ſalutem polliceri, cui natura natura non valet adiuuare: multi enim morborum originem ex ipſo ſemine quaſi trahunt vt à Gallicatis parentibus, aut qui ſunt familiis vernaculi: non paucos mala educatio, & ineuntis ætatis labefactatio corrumpit: plurium valetudinem intemperantia, & morum communium præuerſa imitatio debilitat atque frangit; & plerique tandem importunis auxiliis, & intempeſtiuis medicamentis grauiter affliguntur, & hoc interdum ſine Medici culpa, cùm propter dubiam & vacillantem valetudinem, ſæpe ſit ad Medicos confugiendum & ab illis auxilium petendum: nam ſolius Dei & naturæ eſt ſanare, Medici autem curare.

Temeritas eſt ſalutem polliceri omnibus, & quare.

Solius Dei & naturæ eſt ſanare.

Si tamen meam ſententiam audire optas, liberè dicam, vbi eſt tantus ſapientum virorum & tantorum ſæculorum conſenſus, me non facilè moueri, quòd vnus aut alter ingenij laſciuiâ quâdam diſſentire videtur: ſunt enim ſpecioſæ quidem eorum rationes, quæ tamen paulò attentiùs examinatæ, debita firmitate carere conſpiciuntur; neque miror quòd ſinguli aliquid ferè habent proprij, ac raro fit vt duo aliqui eiſdem rebus delectentur; quippe alius gaudet, alius auerſatur; ſed ſingularis præſtantiæ mentis eſt, non ea facere quæ plurimi faciunt, verùm quod ſapientes atque optimi dicunt: quãdo omnia certè probabili, non firma & certa demonſtratione traduntur; Et ſi quæras quomodo Gallicæ luis antipathia in corpus operetur; hoc etiam nos dicimus, per ſpecies ſpirituales & malignas in corpus operari, à tota ſubſtantia contrarias, ſimilem ſui qualitatem in corpus producendo; ſic enim pariter occultam malignitatis energiam operari fatetur Fracaſtorius, omni eruditione ter maximus.

Auctoris ſententia qualis.

Quare in rebus hominum diuerſa iudicia.

Quæ prudentes facere aut dicere debent.

Ideò hæc ſcholaſtico theorica practicis etiam diſſertationibus placuit confirmare; morbi omnes reducuntur ad intemperiem deprauatam, compoſitionem, & ſolutam vnitatem, & per has omnes differẽtias diuagatur iſta Gallica lues, & adhuc quæ partes ſimilares aggreditur in triplici differentia conſtituitur, nempe in intemperie materiæ, immoderatione, & totius ſubſtantiæ corruptela: quod ſi quis ad calidam & ſiccam intemperiem hepatis iſtam luem remittat, hoc apertè redarguit, quòd contrariis qualitatibus non medetur, ſed illis quæ à tota ſubſtantia operantur; ſi à materiæ immoderatione hæc non poteſt alio quam ab hepate aduenire, nam ſi actio vniuerſalis æquabiliter læditur, principium eius naturale, male affectum eſſe oportet, vt cerebro, ventriculo, & corde affectis patet, cùm maximè videmus, omnes Gallica lue affectos liuidos, nigros, & defœdatos quod ex craſſo aduſto & defœdato ſanguine aduenire palam eſt, quod ſi illud ad qualitatem modificatam quis reducere velit, vel hoc erit maligna qualitate, vel alia prorſus indicibili, iam qui hac via incidit qualitatem indicibilem à tota ſubſtania operantem fatetur: ſin minus, dicat quæſo, à quo principio tot ſimul actiones in corpore vniuerſo læduntur, illud certè redargui non poteſt, quòd Gallicæ luis cauſa, repente ferè ſemper contrahitur, eo ipſo die, vel altero ſaltem breuiſſimo ſpatio, vlcere, vel alio ſymptomate, certo illius ſigno, licet non ſemper ſubitò hæc pullulent ſymptomata ab hac lue impreſſa, ſed vt rabidi canis virus aliquamdiu in nobis deliteſcat, vt poſteà ſe prodat efferata: quod certè accidit, quia non tam magnæ actiuitatis eſt vti peſtilens & venenoſa lues; quippe ea non à iecoris vitio (vt in Gallica) quam à malignitate cauſæ, quæ humores repente in ſui naturam vertit, proficiſcitur.

Per quas differentias Gallica diuagatur, & an primis qualitatibus an occultis conſiſtat.

An in qualitate modificata conſiſtat.

Quare non ſubitò operetur Gallica lues.

Si ergo non ad intemperiem, neque ad materiæ immoderantiam, lues Gallica ferri poteſt, quia non eſt mollities, laxitas, nec adſtrictio, raritas, aut craſſities, quæ ſunt materiæ immoderatæ morbi, ad formam neceſſariò eſt referẽda qualitas, quæ in totius rei ſubſtantia conſiſtit, cuius effectus ſunt morbi à tota ſubſtanria producti, ac ideo meritò lues Gallica totius ſubſtantiæ morbus dicetur, quantumuis ad morbos in intemperie reducatur; nam illa intemperies (qua morbi rationem conſtituit) non tantùm de primis qualitatibus (vt in febre) ſed de ſecundis & tertiis

Ad formã, nõ ad materiam referetur Gallica lues operans.

Morbus in intemperie non ſitium ex primis qualitatibus cõſtat, ſed in ſecũdis & tertiis.

& tertiis intelligitur, vti de peſtilenta Gallica venenoſa, velut in hydrophobia: quarum occulıæ cauſæ ad alias occultiores pertinent, ad quas & lues Gallica; quæ non oritur, nec ex temperamento euerſo, nec ſimplici putredine. ſed ex abdita cauſa, quæ corporis ſubſtantiam primò & per ſe afficit, vt in omni veneno & peſtiſera febre, & deleteria obſeruamus accidere & non ex quacumque putredine, vt pleriſque neotericis viſum eſt, ſed à tota ſubſtantia totum corpus alterat, aut corrumpit. vt in Gallica lue dum ſanguinem infectum producit, poſtquam hepar ipſa labe inficitur, quo tam peregrina & varia accidentia concitantur à primis qualitatibus aliena.

Non ex quacunque putredine oritur Gallica lues.

Maligna qualitas triplici in ſtrumento operatur & triplici modo.

Hoc etiam triplici modo accidere notauimus, ſeu cum ſeminaria in aërem inſpirando ducuntur, veluti peſtilentiis: aut extrinſecus noſtrum corpus attingunt, vti canis rabidi morſus, aut ferarum, aut Gallico contagio per pudenda, ſeu dum intus ſumuntur, vt in omni ſpecie veneni; quare ex iſtis quæ in craſſiori ſubſtantia inhæreſcunt, omnium infirmiſſima ſunt: quæ halitu nos labes ferit, eſt ſummè præſentanea & efficax; ſed quæ contactu inducitur, minùs efficax eſt, vtpote quæ in humore quodam prouehitur, qui tardè vires exerit, quæ cùm in partem cute nudam inciderit, contactu quidem eam primò, deinde in proximas reliquumque corpus diffunditur, & conſequutione alterationis in membra principalia & in ſanguinem vnde illius officina inquinatur. ſi non etiam cor aut cerebrum ſi in ſpiritibus illa lues deducitur, Ac ita luis Gallicæ virus, non in ſpiritu, ſed in humore in quamuis partem cute nudatam defixam, ſenſim procepit ac inde in hepatem & corpus vniuerſum ſanguine defœdato defertur: vnde hæ tres occultæ & venenatæ cauſæ tres occultorum morborum differentias conſtituunt: nam alij ab aëre, alij à contactu, alij à venenata, quæ intus generatur materia, oriuntur; & hi quidem omnes venenati ſunt. & à tota ſubſtantia operantur; ſed non ſimiliter, nec ab eiſdem cauſis: nam qui à materia intus genita nec in vicinas partes diffunduntur, ſimpliciter venenati dicuntur; qui à ſolo aëre, contagioſi; qui ab externæ cauſæ venenatæ occurſu, contagione & ſocietate vicinas partes afficiunt, contagioſi, ſed non peſtilentes: at qui ſolo contactu contrahuntur, vt hydrophobia, lues Gallica, & beſtiarum morſus, ſimpliciter contagioſi: vt qui ab aëre procedunt peſtilentes.

Quæ præſentanea, & quæ infirma & debilia ſit.

Lues Gallica quomodo communicetur corporibus humanis.

Tres occultæ cauſæ ſunt trium occultorum morborum differentiæ.

Sed venenatis & peſtilentibus alio derelictis, contagioſi à tota ſubſtantia alij manifeſti ſunt, alij occulti: manifeſti ſunt phtiſis, ſcabies, & lepra, & elephantus; ſed contagioſi occulti ſunt illi qui externi cuiuſpiam occurſu, & contagione primò contracti ſunt. & inter alios lues Gallica venit adnumeranda: quia non inſpirato aëre, nec alimentorum impuritate & vitio contrahitur. ſed ſolo contactu impuro & defœdato, ideo inter contagioſos numeratur, quare rectè conuincitur, quod lues Gallica totius ſubſtantiæ affectus ſit, occultus & contagioſus.

Contagioſi morbi alij manifeſti, & alij occulti & quare.

Quare Galli à lues ſolo contactu impuro contrahatur.

Huius contagioſi morbi accidentia vix poſſunt numerari, quoniam ſequuntur, aut ſanguinis defœdati conditionem, ſiue luis energiam, debilitatem partium, ſiue malignitatem luis: ideo aliis puſtulæ enaſcuntur nigroſtireſcentes & aliis calloſæ botores aliis. & ſcabies fœdæ & impetigines, & aliis dolores, vbi humor non valet foras protrudi. & pleriſque tubercula, fluxus ventris, & nos etiam vidimus cæcitatem & obſcœnas etiam lippitudines; illud etiam in hac lue peculiare obſeruauimus, vt ferè ſemper ad melancholicum apparatum diſponat, fortaſſe ob energiam cum ſimili humore, ad malignam vſtionem in aliis; eſt enim huius luis venereæ cauſa efficiens occulta & venenata qualitas, labes pernicioſa. quæ contagione & contactu contrahitur: quæ licet ad ſenſum non poſſit demonſtrari, dum in humore, aut alia parte corporis inhæreſcit, in vehiculo ducta, illa ſeſe accidentibus monſtrat: & quantò magis in nobis deliteſcit, huius malignitatis & vis & efficacia in tempore copioſis ſignis ſeſe monſtrat: nam ſenſim in omne corpus ſpargitur, vnde quando illius accidentia ſeſe produnt, labem altiùs radicatam (vt in canis rabidi morſu) præmonſtrant.

Accidentiũ varietas in Gallica lue, vnde proueniat.

Quare eã melancholico apparatu habeat analogiam.

Quantò magis in nobis deliteſcit, ſæuius operatur.

Hæc lues maximè venereo contrahitur concubitu, ex vnius impuritate inquinamentoque; non aliter enim quàm laſciuiæ inſtrumento potuit in orbem vniuersũ diffundi humanæ fragilitatis miſeria; hinc prima labes incœpit: hinc etiam nutrix inquinatur à polluto infante, per os in vbera cute nudata inſpirato veneno; hinc infans à nutrice etiam inquinata, & obſtetrix à parturienti. nec è contra etiam iudico impoſſibile ab obſtetrice, etiam parturientem, vt etiam condormiens ab inquinato ſudore defluenti: nec defuit qui à ſaliua effuſioti oſculo defluenti contrahi iudicauerit, quod aliis non placet: quia huius veneni vis eſt hebetior, & non ita præſentaneæ actiuitatis, quod non niſi in apertam nudamque partem ſæuit: ideo inquinatus ſolo halitu

Hæc lues contrahitur venereo concubitũ, & quare diuerſis etiam modis cõtrahatur

alios

Solo habitu non cõmunicatur iſta lues.

alios aſſicere non liquet, ſed liquore in alterius corpus diſſluente & nudam partem etiam contingente, & illius calore actuante, vt praua qualitas aliam producere valeat in recipiente; labes non æqualiter in partibus imprimitur, neque communicatur; nam quæ ab interioribus & reconditis viſceribus labes communicatur,

Quæ labes magis exitioſa cenſetur & quæ non ita praua.

omnium exitioſa eſt, vt quæ etiam à partibus obſcœnis, ſi in illis eſt iam diu contracta: nam ab incipiente & leuiùs impreſſa, ſunt morbi leuiores & minoris periculi: quia prius puſtulam, aut vlcus imprimit aut excitat, ſi verò altiùs radices iam inſeruit & longiùs progreditur, ſenſim partium continuatione, vbi qualitas indicibilis aliam ſui parem producit, continuatione interiora ſubit, & ex paruo initio adeo inualeſcit, vt inquinatum totum corpus appareat, dum non ſpiritus modò, ſed humores & carnem & ſolidam ſubſtantiam omnino peruagatur, niſi citiſſimè & valido auxilio obſiſtas, quod nos etiam attentè commendamus; à con-

Quomodo à concubitu contrahatur Gallica lues & quibus ſignis dignoſcatur.

cubitu enim, à pudendis madore perfuſis cum ſemine humiditas defœdata immittitur, & partibus, vbi recipitur, puſtulas, aut vlcuſcula producit, & ſemper mali moris rebellis contumaciæ: quia luis malignam redolent qualitatem, vapor inde, aut ſpiritus, ductu cauo pudendi introducitur, vnde venæ cauæ ſanguinem & ſpiritum omnino labefactat & inficit, quo hepatis ſubſtantia coaſſicitur, atque ſanguificatio deprauatur, inde bubo in inguine prorumpit, & vaſis ſpermaticis &

Quare bubones & gonorrhæa erumpant.

renibus infectis gonorrhæa, à ſanie, aut icoribus, ab vlcere manentibus, vnde virus turpiſſimè eis citur, & cùm ventriculum & iecur iam inuaſit, leuis incipit alui fluor, & iam polluto ſanguine & in venas diffuſo, iam in cutim & muſculos & artus communicata labes, varia erumpunt accidentia, & tacitè puſtulæ progermi-

Quare alia accidentia, & quæ ſequantur, viris & mulieribus.

nant, liuidæ, rubentes, aut nigrouireſcentes, & vlcera cruſtoſa & caloſa, herpetes, & ſcabies: nonnullis caua vlcera, & pro temperamenti differentia in aliis ſerpentia phagedænica exedentia, cancroſa, mulieribus maximè in vtero progerminat, melancholicis maximè, ſed & pituitoſis leuiora, ſed multò fœdiora mucoſo humore fœtidoque manantia: ſanguineis tubercula rubentia, quæ carbunculum etiam æmulantur; & vlcera labris præduris tumentibus & inuerſis apparent, quæ etiam oſſibus parcere non videntur, tenuioribus maximè, vt palati & naſi, cui malignitati non reſiſtunt, neque ſolidiora cariata & putria.

Grauia etiam in cerebro, hæc lues producit accidentia, nam cum cerebri & membranarum ſubſtantiam labefactat,

Quando communicatur cerebro, quæ accidentia ſequantur.

pro partis conditione excrementa producit ſuperuacua, quæ ſi intercluſa in capite contineantur, grauiſſimos dolores concitant, qui ad noctem maximè exacerbantur; ſin ad artus deſcendant, ſeu ad oſſa, clamoſi dolores excitantur, & tophos præduros & ſcirrhoſos, qui tandem ad cariem perducunt, quæ eſt occaſio grauiorum malorum, quo in humore illud maximè mirabile videtur, quòd pituito-

Quare pituita frigida cum ſit, accidentia calida producat.

ſa & frigida materia tantam contrahat acrimoniam, vt etiam corrodat, quod niſi prauæ & indicibili qualitati apponendum exiſtimò, cùm non tantùm membranas, ſed oſſium duriſſimam ſubſtantiam corrodat acrimonia, & luis venenoſa conditio; neſcio enim an aliquis, qui ſtudiosè illas actiones conſideret, alio quàm

Quare extra humoris conditionem erumpant accidentia.

venenoſæ conditioni apponendas ſibi perſuadeat. nam extra humoris conditionem & primarum qualitatum actiones ſupergrediuntur, minima enim humoris portio idem efficit quod canis rabidi morſus, & non aliter ſerpit: nec dum latenter in corpore deliteſcit, otiatur, quin poſt breue, aut poſt longum tempus, ſuam prodat perniciem: & viſa ſunt diſſecta corpora iſta lue infecta, non tantùm externis, ſed internis puſtulis vlceribuſque ſcatere, & illud magis miraberis, ægro-

In cadaueribus quæ reperta ſint.

Quare ægroti exiſtiment accidentia ſub alio titulo, quam Gallico.

tos, ne tam atroci morbo damnatos ſe exiſtiment, hæc omnia à ſimplici humorum fluxione prouenire, grauiter exclamare; quo ſe & medicos decipiunt, & ſub hac deceptione grauiſſimè poſtea pœnas luere, dum profundiùs lues vires latenter exerit.

Qui faciliùs hac lue capiantur & quomodo & qui difficulter ſanentur, aut aliter.

Faciliùs hoc morbo capiuntur, ſalaces, in venerem procliues; quia faciliùs pororum apertione & calore communicatur lues contagio inſperſa; purus ab impuro facilè inquinatur, & impurus ab eo qui longè eſt impurior: ſed mulieres labem faciliùs concipiunt, difficulter ſanantur, ſeu ob ſalacitatem, ſeu ob temperamenti promptitudinem: à quo vitio ſobrij minùs periclitantur, incontinentes maximè, vt & intemperantis; quòd à tota ſubſtantia Gallica qualitas operetur, & veneni induat rationem, ſequuntur inter alios Hercules de Saxonia, ſuo libro *de lue venerea cap.* 1. Ambroſius Pareus lib. *de lue Gallica cap.* 1. doctiſſ. Fernelius in

Auctores qui indicant hanc luem à tota ſubſtantia operari.

libello *de lue venerea*, & eſt cõmunis ſententia apud viros doctiſſimos vt apud Capibaſiũ, & certè dubito an aliquis cupiat hodie adeo videri paradoxus, vt de hac dubitet ignota qualitate, quæ à tota ſubſtantia operatur, & ſolis alexipharmacis contrariis medetur,

Galeni

Galeni locus ex I. ad Glauconem cap.14. expenditur.

ET ad ſecundum offendiculum ô vir doctiſſime à te doctè propoſitum, non grauabor etiam reſpondere; cùm maxime ſciam Galenum tria ſibi ſemper propoſuiſſe, primo vt omnes partes artis methodicè tractaret; ſecundò vt Hippocratis doctrinam explanaret: tertiò vt ſuas obſeruationes edoceret, verba illa quæ citaſti & Galenus edocuit, ità Galenus protulit, quaſi ſanguinis miſſioni impedimento eſſe, *ſi febris adeſſet cum profluuio ventris. tunc enim*, inquit, *alia euacuatione non indigere*, vtpote quòd illa ſola ſufficiat ad ægroti leuamen: tu, ô vir docte, iudicas ſententiam tantùm intelligendum eſſe in profuſa euacuatione ſymptomatica, quæ ita vires deiicit, vt hanc & illam vacuationem natura ferre nequeat, & verè certe iudicas, cùm prima & potiſſima ſit vitalis indicatio, ad quam prius attendere debemus; nam quotidie ſeſe obtulit caſus, vbi indicatum auxilium à morbi magnitudine non poſſit imperari, quod grauior illud non ferat imbecillitas ſententiam de non ferendo auxilio; ob virium debilitatem laudo: ſed ſymptomaticas euacuationes omnes illicò omnino cohibendas, quod ſuo iure prauæ, non probo: vidimus enim ægrotos, aliter morituros, per euacuationes ſymptomaticas euaſiſſe, licet omnino prauæ; quia ſimul cum vtili plurimùm vitioſi vacuatur, vt inde leuatio comparetur; hoc etiam & Valeſius vidit, & Mercatus, Salius & Iachinus; niſi ad prouinciarum priuilegia recurramus, & ſi probamus hoc ipſum Galenum inter medendum factitaſſe, hæc certè erit ſumma auctoritas; *attendite ergo ad Methonis hiſtoriam, vbi Galenus ſanguinis excretionem ſymptomaticam cum vrina ne tantùm cruda, ſed nigra, capitis lotione excretionem deminutam promouere mandauit*: quod mille aliis legimus imperaſſe per vomitum, per ventris fluxum, per vrinam, quò natura vergit, per loca conferentia, non tantùm natura dominante, ſed irritata; quæ tamen ſit illa imbecillitas, quæ ſanguinis miſſionem impediat, aut contradicet, quæ euacuatio ſymptomatica ſinenda, iuuanda aut cohibenda, noſtro *Medico tribunali* iam antea probauimus, & fortaſſe ſuper huius ſæculi viros, *in diarrhœa folio* 194.

Galenus tria ſibi propoſuit obſeruanda.

Quare euacuatio quæ vires deiicit, ſang. miſſioni impedimento ſit.

An ſymptomatica vacuatio ſit illicò cohibenda. Authoris ſententia.

Galenus de ſymptomatica euacuatione admittenda.

Authoris in hoc caſu ſententia.

Sed ſunt pleraque alia præter virium imbecillitatem adhuc in hoc eodem caſu ex hipotheſi, quæ æquali ratione & methodo valent ſanguinis miſſionem impedire, differre, aut omnino prohibere, & abſque eo quod ab eodem capite diſcedamus, *plethorica diſpoſitio in febre poſtulat ſang. miſſione vacuari, ſed ventriculi cruditas, aut dolor prohibet & potiore iure, hoc etiam auxilium indicatum & non ſemper ob ſolam debilitatem virium, ob alia adimpleri non valet, vti neruorum diſtentio (ob dolorem) vt etiam vehementes vigiliæ, & intenſus dolor; quid multum? ambientis etiam aëris intemperies, iuuenilis & ſenilis ætas* &c. quæ non ſemper cum virium imbecillitate copulantur; nam vbi in contraindicante plures dignitates obſeruantur, quam in ipſa indicatione, totam attentionem ad ſe vertit, tanquam quod magis vrgeat, vtpote in qua citiùs periculum minatur; ideò ibi Galenus *ad id quod magis vrget attendere conſuluit*; ac exinde procedere *ad febrem cum profluuio ventris*; quod vnum ex contraindicantibus potiſſimum ſit virium languor, mihi nunquam dubitare contingit, ſed quia per ſe notum aliquid amplius in hac ſententia Galenum edocere nobis in mentem venit, illud enim patet adhuc minùs exercitatis: non enim conſtat ex his Galeni verbis an in principio, augmento an ſtatu, ille fluxus adueniat, de quo loquitur. nam ſi ille vires deiicit quouis in tempore impedit ſanguinis miſſionem, & critica etiam ſolent eſſe profuſa, & ſymptomatis rationem ſortiri.

An alia præter virium imbecillitatem ſang. miſſioni impedimento ſint, & quæ.

Dignitates in indicante & contraindicante expenduntur.

Quod ſi fortè contingat (vt in pleriſque accidit) non in ſola febre, ſed natura grauata vt criticè expellat quod ſibi grauat onus, naturæ motum ita laudabilem, ſanguinis miſſione impedire & naturam ab illo diſtrahere, hoc etiam pariter, & potiori iure, eſt impedientis ad ſanguinem mittendum, vt illa antea à te conſiderata virium exolutio: nam ſi in hoc ſtatu naturæ impetus præpeditur, aut aliò diſtrahitur, fortaſſe hic vacuandus humor, ſi ad membra principalia recurrit, aut illa occaſione retrocedit, grauiorem noxam infligeret, ac ipſa virium exolutio, quæ validis alimentis corrigitur, & ſi ille qui retroceſſit humor ad membrum principale recurrit, laudabili motu naturæ præpedito, aut membrum vehementer alterat aut corrumpit, vt à priuatione ad habitum non detur regreſſus; non immeritò ergo huius impedientis perpendiſtis vrgentia & fortaſſe æqualiter, ac in ſola debilitate virium; ſi maximè perpendimus, quòd ſicut vnica indicatio variis adimpletur auxiliis ſub ipſa latitudine indicandi, ſic contraindicatio

Quare critica vacuatio etiã ſanguinis miſſioni impedimento ſit.

Sicut vnica indicatio variis auxiliis adimpletur, ſic contraindicatio à variis etiã valet indicatum auxilium impedire.

Hoc comprobatur Hippocratis exemplo.

à variis & diuerſis occurrentibus in ipſa ratione poſtulandi, poterit præcipuam indicationem irretire, & potiori vrgentia indicatum auxilium impedire, inter quæ non habet inferiorem locum illa ventris critica vacuatio, ne natura à laudabili opere diſtrahatur; quod non tantùm edidiſcimus ex regulari methodo, ſed in ipſa Hippocratis doctrina: quando dixit, *impedimentum in cruenta ſpuentibus, tempus anni, lateris dolor, & bilis*: benè poſtulabat ſang. miſſionem cruenta ſpuitio, ſed non tantùm tempus ad extremam intemperiem prolapſum, lateris dolor mitis, ſed lapſa ad bilem intemperies impedimento ſunt ad ſanguinem mittendum, vt non vnicum tantum, ſed omnes & ſinguli valeant ſang. miſſionem impedire, & fortaſſe non potiori iure, nec potiſſima contraindicandi ratione, ſed æquali in poſtulando, & contraindicando, quod ſat eſſe Hippocrates nos docuit. & hoc certè non erit contra Auctoris mentem, ſententiam proferre; ſed illum debita venerationeexplanare.

Et hanc fuiſſe Galeni mentem, manifeſtè conuincitur, ex verbis quæ ſequuntur, nempe, *qui aliam euacuationem tentarunt, ægros in maxima diſcrimina deduxerunt*, &c. attendatur oro ad illam dictionem (*in maxima diſcrimina*) nam ſi vnum tantùm addidiſſet diſcrimen, nempe virium exolutio aut ſola imbecillitas, non dixiſſet *diſcrimina*; ſed *diſcrimen*: nam ex illa dictione adnotantur diſcrimina diuerſa, ſeu virium exolutio, ab vtroque nempe à ſang. miſſione & fluxu ventris, ſeu à multis aliis, quæ accidere poſſunt, vt ſi humoris natiua inclinatio, aut naturæ vergentiæ ſang. miſſione præpediatur, quod non tantùm in critica, ſed in ſymptomatica euacuatione magnum diſcrimen affert, & maximè quando illa naturæ ſufficit vacuatio: nam illa præpedita præſentanei periculi ſolet eſſe occaſio, vt antea probauimus: quare non ad vnum, ſed ad varia diſcrimina Galenus nos attendere docuit.

CONTINVATIO

Ad morbi Gallici curationem, & quòd lues à tota ſubſtantia operetur, & hydrargyrum non vt alexipharmacum, ſed ſemper vt venenum aut effrane catharticum.

Illuſtratur curatio primæ ſpeciei,

CVm huius morbi nouitas, & accidentium implacida varietas, medentium confunderet conſilia, morbi eſſentiâ penitùs ignoratâ, accidentia tantùm, quæ acriùs vrgebant, mederi docuerunt, dolores nempe, vlcera, ſcabies, & puſtulas, topicis ferè tantùm auxiliis, pari inde inſida ſecuritate, de luis venereæ eſſentia, ac de ipſa qualitate hydrargiri, quo ad illius curationem attinet, per tomos, non per paginas tantùm ſcripſerunt & huiuſmodi ſunt, vt toties & tam variè diſputata, adhuc etiam indefinita maneant, non tantùm à ſenſu, ſed à ratione & humano ingenio remota: quod pars illa nobilis medicinæ, ab empyricis negligentiſſimè & audaciſſimè ſit prorſus diſputata; quo non ſit mirum, ſi à viris doctiſſimis opus plenum periculoſæ aleæ videatur: quo in opere plerique docti etiam videntur contagio infecti: ſed quàm difficile ſit ab imbutis ſemel opinionibus artifices diuellere, norunt illi, qui neque ratione, neque experientiâ valuerunt eorum pertinaciam ſuperare: vtinam ea religione, prudentiâ & fide fuiſſent omnes, eſſentque hodie, qui dum poligraphia rem medicam amplificare atque ornare volunt, ne plurima & diuerſiſſima nouis inducta coloribus vndecumque malunt, nullo delectu, corradere, & ſpecioſo neſcio quo titulo vendere maluiſſent: quàm aut antiquorum rectè tradita recenti aut proprio experimento confirmata in vſum reuocare, aut à ſe ingenioſè inuenta longoque vſu comprobata in omnium oculos & communem fructum, conferre: certè non tam abiecta paſſim ac deſpecta iaceret ars omnium, quibus vita humana continetur, longè nobiliſſima.

De empiricis loquor, Paracelſi diſcipulis, & aliis agyrtis (ſed hoc gentis genus ſemper erit vetitum ſemper admiſſum) quæ enim fides haberi poteſt hominibus qui artem ſuam, neſcio quo animo,

mò, pauciſſimis communicant, neque minùs habent ſecretam, quàm Eleuſiniæ matris initia ſacerdotes: talibus enim verborum tenebris hæc ſcripta abſcondunt, & ſæpe de induſtria intricata, vt ab ſphynge profecta meritò videantur: quò fit vt de eorum inuentis, ac ſcriptis ſolùm propemodum librarij gratulentur: ægri verò in tanta ſupellectile librorum potius pereant, inopiâ quàm copiâ iuuentur; nam ſi illa attentè velimus contemplari, in cineres & fumum verſa, facilè obuiabimus, ne tantùm ab agyrtis, ſed ab aliis qui ſplendide Paracelſi nomen mentientes nebulas ſuas ac venena, ſuo magno lucro, ſed maximo miſerorum diſcrimine, impunè, ac promiſcuè vendunt; vitæque mortalium ſceleſtiſſimè illudunt, & eò vanitas aliquorum deuenit, vt autument, medicinæ artem, quantumuis præclaram & ſalutarem, vt nunc tradita eſt, inuentam nondum eſſe, ſed ſolam illam ſuam tot ænigmatibus inuolutam, Inſcitiâ, malitiâ, & fraudibus fucatam: cùm illorum ſcientia, non ratione, non methodo, ſed ſolâ confidentiâ nitatur.

Quare in tanta rerum neceſſitate noſtram priùs ſententiam audire placeat poſtea grauiſſimorum virorum placita & præclaras obſeruationes longâ experientiâ confirmatas; inter plura quæ ſub varia fortuna in hac difficili luis curatione obſeruauimus, viſum eſt pauca, ſed ad rem præſentem facientia, coronidis vice adnotare; nam quæ recenter incipit lues, & paucis & leuibus ſymptomatis ſtipatur, quia ſolidas nondum partes attingit, adeo ſolis maculis & puſtulis, aut leni gonorrhoea & pudendi vlceribus ſuperficialibus inſignitur; quia aut humores infectos, aut ſpiritus aut ſolas partes carnoſas adoritur, ideò ſolis maculis, aut puſtulis conſpicua, facilè curationem recipit; ſi verò poſtea doloribus, aut ſcirrhoſis tumoribus, ſeu altiùs radicata gonorrhoea veteraſcit, curatur difficiliùs: ſed omnium maximè curatur difficillimè quæ iam confirmata cenſetur, ſiue oſſium carie, ſeu nodoſis tumoribus, ſiue cartilaginibus exeſis, ſeu dum intùs arguitur, hæc ipſe mala interioribus membris germinare; quod fluxus ventris indicat longè inueteratus, raucedo, & aliquando difficilis ſpiritus cum importuna tuſſi, & fœtor oris incomportabilis.

Signa differentia ſpecierum luis Gallicæ.

Illud inter medendum etiam adnotauimus, quòd ſunt plerique luis recipiendæ aptiores, vt habitus calidi & ſicci, & calidi & humidi, & qui poros potentiores habent, & minùs multò frigidi, & minùs melancholici, ſed ſi his radicatur, longè difficiliùs curationem recipit, vt qui impuro corporis habitu, defœdantur, nam quadam veluti analogia in illis ſtabulatur lues quæ ſi in venas maiores iam diffunditur, & ſuam hepar amittit œconomiam, lues (velut proprio domicilio) exaltatur, & in his vnica ſpes erit, cacochymiæ focum exhaurire, corpus ſæpe purgare, ac prauam qualitatem corrigere ſyrupo magiſtrali, antequam ad validiora auxilia accedamus, dein primam corporis regionem mundatam ab excrementis conſeruare; quoniam, ſi non exhauſto impuræ cacochymiæ fonte, quis luem debellare intendat, vnguentis aut ſudoribus, illa craſſa illuuies in viſcera collecta, ſeu biliosa ſit, ſeu melancholica, nec diſſipari, nec digeri permittit; vt quæ circa membranas neruoſas, atque ſolidas partes iam collecta ſuccreſcit, imò tenuiore parte reſoluta & ampliùs ſiccescit, vritur, & impingitur, adhæretque viſceribus, ac tandem acrem malignamque qualitatem contrahens, ipſorum ſubſtantiam labefactat, aliquando corrumpit, vnde in liene & iecore ſcirrhoſi tumores apparere incipiunt, herpetes & ſcabies in partibus externis, quæ niſi longa viſcerum deterſione, ac refrigeratione miteſcunt, imò ſi occalluerint, rarò, aut nunquam, auxiliis quantumuis violentis medentur, quin grauiori periculo repullulent.

Qui luis recipiendæ aptiores.

Curatio quæ, in hac prima ſpecie.

Cautio neceſſaria.

Quare iecore & liene humor dureſcat.

Si verò iam craſſa & exuſta materia in partibus externis impingitur, velut in impetigine, morphæa, & ſcabie accidit importuna, ſi quis illa contra naturæ inclinationem, ſiue aluum ducentibus, ſeu validis vomitoriis vacuare intendat, aut importunè ad intus reuocare, tantùm abeſt vt fructum conſequatur, quinimò ventriculum & viſcera omninò, aut grauiſſimè lædet, aut multis ſymptomatibus ægrotum cumulabit, ſiue vires conuellet, vt morbum incurabilem reddat: in hoc tamen ſtatu, ac in illa labis conditione, illa eſt adhibenda cautio, vt ſi materiam ad cutim iam prolapſam digeri, exolui, aut diſſipari intendas, per eandem regionem, vt par eſt, illud intendas, ſed cacochymia, qua externa fouentur, eſt priùs vacuanda, ad Hippocratis legem in Simonis hiſtoria, ſed leuioribus & nobilioribus pharmacis, quæ tantùm educant quæ in prima & ſecunda regione continentur, ne commoueant humorem ad membra ignobilia expulſum, qua planè ratione exiſtimamus ne tales humores ad externa propulſos per vrinas vacuare intendas, vtique nec per aluum quando iam externis partibus tenaciùs adhærent,

Externi affectus quomodo medendi.

Cautio neceſſaria.

Humores ad externa expulſi quomodo vacuandi.

 ſed

ſed aut per ſudores, aut per eandem viam ad Hippocratis regulam, quo natura vergit per loca conferentia; ſi verò cacochymia non tantùm intus in viſceribus latet, ſed per vniuerſum corpus eſt diffuſa, & ſparſa, tunc repetitis purgationibus eſt expurganda & detergenda, & membra omnia ſunt ab omni illuuie liberanda, & maximè cauendum, ne affectis in viſceribus denuo ſuccreſcant ſordes, quæ illa recenter inficiant, & ad relapſum diſponant; ſed ſunt ægroti, in omni moderatione & inedia continendi & alexipharmacis leuiter præparatis muniendi ad legem huius aut illius temperamenti, ſiue conſuetudinis.

De curatione primæ ſpeciei & virtute guiaci & china. Hæc curatio, ſi vitium eſt recens, & lues tantùm habitat in humoribus, ſpiritibus, & partibus carnoſis, poterit æger liberari guiaci potu, & chinarum radicis longè continuato: nam & humores abſumit, abſtergit, diſſipat, & ſudores mouet, ſi maxima diæta & vitæ moderatio obſeruetur, & rebus non naturalibus omnimoda præcautio: illud etiam nolui præterire, quod ſæpè obſeruaui, quod in 2. ſpecie huius luis dum adhuc inciperet, & nondum confirmata, quòd vnctiones hydrargyrij leuiores mihi maximè profuerunt, ſi aliqua concitatur vacuatio per ventrem, per ſputum, per vrinas, aut ſudorem: quia cùm nondum ſit altiùs impreſſa labes, nec valde radicata, faciliùs euellitur: quoniam impura cacochymia vacuatur & labes faciliùs conteritur, dempto fomite, & cùm vires non ſint valde deiectæ, ferunt faciliùs auxilium: quod non ita felici euentu obſeruaui in lue confirma ſcirrhoſis tumoribus, tophis, & oſſibus perinde cariatis: quoniam in his adhuc euacuationibus peractis manet impreſſa lues altiùs radicata; ſed illud maximè miri erat, quod gutturis vlcera Gallica promptiſſimè vnctione hydrargyrij ſanantur, neque ſputo ad guttur recurrente (quod timere par erat) redduntur magis ſordida, neque magis ſerpentia, imò detergentur faciliùs, & carne breuiſſimè implentur potiùs & breuiori tempore quàm ſarcoticis, quod non tantùm in gutturis, ſed oris vlceribus obſeruaui.

Vnctio hydrargyrij. quare proſit in 2. ſpecie.

Quare in confirmata nō proſint.

Gutturis vlcera quare vnctione medeantur, obſeruatio.

Secundæ ſpeciei illuſtratur curatio.

GAllici morbi primam, 2. & 3. ſpeciem conſiderant, qui meliùs curari optant, vt vnicuique ſua ſingularis curatio correſpondeat, ne indicationes confundantur, vti ſolet empyricis: vt in auxilio etiam obſeruetur æqualitas, non in magnitudine tantùm, ſed in celeritate ſuccurrendi, in radicatione, aut illius carentia: ideo pro ſecunda ſpecie debellanda veteres Medici guiaci decoctum prætulerunt, ſarſæ aut chynæ potionibus purgantibus, apocematibus & conditis priùs eradicatâ corporis cacochymiâ; in guiaco enim inuenerunt, non ſola experientia & obſeruatione, ſed traditione Medicorum illuſtrium illius prouinciæ Indiarum, vbi hæc ſimplicia colliguntur, calidum & ſiccum eſſe in ſecundo gradu, ſed humiditatem etiam poſſidere, maximè in parte interiori ligni, nigra, pingui, & reſinata, qua viſcerum, & partium ſolidarum humidum primigenium, & nectar viuificum conſeruat, alitque: qua etiam ventrem lubricum facit & mirè ſudorem prouocat, & quod magis eſt, ſingulari analogia Gallicam luem diſperdit, atterit, & exoluit. Sic veteres noſtræ artis Proceres tradiderunt, nec ſit mirum diuerſas, & interdum contrarias facultates poſſidere, hoc enim multa monſtrant ſimplicia, vt rhabarbarum & alia ſimilia: voluerunt etiam in cortice huius ligni tenuiores partes, longè efficaciores actiones poſſidere, quia craſſos, viſcidos, & tenaces humores attenuat, inſcindit, & detergit, reſerat obſtructa, ſudores mouet, vrinas prouocat, & ſputa educit, humiditates ſtomachi abſumit, vnde nauſeam curat & exolutionem & ſiccat & roborat ventriculum, oris fœtorem tollit, diuturnas & inueteratas iecoris & lienis obſtructiones aperit, vteri flatus, icterum & hydropem curat, vlcera ſiccat, ſuperfluam corporis humiditatem abſumit, capitis diſtillationes frigidas & humidas coërcet, & capitis dolores ex eadem cauſa mitigat, & omnes articulorum cauſis diſſipat & exoluit, vlcera cacoëthica & chytonia abſtergit, mundificat, & ad cicatricem perducit, vt puſtulas, tubercula, vlcera & dolores, ſtuporem, paralyſim, & neruorum diſtenſiones: inter quæ opera illud tatum & ſtabilitum habuerunt noſtri Proceres, non ideò à ligno guiaco abſtinendum, quòd calida & ſicca in ægrotis præualeat intemperies: nam ex alio principio ſingulari energia luis Gallicæ radices euellit, diſſipat, & extinguit, & ex alio humectat, & alia, quod creditu difficile videtur, vt in omni cibatione tutò valeat exhiberi, maximè peractis vacuantibus auxiliis & ab omni cacochymia corpore expurgato. Sed illud habet præclarum, vt ſolo guiaci decocto ſudores proliciantur, & omnia ſymptomata miteſcant, vti verum luis alexipharmacum.

Quare vtraque ſpecies ſeorſum medeantur.

Guiaci vires & temperies.

Guiacum humiditatē poſſidere & impinguare.

Cortex guiaci duplò maiores vires habet.

Guiacum adhuc calidis prodeſt & quare.

Illud tamen aduerto, quòd variis & multis ſimplicibus decoctum, virtutem ferè

Quibus coquendū guiacum.

ferè amittit; ideò vt potio gratior reddatur, ſola decoquatur radice ſcorſoneræ, quia temperat & ſudorem prouocat, & ſi in pectore ſit alius affectus vuæ paſſæ & glycyrrhiſu cum eo decoquantur; ſi artritide complicatur lues Gallica, paralyſi, aut cerebri affectione aliqua, ſeu roborantia, ſeu quæ partem affectam reſpiciant miſceantur, vt ſunt flores roris marini, ſtœcados, ſaluiæ, betonicæ, & aliqua quæ vehiculo ſeruiunt: ſemper tamen corporis ſpiracula laxa & patentia habere oportet, quò virus vndique expiret, & ideò ſingulari cautione, corpora & habitationes muniantur, & ſit laconicum exquiſitè paratum, & corpus non oneretur ciborum multitudine, ſed parco & ſicco victu vtatur, vinum omnino volumus interdictum, & veneris vſus adhuc in ſumma neceſſitate virium, & venter laxus conſeruetur, ne expirent fuligines, quæ ſanguinem inficiunt, & ſi ſudor vltrò non prouocetur, iuuetur calidis & humidis euaporationibus aut vaſis aquâ calidâ plenis, & ad pedes ſuppoſitis.

Corporis ſpiracula laxa & patentia oportet cõſeruare.

Vinũ quare interdicendum.

Sudor quibus adiuuandus.

Solent inter Medicos & ægrotos turbare accidentia, quæ ſudoris initiò ſuperueniunt, vt dolores, febres & difficilis ſpiritus: ſed illis non expedit turbari, quoniam illa ſunt indicia fundi & liquari humores, quæ accidentia ſudore procedente, euaneſcunt, & in hoc caſu diem oportet interponere, & corpus repurgare alio cathartico, & præcedenti ſimili: quod ſeptimo quoque die etiam repetere oportet; ſudoris terminus erit quoad veneni radix ſit euulſa, prorſus extincta eius pernicies, quod termino determinato præfiniri non valet, ſed ad leuationem dolorum, vlcerum, autrophorum, ſeu ad redintegrationem reſolutionis, aut mollitiei, aut ſtuporis, & non dierum numero, licet alij ad 20. aut 30. dies hoc definiant; ſecuriùs enim hoc auxilio hæc lues ſuperatur, quàm inunctione hydrargyri, qua raro & vix in totum liberantur ægroti, ſeu quia illud non eſt proprium illius amuletum, ſeu quia eo ſemel peruncti, aliorum auxiliorum vires iam non ſentiunt; ſeu quod Gallicæ luis cauſam altiùs & profundiùs in corpus impingat.

Quare accidentia in ſudoris initio intendãtur, & quid agendum in hoc caſu.

7. quoque die purgationem repetere oportet.

Sudoris terminus quando.

Quare facilius liberãtur ligno quàm mercurio.

Quòd ſi daretur corpus occurrere longè extenuatum, ſeu aliqua febricula conſumptum, ſeu vſtione humoris melancholici, quod illius cacochymia ſit inutile corpori alimentum: in hoc caſu, eſt prudentis attentione dignum, an ſudores in iis prouocare conueniat, quoniam aut timetur atrophia, aut ne febris in hecticam vertatur, ſeu vt vires labantur, ne in poſterum auxilio ſufficiant: pleraque ex iſtis nos etiam in hoc auxilio obſeruauimus: vidimus etiam, ob præſumptum periculum, hos à doctiſſimis viris mercurij vnctioni damnari, potiùs quàm ſudori; ſed nihilominus etiam obſeruauimus ſimili vnctione tabidos & atrophicos reddi, lenta febricula & fluxu ventris concitatò, abſque leuamine alterius auxilij perire: quo dubitare cogor, an magis hoc aut illo auxilio ſit ſalus ſperabilis, an mors ineuitabilis, qua ancipiti alea ſi ad procerum obſeruationes recurrimus, prudentior & ſecurior mihi videtur Fernelij doctiſſimi ſententia; nam in contrapoſitione horum auxiliorum ligni decoctum præfert per hæc verba, *At certè multorum fide atque experientiâ comprobatum eſt hac victus obſeruatione ſiccos humeſcere* (potu nempe guiaci) *& macros pingueſcere, eſtque huius cremoris natura neminem deſtitui vt ſinat: quare etiam infirmiſſimis non minùs, ſed aliquantùlum etiam plus dandum eſt, quia nihil cum impetu facit, cum eius iuuamentum ſit paulatim ſanare: in his tamen nonnullis aut parcè mouendi ſunt ſudores, dum vires paulatim huius decocti beneficio receperint: interim niſi vlcera vel vulnera ſint, nihil foris illinitur: his verò ſi exigua ſint, neque vnguentum, neque aliud quid imponendum, ſed expectandum dum extincta mali radice ſponte ſiceſcant; ſin altius ſerpunt ſordidioraque ſint, aquâ noſtrâ planè diuinâ bis aut ter quotidie abluantur, carminatumque goſſypium in ea maceratum, imponatur vlceris cauo: hæc non modo mirificè detergit & ſiccat, ſerpentemque malignam putredinem coërcet & cohibet, ſed etiam quidquid in vlceris cauo durum eſt, paulatim maturat & in pus ducit vlcus deinde carne implet, & cicatrice obducit, vt multorum vnguentorum vice vſurpari poſſit.* Iſtius aquæ huius eſt deſcriptio ℞. ſublimati optimi gut. xij. aquæ plantag. ℥vj. decoque ſuper cineres calidos in phiala vitrea ad dimidias, & vtere. Decoctũ, quo ad ſudandum vtitur, ſic paratur ℞. raſuræ interioris guiaci nigri, odoriferi, reſinati, quartas tres, corticum eiuſdem puluerifatorum ℥jß. infunde in lb. vj. aquæ tepidæ, & fiat decoctum addendo radicum elenij, ſcorſoneræ, polypodij, querni, granorum iuniperi, rad. cichorij an. ℥j. paſſularum enucleatarum ℥jß. ſeminis cardus benedicti, rad. tunicæ tormentillæ an. ℥ß. pimpinelæ, ſcabioſæ. an. p. j. & fiat decoctio ad medias & dabis lb. ß. bis in die & ſemel in hebdomada purgabitur, ſequenti; ℞. ſyrup. de filicula & perſici an. ʒij. confect. homec ʒjß. decocti pug. ℥ij. & aromatiſetur, & aqua ſecunda pro communi potu, aut ex reſidenti guiaci

Fernelij ſententia in hoc caſu.

Vlcera ſolo decocto ſanantur.

Aqua diuina virtus Fernelij.

Deſcriptio aqua diuina.

Decocti guiaci deſcriptio.

Purgatio ſemel in hebdomada.

decocti parabitur, aut ex ℥iij. in lb. iiij. aquæ ad medias.

In complicatione morborum cū Gallica lue quid agendum.

Sed quia Gallica lues interdum complicatur morbis, cum quibus congruit & conſentit, aliquando contrariis, qui diſſimilem & longè contrariam curationem optant, ideò eſt magna circumſpectione operandum: nam conſentit cum omnibus artriticis doloribus, diſtillationibus, & frigidis affectibus, vt paralyſi, neruorum diſtenſione, hydrope & hi omnes aptiſſimè luis curatione medentur, additis tantùm quæ partem affectam reſpiciant & roborent; ſed qui morbi diſſentiunt, aliam curationem optant, ſaltem dum ipſi vigent & vſque ad ſedentur: ij ſunt febris putrida, quæcunque illa ſit, & omnis calida & ſicca intemperies, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis hepatis, lienis, aut ventriculi, ex qua progerminant interdum puſtulæ, vlcera, lepra, pſora, & ſcabies; diſſentiunt, etiam omnis hæmoptoica paſſio, ſanguinis profuſio à pulmone, vtero, ano, aut ſtomacho, & omnis alius affectus, quem fouet calida & ſicca intemperies: quoniam horum legitima curatio ſolis refrigerantibus & atremperantibus perficitur: quare ſic in illis debet curatio inſtitui, poſthabitis luis Gallicæ auxiliis, vt calidi affectus medeantur, iis tamen remediis non neglectis, quæ quàm minimùm luis cauſam adaugeant; ſic enim vrgentiori ſuccurrimus, aliis non neglectis, vt Galenum ſemper conſuluiſſe vidimus; poſteà verò ſi nos luis medendæ neceſſitas compellit, prout petit neceſſitas, curationem incipiemus, ſed tali attentione, ne calidi affectus radices noua & grauiora concitent accidentia, ſaltem fiat mixtis auxiliis, vt alexipharmaca temperentur, ſymptomata leniendo, quo & morbo reſiſtere & curationis ſpatio vires ſufficere poſſint.

In cōplicata febre, aut calida intēperie.

Alia complicatio expendiētur diuturni affectus cū lue Gallica.

Si verò acciderit vt lui complicatus affectus diſſentaneus, diuturnus, & lentus ſit, cuius curatio nequeat in totum perfici & compleri, & à quo etiam aliquantulum neglecto minùs quàm à lue periculum impendat, co poſthabito, lues eſt curanda perículoſior; iis tamen auxiliis quæ contrario & diſſentienti morbo minùs noxia ſint, at ſi æquè graues & periculoſi ſimul occurrunt, non huic aut illi prorſus, ſed vtrique prudenti temperamento eſt occurrendum, compoſitis auxiliis, quæ vtramque neceſſitatem reſpiciant; ſit exemplum Gallicâ lue maximè defœdatus, cuius corpus ſit iam ſiccum & aridum, febribus bilioſis obnoxium, & calida hepatis intemperie vexatum, valde ſiticuloſum; in hoc caſu illud prudens debet conſiderare à quo iſtorum citiùs & breuiùs periculum minatur, & extra controuerſiam inueniet, quòd calida & ſicca viſcerum intemperies, niſi citò frigidis & humidis auxiliis ſuccurratur, in certum vitæ diſcrimen ægrum ducit; nam ſi luis venereæ auxiliis mederetur, quæ attenuantia & reſoluentia debent eſſe, omnino ſiccum, aridum, & excalfactum redditur, & fortè incurabilis redderetur affectus, quare prudens medendi ratio nos in hoc caſu compellit, vt eodem tempore auxiliorum contrariorum permixtione vtamur, vt vtriuſque affectus ratio habeatur, vt in contrarietate auxiliorum hic & ille affectus auxilium inueniat, ſi non in intenſionis æqualitate, ſaltem in applicationis continuatione: nam frequens auxilij applicatio ſolet intenſionem auxilij ſupplere: ideò in principio, loco alexipharmaci, aut vtamur ſero caprino aut hordeato, rite & vt decet parato, & cibis vtamur facilis coctionis, optimi alimenti, quæ ſanguinem & habitum refrigetent: nam frigidior, ſanguine regenerato, & cibatione per vices repetita, calida medetur intemperies: aluus non ſit adſtricta, neque lubrica nimis, ſed prima regio ſemper ab excrementis munda conſeruetur; aliquo lenienti pariter & attemperante, & cùm iam videatur, quodammodo corpus attemperatum & ab omni excremento repurgatum, poſt 10. aut 12. dies propria luis auxilia propinare oportet ſeu ſola, ſeu aliis permixta, vt dicebamus antea, in decocto guiaci, de quo dixit Fernelius in paſtu & extra paſtum ad ſudores prouocandos etiam validius guiaci decoctum longo vſu notauimus, non modò non augere calidam & ſiccam viſcerum intemperiem ſed ita etiam humectare, vt quauis ratione extenuatos & macros pinguiores reddere: vt omnia ſymptomata ab intemperie calida & ſicca hepatis contracta demulceat; ſed in hac intemperie calida maximè cauendum eſt & obſeruandum, ne quidpiam circum hepar & lienem in ipſo meſenterio indureſcat: ideo 3. quoque die leniens clyſter adhibeatur, aut bolus ex caſſia & catholico educatur, aut aliqua opiata quæ modicè refrigeret, temperet, & leniat.

Frequens auxilij applicatio ſupplet intenſionem.

Conſiderationes in hac curatione obſeruandæ.

Guiaci decoctum calidas & ſiccis medetur & impinguat extenuatos.

Cautio neceſſaria.

De balneo aquæ dulcis in Gallicis, quando imperandum.

Sed illud magis miraberis, Fernelium longa experientia ſtatiatum balneum aquæ dulcis in hoc caſu conſulere, quod nobis etiam ita arridet, vt vnicum huius intemperiei auxilium videatur, omnia excrementitio humore & cruditate depoſita, & maximè ſi hypocondriaca laboret, quæ vſtionem ſapiat: quibus illud

etiam

etiam addit; vt in ipſo balneo aliquid opiatæ accipiat, ac mox guiaci decoctum ſuperbibat, ibique deſideat integram horam: nam decocto lues intus infringitur, & habitus refrigeratur balneo: ac poſtea in lecto ſudorem ſuſcipiat & non prouocet; hoc enim, inquit, maximè melancholicis omnibus lue impeditis conuenit, & ſi non quotidie, ſaltem alternis diebus hoc faciat; nam tepentis balnei vſu ad multos dies continuato facile intemperies delebitur, ſi maxime herbæ refrigerantes decocto addantur niſi vel hydropis vel diſtillationis cuiuſdam conſuetæ metus abſtinendum exhortetur, & ſi decoctum guiaci bibere in balneo recuſet, bibat decoctum ſcorſoneræ & rad. cardũs ſancti ad ℥vj. cum quatuor granis lapidis bezuar orientalis.

In quibus denegandũ balneum.

Tertiæ ſpeciei illuſtratur curatio.

In quo 1. ſpecies morbi Gallici conſiſtat.

TErtiam Gallici morbi ſpeciem, pleriſque ad libitum cõſtituunt per carum, tophos & vlcus cacoëthes: nos autem per diſpoſitionem patientis, in qua breuiùs aut tardiùs habitum illa lues contraxit, ſub hoc aut illo Gallico accidenti, quod generoſis auxiliis reſiſtit; huius ſpeciei curationem, omnes ferè hydrargyri vnctioni detulerunt, vtpote quæ nullis aliis cedat auxiliis, niſi huius auxilij violentiæ: nec defuit qui huius venenoſi auxilij potum imperaret: ſuper hydrargyri qualitatem Auctores digladiantur acriùs: nam alij dum vident quod repercutiendo operatur, in illo ſummam frigiditatem arguunt, dum paralyſim & ſtupores concitat, neruos & cerebrum lædit, & motus conuulſiuos producit; nos cæcitatem vidimus induxiſſe: alij è contrà dum caliſſima accidentia, quæ illius illitu concitantur, attendunt, adurentem calorem poſſidere exiſtimant, nempe dyſſenterias calidas, dyarrhæas, cauſones, & deliria, interdum eruptiones ſanguinis: nos tamen hæc omnia, non calori, non frigori, ſed venenoſæ qualitati auxilij tribuimus; venenum enim diuerſas & contrarias actiones poſſidere experimur; nam calefacit, infrigidat, inflammat, mortificat, & necroſim inducit, & præter iſta eſt vehemens catharticum, nam ſumma tenuitate colliquat, & diſſoluit, vehementer attrahit, inde ſudores mouet, & purgatoria vi, magnis torminibus humores in alluum deturbat, priùs in ventriculum, deinde ad thoracem, interdum ſimul per oppoſitas & contrarias vias, à quibus deinde ſurſum, partium continuatione, ad gulam & os compellit: tam magnâ violentiâ vt dentes vacillent, & cerebrum lædatur, cui, & partibus neruoſis, eſt valde inimicum, potiùs à tota ſubſtantia quàm aliqua manifeſta qualitate, multis enim ad vertiginem, quibuſdam ad inſaniam vſque cerebrum infeſtatur, tremuntque multis non manus tantùm, ſed pedes & vniuerſum corpus; aliis ad annos, aliis ad omnem vitam, & talem (partium tenuitate) vim purgandi ſortitur, vt ne vſtione quidem, aut ſublimatione, eã ſpoliari valeat, ſed quod aliorum purgantium nulli conceditur; in huius cinere ſupereſt maior vis, & maior violentia, vt vehementior, quàm antea reddatur, & purgat (peculiari & inſita virtute) craſſum lentumque humorem, muco ſimilem, deinde conſequutione vtramque bilem.

An hydrargyrum calidum, aut ſiccum ſit, an frigidum.

Auctoris ſententia.

De proprietate & conditione hydrargyri.

De purgãdi virtute hydrargyri.

Sed hanc infelicitatem inter alias huius auxilij obſeruauimus, vt ſi Gallicum apparatum non inueniat, aut ſi exquiſitè ſanis inungatur, quòd tendones, membranas, neruos, parteſque ſolidas atterat & diſſoluat, & carnoſam ſubſtantiam colliquet & in ſudores digerat atque corporis vniuerſam compagem euertat & debilitet, vt ne oſſibus quidem pepercerit: à longo æuo & ex antiquitate grauiſſima argenti viui damna Dioſcorides memorat; nam tormina ventris clamoſa concitare affirmat, interna exedi, atque exulcerari, vrinam ſupprimi, & corpus intumeſcere, plumbeamque deformitatem inducere. De periculoſo auxilio Galenus experientiam numquam facere voluit, vt qui illius fraudulentiam iam compertam habuerit: Arabes nobis periculoſam doctrinam tradiderunt: ideò in noſtro Medico tribunali ſolos illos huius auxilij beneficio euadere notauimus, quorum vires conclamatam violentiam ferre poſſent, numquam verò vt verum Gallicæ luis amuletum illud exiſtimauimus; eſt enim hydrargyrus, omnis inſipientiæ aſylum, omnis temeritatis refugium, cui imprudenti præcipitio ægroti, non parùm ipſi fauent, quia cum tutioris & lentæ curationis moras ferre nequeant, ſeu dolorum immanitate ſeducti, ſeu rebellis etiam contumaciæ, ſe ipſos & chyrurgos præcipitant, & à quouis qui ſalutem promittat, illam veluti à cælitibus expectant: maluntque ſe tradere ancipiti fortunæ, quàm prudentum experientiæ credere, & cauere capite alieno, & aliquando proprio; nam ſepties aliquando inuncti, cum eadem poſtea, & forte grauiora patiantur, idem periculum adire non verentur, ſed in illo inſipientiæ ſuæ pœnas luunt, neque idem periculum effugiunt; nam

Si exquiſitè ſanis applicetur, quæ inferat mala.

Dioſcoridis ſententia de hydrargyro.

Qui euadant ob huius auxilij violentia.

Cyri dicti laudatum.

improbè dixit probè Cyrus: Fortunam accuſat, qui bis fortunæ pericula experitur?

Cum in hoc periculoſo & ancipiti ludo ancipiti fortuna ſemper verſetur alea, procerum & illuſtrium virorum obſeruationes hic annectere placuit, vt ſi non quod ſecurius, ſaltem minùs periculoſum aſſequamur, Fernelius in ſuo libello

Fernelij ſententia de hac curatione.

de lue venerea, tantùm ab vnctione hydrargyri cauere docet. quantùm hæc verba ſonant; atque adeo durum eſt hoc medicationis genus, vt perire morbo complures malint, quàm tanto periculo, tam acerbo diſcrimine leuari; quamquam vix centeſimus quiſque leuatur, recidente vt plurimum ægro: recidiua verò ſimilis eſt radici; neque eiſdem ſymptomatis exercet, ſed fere diſtillatione, artritide, tophis, vel oſſium carie, recurtitque interdum

Per 10. annos delitescit intra corpus hac lues.

poſt annum 20. aut etiam 30. tantoque interuallo mali fomes, quaſi ſepultus delitescit, & nihilominus, qui tum expertes mali prorſuſque expeditos ſe putant, alios cum quibus concubuerint contaminant, prolemque gignunt, ea lue conſperſam: eſt igitur omnium curationum acerbiſſima, quæ huiuſmodi perunctione fit, & in ea miſerrimum hoc quoque eſt, quod plerique omnes qui ſic medentur, medicinam non callent, ſed vt audaciſſimus quiſque, aut in aliis vidit aut ipſe tulit, ita Medicum agit: hinc alius bis, alius ter, aut quater, nonnulli decies, alij etiam vndecies aut duodecies eam curationem experiuntur, tanta cum doloris acerbitate & malorum aceruo, vt credi poſſit, nimium viuendi cupidos, qui non mori maluerint, quàm ſic vitam perferre; mul-

Quæ accidentia educit hydrargyri.

tis namque ad vertiginem, ad epileptiam, quibuſdam ad inſaniam infeſtatur cerebrum poſt curationem: multos in media curatione interire vidimus, donec reſolutis caloris vehementia ſpiritibus, ac defectis cordibus mori ſe non ſentiant: alios vidimus, intumeſcente ad fauces gutture, cum exitum non haberet ſanies, & ſpiritu ſuffocari, quoſdam cum meiere non poſſent, alios exorta dyſſenteria, ac febre mori, & omninò pauci ita con-

Qui conualeſcant ex hac curatione.

ualeſcunt, iique validi ac rubuſto corpore, quibus malum inter initia conſiſtit, ſoluſque corporis ſpiritus vel humor, non autem partium ſubſtantia obſidetur: atque illi hoc periculo, hac amaritudine, his malis, effugiunt: nam cum initium præterlapſa lues, ipſam iam partium ſubſtantiam obſidet, vt argentum viuum puſtulis, vlceribus, tophis, doloribus, aliiſque ſymptomatis tanto periculo opem ferat, mali tamen radicem haudquaquam euellit, & ſi quod iuuamentum eius adferat vſus, id profectò vix ad paucos menſes, ne dicam dies durare conſueuit.

Nunquam mali radicē euellit hydrargyrum.

Hæc longâ experientiâ obſeruata Fernelius variis in hiſtoriis confirmat: nam inter alios interiiſſe dicit quendam, cui empyricus plumbi puluerem propinauit, crudeli ſuperueniente dyſſenteria, & ventriculi diſſolutione plumbeo etiam colore delœdatum, & de Pictore quodam enarrat, qui ſolis pinicillis manu attrectatis ex conſuetudine pingendi cinnabrio,

Hiſtoria Fernelij huius infelicis narrat.

ex illis ad corpus vniuerſum penetrante, in dolorem ventriculo & hypocondriorum incidit acerbiſſimum, poſteà in grauiſſima cerebri mala, & neruorum diſtenſiones grauiſſimoſque dolores: cum enim penicillum, inquit, ille ſæpe digitis extergeret, iis adhærens cinnabrium, ex hydrargyro factitium, partium continuitate vim ſuam in cerebrum, cui & neruis & tendonibus & membranis omnibus imprimis inimicum eſt, tranſmiſit, in quo frigefacto, pituita multa collecta eſt, quæ poſt in brachia & pedes influens, eorum tendonibus & neruis ſymptomata, iis non diſſimilia, quæ vnguento ex hydrargyro accidunt, excitauit; qui annos tres crudeliter excarnificatus, exanguis tandem ac planè tabidus vitam cum morte commutauit, & corpore diſſecto, nullum vitium in membris principalibus inuentum eſt, ſed ſola inexplicabilis & maligna qualitas, quæ tantorum malorum cauſa fuit: nos etiam Hiſpali vidimus barbitonſorem ex ſolo vſu inungendi ægrotos, vnguento hydrargyri, manibus contremiſcentem, & quadam fatuitate detentum, vt prorſus phlebotomandi miniſterio redderetur inutilis: vti alius, quem Fernelius refert, dum argenteam ſupellectilem inaurabat, qui ſolo hydrargyri vapore ſtupidus, veternoſus, ac plane mutus euaſit.

Pleraque tamen, quæ nos etiam vidimus, tradidit obſeruata, eos nempe qui vnguento hydrargyri ſemel fuerunt inuncti, ægrè adeò medicamentis purgantibus moueri, vt ea duplo validiora quàm antea facilè perferant; quod in ſummam frigiditatem hydrargyri refert, quæ ſenſum partium omnium ſtupefacit: nos à forma & occulta proprietate hoc accidere remur, vti pleraque alia, quæ antea notauimus: nam cinere hydrargyri omni exhauſta frigiditate & humiditate, adhuc vis purgandi violentiſſima remanet. quod planè redarguit illud ſumma frigiditate operari: & ſi noſtras obſeruationes huius infælicis, auxiliis aliis grauiſſimorum virorum, annectere velimus,

Inuncti hydrargyro alia remedia non ſentiunt, & quare.

vix

vix eſſent numerabiles: qua in alea illud tantum conſideratum volo, cuinam magis ſit adhibenda fides, an auctoritati fidei & religioni cordatorum virorum, longa experientia & obſeruatione fulcitis, an temeritati chyrurgorum, qui in lucro, fortè inſipientiâ, ſeu melioris conſilij inopiâ, ſpem auxiliandi poſuerunt; in Domino de Meſicres etiam refert Fernelius ad talem extenuationem vnctione hydrargyri deueniſſe, vt in illo nihil præter aridam cutim & oſſa ſupereſſet, vt ſcheletum potiùs videretur, quàm viuum corpus, tophi enim multi obſederant, inquit, tibiarum, crurum, brachiorum, & capitis oſſa diris cruciatibus infeſtabantur, cui nulla prorsùs auxilia profuerunt, quo concludit, ratum igitur ſit hydrargyrum, luis non eſſe antidotum, ſed empiricorum inuentum quod tanquam fucum malo adhibent, neque à viris bonis atque Reip. ſtudioſis tam fallacem, incertam, atque adeo crudelem curationem vnquam tentari debere: vidi etiam, inquit, Medicum ſatis doctum, ſed nimis credulum, quinquies crudelem illam curationem fruſtra in ſe ipſo tentaſſe, & contra iſtam ſententiam nos ire non permittit frequens experientia, mille obſeruationibus fulcita, multos nempe vidiſſe vnctione hydrargyri medicatos, ſed mali radicem non penitus euulſam, quin poſteà grauioribus malis germinaſſet.

Hiſtoria domini de Meſieres Fernelij.

Hydrargyrum nõ eſt luis antidotum.

Semper eſt fallax hydrargyri curatio.

Si ergo in ſimilem caſum quis æger deueniſſet, & nulla in tali vnctione ſpes eſſet, erit fortaſſe contra ius humanitatis relinquendus? illud pietas, religio, nec humanitas ſinit: ſed dicam priùs quomodo Fernelius reſtituit dominum de Meſietes ad vltimam atrophiam redactum; ac poſteà quod nos etiam in ſimili caſu obſeruauimus: cùm aridum corpus, inquit, lenta etiam febre contabeſcere videretur, viſum eſt ægrum alere euchymis & concoctu facilibus, vt ſunt pulli gallinacei, columbini, perdices, & vitulina caro, & hedina, modò elixa, modò aſſa, licet ſemper faciliùs ſit liquidis impleri: conueniebat itaque ex guiaci decocto vitulina caro cum pullo gallinaceo diu elixata, circa finem adiecta oxalide, boragine, bugloſſa, portulaca, & pimpinella, ſiquidem eorum expreſſum ius bis in die ad ℥vj. exhibitum, præterquam quæ vires promptiſſimè erigit, morbi quoque cauſam mitigat, ab ea ſorbitione quidpiam aſſum aſſumebat, tandem pro bellariis vuas paſſas & panem bis-coctum: à vino toto curationis decurſu abſtinebat, & loco vini, guiaci decoctum in paſtu & in ſiti vtebatur, cui inter coquendum,

Curatio mirabilis in domino de Meſieres.

A vino abſtinere eſt ſummè neceſſariū.

cornu cerui addebatur, ad ℥ß. mane hora 6. & à prandio hora 4. ℥vj. ſequentis decocti hauriebat, neque tamen ſudores, qui à corpore exangui & præarido, nullis præſidiis elici poſſunt, expectabat, neque ſi erumpere potuiſſent, vires ferendo fuiſſent: ſic enim parabatur decoctum, vti antea diximus in 2. ſpecie ſemel in hebdomada purgabatur, ſimili medicamento vt dicebamus anteà, aut ſolâ pulpa caſſiæ, aut manna calabrina, & licet catharticum eſſet validius nihil lædebat: nam corpora quæ hydrargyro iam fuerunt inuncta, duplo validiora medicamenta ferunt, nec facilè iis commoueri aliter iudic bis: hæc dum fiunt, cataplaſmata inſtitui ad ſcirrhos demoliendos diſcutiendoſque, quæ ſunt efficaciſſimà: vt ℞. ſinapi aceto macerati per horas 20. deinde contuſi ℥ij. rad. brioniæ crudæ ℥ij. rad. ſigilli Beatæ Mariæ crudæ ℥vj. axungiæ porcinæ veteris, omnium æquale pondus, croci ʒß. m: laxentur ſimul in formam cataplaſmatis, pro partibus dolentibus renouentur quotidie. & ad multos dies perſeueret, & hoc emplaſtrum pro capite applicetur; ℞. ſynapi per noctem aceto macerati ℥ij. piperis. piretri, caryophyllorum an ʒij. maceris ʒj. ellebori nigri, rad. iridis florent hermodactilorum an. ʒiij. ſem. ſtaphiſagriæ ʒiß. gummi pini & amoniaci an. ʒiß. malaxentur cum oleo de euphorbio & ſub finem adde tereber. quod ſat ſit, vt f. emplaſtrum & extendatur portio in aluta pro nodoſis tumoribus & doloribus diuturnis Gallicis, aut à cauſa frigida, & quotidie hoc oleo efficaciſſimo caput inungatur; ℞. rad. acori, galangæ, calami aromat. nucis muſcatæ, cinamomi, piperis, vtriuſque pyretri, maceris an. ʒß. foliorum ſiccorum lauendulæ, maioranæ, origani. pulegij, ſaluiæ, menſæ roris-marini an. p. j. florum anthos, ſaluciæ, lauendul. an. p. ß: olei communis ℔. j: aquæ vitæ ℥viij. ponantur in phiala vitrea & bulliant ſuper cineres calidos ad aquæ conſumptionem & exprimatur oleum in torculari ad prædictum vſum; cùm primùm horum remediorum vſu dolores (qui remittere cœperunt aliquantulum) non modò illa lenta febris, quæ hectica putabatur euanuit, ſed corpus carne, ſenſim ita vires recepit, vt iam lecto ſedere poſſet & in æſtuario poſtea morabatur, ſed priùs decocti ℥vj. hauriebat, præmiſſa opiatæ ʒj. deinde ad ignem totum corpus vngebatur molli frictione; hoc enim ſi quod aliud infeſtas hydrargyri qualitates venenoſo generi impreſſas delet, & natiuum recreat calorem & virtutis vigorem: in hac curatione dum

Semel in hebdomada purgare oportet, aũ iudat.

Cataplaſma ad ſcyrrhos & tophos.

Emplaſtrũ pro capitis dolore & nodoſis tumoribus.

Oleum mirabile pro capitis dolore.

Ad extrahendas hydrargyri ad extra qualitates infeſtas.

perſiſto

perſiſto paulatim recreari vires indies viſæ ſunt, vt tandem circa 40. diem certa nobis ſalutis ſpes effulſerat: nam dolores inueterati quieuerunt, ſcirrhoſi omnes dolores diſſoluebantur, & omnia ibant in meliùs: quo tempore ſorbitiones & elixa omnia circumcidimus, ſolis aſſis contenti, ne nimio potu humidorum ciborum vſu fructo, iecoris robore tumor oedematoſus in pedibus abſcederet; vti ſolet in morbis diuturnis, ſed tum electuarium trium ſantalorum cum quadruplicato rheo parare fecimus, cuius tabellam bis in hebdomada ad iecoris corroborationem accipiebat, cum illa guiaci potione; ac poſteà per menſes hoc guiaci potu vtebatur, donec omnis extincta lues videretur; ac biſcoctum ſic parare curabam; ſeminis cardus benedicti mundati, pimpinellæ, mindæ, aniſi, fœniculi, an. ℥j. miſceantur diligenter cum ſufficienti quantitate paſtæ ex optima farina & fermento, deinde fiant panes biſcocti, qui vbi refrixerint in teſſeras ſecētur ac ſaccharo & aquâ roſatā abluti in furno tepido diu ſiccentur & in vnum reſeruentur; quo Dei beneficio in totum hic & alius ægrotus conualuit.

In fine curationis quare ſorbitiones minuere oportet.

Biſcocti preparatio vtilis.

O piata, de qua antea fecimus mentionem, ſic paratur; ℞. ſcordij ℥ß. chynæ ℥j. pollij montani, pulegij, praſſij albi, origani, calamenti, hyperici, centaurij minoris, ſtecados, camedrios, camepitheos, ſpicæ nardi, an. ʒij. ſem. aniſi, fœniculi, petrocelini, dauci, ſileris montani, ocymi, ſem. pæoniæ, macis, an. ʒj. rad. ariſtolochiæ, gentianæ, dictami, valerianæ, aſari, an. ʒj. zinziberis, nucis muſcat. caryophyllorum, piperis, croci, an. ℈iiij. cinam. electi, myrrhæ, caſtorei, ſtiracis, calaminthæ, an. ʒij. mellis optimi ſatis ad opiatam & ſi hanc abhorreat, fiat diſtillatio ℞. ſcordij m. ij. calendulæ, morſus, pimpinellæ, hyperici, betonicæ, maioranæ, bugloſſæ, ſcabioſæ, ſaluiæ an. m. j. hyſſopi, meliſſæ, an. m. ß. contundantur in vaſe terreo & ſeptem dies ad ſolem ferueant & exprimantur, & iterum cum liquore expreſſo miſceantur, vt ſupra, octo diebus, deinde in remanente liquore adde radicis tunicæ tormentillæ, ſem. cardus ſancti, an ℥ß. nucis muſcatæ, caryophyl. an. ʒj. macis, ʒß. ſem. pimpinel. ʒjß. croci, ʒj. mythridati. ʒj. theriacæ ʒiiij. & commixta ſoli exponantur, 5. diebus in alambico obturato, deinde fiat omnium diſtillatio in vaſe duplici & ſeruetur ad vſum, & ad vlcera cacoëthes pudendi, aut alterius membri, hac aqua diuina vtatur. ℞. ſublimati gut. xij. aquæ plantag. ℥vj. decoque ſuper cineres calidos in phiala vitrea ad dimidias, & vtere, & ani & pudendi rhagadias & verucas vtcunque progerminent, priùs ſtilo oleo vitrioli leuiter tangantur, deinde hoc vnguento bis in die illiniantur, corpore exquiſitè vacuato ℞. olei de vitellis ouorum ℥ß. olei roſati ℥ij. agitentur in mortario plumbi ac poſtea miſceantur ceruſſæ ℥ß. litargyrij ʒij. vitrioli albi lacte nutriti gut. vj. mercurij dulcis gut. iiij laudani opiati gut. vj. & in mortario incorporentur, & in fine adde ceræ citrinæ parum ad vnguentum, & ſi non proſint, vltimum erit auxilium vnctiones mercurij & tandem fonticulus in crure imponatur; hæ fuerunt olim indicationes & auxilia doctiſſimi Fernelij reficiendi, impinguandi, & attemperandi corpus lue infectum & ad euellendam luem altiùs radicatam; nos de hoc ipſo argumento, pleniſſime egimus in ſuperiori *Illuſtratione de tabe Gallica*, vbi hæc omnia arte & methodo ad cuiuſque neceſſitatem certiſſimè inuenies, quæ obſecro vt oculis perluſtres.

Opiata deſcriptio.

Diſtillatio mirabilis aqua.

Aqua diuina Fernelij deſcriptio.

Vnguentum mirabile ad rhagadias & verucas pudendi curand.

Licet hydrargyri veneno, tot præmeditatas cauſiones adnotauimus, non id eo inficior quòd Arabes affectibus externis mirabilem virtutem, huic per oculos, auxilio detulerunt quippe quod ſanguinis incendium, bilis ardorem, excſioneſque foris ad motum mitiget, ſiſtat, atque compeſcat, ex iiſque nata vlcera perſanet, qua certè ratione ad cohibendam omnis generis ſerpentem ſcabiem ſiccam, ad lichenas, impetigines, pſoram, ac lepram, & affectus ſanè perquam rebelles nec aliis quantumuis propriis auxiliis non obſequentes, magno fructu, illud aliis ritè permixtum vſurpauimus, fortè valde correptum, & licet ad intus ſumptum ſemper mihi ſuſpectum videatur, atque periculoſum, ob ſingularem venenoſam naturam, & ad extra inunctum ſemper incertum & nunquam amuletum; non ideo in ea ſum ſententia, vt videar adeo paradoxus, vt extremam & vltimam Gallici morbi neceſſitatem, illius auxilio deſertam reliquiſſe cordatus quis præſumat: non ſunt enim iſta tam à ratione & ingenio remota, vt temperamentum humanæ prudentiæ refugiant, ſub definita lege, quam Hippocrates poſuit 1. Aph. 8. quando dixit *Extremis morbis, extrema exquiſitè, remedia conueniunt* ad hæc enim niſi cogente neceſſitate non deuenimus; ideo res iſta, licet ſit iam olim à plurimis diſputata, adhuc indefinita manet, fortè ob varia quę quiſque experitur: nam Fernelius, vt vidimus, huius auxilij violentiam ſummopere abhorret,

De vtilibus hydrargyri in affectibus externis.

Quando & quibus vnctiones imperanda & permittenda ex argento viuo.

ret, & Montanus, facilè ſui ſæculi magnus, dum idem argumentum pertractat, haud ſcio an magis illud abhorreat & a-

Auctorum ſententia de hac curatione.

uerſetur, & Leonardus Botalus, Regis Gallorum Medicus, nec curat, inquit, hydrargyrus à proprietate manifeſta morbum Gallicum, nec vllam contra ipſum proprietatem occultam habet, imò eſt poſſimum venenum, & exterminandum à toto vſu medicinæ, & licet ipſum videatur aliquando curare, non tamen curat Augerius Ferrerius, ego aliquando inunctiones rerum calidarum, inquit, ſine argento viuo adhibui, nec intelligere potui, qua in re præſtaret argentum viuum, cuius contactu ſæuiſſima ſymptomata relinquuntur, vt plus interdum periculi immineat à remedio, quàm à morbo: non eſt argenti viui generatio, & vis quam impugnamus, ſed peſtilens malignitas, morbo plerunque grauior, quàm vna cum curationis beneficio imprimit & relinquit: nam & neruos offendit, cere-

Argenti viui damna.

brum mirum in modum debilitat, & quod peſſimum eſt, corpus ſubingrediens oſſa perforat & medullas inuadit, atque in ipſis tam acerbos dolores excitat, vt plerunque mors præferatur: quod admonitione dignum viſum eſt, non ad penitùs interdicendum eius vſum, ſed ad reprimendam multorum temeritatem & laſciuiam; qui in omni ætate, omni ſexu, omni temperatura inconſideratiſſimè eo vtuntur, at ſi alia remedia propter morbi

Quando permittenda argenti viui curatio.

ſymptomatumque vehementiam parum efficacia videantur, non repugnabo quòd tunc ad mercurium confugias: Antonius Francanſianus, ſe vidiſſe tempus teſtatur, quo vnctiones ex hydrargyro, quòd nimis violentæ eſſent & periculoſæ, & ſi quandoque ſanare viſæ eſſent, non amplius in vſu fuerint: licet deinde altero ſuperiori anno, eſſent repetitæ in morbis contumacibus, & rebellibus ſed adhuc omnibus ritè obſeruatis, cenſet periculo nunquam carere, & ſi morbum non curet,

Si morbum non curat relinquit incurabilem mercurius.

relinquere incurabilem, ita vt ad mortem comitetur; Gabriel Fallopius chyrurgus quauis ætate nobilis, *licet*, inquit, *oratio mea ita videatur ſanere huic hydrargyro eique tantum tribuere, tamen non probo vſum eius; ſuperat quidem morbum, ſed ſi habemus regias rationes curandi, quæ vt pluri-*

Fallopij ſententia de hac curatione.

mùm & certiùs ſanant ſine corporis incommodo, ſaltem leniunt, ſine noxa, nec proritant affectum, cur vtemur hydrargyro? ex quo non ita certa nec tuta ſuccedit ſanitas? ſi non ſanantur, proritatur, valentiorque fit lues, labefactantur viſcera & partes ſolida corporis; multi maraſmo corripiuntur ab inunctione, multis ſuccedit caſus dentium, & palati corruptio, his oſſa capitis exeſa manent, illis os, & facies intorta; ſi non ſanat protrudit omnem colluuiem ad caput. Ego reperi homines inunctos per trienuium ante, & venientibus gummatibus in tibiis, detecto oſſe, vidi collectum ibi argentum viuum; hæc Fallopius. Hæc omnia & alia certè

Auctoris concluſio.

monſtrant quàm liberè & ingenuè, nos dictare potuiſſe videamur, in vſu huius medicamenti nihil boni ineſſe, ſed mali & periculi multum, vt caueat diſcatque poſteritas & qua cautione illo certè vtendum, quando nos vltima neceſſitas, compellit, auxilij & morbi periculis æqua lance libratis, quando nempe nulla alia ſpes auxiliandi lucet, niſi quæ ancipiti periculo lucratur, & quibus perſonis ab illo abſtinendum: quo tandem ſit concluſio, quod hac empyrica curatione, vel nunquam periclitandum eſſe, vel non niſi à probis doctéque in arte verſatis auctoribus imperata, & magna circumſpectione deliberata, & ab illis à quibus in conſultatione propoſita diſcrimina, ſide, charitate, & religione, expenduntur, & optimè ſunt de Rep. meriti.

ILLVSTRATIO X.

Ad febres hecticas & morbos in habitu contractos.

IN febre hectica tenent Doctores aliqui, omne eſſe euerſum temperamentum, tam ſubſtantificum, quàm qualitatiuum: nam illorum actiones ſe mutuò conſequuntur; ac ideò non eſſe principium à quo poſſit dimanare ſalus: nam facultates ad ſalutem recuperandam, medio temperamento operantur, & ſi hoc eſt euerſum, non poterunt facultates ſuas edere operationes ad ſalutem, nec vitalis in corde, animalis in cerebro, naturalis in iecore, ſi calor æqualis & in habitu, humidum radicale abſumit, conatiuum calorem diſſipat, influentem exoluit, & omne iuſtitiæ temperamentum euertit, quo omnes deſtruuntur facultates, omnibus etiam ablatis actionibus, quibus vita carere nequit; pro huius argumenti ſolutione (quod certè

An in hectica ſit principium à quo poſſit ſperari ſalus.

validum eſt) reſpondemus, quòd aliud eſt temperamentum ſanitatis, & aliud morboſum: nam primum in ſymmetrica proportione conſiſtit, tam ſubſtantiatum, quæ elementis correſpondent, quàm qualitatum, quæ ex illis reſultant, & proximè illarum eſſentiam conſequuntur (ſic enim elementa manent virtualiter in

mixto)

mixto) morboſum autem in ametria,ſeu immoderatione tam ſubſtantiarum,quàm qualitatum,ſecundùm præualentiam elementi, quod præualet in hoc morbi exceſſu, ignis nempe, aëris, aquæ,aut terræ; in temperamento ſanitatis, certum eſt ſalubriter perfici actiones, quæ illi ſanitati debentur, ſecundùm illius latitudinem: morboſum verò temperamentum eſt illud quo actiones eduntur, vitalitatis non perfectæ,ſed tantùm intra cuius limites anima conſeruatur; nam adhuc in hoc temperamento intra illius latitudinem primæ & ſecundæ qualitates in tali menſura conſeruantur, vt ſint debita diſpoſitio vt anima corpus informet: niſi tale temperamentum iam ſit ita euerſum, vt illa forma illo non poſſit conſeruari,quia incompatibilis,vnde alia introducitur,illæ præuerſioni debita;ac ita verum eſt dicere quod in hecticis & in omnibus aliis, quibus temperamentum eſt euerſum, tam ſubſtantificum quàm qualitatiuum, habere intrinſecum principium à quo poſſit dimanare ſalus: nam licet temperamentum cordis & aliarum partium ſit quodammodo euerſum, ſemper tamen manet illa diſpoſitio vitalitatis, qua conſeruatur anima, quæ eſt omnis actionis principium, & ex illa qualitates reſultant, quarum medio, & Medici auxilio (ſi indicationibus æqua lance libratis operatur)valet æger,ad priſtinam ſanitatem reſtitui: nam forma adhuc in hac præuerſione (ablatis impedientibus) debitas qualitates producit,vt medio huius temperamenti, aut conſeruetur vita, aut deperdita ſalus inſtauretur; nam ſi anima eſt forma mixti, neceſſariò dabit eſſe ſubſtantiale mixto,quia mixtum non poteſt conſeruari, ſine qualitatibus mixti; nec erit conueniens quòd anima, ſpiritualis cum ſit, ex ſe producat qualitates corporeas. quoniam illas continet eminenter in ſuo eleuato principio operandi,patet in potentiis vegetandi & ſentiendi, quæ ſunt materialia accidentia, nempe ſecundæ qualitates, quæ in homine ab ſpirituali anima producuntur, in genere cauſæ efficientis, & ideò quando dicimus in hectica confirmata phreniticde & maraſmo retorrido, non eſſe principium à quo poſſit dimanare ſalus,illud ſub hac docta philoſophia intelligimus: & aduerte quòd hanc præuerſionem pariter malignitas inducit, ac lapſa & altiùs radicata intemperies in hoc aut illo temperamento.

De radicatione & habitu morborum.

Habitus,eſt quædam qualitas ſubiecto radicata, nec facile mutabilis à ſubiecto, quia cauſas ſortitur immutabiles, ſaltem immobiles, ob radicationem à pluribus actibus comparatam, ſiue ex cauſæ inueteratione, vt habitus ſcientiæ & virtutis: ſed quia hæ qualitates varios ſortiuntur reſpectus,ad diuerſa in quibus habitualis radicatio contrahitur, ideò ab Ariſtotele diuerſa ratione definitur: nam *capite de qualitate* (qua in categoria continetur) dicit *quòd habitus eſt difficilè mobilis à ſubiecto, & libro* 2. *Ethicorum* ad magis ſingularia deſcendit quando ait, *habitus eſt quo nos malè vel benè ad affectus habemus*; nam circa noſtras maximè verſatur paſſiones. ſed vbi maximè habitus rationem explicuit, eſt 5. *Metaphyſicæ cap.*20. per hæc verba, *Habitus eſt diſpoſitio ſecundùm quam benè vel malè diſponitur diſpoſitum aut ſecundum ſe, ſiue alterius reſpectu*; *ex quibus* definitionibus elicimus, quòd habitus propriè ſumptus, *eſt qualitas,permanens, per actus vitales comproducta, quæ potentiam in operando faciliorem reddit ad ſimiles actus producendos, ſi habet virtutem neceſſariam in potentiâ,qua per actuum multitudinem determinatur, ad hunc potiùs actum.quàm ad illum*: ſed habitus non dat eſſe, nec poſſe (hoc enim eſt proprium potentiæ) ſed facilitatem ad operandum,& hæc eſt ratio quare calotis habitus in hectica & quacunque alia altiùs radicata intemperie,quotidie faciliùs in deſtructionem operetur, & quia potentiorem virtutem ſortitur ab elemento præualente in hac præuerſione, & ex multitudine actuum facilitatem; quo ſubſtantificum & qualitatiuum temperamentum euertitur, vſque ad comparent qualitates vitæ incompatibiles,quia forma cum illis non compatitur; quo fit vt niſi citò & æquali contrario occurratur, ſecundùm artis principia & præcepta, virtute & morbo in radice æqua lance libratis, non poterit hic habitus depelli,ob cauſas immobiles altiùs radicatas: ſed aduerte quòd magis actiuæ qualitates, non ita difficulter depelluntur, vti calor & frigus, maiori tamen difficultate,quæ actiuitatem hebetiorem habent, veluti eſt humiditas & ſiccitas,quarum contraria lento & tardo alterationis mótu operantur; & primis contraria è contra.

Habitus definitio.

Alia habitus definitio.

Ab

Ad hecticæ curationem & habitus indicationem. Illuſtratio.

OMnis febris eſt calor præter naturam, viuenti inhærens & per modum habitus contractus; oritur tamen ille calor à forma ſubiecti, cui inhæret; in diarrhea nempe à forma ſpirituum, in humorali ab ipſa forma humoris putreſcentis vſti, aut alterati: in hectica à forma corporeæ viuentis, vbi calor præter naturam hæret; ideò maiorem habitum & difficiliorem contrahit, quia pars ſolidior & denſior; in hac duplex ſumitur indicatio, alia à temperamento ſubſtantifico euerſo, quia ex illius præuerſione determinatur anima, ſeu forma mixta, ad talis caloris productionem; à quo indicatur repoſitio ſubſtantiæ deperditæ, appoſitis & contrariis alimentis elementò illam præuerſionem inducenti: alia ſumitur à calore & quatenus ſiccitati coniuncto, & quatenus altiùs & in habitu radicato: ab illo indicatur refrigeratio & humectatio vniuerſalis per aërem, per balnea, per vnctiones &c. & à radicatione indicatur contrariorum actuum multitudo, & frequens & longa auxiliorum applicatio ad proportionem inducti antecedentis habitus & contrarij: ideò enim prima ſumitur indicatio à temperamento ſubſtantifico præuerſo, quia præuertitur per exceſſum partium calidarum elementorum, prout ab illo determinatur forma mixta ad hecticæ febris productionem, & caloris præter-naturalis conſeruationem; vnde indicatur repoſitio roridæ & humidæ ſubſtantiæ alimentis quorum renutritione fiat harum partium repoſitio, vt ad naturalem partium elementalium, & debitam proportionem reducatur temperamentum ſubſtantificum deperditum, quo etiam conſequitur qualitatiui temperamenti moderatio; ſi verum eſt quod qualitatiuum temperamentum in quocunque ſtatu ex ſubſtantifico reſultat.

Calor præter naturã & vreus à forma ſubiecti, cui inhæret.

Indicationes curatiuæ febris habitualis curioſè expoſita.

Hæc prima & generalis indicatio ferè ſolis alimentis adimpletur, inter quæ primas tenet lactis vſus, nam temperat, nutrit & frigido reficit alimento: in hoc tamen dicam quod obſeruaui, incepit quidam hecticus cum aliqua ſuſpitione phtiſis, ſputo purulento & à cibo exacerbatione concitata, lac à capra recens mulctum cum ſaccharo ſuſcipere, ſed in ſtomacho neſcio quid implacidi guſtus ſentiebat & ex lactis odore frequenter eructabat, vnde tuſſis grauior in dies pullulabat, febris intenbatur, ac exacerbationes, erant magis conſpicuæ, quo nobis viſum eſt, lactis craſſitiem, ab illius ſtomacho non poſſe ſuperari; ac protenus, Illo dimiſſo lacte, tenuius lac aſinæ imperauimus, quo hæc omnia accidentia (lacte mutato) ceſſare videbantur & vires inſtaurari, adeò vt viuido colore omninò reſtitutò, iam meliùs haberi videretur: hoc vidimus in viro qui vocatur Petrus de la Piedra in menſe Ianuario anni Domini 1660. hoc idem obſeruauimus in puella quadam nobiliſſima, filia Petri de Torquemado, cui lac aſinæ etiam propinauimus, & ferè ab extremo maraſmo, à febre habituali iam longiùs producta, in totum vidimus reſtitutam, à febre liberam, & omni deperdita ſubſtantia fere redintegrata: ideò in illam certè opinionem nos traxit obſeruatio, vt lac aſinæ, lacte capræ ſemper ſit præferendum, extenuatis maxime, & vbi ex longa morbi patientia ventriculus imbecillitatem cõſpicuam contraxit, quantumuis cibi appetentia non deficiat: habent enim longè diuerſa principia & cibi appetentia & coctio ciborum, benè poteſt enim actio huius virtutis deiici ex altiùs radicata intemperie; altera illæſa permanente, & ſola ventriculi corrugatione conſequuta: quare ſi aluus lubrica non ſit, lac aſinæ potiùs imperandum exiſtimo, ob dictam rationem; quod ſi reddatur lubrica, lac capræ potiùs commendatur, maximè lacte chalybeato, ſeu tertia parte aquæ plãtaginis chalybeatæ mixta; dum incipiamus ab vnciis tribus aſcendendo ad ℔. ß. cum ſaccharo roſato aut ſaccharo antiquo, quod ſemper nobis magis probatur, in illa phtiſis ſuſpitione, qua ab Auicenna maximè commendatur; quòd ſi aluus lubrica valde nũ ſubſiſtat, nos lacte vtimur capræ, hoc modo præparato; accipiantur ℔. ij. lactis, & vna aquæ chalybeatæ, ſiue aquæ plantaginis, & terueant lento igne & ſemper agitando donec lactis libra vna perſiſtat, & ſi conſequi poſſit ℔. ß. & de lacte hoc modo præparato vtatur, ad 30. dies & ampliùs ſi illud permittat appetentia & ægroti ſtatus; aliud verò ſimplex lac imperabitur abſque vllo termino præfinito, nempe, ad temperationem altiùs radicati caloris & præter naturam in habitu contracti & vſque deperdita ſubſtantia inſtaureretur, nam hoc ſolo conſilio, hæc & illa indicatio adimpletur; quòd ſi lac muliebre à febrienti non auerſatur, illud ſemper eligere prudens erit conſilium, vtpote quod magis naturæ noſtræ & generationis principiis ſymboliſat, quare ſi non corrumpitur (hoc in quocunque lacte) in ventriculo aceſcat aut

Quibus hæc indicatio adimpletur & primò de lactis vſu.

Obſeruatio lactis.

De electione lactis aſinæ, aut capræ.

Lactis præparatio in aluo lubrica.

K

aut inflatus vertatur, aſcendere debemus & paulatim ab illa quantitate quæ dicebamus antea: quod ſi non ita bene ſuſcipiatur à ventriculo & forte auerſetur inter vnam & alteram potionem, de hac emulſione, ℥iiij. accipiat; ℞. amig. dulcium aqua maceratarum, pineorum, ſeminis cucurbitæ & melonis recentium, acetoſæ, lactucæ, an. ℥iij. & contuſi in aqua roſata macerentur, linteo poſteà exprimantur & expreſſioni adde ſacchari roſati tabulati ℥ij. pulu. margaritarum præparatarum ʒß. & f. emulſio ſemel in die capienda, quod ſi hæc omnia faſtidiat vti pleriſque ſolet. de hoc condito (quo prædicta indicatio adimpletur) ʒij. quotidie accipiat.

Emulſio ad interpolandum inter lactis exhibitionem.

Conditum pro hac intentione.

℞. conditi florum violarum, bugloſſæ, roſarum, nenufaris, ſcabioſæ an. ℥ij. ſpecierum dragacanti frigidi, diamargaritonis, diapinidij an. ʒij. ſyrupi de ſucco portulacæ, & de acido citri an. ℥j. & ſaccharo aqua roſata diſſoluto fiat conditum: ſed hoc electuarium pro hac intentione primas tenet; ℞. carnis teſtudinis aquatici ℥iiij lauetur & coquatur in iure veruecis aut gallinæ, & inter coquendum addatur hordei excorticati, & pineorum aquâ roſatâ infuſorum an. ℥ij. amigdalarum mundatarum ℥iij. gummi dragacanti infuſi aquâ roſarum, ſeminis papaueris albi, lactucæ, & quatuor ſeminum frigidorum an. ʒij. ſacchari albi diſſoluti aquâ bugloſſæ, quod ſat ſit ad electuarium, ſeu ad tabellas auro condecoratas, de quo accipiat ℥ß. cum aliqua diſtillatione inſtaurante: nam ſi ob ariditatem emaciati corporis craſſiora alimenta permeare non poſſunt, iura aut diſtillationes ſunt eligenda velut in hoc exemplo; ℞. pullos gallinaceos n. iij. vnico feruore bulliant, corium pinguedoque ab illis ſeparetur, & in fruſta diſſecti (oſſibus iam confractis) ſimul reponantur, carnes teſtudinis nemoralis, limacum, & ranarum, an. ℥iiij. ſacchari roſati ℥ij. foliorum boraginis, lactucæ, ſcariolæ, an. m. ij. carnis cucurbitæ ℔. ij. foliorum & radicum agrimoniæ p. j. hordei mundi p. jß. pomorum dulcium ℥iij. ponantur in ſufficienti aquæ quantitate in balneo mariæ cui adde ſucci limonum ℥ij. & fiat diſtillatio & in colatorio impone cryſtallorum acidorum ℥j. & de hoc accipiat ℥iiij. mane & ſerò & per 20. aut 30. dies.

Diſtillationes & iura quæ eligenda, & quando.

Pro ſecunda intentione, nempe attemperandi qualitatiuum temperamentum euerſum corporis vniuerſi, ſeu partis alterius principalis, cuius occaſione habitualis calor fouetur, intus & extra attemperare decet, & primò de hoc Iuleb imperetur; ℞. ſyrup. portulacæ, bugloſſæ an. ℥ij. Iuleb violarum ℥iij. aquæ portulacæ, bugloſſæ, limacum, & lumbricorum terreſtrium an. ℥ij. pulueris manus Chriſti ʒß. ſyrup. de acido citri ℥ß. de quo accipiat ℥ij. mane & ſerò, & ſi cordis feruor vniuerſali calori cauſam præſtat, hoc vnguento cordis regio & carpi manus vngantur. ℞. ſucci portulacæ. bugloſſæ, violariæ, lactucæ, ſimul expreſſi an. ℥j. ſucci ſcabioſæ ℥ß. olei violarum, roſarum, nenufaris, an. ℥iiij. coquantur ad ſuccorum conſumptionem, & adde in fine, ſucci citri ſeu limonum ℥ß. muſcilaginis, pſyllij extractæ aquâ roſarum ℥ß. electuarij de gemmis diamarg. frigidi an. ʒß. cryſtalli præparati & coralli ſubtiliſſimè pulueriſati an. ʒß. & f. vng. & bis in die inungatur.

Temperamenti qualitatiui euerſi indicationes.

Iuleb.

Vnguentum pro cordis feruore.

Et ſi ab alio membrorum principalium ille calor fouetur, in huius attemperatione ſit tibi maior ſollicitudo: nam ſi ſpina dorſi, cuius maximè conſumptio timetur, illa eſt inungenda; ſi caput incaleſcit, embrochis, maximè noctis tempore, ex lacte & decocto herbarum frigidarum, hordei, papaueris, violarum, & pſyllij, pro corde attemperando & roborando; ℞. aquæ roſarum, naphæ, & portulacæ, an. ℥ij. vini albi generoſi ℥i. diamargaritonis frigidi ʒij. oſſis de corde cerui ℈j. camphuræ gut. iij. eſſentiæ corallorum gut. iiij. & bombice ſerico imponatur ſuper cordis regionem, & pro hepate ſic imperabis, ℞. aquarum endiuiæ, lactucæ, roſarum, an. ℥ij. ſucci ſcariolæ & lactucæ, an. ʒj. ſantalorum rubrorum ʒij. tria ſantalorum ʒj. & f. epithema, hæc & illa renouando, ne reaccenſo calore, illius membri calor intendatur, & pro ſpina dorſi attemperãda, vbi feruor ſpiritus & ſanguinis natiuum calorem atterit & conſumit, hoc lenimentum maximè temperabit vtriuſque exceſſum; vt ℞. olei nenufaris, roſarum, & papaueris, an. ℥j. lauentur aquâ frigidâ, muſcilaginis, ſem. pſyllij. cidoniorum, althcæ, aquâ roſatâ extractorum an. ʒij. butyri recentis, axungiæ gallinæ, medullæ cruris vituli, lotorum aquâ lactucæ, an. ℥iijß. pulueris electuarij reſumptiui, diamargarit. frigidi an. ʒjß. ceræ albæ parum & f. lenimentum.

Ad membrũ magis intemperatũ ſit maior ſollicitudo, velut in his exẽplis.

Pro corde.

Pro hepate.

Pro ſpina dorſi.

Si verò atrophia ſequatur in tertia ſpecie, ex nimia ariditate corporis in hectica iam planè confirmata, vt partes & viæ laxentur, corporis vniuerſi & vt penetret etiam alimentum, hoc Zacutus expertum commendauit; ℞. pulpæ caſſiæ fiſtulæ ℔. ß. butyri recentis ſine ſale ℥iij. axungiæ gallinæ, medullæ cruris vituli, an.

Pro atrophia in hectica confirmata vnguentũ pro toto corpore.

an. ℥viij. vnguenti reſumptiui & Zachariæ recentis an. ℥iiij. olei nenufaris, violarum an. ℥iij. olei papaueris ℥iß. muſcilaginis, pſyllij, cidoneorum, altheæ, aquâ roſatâ extractorum an. ʒiij. iuris pinguis caſtrati ℥vj. lactis mulieris, ℥v. ſucci ſemperuiuæ ℥ij. olei extracti ex albumine oui, ℥iiij. farinæ hordei, ℥ij. pulueris roſarum, corallorum, coriandri, an. ʒij. miſceantur omnia cum ſero lactis capræ ſeu aquâ hordei, aut roſarum, & f. lenimentum, & bis ante cibum & cœnam corpus vniuerſum vngatur.

Pro prima regione ab extremitis expurganda & leniéda, obſeruatio. Et ſi magna excrementorum illuuies coaceruari coniicias ſeptimo quoque die accipiat mannæ electæ ℥j. ſacchari ʒi. iuſculi cicerum ℥iiij. ſeu iuſculo pulli diſſoluatur, & interim aduerte quòd ex accidentibus quæ hecticis ſuperuenire ſolent, fluxus ventris eſt ferè ſemper lethalis, ideò maximè cauere decet à nimia ventris lubricitate; ſin minus hoc clyſtere vtatur; ♃. iuris gallinæ, in quo flores cordiales coquantur, & portulaca recens, ℔.ß. ſeri caprini ℥ij. mannæ electæ ℥j. butyri recentis ℥iß. vitelli ouorum n. ij. ſalis parum aut nihil.

De balneo Aduertẽtia. De balneo dulcis aquæ, quod ſuper omnia potentiùs refrigerat, temperat, & cutis poros laxat, & penetrationi alimenti viam parat: illud tibi aduerto, quod Galeni apparatus magis ſuo tempore in vſu fuiſſe, quàm in noſtro; ideò meritò iam penè exoleuit, & ferè apud doctos deſpicitur, quia culpâ non caret nullo non tempore; nam extrema imbecillitas hæc balnea non tolerat, & hyemis rigiditas extinctionis caloris periculo laborat, & ſi in tepido ingrediatur balneo aqua ad natiuam frigiditatem vertitur, quo ferè ſemper ægrotos à balneo frigentes extrahere contingit, & tam ſubitas *Abſque periculo.* alterationes non tolerat natura: ideò ſolo tempore veris, aut æſtiuo, conſultiſſimum & prudentius iudico, vt illud permittatur, ſi id petit neceſſitas & tantùm vt in balneo tepido immoretur, quod ſi iam frigeſcere incipiat, aqua calida viciſſim temperetur, vt in illo ſtatu ſemper maneat donec hora pertranſeat; ſeu quantum vires ferant, & manè celebretur, ac poſteà lac accipiat: nam ante ingreſſum balnei poteſt de aliqua carnis expreſſione, aut iuſculo ſuſcipere, ne vires interim diſſoluantur, & ſi datur eligere de qualitate balnei, ex æquali lactis & aquæ portione paretur, in diuitibus, ſin minùs his decoquatur aquâ lactucâ, portulacâ, violis, maluis, & althea, & ſimilibus, & tempus non poteſt præfiniti, nam illud ad vires & ægri tolerantiam metitur Zacutus in hecticis balneo ex aqua & oleo vti conſulit, ac ſi τὸ ϐέλτιον dixeris (& non extra aleam) hæc enim eſt Galeni ſententia. 2. *ſimpl.* 2 ʒ. quòniam aqua, quòd fluida & liquida, non impingitur, oleum, quia lentum, dum magis adhæreſcit, & humectat & penetrat; ideò in hoc caſu eſt nobile auxilium, *obſeru.* 35.

Alium caſum refert, reſtitutum ſolò ranarum fluuij vſu, ſeu illarum aquâ diſtillatâ & ſyrupo violarum permixta in potu, per multos dies propinata: eas etiam elixas dabat cum oleo, ſale, ſaccharo & ſalſamentis in prandio & cœna: ex quibus etiam albus cibus, aut ius parabatur ex illarum carne contuſa, amigdalis, butyro, farina hordei, & vitellis ouorum; cinamomo, & aqua roſata inſperſis: nam hoc auxilio in 3. menſibus conualuit & qui in totum tabidus, euaſit, inquit, *obſeru.* 36.

ILLVSTRATIO XI.

De febre alba virginum, & inſuperabili obſtructione.

HÆc febris in omnibus virginibus ſemper, in obſtructionibus ſita eſt. ſed non ſemper in vtero; aliquando in meſaroei venis: interdum, hepatis venis & parenchymatis ſubſtantia obſerata, & hoc & illud, vt plurimùm accidere notauimus, à menſium defectu, crudoue ſanguine, ad has aut illas vias recurrente; dum ipſius venæ vteri illo prauo & defœdato ſanguine infarciuntur, *A quibus cauſis hæc febris oritur.* vbi inculcatus & putreſcit vlteriùs & ampliùs craſceſcit, prauéque defœdatur, vnde contraria & vix credibilia accidentia: ſed vnde & quare illa ſuppreſſio adueniat, non eſt vnius cauſæ, nec vnius præcepti illud diſcere: interdum enim vteri vaſa, ita ſanguinis copiâ diſtenduntur, vt ad expulſionem comprimi non valeant, etiam ſi conatus ſit validus naturæ, vt inde ſanguis expulſioni cedat: quod *De cauſis ſuppreſſionis menſiũ magis abundãtis.* non tantùm robuſtis, ſed inualidis vidimus accidiſſe, non à ſola ſanguinis abundantia, ſed ab imbecillitate expellentis, vti in veſica ad vrinæ expulſionem quotidie notauimus: quæ imbecillitas non tantùm conſequitur locorum intemperie, ſed otio & ignauia expellentis, illis *De imbecillitate expellentis.* maximè, quibus iam diu fluere diſſueuit; interdum hæc & illa veniarum oſcula ita ſunt viſcoſis & frigidis humoribus infarcta, vt omninò exitus præpediatur ſan-

guioi, vt otioſis & albis mulieribus accidit, & cùm indies, ex intemperie & imbecillitate membrorum principalium & maximè ventriculi, illæ etiam cruditates cumulentur, perenniter durat in immenſum obſtructio, illis præcipuè quæ prauis vtuntur alimentis, otio & volupe deditis; & pica voluptuoſa ſuperatis, carbonum nempe, cineris, ſalis & teſtaceorum, illud etiam non infrequenter vidimus imbecillitate omnium facultatum in habitu, & velut ex conſuetudine contracta, eſſe naturam ſui ipſius muneris vt etiam officij oblitam, vt nullo artificio nec ſtimulo, ad expulſionem cogi poſſit; ac ſi ille nulla huius obſtructionis eſſet cura, neque ſollicitudo: multos etiam alia cauſa latet, & laceſſunt importunè naturam, ſine fructu, imo & grauiori damno, quando mulieres ita extenuantur, & veluti atrophia ex ſanguinis penuria, ſiue impuritate, alimento inutili, ne tantùm maceratæ, ſed penitùs inualidæ redduntur, quo in ſtatu, non tantùm imprudentia, ſed temeritas arguit, menſes importunè ciere, ſanguinem prouocare, qui in culpa non eſt: quoniam his auxiliis ad extremum maraſmum perducuntur, vt nos etiam in chalybeatis auxiliis obſeruauimus, non vna tantum, ſed & pleriſque aliis; illa tamen ſit cautio, vt ſi illa aëris mutatione, aut tempore ad viuidum colorê inſtauretur, recuperatis viribus, ſi adhuc obſtructio perſiſtit, tunc etiam legitima occaſio huius curationis; indicationibus æqua lance libratis.

Quando ſui muneris oblita natura.

Quibus nō ſunt mēſes prouocādi.

Cautio obſeruanda.

Cauſam tamen huius atrophiæ & ſanguinis penuriæ, non vulgari, ſed attento iudicio, nos oportet expendere: veluti ſi præcedant longæ & importunæ febres, hypocondriacâ melancholiâ iam in habitum verſâ, ſumma extenuatio, ex longa intemperie contracta, ſiue totius corporis, ſeu hepatis & fortaſſe ventriculi; quo in ſtatu, & importuna erit omnis ſanguinis vacuatio, & periculo plena, erunt etiam aperientia & omnis obſtructionis reſerantia, quia calida nimis, ſubtilis reſoluentia, & craſſi indurantia: ſed adhuc in caſu ſimili ex hypotheſi differentiam detegere (quæ in ſimilitudine fallaciam abſcondit) iam olim nos docuit Galenus, & Ætius comprobauit, exemplo nempe emaciatæ mulieris, quæ ſanguinis deprauari multitudine, quia alimento inutilis, inſignem patiebatur maciem, & atrophiæ ſpeciem oſtentabat, non ſanguinis defectu, ſed inutilis certè abundantiâ, fortaſſe ex menſium defectu, quia atro turgentes venæ ſanguine, multitudinis potius, quàm penuriæ præ ſe ferebant ſigna: audi

Huius atrophia cauſa.

Quando non eſt detrahendus ſanguis in hac febre.

Cautio in hoc caſu.

Galeni verba, *Ego*, inquit, *cuidam mulierculæ iam octo menſes purgatio purgationis menſtruæ, ſuppreſſione laboranti extenuatiſſima cū eſſet, haud exiguo detracto ſanguine, breuiſſimo tempore proprium habitum reſtitui: ſicut & alias non paucas eodem modo ad ſanitatem reduxi: nam primo die ſanguinis ſeſqui-libram detraxi, rurſus poſtero die libram vnam, tertio multo plus ſemi-libra: erant enim vnciæ octo, &c.*

6. Epid. Com. 3.

De febre alba, venis & hepatis ſubſtantia obſtructis, abſque vlla ſuſpitione obſtructionis vteri, referam, quod iam olim obſeruaui *in quadam iuuencula muliere, neque noto neque publico genere: huius color in facie, albidior ferè ad cineritium declinabat, ſemper intenſa ſiti, continua febricula, abſque vlla exacerbatione conſpicua. & à quocunque motu difficili vexabatur anhelitu, leui dolore hepatis, ſed abſque vlla duritie conſpicua, & interim menſes, ſuo loco & tempore de more diffluebant, ſed diluti ſanguinis & ſeroſi, velut lotura carnis, & illud notatu dignum maximè obſeruaui: quòd ab auxiliis rectè & ex arte applicatis, ſemper deterius habere videbatur; quo illius curationem tempore commendauimus, iuuentuti, & ſtatus fortè mutationi.*

Obſeruatio de febre alba venis hepatis & ſubſtantia obſtructis.

Huius & illius febris curatio illuſtratur.

Neque mihi honeſtum, nec aliis decorum ſemper exiſtimaui, ab aliis tranſcribere communia auxilia, fortaſſe etiam ab aliis tranſcripta: ſed ſi quæ ſunt ſingularia & ſelecta fortaſſe obſeruata, in quibus ſpes libratur vltima, ſeu quibus noſtra & aliorum obſeruatio obſeruationem feliciorem iecit, illa tantùm proponere vbi maior auxilij præſtatoria elucet.

Quare cauſarum differentia ſuppoſita, illud imprimis diſcito, ſi ſanguis vtero expurgandus per hæmorrhoidas, aut per aliam viam diuertatur, quod erit difficillima curatio: quo in ſtatu vnica reſtat implenda indicatio, ſanguinem nempe, ad vteri vias inclinare, ac motum conſuetum ipſius naturæ adiuuare; quod ſanè adimpletur, ſi ſanguinem ex talo mittas, & quantum vires ferant, vt inde abundantia deponatur, & ſi ita petit humoris expurgandi conditio, nec aliud fortius contraindicat, ex arte erit vt per medicamenta ſibi conſocialia expurgetur, ac poſteà localia auxilia vtero adhibere, vt commotum humorem magis ad vterum alliciant, veluti ſunt peſſaria vterina, fotus, & vnguenta, quæ vteri officium, vaſa & ſubſtantiam, ac illius intemperiem reſpiciant.

Sanguis vtero expurgādus, ſi per aliam viam, vt per hæmorrhoidas diuertatur, difficiliorē reddit curationem.

Vera humoris ſtatus medela.

Et

Et licet ad alia membra refluat humor expurgandus per vterum, & natiuam & ſolitam propenſionem deſerat, eſt in eadem intentione perſiſtendum: neque in hoc caſu Ætij, neque Mercati opinionem probo, dum ſuperiorem plenitudinem ex brachio deponere contendunt: nam etiam in hoc caſu ſanguis ex talo miſſus ſuperiorem deponit plenitudinem, ſucceſſione ad id quod vacuatur, & etiam ad conſueta reuocat, & viam topicis auxiliis ſternit, & tantò magis ſi meſaroei venæ, hepatis, aut lienis, ex ſanguine refluente ſunt obſtructæ: nam conſueto muneri ſanguine reuocato, exonerataque natura, ab eo quo veluti ſarſina premitur, reliquum faciliùs expellit, & à viis obſeratis expurgat.

Ætius & Mercatus improbantur.

Antea diximus, quod difficilem curationem reddit, humorem expurgandum per vterum diuertere ad hæmorrhoidales: patet, quia ſi ad meſaroei venas ab ipſa natura diuertatur, vt fluxus ventris exinde concitetur, quàm difficilem reddat curationem ob contrarias indicationes, quæ exinde emergunt; doctus nouit, ideò vtcunque ſanguinem ex talo mittere conueniat, non hyrudines hæmorrhoidalibus adaptare; ne ſint occaſio vt humor per vterum expurgandus ad illas diuertatur, ſed inter difficultates, quæ magis noſtram opem deſiderant, illa cenſenda potior, quæ ob ſui difficultatem, animum acrioribus ſtimulis explorat, vt certè eſt quæ ſequitur: ſi cum hac febre alba putrida complicetur de genere ardentium, ſeu ex ſalſa pituita, & velut in puerperis, lochiis, aut menſibus ſuppreſſis, ſiue actu fluentibus, ſi inde fluxus ventris adueniat ad inteſtina humore deriuato, in febre continente, ex peculiari conditione vteri, ſeu ad venas maiores inter alas & inguina humore refluente: an in hac indicationum complicatione, ſanguinem ex talo mittere conueniat, an ex brachio? breuiſſimè reſpondeo in hoc & illo caſu; omni ſecuritate & obſeruatione, vtcunque conuenit ſanguinem alio refluentem ad vteri regionem reuocare, ſanguinis miſſione ex talo, ſi æger hanc & illam vacuationem ferre poteſt, & artis & naturæ; patet, nam hoc eſt naturam rectè operantem imitari, contrarium obſiſtere, ſeu motum ad perniciem iuuare, illud eſt ad artis principia & Hippocratis præcepta operari, & contrarium tantùm abeſt vt ſit vrgentiæ auxilium, quin praua illuuie ad ſuperiores venas reuocata, noua inde inferatur vrgentia, duæ tantùm reſtant conſiderationes, à ſerio iudicio expendendæ; nempe an vires vtrique vacuationi ſat ſint, & ſecundò, an defluxu ventris poſſimus expectare auxilium, & ſuppreſſæ vacuationes & febris ſeſe natura per illam regionem expurgante, & ab angenti & à pungenti onere, & à ſuperius etiam recurrente; in prima conſideratione tantùm habet locum conſilij præſens Medicus qui vires librat, & morbi acutiem expendit: maximè ſi in principio vtriuſque affectus vires cum torno & cothurno librauit: nam affectus initio non præſumitur virtus debilis per eſſentiam, ſed tantùm, per aggrauationem: quod ſi conſtat, ſecundùm rationem videtur fluxu ventris non obſtante, ſanguinem ex talo mittere: vt iterum ſanguis ad vterum renertatur; ſed in febris progreſſu, & malignitate occurrente, iam alia nos vocat conſideratio, nempe de imbecillitate per eſſentiam ſaltem ſi proximè accedit; quo in ſtatu prudentia conſulit vires reficere, malignitati obſiſtere, & membra principalia roborare, & temperantibus & abſtergentibus clyſteribus inteſtina illuere, & abſque ſanguinis miſſione attendere, quo ſe vertat fortuna: ſi non datur occaſio, ſuris interioribus cucurbitulas ſcarificatas etiam adaptare: ſecunda conſideratio magis verſatur in ancipiti alea, quoniam illa per ventrem vacuatio ſemper eſt ſymptomatica, ratione loci, quantitatis, qualitatis, temporis, ac virium reſpectu: quoniam ſi eſſet regulatæ naturæ & rectè operantis maieſtatis imperio eſſet per vias & loca ab ipſa natura deſtinata; & vt dixit Hippocrates, quò natura vergit per locum conferentia, & contrarium obſeruatur in opere: ideo enim cruda & incocta (quæ ſymptomatis rationem merentur) aut mortem aut difficile iudicium portendunt, quomodo ergo debitur prudentius eligere? quod mihi obſeruanti ſeſe obtulit, dum febris & fluxus ventris perſiſtunt cauſam in venis ſatis magnam perſiſtere, vt foueat diarrhæam & febrem, & illam certè ſui vacuationem indicare, non per medicamentum purgans hoc enim eſſet calcaria calcatibus addere, & quia malignitas & febris, & in vteri venis inculcatio, hoc auxilium validiori vrgentia contraindicant: ergo per ſanguinis miſſionem, quæ humorem transfugum ad vterum alliciat: quod ſi vires non renuant, nos ex talo mitti conſultiſſimum ducimus, & ſi forſaſſe dicas, quòd hac ſanguinis miſſione prauam humoris inclinationem ad ventrem adiuuamus, & naturæ irritationi non occurrimus, dum ad partes infernas humorem conuocamus; accipias oro, noſtram ſicut minotantium

Si cum febre alba alia complicatur, & fluxus ventris etiam, quid agendum, an ſanguinem ex brachio mittere conueniat, an ex talo.

Alia conſiderationes expenduntur.

Reſpōſio ad hæc dubia.

tantium rationem accepiſti, nempe quòd humore detracto, vtrique per accidens medetur, dum vacuatur humor, per hanc, vti per illam viam; hæc omnia confirmat, illa Hippocratis ſententia (6. *Epid. ſect.* 2. 22. quando dixit, *Reuellere, ſi quò non oportet vergant, ſin autem quò oportet, his oportet aperire, vt etiam quæcunque repunt*, &c. Hæc ſententia aliæ correſpondet, quæ aphoriſmo legitur; *quæ ducere oportet quò maximè natura vergit, per loca conferentia*: vt ſi per coouenientem regionem vergant, his oportet aperire, vt quæcunque vergunt per conuenientem etiam regionem, & illa per eandemmet partem vacuare dixit Valeſius, ſin minùs per loca ſibi conſocialia. Si verò quò non oportet vergant, hæc oportet reuellere, ſeu aliò auertere, nempe ad conſueta loca per quæ natura vacuare ſolebat; ob grauia incommoda & damna quæ minantur, & locis per quos trãſeunt, & illis quibus inſiſtunt, & ipſius affectus ratione, ſi naturam præcipitat, fortaſſe labefactat: non ſunt enim in caſu ex hypotheſi, huic excretioni hæc loca deſtinata, ideò non ſemper quò vergunt humores à natura irritata compulſi, oporret aperire, ſed tantùm cùm ducere oportet quò natura vergit, vt aphoriſmo dixit: ſiue quando pro multitudinis ratione non exeunt, & hoc per eamdemmet viam qua ipſa natura conſueuit &c.

Si ergo iam febrem albam ex præfata vteri obſtructione iam curare intendimus, eſt nobis ad præcepta generalia recurrendum, Galeni nempe 8. Meth. 4. nam dum leuiores obſtructiones nos docuit mederi, ita voluit, *Præſtat igitur vitioſi ſucci maiori parte iam emiſſa ad detergendas obſtructiones accedere, cum alioquin metus ſit, ne ſi ipſis liberandis priùs quam vacuaueris, ſtudeas ne ipſas magis impingas*: quod præceptum in omni obſtructione currit; nam ſi antea damus aperientia, ſeu menſes mouentia propinamus, tenuatos humores ad obſtructiones haud incerto periculo deferimus, vti etiam in ſuis obſeruationibus adnotauit Schenchius, in Veneta muliere & de Medico Veneto; qui poſt leue apocima mulieri paralyſim induxit; erit ergo prima intentio, cauſam fouentem demere, non tamen antequam illam tenuaueris, incideris, & abſterges; vt medicamento purganti obſequatur: longa eſt horum auxiliorum ſilua, ſecundùm temperies diuerſas, humoris conditionem, mulieris ſtatum: quod ſi iam cachexia minatur; aqua rhabarbari infuſi primas tenet, & in communi potu; ad præparationem humoris expurgandi, ſuper vnciam rhodomelis ex ſaccharo, mediam minæ, cinamomi, cum guttulis iij. eſſentiæ ſuccini propinabis, ſeu de aliis hinc inde intentione variata; purgantia non ſemel, ſed per interualla etiam repetantur; ſic enim illa verba intellige (maiori parte iam emiſſa) quia non ſemel, ſed per vices emittitur: ſed inter purgantia auxilia, hiera magis à Galeno laudatur, & meritò, quia præter vim expurgãdi primam & ſecundam regionem, vterum etiam mirabiliter expurgat, obſtructiones aperit, & pro neceſſitate rhabarbaro, aut agarico trociſcato miſcetur.

Aperire nõ oportet niſi corpore benè vacuato Schenchii obſeruatio.

Aqua rhabarbari in hoc caſu.

Præparãtia.

De purgãtibus auxiliis, & de hiera.

In aperientibus ſemper eſt à leuioribus incipiendum, & in minore copia, ſed ſuo tempore data, augendam eſſe copiam & virtutem; nam eorum virtus retunditur in via, quæ ab ſtomacho ad vterum longos habet anfractus; quare ſi præualere ſiccitas videatur, toto corporis ambitu & membris principalibus à iure diuretico incipere oportet, per aliquot dies vſque in vrina aliquod coctionis ſignum appareat, ſi antea cruda; inde ad validiora tranſire artis erit; vt ℞. cinamomi electi, & ſuccini pulueriſati ao. ℈j. irrorentur guttulis iij. eſſentiæ ſuccini, & dentur in iure cicerum aut pulli diuretico; aut in chocolate, bonæ electionis, & per 15. dies; vel ℞. pulueris radicis rubeæ & ſacchari an. ℥j. & de hoc detur ʒj. in vino calido; & poteſt in lecto ſumi; maximè quando menſes incipere ſolebant; vel ℞. rad. ariſtolochiæ rotundæ, ʒß. foliorum ſabinæ ſiccarum, ʒij. dictami cretenſis, trociſcorum de mirha, ſiue aſſa fœtida an. ʒj. cinamomi ʒij. ſacchari albi ℥ij. & fiat puluis, de quo detur ʒjß. in iuſculo cicerum; vel fiant pillulæ ſimiles; ℞. trocis de mirrha ʒj. caſtorei ℈ß. lapidis bezuar orientalis gut. vj. & cum ſucco artemiſiæ f. pillulæ & detur ad ʒß. cum generoſo vino. Ioſephus Quercetanus in ſua Pharmacopæia hoc vinum maximè extollit, vt ℞. milij ſolis, aniſi, viſci quercini, an. ʒiij. dictami cretenſis, ʒj. croci, ℈j. contuſæ macerentur 24. horis in vino generoſo ad ℔. ij. & parùm bulliat & de hoc detur ad ℥iij. & per 20. dies.

De aperiẽtium legibus.

Ad obſtructiones vteri.

In pituitoſis & cachecticis Iachinus. 9. *ad Almanſorem* 66. ego, inquit, lignum indicum adiunxi & coxi cum dictamo cretenſi, nempe ℥j. ligni. & ʒiiij. dictami, in ℔. iij. aquæ, vna vini, ad medias & mulieri dedi ℥iiij. ſingulo mane. quæ iam per quinque annos nihil purgabatur, & ſterilis erat, & menſes prouenerunt, & prægnans facta eſt.

In hoc etiam mulieris ſtatu, hæc aqua

thetia-

theriacalis omnia alia ſuperat auxilla; ℞. theriacæ magnæ veteris ℥v. mirrhæ alexandrinæ ℥ijß. cinamomi electi, croci orienralis, an. ʒß. camphoræ ʒij. affunde ſpirirus vini, quantùm tribus digitis emineat, & leni calore tincturam extrahe, cui adde ſpititus tartari ſextam partem. & dabis cochleare vnum cum vinò albo per aliquòt dies.

Peſſaria vterina ad expurgandum vterũ, vt menſibus aperienda operentur.

Interim tamen oportet vteri regiònèm & pudendi, ab immunda ſpurcitie eluere. & expurgare, vt menſibus iàm iam paratis fluere, via detur, cui intentiòni maximè laudatur (inter alia peſſaria vterina) ſi allium hortenſe cùm oleo ſpicæ conteratur, & in linteum rarum in fòrma longi ſacculi indatur, & in vuluam profundiùs inſeratur; nam menſes potentes mouet, vterum expurgat, & voluptate afficit, maxime ſterilibus, quibus expectatur conceptio.

De elleboro hæc Angelus Sala *folio* 29. ellebori nigri ℈j. nodulo ſericò exceptum, per vices renouatum, locis muliebribus applicatum, quoad neceſſitas poſtulauerit, geſtare præcepi, à cuius vſu mutatio, & quædam quaſi contractio per totum corpus oborta eatenus durauit, donec menſes pedetentim promanare cœperint, quod admiratione non caret.

De obſtructionibus hepatis, lienis, & meſaroei.

Si verò antiquæ obſtructiones hepatis, aut lienis, aut meſaroei, iam ad ſe primam curationem vocant, vt cauſa ſine qua non. & febris ex his paritet foueatur, ac ab obſtructionibus vteri, de his pillulis mirabiles effectus videbis: ℞. gummi ammoniaci aceto ſquilitico diſſoluti, ʒjß. gummi lachæ ʒjß. cineris ventriculi Gallinæ ℈j. heparis lupi præparati. ℈ij. trocis de rhababarbaro ʒj. reſinæ latiſcæ aquâ artimiſiæ lotæ ſatis ad maſſam. & ʒj. ſumat per 20. dies & ſuperbibat vini aquâ meliſſæ diſſoluti ℥j. de cremote tartari, mira prædicant chymici & eſt certè obſtructionibus ſingulare auxilium, vt ℞. cremoris tartari acidi ʒj. diſſoluatur in aqua raphani diſtillata, vel ſuperbibatur ad ℥iij de floribus antimonij, nolui præterire quæ Angelus Sala dixit aduerſus retentiones monſtruorum virginum, & colorem pallidum, hydropem, tipſim, cachexiam, & eſt mirabile; licet in extrema deſperatione tribuendum; vt ℞. ſpecierum manus Chriſti ʒj. floris antimonij ℈ß. olei cinamomi gut. iij. ſacchari ʒj. gummi tragacanthi, ſatis vt fiat maſſa, & ad ʒß. propinetur, in vino generoſo, & vt varietas faſtidium excuſet, ſi magis amet puluetes, hi efficaciter menſes mouent; ℞. trocis de mirrha ʒj. rad. aſari, foliorum ſabinæ, ſem. apij, petrocellini an. ʒß. rad. rubiæ ʒj. cinamomi ʒß. ſacchari ℥j. & f. puluis de quo detur ʒj. in vino, in quo radix eringi ſit infuſa.

Vltima ſunt auxilia quæ ex chalybe præparato aut illius ſcòria parantur, de quibus nòs plus ſatis in noſtrò Medicò tribunali, *in obſeruatione melancholiæ hypochondriacæ*: illud tamen his & illis auxiliis nolui præterire: nempe in bilioſis & melancholicis temperamentis valde lapſis & velut in habitu contractis, & nimia ſiccitate extenuatis chalybeata aut eſſe fugienda, aut humectantibus & valde temperatis miſcenda; nam in hypochondriacis inueteratis, cùm ſit fere euerſum ſubſtantificum temperamentum, & qualitatiuum, corporis vniuerſi, & torius ferè meſenterij chalybeatis auxiliis & valde concitato exercitio efferantur ampliùs exſiccentur, & ad tabem ferè vertuntur, vt etiam verè teſtari poſſumus; quare horum loco, ſi talis ſiccitas iam eſt in corpore contracta, vt balnea temperata permittat, nos illis potiùs vti, conſultiſſimum ducimus, dummodò in ipſo balneo medicamenta, menſes mouentia, propinentur ex iis quæ antea vidimus magis temperata.

In quibus fugienda chalybeata auxilia, & quibus propinanda.

Balneum quibus obſtructis conueniat.

Quòd ſi hepatis ſubſtantia & venæ iam ex longo tempore ſint obſtructæ, vt nos antea dedimus obſeruatum, ex iis aut aliis auxiliis dabitur, eligere prolapſa hepatis intemperie, alta & inueterata obſtructione, & veluti in euerſo hepatis temperamento ſubſtantifico & in his etiam deobſtruentia in balneo propinentur, & in hoc caſu, ſi quo in alio, rhabarbatum eſt pater hepatis, vt dixit Rondeletius.

An fonticuli vtiles aperiendi.

Fonticuli vt inutiles à Senertò (viro certè docto) improbantur; illius tamen ratio non conuincit, exiſtimat enim quòd inferiores fonticuli ab vterò potiùs humores diriuant, quàm attrahant verſus illam vteri regionem, vt aliò menſes auocent, contra naturæ inclinationem & deſtinatam viam; ſed illud non attendit, quòd qui perenniter praui congeruntur humores in venis meſenterij & vteri, fonticulis etiam vacuantur, & ſanguinem purificant & cauſam maioris obſtructionis adimunt, veluti rectò tramite, & ſecundùm humoris inclinationem, qui aut conſuetudine, aut naturâ deorſum vergit, ad partes ſeptò inferiores, quas per has venas Galenus docuit vacuare, tantùm abeſt quod diriuent, vt in cruribus potiùs menſes moueant, & hæc eſt vnica & veriſſima ratiò quare in mulieribus, quibus menſes abundant, ſiue adhuc perſiſtunt, ſi capitis affectibus tentantur,

quorum ratione in brachio expetantur fonticuli, non illo tantùm, ſed in crure alius imperetur, ne conſueta naturæ vacuatio præpediatur, quinimò conſeruetur; ne ſurſum reuocetur, ſi ſolo in brachio excauetur, & quod magis eſt, quod irrefragabili experientia conuincitur, & claſſicorum auctorum iudicio comprobatur: nam in omni retentione menſium inueterata, fonticulos in crure imperat excauare Mercatus, Mercurialis, Varandæus, & plures alij docti viri, quorum nobis ſententia non diſplicuit, quinimò magis placet.

ILLVSTRATIO XII.

Quartana quare incurabilis nomen ſubeat, & quare niſi in tam longo ſpatio valeat ſuperari.

PErdiu noctuque conſideraui quartanæ longitudinem, & tædiorum durationem, ac non tantùm ex inſuperabili craſſiſſimi humoris conditione, generationis perennitate, viſcerumque alta obſtructione, & lienis præcipuè, illud euenire exiſtimo, ſed quod etiam intemperatum lien ſuos producat, & generet humores melancholicos, ſaltem quandam ſubſtantiam craſſitie, & lentore melancholiæ proportione aptam; quo fieri non dubito vt tantùm quantanæ acceſſiones perſiſtant quantùm illius ſubſtantiæ generatio, & quia hæc lienis ſubſtantia in viſciditate & craſſitie eſt ita duræ & compactæ ſubſtantiæ, ideò in illo impuritas, illiuſque humoris generatio, & longiùs producitur, & difficiliùs etiam ſuperatur; ſicuti calor ferrea in ſubſtantia profundiùs impreſſus, diutiùs perſiſtit, quàm ſtuppa aut alia leuiori ſubſtantia: ad hoc accedit quòd hepate optimè temperato & ſuorum humorum œconomiâ ſecundùm naturam ſe habente (vt conſtat ex vrina ſub flaua interdum mediocris ſubſtantiæ, & ſedimento cocta) nihilominus & quartanæ perſiſtunt & ad annos & annos portenduntur: quod non eſſet poſſibile, ſi in ſolo intemperato hepate, nobiliſſimo membro, tam longa intemperies, manente vita, perſiſteret, vt ſemper plus de humore melancholico quàm de aliis humoribus produceret, in membro maximè cuius officio communi vita carere nequit, & eſt ſatis manifeſtum argumentum vrinæ colore & ſubſtantia & ſedimento naturalis quæ de hepate intemperato, non emanat: ideò reor quòd in liene potiùs tales producantur humores quàm in hepate: nec ideò inficior, quòd in hepate plus de hoc aut illo humore producatur, prout intemperies & forma qua producitur ab hoc aut illo elemento determinatur.

De cauſa durationis quartanæ, & an in liene generentur humores melancholici.

Iam olim hæc præſumptio doctiſſimorum virorum ſuſcitauit ingenia: nam Senertus, non eſt deneganda vis, inquit, lieni humores generandi, ſaltem partem pro illius nutritione aptam: Carolus Piſo in hoc aſſumpto comprobando longam orationem texuit, & à Fernelio, viro docto, anſam ſic opinandi ſuſceperunt, qui abſque vlla ingenij repugnantia exiſtimat, ſaltem neceſſitatis tempore, quatuor humores in liene produci, ſed ſemper magis de melancholia quia illius ſubſtantiæ ſymboliſat & temperie propriæ & natiuæ: ac illum poſtea ſecutus eſt Schenchius & Veſalius, qui iudicat lienem defectuoſi iecoris vicem ſupplere; ideo etiam in aliam ſuſpitionem veni, maximè nothas tertianas, à permixtione huius impuritatis à liene productæ, etiam prorogari, & extendi, dum bilioſo ſucco in hepate producto, permiſcetur; ſcilicet dum à vaſe breuiſſimo, quod aliene in ventriculi fundo implantatur, ad venas meſenterij regurgitat, & maximè dum illius permixtio eſt magis melancholica: ſeu dum vtriuſque humoris permixtione vnica forma impuri humoris emanauit, ſiue ſit impuritas de natura ſalis, ſeu tartari impuri.

De liene & an in illo generentur humores.

Notha tertiana an foueantur à ab humore in liene genita.

Vtcunque ergo ſit (non enim circa coniecturalia verſatur ſacrum numen ſcientiæ, ſed æmula ſcientia opinio, quatenùs à ſcientiæ principijs vnitatem intendit) quouſque perennitas humoris inhibeatur (& inhiberi nequit manente intemperie in viſcere contracta) nec deficit quartana, nec notha tertiana finem facit: vnde etiam chronici alij affectus pullulare videntur, vti rebelles obſtructiones, cachexia, hypochondriacæ melancholiæ, quo etiam videntur maximè incurabiles quartanæ: ſed inde maximè (noſtro iudicio) curationis oritur difficultas, quòd noſtrorum conditio tàm importunas curationis motas ferre nequit: quando ſine periculo, ſola temporum mutatione, expectantur auxilia.

Vnde curationis difficultas.

In hoc etiam eſt maxima cautio adhibenda, quòd tam in quartana quàm notha tertiana, aliæ magis accedunt ad legitimas, aliæ ad ſpurias, ſecundùm graduum receſſum, & permixtionis latitudinem: quòd Hippocrates videtur commendaſſe,

Cautio in iudicando in hac duratione.

mendaſſe, quando dixit, *Æſtiuæ quartanæ breues, autumnales verò longæ, maximè quæ hyemem attingunt*: prout magis participat de illa ſucci permixtione aut natura, quæ cum hac aut illa temporis conditione ſymboliſat: vnde maxima curationis oritur differentia: ideò inter nothas tertianas, quæ magis exquiſitam æmulatur, in curatione parùm ab exquiſita differt, nempe in attemperatione, & celeri applicatione auxiliorum, quantùm petit receſſus, & quæ eſt magis notha; quantò magis recedit à legitima & chronicis aliis paſſionibus complicatur, tantùm amat chronicorũ auxiliis mederi, & vires magis futuræ durationi conſeruare; in hoc tamen libratur electio melioris conſilij, in cognitione indicationis præualenti, an nempe caloris attemperandi neceſſitas ſuperet, & totam attentionem ad ſe vertat, an materiæ craſſities & rebellis natura & chronici affectus complicatio: in hoc enim video grauiora hæſitare iudicia: hac ergò librata differentia: illa nos vocat & potiori iure nothæ febris conditio, in qua maior curationis oritur difficultas; neque miror, in leuioribus, vtpote notiſſimis auxiliis, licet occaſio, locus, & tempus felicitatem auxilij commendet.

Quæ maxima & prima indicatio in hac curatione.

De notha tertiana curatione & quartana.

An ſang. miſſio conueniat.

An ſanguinis miſſio conueniat in hac aut illa febre, maximè in principio, id vt certum ſupponimus, ſi tempus & vires permittunt, & febris poſtulat magnitudo, quod eſt abſque dubio celebranda, licet ſit in ſola cacochymia, ſi hæc intra venas acceſſionibus occaſionem præſtat, quantumuis focus extra venas perſiſtat, & nulla præſit ſanguinis abundantia: nam præter illa quæ in titulo *de minorandi ratione* ſcripſimus & ratione & auctoritate comprobauimus, eſt expreſſa Fernelij ſententia *l. ſui Methodi cap. 4.* & Botaii libro ſuo *de ſanguinis miſſione mittenda*, & tantò magis eſt hæc ſanguinis miſſio præciſa, quantò cumulatior videtur apparatus, & timetur malignitas: nos enim vidimus ex acceſſionibus quartanæ malignum apparatum commoueri, & in malignam febrem terminari; ſed quem locum præſcribat illa febris conditio in ſanguine mittendo, non tantùm libratur à febris præciſa ratione, dum ab humore intra venas fouetur, ſed ab illa humoris ratione, melancholici nempe, ſiue craſſi permixti, ab ipſa foci diuerſitate, in hoc aut illo loco, & complicatione chronicorum affectum, ſeu euacuationis conſuetæ ſuppreſſæ aut fluentis: ſi maximè febris ab illorum perſiſtentia conſeruatur, augetur, aut in deteriorem conditionem vertitur;

Quæ debemus ad ſanguinem mittendum expendere.

hæc omnia debent, antequam ad ſanguinis miſſionem accedamus expendi: quoniam ſi lien humori producendo occaſionem præſtat & per ramos ſibi conſociales compartitur, ocularis nos docet anatomia, per iliacum ramum, interdum ſplenicum à trunco deſcendente, in meſaroei venis ſtabulari fœculenti, praui, mille modis fœdati ſanguinis abundantiam, quæ febris occaſione commouetur, deteriuſque putreſcit, ideò ſecundùm rationem videtur, à talo ſanguinis miſſionem incipere: ne (ſi mittatur ex brachio) ad ſuperiores venas retrocedat fœculentum, contagij periculo; quod etiam conſulo faciendum euacuatione conſueta ſuppreſſa aut fluenti, ſiue hæmorrhoidum, ſeu vteri: ſed vbi iſta deficiunt, poteſt ad libitum ex brachio aut talo imperari: nam quando Galenus conſuluit melancholicam plenitudinem per brachij venas deponendam, de illa venit intelligendus, quam produxit hepar intemperatum & adhuc perſiſtit in venis inter alas & inguine, abſque vllo conſenſu partium aliarum qui hanc indicationem obſcuret aut obumbret: qua detracta, vt temperetur hepar (quod etiam priorem roborat rationem) omnes, nemine diſcrepante, commendamus detractionem ſanguinis ex manus ſiniſtræ ſaluatella; vt inhibeatur generandi perennitas quod Cardanus in præciſa hora coitus lunæ celebrandum, vt peculiari hora commendauit: *Sinamuſque*, inquit, *tantum ſanguinem fluere, donec ſponte deſinat*: Montuus certâ experientiâ hanc eandem ſectionem commendat, Amatus Luſitanus, in eadem quartana, *Inſecanda*, inquit, *inter digitum minimum & annularem ſequuti ſumus priſcos omnes Medicos, veluti omnes ætate noſtra ſuperiores*, & illud commendarunt, non tantùm vt extrahatur, qui circumcirca lienem continetur, ſed vt lienis intemperies ad natiuam temperiem reducatur: vti hepar quando ſanguis detrahitur à ſaluatella dextra: ob illam peculiarem analogiam, quæ inter manus & hæc membra nobilia obſeruari monſtrat experientia.

A talo eſt incipienda ſang. miſſio, & quare.

De ſaluatella ſiniſtra ſectione.

Sed hæc eadem doctrina nobis præbet maximum fundamentum, prius melancholicam plenitudinem fore per venas tali deponendam, & ſecundùm humoris inclinationem & vt per venas lieni magis conſociales deponatur, & poſtcà, tamquam per topicum auxilium, ex ſiniſtræ manus ſaluatella; ſaltem attemperandi gratia; Nicolaus Nicolus ſatis magnâ prudentiâ, hanc nouit differentiam in ſanguine mittendo quando dixit, *Mittatur*

Ex vena pedis inter minimum digitum & alium ſecare venã conſuluit Nicolaus & Zacutus.

tatur ex ſaluatella ſiniſtra, vel de ſaphenis, & Zacutus practicus non ignobilis, *Omnes ſecant*, inquit, *ſaluatellam in quartana, inter minimum & alium digitum, & operam, & oleum perdunt, quare tentaui ad vnum remedij genus accedere cõtrarium, quod ratione non caret, nempe inter minimum pedis digitum & ſecundum: nam ſicut ex mente Auicennæ, vt phlebotomia ſaluatellæ vtilior eſt quàm baſilicæ, eodem modo phlebotomia rami ſciaticæ vtilior eſt, quàm ſectio ſciaticæ in dolore coxendicis, ob cognationem quam minimus digitus habet cum ſcia*, & amicus noſter & mihi amantiſſimus Doctor Brabo de Sobremonte, qui contra noſtram opinionem ſcripſit, de ſanguine ex talo mittcodo, euidenti ratione compulſus in quartana ſic poſteris mandauit, *In quibus lien ventriſque regio indicia præſtant melancholiæ, in eis ſuperabundantes à partibus infernis, ſecurius fiet ſanguinis miſſio*; quare ex antecedentibus & conſequentibus illa elicitur concluſio, vt priùs ſanguis à partibus infernis deponatur, virium & multitudinis ratione librata: ac poſtea ſi ſuperior aliqua vrget plenitudo, aut horum membrorum attemperandi neceſſitas magis vrget, non ex omous ſiniſtræ ſaluatella, ſed inter minimum pedis digitum & ſecundum, venam ſecundam cum Zacuto exiſtimamus.

Fen. 22. tract. 2. cap 24.

De purgandi occaſione, & tempore in quartana à quocunque membro ortum ducat, in ea ſum hæreſi, non eſſe à principio purgandum, nec adhuc in augmento, nec ſtatu, quoniam ſæpius obſeruaui, ex ſimplici duplicem fieri, ex duplici continuam, ex importuno medicamenti motu, euacuationi humore & naturâ reluctante, & quia commotus humor purgantis medicamenti violentia funditur & liquatur, vt in maiori copia, ſeu recenti putredine in nouas & recentes acceſſiones moueatur, ſeu duobus ſeu ſingulis diebus, ſi natura adhuc valet humorem commotum extra vaſa propellere: ſin minùs & manet putridus intra vaſa, continuam producit; ſi non fortè malignam, ſi præſit malignus apparatus, quantumuis in quarto validior moueatur acceſſio.

In 4. nunquam eſt à principio purgandũ.

Si verò à prima febris intentione aliqua remiſſio obſeruatur, & coctionis ſigna, in tardo & frigido humore, fida ſecuritate obſeruantur: non inciſo ordine, humore temperato, deterſo & inciſo, purgandi occaſionem præſtat, non diſplicet gentilis Herculani & conſiliatoris ſententia, vt in die acceſſionis quatuor horis ante acceſſionem medicamentum purgans propinare, vt humoris tarditas motu acceſſionis moueatur, vt ſic faciliùs ab electiuo medicamento attrahatur, & tanto magis placet hæc ſententia, quia illam commendauit Hippocrates, libro *de internis affectionibus* & Ætius *ſermone 3. Tetrabibli 1*. quos ſequuti ſunt poſteà ex recentioribus nobiliores, veluti Valeſius *in Methodo*, Riberius *in Praxi*, Amatus Luſitanus, quia hanc ſententiam maximè commendauit, & tandem Carreſius *ſuper ſen. 1. 4. tract. 2. in medio.* Si non placet illud rem ſſionis tempore maiori ſecuritate commendare, ſed in hora gentilitij motus huius melancholici ſucci, nempe in nona hora noctis, quando ipſe mouetur, vt motus medicamenti ad iuuetur.

In declinatione poteſt temperari purgatio.

Dum prudens conſideratio de aliis auxiliis deliberat, pleraque alia quæ tædioſam quartanæ contumaciam valeant ſingulari analogia ſuperare, nunc expendere decet; quia non ſemper illa generoſa auxilia promiſſis reſpondere experimur, & primò an ſolum mutare & alia climata experiri in quartana, vt aliis etiam longis morbis conueniat? Hippocrates *Terram mutare conuenit in morbis longis* dixit: vbi quis extra patriam ægrotat, remeare in patriam fore proficuum auxilium dixerunt alij, ac ſi patriæ cælum ægroti temperiei magis conferat; nos autem dicimus, quòd ſi extra patriam ſit locus & morbo contrarius & conferens ægroto, quòd terram permutare erit magis conueniens; nam multi ſolent, & ſalubriùs degere in aliena patria quam in ſua: nam calidus morbus debet ad frigidam regionem transferri, & frigidus ad calidam, vt contrarietas à Galeno tantopere laudata obſeruetur audi verba Galeni in huius ſententiæ commentario: *Siue nauigans ſiue iter terreſtre faciens quiſpiam in aliam regionem migrauerit, vel motus in itinere, aut nauigatione, aut aëris mutatione proderit, & maximè ſi contrariæ temperaturæ diſceſſerit: contrariam autem dico non ſolùm, aëris propriæ ægrotantis regioni temperamento, ſed etiam ipſi morbo: nam ſi humidus morbus ſit, in ſicciorem aërem migrandum erit; ſi ſiccus, in humidiorem: ſi frigidus, in calidiorem: ſimiliter ſi calidus ſit morbus & ſiccus, ad humidiorem & frigidiorem abeundum eſt*; ideò Galenus tabidos ex vlcere pulmonis remittebat ad Thabias, inſulam quæ à Roma decem milliaria diſtat, non ob aëris ſiccitatem tantùm, ſed quia lac caprarum illius regionis abſterſione vlcera modicè deſiccabat, & corpus ſolidiori alimento reficiebat: Galenus ita clarè ſuam mentem explicuit, vt addere, præſumere ſit in meridie lucẽ accendere.

An ſolum mutare in 4. conueniat.

6 Epid. ſect. 5. 19.

Quar-

ai

Quartana laborantes, magno non capiuntur morbo, dixit magnus præceptor; *ſi verò capiantur, & quartana poſted ſuperueniat, liberantur*; Galenus *nomine magni morbi epilepſiam intelligendam dixit*: forte quod huius & illius cauſa ſunt contraria: ideò & ſuo contrario medetur morbus magnus; & cùm inter macronoxia, id eſt valde diuturna, & hic & ille morbus numeretur, non ſola contrarietate cauſæ, ſed diuturnitate mederetur; ſeu ſebris calore diuturnò, frigidâ & diuturna intemperie mutâta, ſeu horrores validis concuſſionibus materia diſcuſſa: ſic pariter morbis magnis medetur *vt febris conuulſionem curât*, ſi Hippocrati credimus, & Galenò eſt adhibenda fides: quod an ſic eueniat aliis morbis magnis, hoc ſemper dubitaui: quoniam nunquam vidi & ſæpe obſeruaui, quartanæ acceſſionis occaſione morbos magnos intendi, aut de nouo produci, ſi eſt ad morbum magnum apparatus, ſeu acceſſionis occaſione inducatur.

6. Epid. ſect. 6. tex. 7.

An 4. capt. magno non capiātur morbo.

Alibi prudens ſenex aſſeruit: *vltrà annum quartana non producitur*, forte quia Sôlis circulum inſequuntur quartana; ac ſi ex propria natura deberet illam conſtitutionem ſequi: ſed ob alia quæ illis diuturna aduenîunt prorogatur alterius, veluti autumnalis, & ſi de aliqua enuntiari poteſt hæc ſententia, eſt de ſola æſtiua; quia dixit Hippocrates, *Æſtiuæ quartanæ breues* nempe aliarum reſpectu, non abſolutè Breues: ideo ſub hac militant Hippocratis ſententia, & quia motum Solis ſequuntur, & quia diuturniores cauſas & temporis & ſui ratione atterunt & conſumunt.

6. Epid. ſect. 6. text. 22.

An 4. vltra annū producatur.

An etiam exercitium in hac ſebre conueniat; reſpectu conſtitutionis & cauſæ contumaciæ; ſi placet conſule Oribaſium, ſuo tempore doctum, nam ex exercitationis definitione huius auxilij neceſſitas elicitur: eſt enim *exercitatio, vehemens totius corporis motus*; ſed quo debeat termino præfiniri, & prudentia conſulit, & ægroti etiam patientia: nam alij laborioſum tolerant exercitium ſine aliqua noxa, & à moderato alij diſſoluuntur: quare in his principium defatigationis terminus erit, & vſque ad prouocationem ſudoris in aliis, & in omnibus erit corporis delaſſitio: eſt enim vehementiæ terminus anhelitus ad frequentiorem alteratio: ſed commoda quibus beat ægrotos illa ſunt: quòd organica membra & ſolida ad actiones robuſtiorâ reddit, & ad validiſſimam alimenti tractionem conducit, pro partium etiam indigentia; appetitum conciliat, partium calorem & ſuſcitat & vegetat: excrementa diſſipat & exoluit ſpiritus impulſu, dum commeatus aperit qua eadem actione illos ab impedientibus expurgat: ſed maximè quæ in ambitu, à tertia coctione reſultant: ſed hæc omnia in acceſſionis quiete & intermiſſione volumus imperanda, dum tantùm calor naturalis has actiones adiuuat: nam præter naturalem intendere erit viuificum nectar & natiuum calorem diſſipare: vt à contrario ignaua deſidioſa quies torporem membris languidioribus inducit, fouet ignauiam, ſocordiam producit, memoriam hebetiorem reddit, iudicium obtundit, corpus pallidum & decolorem facit; crudos humores auget, ac pororum meatus ab infarctu liberare non permittit, quo fluxiones auget, & continuò fouet, & tandem, vt Poëta dixit, corpus corrumpit.

An exercitiū in hac febre conueniat.

Lib. 1 ſynopſis cap. 2.

Terminus exercitij qualis.

Commoda exercitij.

Exercitiū in quiete acceſſionis ſeu in intermiſſione.

De damnis ignauiæ.

Cernis vt ignauum, corrumpit inertia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ.

Iamiam ad ſingularia auxilia nunc placet deuenire, quæ magis cauſam reſpiciunt, quàm affectum: dum nempe illius ſuperat indicatio: quare ſi quartana ex lienis impuritate fouetur, vt notha tertiana & in illâ exuperat crudorum abundantia, aut etiam pituitæ permixtio acidæ, aut nitioſæ, tunc adhuc calida auxilia deſpicere non decet, aliis leuioribus tentatis; Proſperus Alpinus hoc in nothâ tertiana vt expertum commendat, quod in quartana notha, quæ iam in calore deferbuit, Iudico maximi auxilij futurum. ℞: foliorum calaminthæ, mentanæ, pulegij, ligni Indici, & radicis chinæ, ſcorſonaræ, an. ℈iiij. radicis iridis albæ ſiccæ tritæ ʒj. macerentur per diem in libris x. aquæ communis, bulliant ad medias, & de colatura accipe ℥iiij. vini albi aromatici ℥ij. & capiat per 15 dies: vel capiat infuſionem in ʒjß. rhabarbari electi cum ℈ß. ſpicæ nardi, factam in aqua agrimoniæ. & accipiat, non ſemel, ſed bis aut ter diebus interpoſitis: vel etiam quarto quoque die accipiat ℥iijß. ſyrup. cichorij cum rhabarbaro, in decocto rubeæ & cicerum ruborum: hæc Zacutus, *Etiam timent Medici*, inquit *in febribus diuturnis decoctum ebeni & ſmilacis aſperæ, ſed ego poſtquam biennio cum quotiana luctatus pluraa pro roborando ſtomacho, pituitâ vacuandâ feci*, celebraui poſtea decoctum chinæ & ebeni, & quatuordecim diebus exhibui, & hoc antidoto præter omnium ſpem conualuit.

De quartana auxiliis.

Ad notha 3 & 4. auxilia.

Decoctum ligni & ſarſæ Zacutus confidit tribuendum.

Sed in vomendo ea quæ ſtomacho cumulantur quotidie, omnem curationis

ſpem

De vomendi neceſſitate in hac febre.

ſpem veteres & recentiores poſuerunt: nos hoc vtimur cum fœlici ſucceſſu. ℞. aquæ nucum viridium, raphanis diſtillatæ, ℥vj. ſalis tartari (nam maximè ventriculum expurgat, & ab infarctu liberat) ʒß. & tepida bibatur & per horæ quadrantem poſtea vomitus prouocetur: nàm per vomitum potiùs quàm per ſeceſſum has febres curari dixit Paracelſus & non ſ: llitur, pro qua intentione hoc commendat auxilium; ℞. laudani ʒß. rutæ, abſynthij an. ʒj. theriacæ optimæ ʒij. & ex omnibus fiat maſſa, de qua detur ad grana vj. cum aqua florum camomeli: vel

Vomitoria Paracelſi.

℞. camomeli p. iij. abſynthij pontici p. ij. coquantur in ℔. ij. aquæ ad medias, & capiat ad ℥vj. ſacchari ℥j. miſ. Vuolpius guttulas iij. eſſentiæ vitrioli in aqua marrubij commendat, & nobis videtur ſecundùm rationem: nàm alij pro ſecreto etiam commendarunt, hoc auxilium ℞. olei vitrioli gut. vj. ſyrup. cichorij ℥j. aquæ abſynthij ℥iij. Montuus & Montanus hoc carpis manuum apponere commendant;

Carpis manuum auxilium.

℞. vrticæ, angelicæ, ſemperviuæ, ſolatris, an. m. j. telæ aranearum, farinæ albæ, & ſalis an. parùm, & aceto miſceantur, & in carpis manuum imponantur.

Hoc auxilium in quartana maximè commendatum inuenio, ℞. radicum ænulæ ℔. j. inciſis & ablutis, bulliant in libris decem aquæ & vna mellis, cinamomi ℥j. ferueant ad tertiæ partis conſumptionem, & colaturæ adde aquæ vitæ ter diſtillatæ ℥iiij. & ſeruetur in vaſe obturato, & huius electuarij capiat ℥j. mane, & ſerò alteram; per 20. dies. Angelus Sala, hoc diamargariton, vt mirabile commendat, ad vomendum

Angeli Salæ vomitorium vbi in bene generantur humores.

℞. margaritarum præparatarum ℥ij. florum antimonij ℈j. ſacchari albi ℥ß. eſſentiæ cinamomi gut. vj. & cum gummi traganti fiant tabellæ, & detur, ad ℈j. hoc enim, inquit, humores ex fontibus expurgat & vacuat quæ in ventriculi capacitate ſunt, & tunicis adhæreſcunt & è cauo iecoris, lienis, & pancreis & poſſunt dari flores antimonij in condito roſarum tabellis manus Chriſti mirabili fallacia, & tutiſſima; flores antimonij ad ℈j. condit. roſ. ℥ß. manus Chriſti ℥ß. ſacchari albi ℥ß. & f. tabellæ & detur ʒß.

Certò etiam ego teſtari poſſum, me quartanam ſatis laborioſam hoc ſolo puluere perſanaſſe, in ſocro Domini de Gandul; ℞. lapidis bezuar Orientalis & herbæ, quæ apud Indos dicitur *contrabierua*, ſiue contrauenenum, an. ℈j. coriandri, aniſi præparati, & ſeminis fœniculi an.

Pulueres, noſtri ad quartanã.

ʒij. raſuræ cornu cerui, ebotis, oſſis de corde cerui, pulueris margaritarum præparatarum, corallij, cinamomi an. ʒß. vaginulæ odoriferæ, quæ chocolati miſcentur ʒij. ſacchari albi duri, ſeu ſacchari roſati tabulari, ℥iiij. & fiat puluis, de quo cochleare accipiat ante prandium & cœnam: cum hauſtulo vini vnius anni, aut aquæ meliſſæ; ſi non fortè reclames non eſſe certè magno apponendum miraculo, ſocrum, ſalutari auxilio fati, vim effregiſſe: nam maius eſſet miraculum, ſi contra ſocrorum leges, quæ ſola æternitate metiuntur, ſub hoc aut illo auxilio occubuiſſet:

De ſocrorũ priuilegio.

vt vt ergo res eſſet, in eo vis huius auxilij eluxit, quòd ventriculi corroboratione & coctione exinde inſtaurata (quo ceſſauit hepatis & lienis impuritas) cruditas, qua perennitas febris fouebatur, in poſterum deficeret, & febris neceſſatia conſequentia; talis enim cruditas antea mulierem vrgebat, vt inſuperabili faſtidio premeretur, & ventriculi nauſeã acidum eructabat, & cibaria etiam euomebat ventriculi regione inflata, & lienis cum manifeſta tenſione obdura, à cuius impuritate & ventriculi crudo perennabat quartana; ideò prima priùs ventris & meſaroei regione expurgata, ſolo pugini decocto, ad quatuor vncias ter ſumpto (non enim validius catharticum inualidæ eius vires ferebant) hoc inſtaurante puluere & febris perennitas diſceſſit, & ſalus iam longo tempore delaſſata inſtauratur.

Vnde huius auxilij vtilitas.

Si verò meſaroei & lienis obſtructio eſſet huius perennitatis cauſa, licet non immediata, ſed remota, habet tamen rationem cauſæ ſine qua non valet perennitas affectus inhiberi: quare illa priùs impuritate vacuata, quæ cauſæ coniunctæ vicem gerit, ad obſtructiones reſerandas, & conſulit prudens medendi ratio & Galeni conſilium 8. *Meth.* 4. vacua ergo prius ſecundùm impuritatis præualentis idæam, melancholicæ nempe, aut putridæ permixtæ: neque Galeni timorem magni facias in omni melancholia (nempe blande tractandam) quod licet verum ſit in omni melancholia, ſub ſingulari præceſſione valet, in illa per vſtionem genita, & quæ attram bilem potius æmulatur, quoniam hæc agitur in furias efferata, & ad affectus atræbilis diſponit, quos mederi, validiori auxilio, nec humoris aduſti & craſſi reſiſtentia, neque malignitas vſtionis conſectaria permittit, & fortaſſe ægrotus ad inſanabilia mala deſtinatur: ſi ergo impuritas melancholica ſit acida ſalſa, aut putridâ pituitâ permixta: hæc non ſemel, ſed eſt per interualla & vices vacuanda, aut ſyrupo Regio de ſilicula,

Quare atra bilis, ſeu vſta blande tractanda.

Quando in 4. purgãdum.

ſicula, aut principis, aut decocto pugini, & illud per epicraſim: ac poſteà, hac febre non obſtante diebus intermediis (excepto febris die) aperientia & poſſunt & debent omni ſecuritate propinari, maximè quæ in permixtione aliqua purgantia permittunt: ſiue ex præcedentibus, ſiue de hoc auxilio: ℞. ſcoriæ optime aceto præparatæ ℥ß. rad. tamariſci, rubeæ pulueriſatæ an. ʒj. rhabarbari electi, agarici trociſcati, an. ʒj. foliorum ſenæ, ʒjß. maſticis, ſpicæ, gentianæ, an. ℈j. amoniaci aceto ſquilitico diſſoluti ʒß. ſalis tartari acidi, aut vitriolati ℈jß. lapid. bezuar Orientalis ℈ß. confect. alchermes (propter lapidem laſuli) ʒij. & cum ſyrupo de 5. radicibus fiat miſſa, de qua detur, à ʒß. ad ʒj. per 15. aut per 20. dies.

Aperientia quã ſo propinanda & purgãtibus mixcenda.

Pro eadem intentione & obſtructionibus reſerandis hoc etiam Quercetanus vtitur pro ſecreto: ſolet enim vacuare, inquit, nigram bilem 3. aut 4. die ex foco melancholiæ; vt ℞. limaturæ chalybis ʒj. inſpergatur ſulphure & accendatur ignis, vſque ad comburatur in ſartagine, deinde adde pulueris radicis Aaronis præparatæ, ʒjß. ambaris griſiæ, ℈jß. corallij. margaritarum præparatarum, an. ʒij. ſuccini præparati, & cinamomi, an. ℈iiij. & cum ſaccharo, fiat puluis gratus, de quo ſumat cochleare cum vino, ante acceſſionis diem; vel ex illis fiant pillulæ, ſiue electuarium, nam corpus ſine turbatione expurgat & ſumitur ad 15. dies, & ſi leuius deſideras ex eodem Quercetano ſic paratur; ℞. rad. Aaronis præparatæ ʒjß. pulueris pimpinellæ ʒj. oculorum cancri lotorum ʒß. cinamomi ʒiij. ſalis abſynthij & iuniperi an. ʒj. ſacchari roſati tabulati, quod ſat erit vt fiat puluis gratus, & vt ſupra accipiat in vino generoſo.

De puluere Quercetani pro ſecreto.

Quod ſi hoc aut illo auxilio intemperatur hepar, aut febris lenta accenditur, & fortè præexiſtens intenditur. hac ſeri caprini præparatione ſecuriſſima vtor; ℞. ſeri caprini diſtillati (aliàs optimè per ignem & albumine oui depurati) ℥vj. pulueris ſenæ & cinamomi linteolo inuoluti an. ℈j. infundatur per noctem in ſero, & mane facta leui ebullitione nodulus exprimatur; ſi non placet addere rhabarbari electi ℈j. & bibat tepidum per 15. dies, nam ita & peccans humor vacuatur, intemperies corrigitur, & febris temperatur, & ſanguis ab ipſa fœculentia depuratur, & ſi fortè Gallica intemperies complicatur, in ſero infundatur radicis chinæ & ſarſæ an. ʒß. foliorum ſenæ ℈j. aniſi, cinamomi, an. ℈ß. & fiat infuſio in nodulo, & ſumatur vt ſupra.

Si febris intrudatur; ſeri caprini praparatio ad temperandum.

Et ſi Gallica lues complicatur ad illam corrigendam.

Et ſi in tabellis chalybis magiſterium magis placet, ſic accipiat, ℞ chalybis cum ſulphure parati ℥ß. confect. alchermes ʒij. ambaris griſij ℈j. ſacchari aqua naphæ diſſoluti ℥iiij. & f. tabellæ ad ʒj. quam ſingulis diebus accipiat, & ſi fortè illud in muliere accidat, cui menſes deficiunt, meſaraei obſtructionibus vtero iam communibus, vti ſæpe vidimus, hoc potentiſſimo auxilio & admirando Angelus Sala vtitur. ℞. ellebori nigri ℈j. & nodulo ſerico excipiatur, & locis muliebribus applicetur, aliquoties etiam renouatum: à cuius vſu, inquit, mutatio & quaſi quædam contractio per totum corpus oborta eatenus durauit, donec menſes pedetentim promanare cœperint: ſed hoc & illud conſequitur ſolo acido tartaro, dummodo ſic paretur. ℞. ſacchari albi ℥viij. tartari acidi præparati ℥ij. rhabarbari & agarici an. ʒß. eleoſacchari de corticibus limonum ʒß. aquæ roſatæ ſatis vt fiant morſuli aut tabellæ & ʒj. accipiat, cum vino aut aqua graminis.

Tabella chalybis ſelecta.

Ad menſes ciendos & obſtructiones reſerandas.

Tabella de acido tartaro.

In hoc enim conſiſtit maxima huius febris & obſtructionis melancholicæ curatio, vbi ſtomachus impura abundat cruditate, vt quæ in ventris ſentina ſenſim concernatur, ſenſim & expurgetur, ventriculus caputque roboretur, & cor reficiatur, quod maximè hoc puluere conſequimur: quo coctio perficitur & flatus diſſipatur. ℞. ſeminis coriandri, aniſi, fœniculi præparati, an. ʒij. ſeminis carui ʒß. florum cordialium an. ʒß. foliorum meliſſæ ℈j. maioranæ ʒß. ſacchari roſati tabulati ℥ij. & fiat puluis de quo cochleare accipiat ſuper prandium & cœnam.

Cruda concoquenda, debilitatem & flatus diſſipãdos.

Et ſi tandem ita lien intumuit, vt ſcirrhum æmuletur, Solenander inter ſpecifica auxilia commendat vrticam mortuam in vino tenui decoctam ſi ad ℥j. quotidie bibatur, vel pulueris illius ʒj. cum eodem vino & hoc ſolo cum feliciſſimo ſucceſſu ſe vſum profitetur: vt etiam Aquapendente, hoc etiam topico poſt vniuerſales euacuationes ſimiliter felicem experientiam ſuſcepiſſe & ſe plurimos ſanaſſe gloriatur. ℞. amoniaci aceto forti diſſoluti ℥iiij. ſucci nicotianæ ℥ij. reſinæ pini & terebentinæ an. ℥j. ſucci ebuli ℥ß. olei capparorum ℥iij. bulliant ad ſucci conſumptionem & f. ceratum, quod tumenti lieni applicetur.

Ad ſcirrhũ & tumorẽ lienis & hepatis & meſaraei.

Illud vltimò nolui præterire, quòd ſingulari experientia obſeruaui in muliere valde emaciata & quæ in continua quartana cibaria continere ventriculo non valuit per longum adhuc tempus, vt ferè iam atrophia laboraret, hanc ſolo lacte aſinæ recenter mulcto, magna certè ad-

Caſus mirabilis in quartana emaciatæ mulieris.

 miratione

miratione vidi, perſanatam nam obſtructiones in illa aliqualiter apetuit, febrem attemperauit, atrophiam deleuit & ſanguine & carne inſtaurauit, cum ſaccharo albo duro ſumebatur, & dum hypochondria murmurant, pulueribus aniſi, aut elnamomi.

ILLVSTRATIO XIII.

Quare auxilia adhuc rectè applicita ad artis magiſterium aliquando non proſint.

Quare non ita facilè conciliātur iudicia.

INter amicos iudicia etiam mutuis certant imperiis, inſito mainris dignitatis deſiderio: ideò facile conciliantur animi, & non ita facilè iudicia:, dixit nobis amiciſſimus quidam Doctor & doctus, quare veſtræ ſanguinis miſſiones ex talo, tam exquiſita reuulſione non præcauent deliria? cui ſolita animi tranquillitate dixi, quia pleraque auxilia à morbo ſuperantur, & non quod potui reſpondi, ſed quod debui; ideò hoc dictum etiam illuſtrare decreui.

Ad hoc Scribonij ſententia.

Scribonius Largus, *libro quinto, de cauſis plantarum*, in huius capitis fimbria, *Illud autem meminiſſe oportet*, inquit, *mi Chaliſte, eadem medicamenta in eiſdem vitiis interim meliùs deteriuſúe, reſpondere, propter corporum varietatem, differentiam ætatum, temporum, aut locorum*, & nos addimus, *ob indiuiduales proprietates & celeſtes influxus*: eædem enim res, non diſſimiliter diſpoſitis corporibus non poſſunt ſemper eoſdem effectus exhibere; quibus addere licet, quòd alius affectus eſt medicamentis & arte non ſuperior, & alius qui omne artis ſuperat magiſterium; reddidit rationem Gariopontus antiquiſſimus auctor, quando dixit, *Tunc maximè vincuntur beneficia à malo, cum non in tempore ſuo offeruntur, ſeu quia mala fortiora ſunt bonis, aut natura à malo ſuperata beneficia non ſentit, aut quantitas boni malsúe ignoratur: vnde fit vt non omnibus poſſit mederi medicina, nec ſemper auxiliari, quia rari intelligunt, quanta eſt nunc, & quanta futura ſit cauſa, vel quo tempore factura ſit ſtatum, vel qualem habitura criſim*; ideò forte Galenus *octauo ſecundum locos*, dixit, *Impoſſibile eſt pharmacum ad multas affectiones eſſe vtile, continetur enim ambiguitas quædam in huiuſmodi pharmacorum propinationibus*: vnde merito licet arguere Galeni vanitatem, quando 3. *de locis* 1. inquit, *itaque Medicinam profeſſus vſque ad ſenectutem, nullam in hodiernam diem calumniam ſubij, id quod celeberrimis quibuſdam Medicis interdum accidere memini*: quanto magis eſt laudanda Hippocratis modeſtia *qui ſe deceptum in fracturis fatetur*, & epiſtola ad Democritum *maiorem reprehenſionem, quàm honorem actis ſe fuiſſe conſequutum*: quod vir ille certè magnus dixit, quem inter Deos venerata eſt antiquitas; nec omnes, Epidemiarum hiſtoriæ in honorem Hippoctatis leguntur, nam ſæpiùs & frequentiùs ſepulchro obuiabis quàm triumpho.

Suo libro de febribus cap. 9. Gariopenti ſententia.

Cap. 3.

Quare à iuuantibus & nocentibus ſumitur indicatio.

Ideò etiam à iuuantibus & nocentibus ſumitur indicatio, quia quæ applicata iuuant, continuata ſanant, quod tam variæ ſint hominum naturæ, temperamenta tam diuerſa, & tam diuerſi generis excrementa in iis generentur: vnde ſumma in morbis varietas eſſe ſolet, & auxiliorum irrita propinatio, & ſi credimus Galeno libro *de Medicamentis purgantibus, Alij non purgantur*, inquit, *alij profuſiſſimè purgantur, & alij cum grauiſſimis ſymptomatibus* quod proprietatibus indiuidualibus tribuendum anteà dicebamus: ideò quod vni prodeſt, alteri nocet: quæ eſt fortaſſe ratio quare ad tam varia confugimus auxilia, vt ſi inter illa fortè inueniatur, quod habeat analogiam cum hoc temperamento, eum illa ſingulari naturâ, aut cum his excrementis, aut humoribus, & inter tot complicationes, quæ numerari nequeunt, quæ confuſam & ferè incomprehenſibilem artem reddiderunt: quo pater etiam quantum decipiantur, qui ab hoc aut illo auxilio, ſecurè ſalutem pollicentur.

Quare ad tam varia confugimus auxilia.

Hoc comprobatur exemplis.

Hoc non tantum generali doctrina comprobatur, ſed ſingularibus exemplis manifeſtè conuincitur: nam ſanguinis miſſio quod inter magna auxilia gigantiſat, non tantùm in principio acceſſionis, ſed in hac aut illa ſingulari natura interficit, ſi credimus nobiliſſimo Celſo; iuuat in declinatione & natura, quæ non ita facilè vti illa exoluitur: quod idem obſeruamus viribus æquali aut inæquali prudentia libratis: nam viribus eſſentiali imbecillitate exolutis, frigiditate ſuffocatis, fraudulenta malignitate ſuperatis, illa ferè ſemper interficit: aliàs ſeu onere grauatis, ſeu incipiente putredine oppreſſis, mirabiliter iuuat: quod idem in catharticis obſeruatur quotidie, non tantùm viribus æqua lance libratis, ſed tempore & loco auxiliis adhibitis: quæ maior infelicitas poteſt conſiderari *quā medicamento dato, ægrū interficere*? vt Hippocrates dixit, fortaſſe Medici nulla in eo culpa ob illa quæ intus latent vitia, humano

Deceptionis occaſiones variæ. mano iudicio imperuia : hæc ſunt certè auxilia, quæ à malo ſuperata, adhuc ad artis magiſterium applicita, non proſunt; ſubinde grauiora diſcrimina nos poterant reddere cautiores, & incautos inueniunt, quando indicationes, inter ſe confunduntur, inter quas fere ſemper periclitatur iudicij libertas & melior electio: non valet enim humanus intellectus præfinire, nec ad punctum redigere merita vtriuſque, ob diuerſitatem apparatus, humorum conditionem, inſidioſam malignitatem, virtutis tolerantiam, & adhuc ſub illa latitudine intellectus non infallibili ſcientia conſequimur, quando hæc aut illa indicatio præualeat, morbo & virtute in ancipiti alea, & quot meritorum gradibus valeat ſuperari : neque morbi receſſum eſt facile dignoſcere, neque quantitatem auxilij quale poſtulat ille morbi receſſus, ſed ſola coniectura tunc ſecurior, quando minùs à veritate diſtat, *Sola coniectura omnia metiuntur.* & in hoc adhuc periclitatur conſenſus & diſſenſus conſulentium, quorum iudicia, mutuis certant imperiis (vt dicebamus antea) inſito maioris dignitatis deſiderio : noſtra eſt obſeruatio, Galeni eſt do- *Cap. 11.* ctrina; nam libro de ſang. miſſione. *Nihil, inquit, æque artem medicam coniecturalem, reddit, ac quantitas in vnoquoque, nam illud nec dici nec ſcribi poteſt, & 3. Methodi 3. ſunt enim pleraque;* dixit, *quæ ars & ſcientia docere nequit, quæ ſolus vſus aſſequitur:* quod ſatis bene ponderatum reli- *1 ad Glauc. 8.* quit, quando dixit, *Attamen hoc nihilo meliùs aſſequi poſſumus, nec ad eius exquiſitam notitiam peruenire, quàm ex frequenti exercitatione circa eiuſdem quantitatis coniecturam :* quod meo videri oritur, ex difficultate quæ in cognitione occaſionis ſita eſt, præter alias conſiderationes, quæ difficilius reddidere iudicium; vt ſatis *1 ad Glauc. 8.* manifeſtè nos docuit, quando dixit, *Ideò tum Empirici diligentiſſimi, tum dogmatici, docti omnes fatentur, occaſionis nos non poſſe ad exactam peruenire notitiam; ſed quod ad coniecturam de laborantis natura deſideratur, alij ex proprio cuiuſque vſu, alij ex artis notione adiiciendum affirmant : nam quod coniecturale artis eſt, id maximè in affectionum dignotione conſiſtit;* alibi dixit etiam; & nos dicimus, in hac diſcurſus *2. 1. locis 1.* ſimbria *quod ex omnibus ſimul, non tantùm curationis oritur difficultas, ſed ferè impoſſibilitas comprehenſionis tam multarum rerum, quæ ſimul vrgent, & poſtulant auxilium, ſi ſunt omnia æqua lance libranda:* ſed in tanta rerum confuſione, nobis in ſolatium erit ſub hac fragilitate in publicam vtilitatem noſtra dare, & munus nobis commendatum adimplere, & quod optimum ſemper deſiderare.

ILLVSTRATIO XIV.

Ad nobile Chymicorum iudicium.

CHymicorum iudicium, in noſtro Medico tribunali cenſura non vulgari protulimus: nunc illud chymicorum auxiliis illuſtrare publica vtilitas nos cogit: nam quæ methodicis auxiliis non conſequimur, in morbis maxime deſperatis, chymicis, ſi non ſemper aliquando conſequimur: nam quos ratio non reſtituit, temeritas adiuuat in hac maxime deſperationis linea; ideò ſpecifica extracta proponere decreui, & quibus morbis & qua doſi, innoxia propinentur, ad methodi regularis & exacti præcepta, non empyrici normam.

Hæc ſunt extracta ſpecifica, morbis accommodata, in ſua cuique doſi.

MErcurius vitæ ab vno ad quinque grana, propinatur, ab infantibus duorum annorum, vſque ad robuſtos, eſt mitiſſimum vomitorium, ſupra & infra purgat; ſed in Gallicis maxime ſingulari medetur analogia, prodeſt ad fœtum mortuum, expellendum, ſed ad ſecundinas educendas nihil vtilius inuenies. *De mercurio vitæ.*

Sal vitrioli datur ab ℈ß. ad ʒß. in vino, chocolate, aut aqua morbo appropriata, & ad ſingultum in aqua nucum viridium, raphanis diſtillata : ad cerebri affectus per conſenſum ventriculi, eſt certè ſingulare auxilium : velut ad epilepſiam : nam mirabiliter ventriculum expurgat, vt etiam in aſthmate ex conſenſu ventriculi & lienis, in affectu maximè flatuoſo : & non tantùm ab alchymicis laudatur, ſed à methodicis non parùm commendatur, velut à Riberio & Sennerto. *De ſale vitrioli ad ſingultum & epilepſiam.*

Sal tartari vitriolati, humores melancholicos & acidos proprietate quadam ſingulari expurgat, obſtructiones aperit, frangit lapides, arenas educit, & renes mundificat; datur ab ℈ß. ad ℈j. in aqua raphani, graminis, aut iure diuretico, pillulis de terebentina miſcetur, vt & purgantibus catharticis. *De ſale tartari ad diuerſa ſuppreſſiones.*

Extractum ſulphuris, humores craſſos inſcindit, tenuat, & abſtergit, maxime in pectoris morbis, vt pulmonis & pectoris tuberculo, in antiquo & pertinaci aſthmate; obſtructiones aperit, putredinem *De ſulphuris extracto ad morbos pectoris & pulmonis.*

coërcet in febribus putridis & malignis. & virginum obſtructionibus datur, ad gut. iiij. in lambetiuis, iuſculis, aut aquis appropriatis.

De flore ſulphuris.

Flores ſulphuris ad pectoris morbos ſupradictos ſunt auxilio magno, vt ad tuſſim antiquam, ab ℈ß. ad ℈j. in conditis, iulepis, & ſyrupis.

De floribus antimonij.

Flores antimonij maiori violentia operantur, ideò proſunt cholicis, iliacis, nephriticis, & epilepticis deſperatis; dantur ad ℈ß.

De extracto terebintinæ.

Extractum ſeu ſpiritus terebentinæ eſt mitius auxilium, maximè in renum & vrinæ affectibus, nephritide, vrinæ ſuppreſſione alta, & ex veſica, ad arenulas & mucoſitates expellendas, datur ad ℈j. in iure, vino, aqua graminis & chocolate.

De buxi extracto ad epilepſiā & dolores dentium narcotica virtute.

Oleum, ſiue extractum buxi. ſeu ſolum extractum per deſcenſum, eſt mirabile narcoticum ad epileptiam, & datur in aqua tiliæ aut pæoniæ, pro ſecreto ad gut. vj. & pro dolore dentium denti dolenti applicatur, & ſedat mirabiliter omnes dolores & acres fluxiones & partibus dolentibus applicatum & ad intus propinatum.

De oleo vitrioli.

Vitrioli eſſentia ad febres peſtilentes, malignas, & ardentes eſt certè mirabile auxilium, ſi arte propinatur, ſeu in potu aquarum cordialium, ſeu pro potu communi & ordinario, datur à granis j. ad vj. & ad fœtum mortuum educendum & ſecundinas expellendas in aqua artemiſiæ, pimpinellæ, ſaxifragiæ, in vino, aut iure, ad gut. iiij.

De cremore tartari.

Cremor tartari purgat melancholicos ſuccos, obſtructiones aperit, renes expurgat ab arenulis & mucoſitatibus, ideò & nephriticis prodeſt; datur in iure diuretico in vino, aut chocolate liquido, à ʒß. ad ʒj.

De ſuccini extracto.

Succini extractum eſt ad omnes ictericas paſſiones mirabile; ad extra vmbilico applicatur in goſſypio ad gut. iiij. ad intus datur in aqua meliſſæ, eufraſiæ, naphæ, aut tiliæ, à guttis ij. ad vj. nam mulieres ab vteri ſuffocatione liberat, menſes mouet, & partum faciliorem reddit.

De coralliorum extracto.

Extractum coralliorum & perlatum in dyſenteria maligna & peſtilenti, in diarrhæa biliosa, in aqua plantaginis, portulacæ, eſt mirabile auxilium, & ad febres ardentes & malignas, in ſucco citri, aquis cordialibus, aut oxalidis; datur ad grana vj. ſeu ad ℈ß.

De extracto mirrhæ & aloës.

Extractum mirrhæ & aloës ventrem lubricam reddunt & primam regionem expurgant, maximè vbi complicatur vterinus affectus, illorum operatio adiuuatur addito gummi de camboche; in hypochondriacis, cardiacis, cachecticis, hydropicis, & in omnibus Gallicis. Sic ordinatur. ℞. extracti mirrhæ & aloës & gummi de camboche an. ℈j. mercurij dulcis gut. ij. ſalis tartari gut. iiij. & f. pillulæ 4. & dentur 3. quoque die: poſteà (in Gallicis maximè) dentur mercurij dulcis grana vj. confect. alchermes ℈j. extracti cinamomi gut. ij. & f. pillulæ ij. aut in puluere detur in vino per aliquot dies in eiſdem morbis.

De turbit minerale.

Turbit minerale .(quod eſt mercurius itidem optimè depuratus) humores craſſos & viſcidos purgat, à ventre, à iuncturis, à capite, in Gallicis maximè, & in omnibus inueteratis morbis, qui alio auxilio non cedunt, de quo Angelus Sala in *Exeſi chymiatrica*, eſt catharticum præſtantiſſimum in lepra, blandè adeò aluum ſoluens, vt pueris & prægnantibus dari poſſit; acres humores mitigat, pituitoſos purgat, & vlteriùs & ſuauiter purgat per ſeceſſum; datur à granis ij. ad v. & poſteà vſus ipſius laudatur in cerebri & matricis affectibus, doſi ſupra bezuartico ſolis præfixa, nempe à granis iij. ad vj. *Sect. 4. folio 751.*

De oleo tartari.

Oleum tartari. eſt ad aperiendas obſtructiones aptiſſimum, nephriticis & vrinæ retentionibus medetur, ſeu ab emulgentibus & renibus ſurſum, ſeu à veſica etiam; datur in conditis potionibus, & aperientibus, vt iure, aut chocolate à granis iiij. ad vj.

De rhabarbari extracto.

Extractum rhabarbari eſt nobiliſſimum auxilium, de qua extractione Angelus Sala: quæ facilè paratur, ad omnes obſtructiones aperiendas eſt aptiſſimum, & quia pater hepatis hepaticos corroborat; ad lapides renum & veſicæ eſt ſanè ſelectiſſimum, & in omni vrinæ retentione; eſt exemplum; ℞. extracti rhabarbari, & ſpiritus terebentinæ an. ℈j. pulpæ caſſiæ ʒß. diſſoluantur in aqua graminis, aut corticum fabarum ad ℥iii. eſſentiæ cinamomi gut. iii. aut in condito florum cordialium boraginis, aut fabarum, ℥i. & f. morſuli, cum ſaccharo.

De laudano Paracelſi opiato.

Laudanum Paracelſi opiatum eſt mirabile narcoticum aptiſſimè correctum, aromatibus conditum, & valdè cordiale; additur in omni potione cordiali, pro maligna & peſtilenti febre, vbi maximè peruigilium viget, ſiue paraphrenitis, aut phrenitis: pro clamoſis doloribus, acribus fluxionibus, dyſenteria, & profuſa diarrhæa, pro colico & nephritico dolore, & nullum validius inuenies, & datur à granis ij. ad vi. illius tres deſcriptiones inuenies, in *Illuſtratione de opij qualitatibus & vſu*.

Extra-

De eſſentia aniſi, cinamomi.

Extractum aniſi, cinamomi, ſeu roris marini, mirificè prodeſt, ad omnes flatuoſos, doloſos, colicos, & iliacos, ad ventriculi dolores ex frigido humore, imbecillitatem renum & hepatis, & vt aromatiſentur, quæ minùs grata propinantur; datur à gut. iv. ad vi.

De oleo petroleo chirurgico.

Oleum petroleum in chirurgicis auxiliis valet ad penetrationem, & mirabiliter putredinem coërcet, necroſi. n. & gangrænam; vt ℞. emplaſtri 4. farinarum lb. ß. olei petrolei ℈i. aquæ vitæ ℥i. & benè miſceantur.

Vnguentū de extractis pro ventriculo.

Pro ſtomacho roborando noſtrum vnguentum de extractis mirificè corroborat, maximè à priuatione caloris vt in hypochondriacis ex contraoperantia ventriculi & hepatis vt ℞. olei abſynthii ℥i. maſticis ℥ß. matthioli ʒi. eſſentiæ terebentinæ ʒiß. aniſi gut. ii. ceræ citrinæ parum. & f. vnguentum quotidie renouandum: hæ pillulæ etiam de extractis, ſunt mirabile auxilium in paralyſi ſtupore, vertigine, artritide, ſchiade, neruorum imbecillitate, & in omni ſpecie morbi Gallici. ℞. extracti aloës & mirrhæ. aqua vitæ ex vino ſublimatis. an. ℥iv. & dum refrigerantur. poſt extractionem; adde mercurii dulcis ℥ß. ſalis mercurij ʒii. turbit mineralis ℈ii. extracti de ſuccino gut. x. & fiat maſſa de qua detur in hyeme ℈i ß. panis auri n. ii. & f. pillulæ 4. & tertio quoque die ſumantur, & ad 20. dies. Et diebus intermediis capiat ſeri depurati actu calidi ʒiii. cum ſaccharo, ſed in vere. aut æſtate, maiori cautione ad ℈i. ſit tamen cautio ne illæ capiantur dum luna eſt in leone, aut in virgine, nec alia coniunctione nec oppoſitione, ſed aliis temporibus, excepto in prægnantibus. ob extractum ſuccini, quod menſes mouet. & partum acceletat.

Pillula de extractis pro Gallicis affectibus.

Emplaſtrū pro matrice ictericis & aliis vteri affectibus.

Emplaſtrum pro matrice, ictericis, epilepticis ex vtero, & pro illis quæ flatuoſam paſſionem vteri patiuntur, & frigidam. ſterilibus à cauſa frigida, ſeu frequenter aburtientibus, mirabiliter corroborando prodeſt; vt ℞. tacamacæ, carañæ. & balſami alexandriæ electi an. ʒi. galiæ muſcatæ ʒß. agni caſti ʒi. ſantalorum omnium an. ʒß. terebinthinæ & labdani an. ʒi. eſſentiæ ſuccini gut. vi. & ſecundùm artem f. emplaſtrum; de quo teſtari poſſumus valde in prædictis paſſionibus profuiſſe,

Qui horum auxiliorum magiſterium præparationem, calcinationem & ſublimationem à naturæ arcanis ediſcere deſiderat, conſulat Angelum Salam, Quercetanum. & Petrum Petræum, quorum originalia, nos etiam conſuluimus; de la-

De lapide Philoſophico.

pide Philoſophico (chymicorum ſophiſticum phantaſma) ſtupida admiratio plura ſemper exſpectat, quæ abſcondita in arcanis naturæ;. eos continet inter ſpem & metum validior fallaciæ politica: vt ergo omnes deſinant admirari; tribus modis paratur philoſophicus lapis, i. ℞. ſalis nitri depurati, aluminis rochæ, & vitrioli leuiter calcinati, an. lb. ii. puluerifatis admiſce, ſalis gemmæ ℥iv. & diſtilletur aqua fortis; 2. ex mercurio comparatur vt ℞. mercurij lb. i. calcis viuæ & ſaponis nigri an. ℥iv. cineris vulgaris ℥iii. in mortario lapideo miſce, poſtea igne valido per retortam. mercurium inde diſtilla. 3. eſt ipſa lapidis præparatio vt ℞. aquam fortem infunde in cucurbitam, vndique loricatam, ad tertiæ partis repletionem. adde mercurium purgatum primùm, poſtea etiam ferri laminati, ℥iii. chalybis laminati ℥i. auri laminati, duorum coronatorum pondere, ſubito capitello, & recipienti aptetur, admotoque igne, omnis aqua & ſpiritus eliciatur, & in fundo. fractâ cucurbitâ, inuenies lapidem philoſophorum. tenuiſſimè puluerifatum, quod in vaſe clauſo adſeruetur, & aqua fortis indiſtillata, reſeruetur, etiam ad lapidem hunc conficiendum, quod dimidium materiæ aſſumendo conficitur; hic eſt lapis philoſophorum toties decantatus, qui an valeat aurum producere. ſit fides penes auctorem, quod ſit aptiſſimum & efficax auxilium. ad ſeparationem, ſublimationem. & fixationem metallorum. dubitare non licet, non tantùm, quando omnes inter ſe coaleſcunt & miſcentur, ſed in vnoquoque ſeorſim, vt impuritates & partes diuerſorum permixtæ ſeparentur: quo verè certè accidit, vt ſi in illa metallica ſubſtantia, aut metallorum permixtione, aliqua auri portio ſit compacta, aut incluſa. quod illa ſeparetur lapidis philoſophici virtute; nec illud qui veram aſſequitur philoſophiam dubitabit: illud tamen ſemper in ancipiti erit. in aurum poſſe conuertere illam metallorum ſubſtantiam, quantumuis illa huius lapidis beneficio ad ſummam puritatem reducantur: nam illa maiorem fixatione conſequantur, ſed formam ſibi gentilitiam non mutant, quantumuis portiones inter ſe ſeparentur; inter quas auri portio (ſi aliqua in illo metallo deliteſcit) verè & realiter ſeparatur, & ſic intelligitur quod philoſophicus lapis veram auri ſubſtantiam producit, gentilitia virtute & congenita.

ILLVSTRATIO XV.

Ad illa quæ de aſthmate & pectoris tuberculo ſcripſimus.

INter aſthmatis cauſas illæ ſunt omnibus notiſſimæ, quæ reducuntur, vel ad vſum, ad auctum, vel ad læſionem facultatis motiuæ ſeu ad læſa ipſius reſpirationis inſtrumenta; de his ſat multa practici; attamen nos alias difficilis reſpirationis cauſas interdum obſeruauimus, quæ licet ad prædictas quis valeat reducere, non tamen ita facilè harum cauſarum abſtruſam rationem elicere; ſi non fortaſſe alias adirent cauſas à prædictis; nos enim hypochondriacam in habitu contractam obſeruauimus, cuius ita erat difficilis anhelitus, vt ſeipſam conſequeretur reſpiratio, abſque vlla ſenſibili quiete, & in obſtructione hepatis & lienis, & venis circumcirca obſtructis abſque vlla renitentia vel pondere, ſumma difficultate reſpirare, vt hydropicis etiam grauantis aquę pondere ſepto tranſuerſo ad motum præpedito: vidimus etiam tunicis ventriculi obſtructio & venis illas circundantibus obſeratis, eſſe cauſam difficilem huius difficilis ſpiritus, nulla in eo culpa, neque adaucti vſus, neque motiuæ etiam facultatis, neque inſtrumentorum (primariò) quorum ope ipſa reſpiratio celebratur; imò ex alia cauſa latenti & occulta, quæ ab illa naturali regione refluit aut refunditur, vt ipſa vitalia inſtrumenta ad talem difficilem reſpirationem compellat: hoc (quæ vidimus accidentia) loquuntur, ſed voces accidentium diſtinctè non percepimus, nec de priſcis authoribus miramur: erat enim ſcientiæ quoddam genus, animis & temporibus illis aptum, & pleriſque maximè, quibus philoſophiam & res medicas immenſo diſputandi ſtudio, aut euoluere aut miſeriùs impedire in animo erat, & inſanis & inconditis voluminibus æternos diſcentium labores augere: pluribus verò hæc ratio tunc ſcribendi, vt quodcunque argumentum ſibi ſumerent priorum auctorum de eadem re, verba atque ſcientias, tanquam ſua lectoribus darent: ſic vnius ſæpe error, cæteris lubricum fuit, quo temerè laberentur; viciſſimque de vnius recta ſcientia mutuam ſapientiam multi ſumebant.

De abditis difficilis reſpirationis cauſis.

De ſcientiæ genere olim vſitato.

Recentiorum aliquis ſatis breuiter aliam cauſam ex his abſtruſis tetigit, ſed illam non proſequitur, neque medendi rationem ſatis docet; à pituita, à capite pluente, inquit, ſeu anadrome à ſtipite cauæ, ſeu ortæ in pulmones impetente: ſi à capite præcedant capitis repleti ſigna: ab ſtipite cauæ, ſeu arctæ erunt ſigna & cordis palpitatio, perpetuus aliſmus, tanquam à membro per quod neceſſariò traiicitur refluens ille humor in pulmonem; ſed vir iſte cum ſignis aliorum coincidit, & grauiter ſcribit.

Neoterici ſententia in hac difficultate.

Dixit alius, inſtantes cruditates ſeptum tranſuerſum comprimunt, quo difficilis editur reſpiratio, illo nobili inſtrumento præpedito: Sennertus magis ad abſtruſas rationes accedit: nam frequentiſſimè, inquit, ab humoribus crudis generantur circa hepar & in venis collectis, qui per arteriam venoſam ad pulmones feruntur, & bronchia comprimentes aſthmati cauſam præſtant: ſeptum tranſuerſum comprimere etiam aliæ cauſæ valent, & etiam potiori vrgentia, grauiori periculo, recurſus ad cor ſubitus, anadrome funeſta aut maligni humoris, aut errantis naturæ, aut ignotæ turgentiæ, ſeu facultatis oppreſſæ onere ſuccumbentis: aut à cauſa externa humore refluente, morbillis, aut variolis, puncticulis, bubone, aut anthrace, vt nos Hiſpali vidimus, in peſte Hiſpalenſi anno Domini 1649. ſeu dum malignus vapor, aut praua exhalatio ex vtero aſcendit, & ſeptum impetit e directo, quam prauam qualitatem (ſiue auram dixeris venenoſam) vt refugiat, ſeſe comprimit ſeptum, quo tollitur omnino reſpiratio vt apnoea ſequatur, vt in ictericis quotidie videmus, ne tantùm ſumma frigiditate auræ illius venenoſæ, vt Mercatus contendit, non enim, poſſibile videtur, ad talem frigiditatem deuenire, manente vita: quando ſola malignitas illud valet inducere; veneni ratione abſque frigiditate, actione eleuata huius malignitatis, & quod crudi humores per venam arterioſam tam facilè ferantur, vt iudicat Sennertus, non ita facilè conuincitur, vt ex toto quieſcat intellectus; à capite depluere per ampla illa loca & patentia vaſa magis credibile videtur, difficilem reddi reſpirationem à pectoris & pulmonis tuberculo, viis aërem deferentibus, compreſſis & in arctiorem capacitatem adactis, docta ratio docet. & frequens experientia conuincit, ſed ſub hac differentia, quòd cùm ſit cauſa permanens & continuò premat, & affligit continuò, & ſine ſtertore, licet magis à cibo inualeſcat, non tamen à principio, ſed iam aucto tuberculo: ſed pulſus inæqualitas

Alterius ſententia.

Sennerti ſententia.

Variæ aliæ cauſæ expenduntur.

Mercatus non benè ſuſcipitur in hoc caſu.

De difficili reſpiratione à tuberculo & ſignis.

q. de hoc ... litas eſt vnicum infallibile ſignum, quod nec fallitur, nec fallit, vt Galenus obſeruat in *Antipatro* & obſeruare poſteritatem docet.

CVRATIO.

Quantum permiſit huius affectus abſcondita & abſtruſa varietas.

PErcurramus ergo ſingularis huius affectus cauſas: ac ſi in ſingularibus ægris noſtram opem deſiderent: non ſolis communibus auxiliis, vt communiter practici. ſed adeò ſelectis ac ſi in extrema neceſſitate mederemur: nam ſi Herculanum, & in eo rationem conſulimus, incraſſantibus frigidis & narcoticis omnem aſthmatis curationem commendaſſe videbimus. nec ideò à vera indicatione credimus deuiaſſe, ſi à ſilenti tenui calida capitis diſtillatione (à qua adhuc fouetur) ortum duxit: ad hanc enim tantùm ſpecialem cauſam videtur attendiſſe; dum nempe hac auxilij ſorte intercipere & auertere fluxionem intendit incraſſando & attemperando, ne fluat grauiori diſcrimine: fuit enim vir, iſte ſuo tempore doctus & etiam à Galeno edoctus 1.2. *locos cap.* 12. ideò vtitur & ſyrupo papaueris, diacodio etiam & philonio: quod nos etiam Galeni auctoritate adornati, ſic parare mandauimus; ℞. ſyrup. papaueris ℥j. diacodij ʒß. laudani opiati grana iij. ſeu, illius defectu, philonij gut. viij. aquæ lactucæ & farfaræ an. ℥j. & lambendo ſumatur; pro hac etiam intentione adimplenda, ſpero maximè profutura quæ ſequuntur. & primò talis ſyrupus imperetur, qui ſummo mane & nocte præcedente adſumatur; vt ℞. emulſionis 4. ſeminum maiorum ℥viij. ſpecierum dragacanti frigidi ʒijß. ſacchari ℥iiij. coquantur ad ſpiſſitudinem & in fine adde terræ lemniæ ʒj. laudani opiati gut. iiij. & f. ſyrupus: vel fiant rotulæ ſimiliter ſumendæ. ℞. amyli. dragacanti, gummi arabici, boli armeni orientalis, an. ʒj ſucci liquiritiæ aquâ roſatâ loti, ʒiß. muſcilaginis, pſyllij, dragacanti, an. ʒij. ſeminis papaueris albi ʒj. & cum iuleb violarum f. rotulæ, & ſumat ante ſomnum, & mane: vel fiat lambetiuum. ℞. amyli, dragacanthi an. ʒj. pinidiarum ℥ß. boli armeni orientalis, terræ lemniæ. an. ʒiß. radicis chinæ orientalis puluériſatæ. ʒß. laudani opiati gut. vj. ſyrup. papaueris & iuiubarum an. ℥iij. & fiat lambetiuum pro ſingulis horis diei. & noctis.

Herculani ſententia in hac curatione.

Cauſa calida curatio.

Cucurbitulas ſuper ſpinam dorſi apponere mandauit, nec illud etiam eſt à ratione alienum, vt fluxio, quæ ad pulmonem tanto ruit diſcrimine, ad patentes & amplas ſpinæ vias diuertatur: ſed in hoc eſt illa maximè cautio adhibenda, ne ante vniuerſales euacuationes ſaltem per ſanguinis miſſionem applicentur, ſeu omni reuulſione celebrata; illud etiam monuit, quod nobis non diſplicuit, non eſſe valde agitantibus purgandum, ſatis eſt nota ratio, ne commoti humores ad continuò flabellantes pulmones, acceſſionis occaſione calidi ſupra modum (ideò ad ſe attrahentes) facile deferantur; Ideò maximè ſecundùm rationem videtur, & obſeruationem, quæ nos illud haud ſæpe docuit, non acceſſionis principio, non in medio, ſed in fine, aut declinatione medicamenta purgantia imperare, non fortiter mouentia, ſed leniter trahentia qualia nobis in vſu eſſe omnes Doctores Hiſpalenſes nouerunt; vt ℞. extracti myrrhæ & aloës an: ℈j. maſſæ de camboche ℈ß, mercurij dulcis gut. iij. laudani opiati gut. ij. & f. pillulæ 4. & aurentur leniter (nobis credite) & trahunt & euacuant abſque vlla commotione corporis, nec humorum: imò ſæpius infra ſubſiſtit quã exquiſite vacuet, & ſi potũ deſiderat; ℞. ſyrupi Regis aut filiculæ & perſici an. ℥ij. decocti pugini ℥ij. & aromatiſetur.

Albat Herculanum.

Cautio obſeruanda.

Purgandũ non in p. ſed in declinatione imperãdũ.

Et hæc eſt vna ex cauſis vbi (licet nulla eſſet ſanguinis abundantia) ſanguinis miſſio & ſcarificatæ cucurbitulæ in partibus infernis ſanguiſugæ & omne diuerſionum genus maximè ab acceſſione liberare doctus nouit; indoctus obſeruauit: nam & aliò auertunt fluxionem & ſuffocationis periculo occurrunt: nec intereſt an illa fluxio tenuium humorum à capite, ſeu à ſtipite cauæ ſeu aortæ ad pulmones noueris confluxiſſe, per illa ſigna, quæ dicebamus antea: nec tibi videatur difficile tenues & fluxiles humores poſſe amplas pulmonis vias reddere arctiores, nam quod alij lentore & craſſitie valuerunt efficere, id etiam tenuiores multitudine fluendi perennitate & continuo affluxu.

De ſang. miſſione in hoc caſu.

An tenues humores valeant bronchia pulmonis opplere.

Illa tamen eſt maxima cautio adhibenda, an illa nempe capitis diſtillatio, ſeu anadrome à ſtipite cauæ foueatur, ſeu à venis meſenterij vti in valde melancholicis accidit, ſeu à calida valde hepatis intemperie, vt propria & ſingularia monſtrabunt ſigna vtriuſque affectus: nam in primo caſu à ſanguinis miſſione ex talo incipere oportet, à ſanguiſugis

Cautio valde neceſſaria expendenda, ad ſanguinem mittendum ex brachio an ex talo.

poſtea, à cucurbitulis & diuerſionibus inter hanc & illam ſanguinis miſſionem: ſi verò ab eſſentiali capitis intemperie, ſeu externatum, ſeu internarum partium, tum profundiùs de ſanguinis miſſione deliberare decet; nam ſi à talo incipere ſuadeat reuellendi præſumptio, dupliciter peccatur, & quia antequam reuulſionis vtilitas adueniat ad pectoris regionem, laborantem fluxionem à capite labentem conuocamus: dum fluit à capite ad pectus per venas ſibi conſociales, quo etiam adaugetur affectus & ſuffocationis vrgentiæ non ſuccurrimus, vt ſanguinis miſſione ex brachio: nam ad brachia humorem ad pectus confluentem deriuamus, & fluxionem etiam, in itineris medio intercipimus, & aliqualiter ſanguis in pectoris venis iam receptus, ne in ipſam refluat cauitatem, detrahamus, quo citius vrgentiæ ſuccurrimus.

De aſthmate à viſcida, lenta & craſſa pituita

Si verò chimicos Archiatros conſulimus, & methodicos cl. ſſicos, qui per aliud extremum aſthmatis cauſam conſiderant, craſſam, lentam, & viſcidam, ſiue à capite fluentem, ſeu receptam & recoctam in bronchiis pulmonum, ſeu in ipſa ſubſtantia impactam, ſeu in pectoris aut pulmonis tuberculo, tunc tam empiricorum ſecta, quàm methodica docta, vera indicatione, inſcindere, renuare, & anacatarſim faciliorem reddere ſuaſerunt; quo in ſtatu illam conſiderationem, vt maximè neceſſariam, attendimus, an cruditates ventriculum inſtantes, & ſeptum tranſuerſum comprimentes, paroxiſmum adaugeant, & maximè vrgentem acceſſionem reddant: quippe qui tum, antequam ad pectoris aut pulmonis auxilia accedas, in ipſa acceſſionis vrgentia, aliqua vomitoria conſulueris, vt ſaltem coadiuuantem cauſam per vomitum educant: inter quæ primum obtinet locum, aqua nicotianæ, ſeu illius decoctum ad ℥iiij. pauco addito ſaccharo, ſi tepida ſumatur, & ſi inueniatur ſal vitrioli, aut tartari, ad grana iiij. cum decocto florum camomeli, ſeminis raphani, ſeu atriplicis propinetur; ſeu minùs, aqua nucum viridium cum raphanis etiam diſtillata mirè prodeſt, aut boraginis aqua cū oximelle & parū ſquilitici: quod certè conſilium obſeruabis, dum crudi humores circa hepar & venas meſenterij per arteriam venenoſam, ſeu aortam, ad pulmones feruntur: niſi prudens conſilium videatur per acria clyſteria etiam carminantia materiam ſubtrahere quantumuis illa fortiora conſideres; velut in hoc exemplo. ♃. decocti aneti, camomeli, parietariæ, enulæ, ſambuci, colocynthidis & lauri ℔. j. rhodomelis perſici ℥ij. hieræ, logodionis ℥j. olei rutæ ℥ij. ſalis gēmæ ʒiß. miſc. quòd ſi hæc ij ſa cum capite verueeis decoquantur, eiſdem auxiliis ſuperadditis efficacior erit: neque in hoc caſu primam regionem aliquo leniente expurgare erit à recta methodo alienum; ſaltem vt inſtantes cruditates educantur; vt puluere lactis de mechoacan in iure aut liquidiori chocolate: aut ex pulpa caſſiæ ad ℥j. pulueris liquiritiæ ʒß. ſalis tartari gut. vj. & aliis fortaſſe ad genium ægroti.

Conſideratio valde neceſſaria de cruditatibus comprimentibus ſeptum tranſuerſum.

Vomitus quādo imperandus.

Clyſteria in hoc caſu quam valida imperanda.

Ex pulmonaria quā valida.

Prima ergo regione omnino expurgata; ad cruditates ſeptum tranſuerſum comprimentes, & ad viſcidos & tenaces humores canalibus impactos aut pulmonis ſubſtantia imbibitos, de hoc electmate paulatim lamhendo, vt ad vias pulmonis delabatur, ſic imperabis; ♃. ſyrupi ſymp. de hyſſopo ℥ij. de liquiritia ℥j. oximelis ſquilitici ʒß. floris antimonij gut. iiij. laudani opiati gut. ij. & miſceantur, & ſi adhuc vomendi neceſſitas (vt dicebamus antea) compellit, de hoc chimico artificio imperabis. ♃. ſucci liquiritiæ aquâ ſcabioſæ depurati ʒß. florum antimonij ʒß. croci orientalis pulueriſati ℈j. eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. caryophyllorum gut. vj. & cum gummi dragaganti fiat maſſa de qua detur ℈ß. in pillula, ſingulis noctibus; aut ♃. margaritarum præparat; ʒj. floris antimonij ʒß. ſacchari albi ʒß. olei cinamomi gut. vj. & cum eodem gummi fiat maſſa, de qua detur ad ℈ß. nam humores ex fontibus expurgat, maximè ex cauo hepatis & ventriculi fundo; liene & pancreis, & tunicis adhæreſcentes humores maximè abſtergit; prodeſt & in ictero flauo, albo & nigro: ſed in ſingultu eſt certè præſentaneum auxilium, & mirabiliter valet in tuberculo pectoris aut pulmonis crudo aut adaperto.

Pro ſingultu & aliom.

De Sale vitrioli in ſingultu & tuberculo.

Poſſunt etiam propinari flores antimonij ad grana iij. mirabili fallacia in conditis roſarum, citri, ſaluiæ, puluere manus Chriſti, coriandro, & cinamomo, etiam præparatis; aut in ʒj. terebentinæ lotæ aquâ maluarum, non in his tantùm, ſed in inueterata obſtructione vteri in virginibus, in cachexia & hydrope; quid multùm? adhuc in phtiſi prodeſſe Angelus Sala dixit. & pollicetur etiam Paracelſus; nec illud tam rapida violentia vt in crudo antimonio expetimur, ſed inter illa chimica auxilia ſal vitrioli, vt beniginiſſimum vomitorium commendatur à chimicis, ad ℈ß. in vino, cerauiſia aut iure pulli, in prædictis affectibus, maximè in ſingultu, & aſthmate à crudo ſucco ſeptum

ptum tranſuerſum comprimente, epilepſia, aut vertigine per conſenſum ventriculi; ſed propriiſſimè in aſthmate, antiqua, inueterata tuſſi, & humore infarcto in pulmonibus hæc tibi erunt potiſſima auxilia. ℞. radicum enulæ campanæ ℥iij. altheæ lb. j. diacidonitis ℥ß. bulliant in aqua & vino ad deſiccationem, traiiciantur per cetaceum, adde mellis virginis lb. ij. coquantur leuiter & adde cinamomi ʒj. aut eſſentiæ illius ℈ß. floris antimonij ʒß. liquiritiæ aromatiſatæ moſcho & eſſentiâ aniſi ℈j. & f. conditum de quo accipiat ℥ß. cum aqua ſcabioſæ aut meliſſæ; vel ℞. loch ſani & experti ℥iß. loch de pulmone vulpis ℥j. diaireos ʒß. & in aqua naphæ diſſoluantur, & cochlearia propinentur, maximè tempore matutino, quando tuſſis fortior concitatur.

In aſthmate inueterato.

Interdum prodeſt ſumere leuiora; vt ℞. ſapæ ℥iiß. diacodij ʒß. laudani opiati gut. v. & ſumat in nocte ante ſomnum, vel tabellæ parentur; vt ℞. nucleorum pini, amigdalarum dulcium in aqua roſata maceratarum an. ℥ß. dragaganti, diapinidij an. ʒij. diaireos puluerisati ʒj. pulpæ paſſularum ℥ß. ſacchari albi ℥iiij. & cum infuſione dragaganti, fiant tabellæ ad ʒi. & vna ſumatur, cum decocto paſſularum; vel ℞. thuris, olibani, ſtiracis an. ʒj. mirrhæ ʒß. tuſſilaginis ʒiß. & cum ſyrupo de hyſſopo fiat loch. & lambendo ſumatur cum baculo liquiritiæ, nam tuſſim lenit, & anacitharſim faciliorem ducit.

Inter illa tamen (maximè in tuberculo & branchiis obſtructis) per os de hoc fumo accipiat, & mane ante paſtum, & ante cœnam noctu; vt ℞. ſulphuris ʒj. ſalis nitri ʒß. & cum gummi arabico fiat maſſa candentibus prunis imponenda: nam penetrat ad pulmones, inſcindit, tenuat, & ab infarctu liberat: vel ℞. floris antimonij ʒß. ceræ pallidæ ʒij. moſchi gut. iiij. & fiant paſtilli: ſimiliter pro fumo per os ſuſcipiendo.

Fumus per os ſuſcipiendus.

De hoc etiam decocto (vt non ſemper eodem auxilio perſiſtat) vti licet. ℞. foliorum marrubij, cardus ſancti, tuſſilaginis, abſynthij an. m. ß. infundantur in vino albo & coletur, & de hoc accipiat ℥ij. parùm calidum; vel ℞. aquæ vitæ rectificatæ ℥ß. aquæ cinamomi ℥i. aquæ roſatæ ℥ß. pulueris radicis ireos ʒß. ſacchari candi ℥ij. & capiat cochleare per vices, & poſt prandium & cœnam hoc puluere ſtomachum ſigillet; ℞. ſeminis coriandri, aniſi præparati an. ʒj. ſeminis fœniculi ʒij. galangæ, nucis muſcatæ, cinamomi an. ʒß. coralli, maioranæ an. ʒiß. ſacchari roſati tabulati ℥iij. & fiat puluis, vbi maximè flatus abundantia coctionem perturbat; pro qua eadem intentione hoc vinum habeat præparatum. ℞. vini albi lb. ij. rad. enulæ & ireos an. ʒiß. farfaræ ʒij paſſularum ſine acinis ℥ij. infundantur per diem & colentur, & adde ſacchari ad dulcedinem pro prandio & cœna.

Si verò à ſola congeſtione humoris in intemperato & debili pulmone talis difficilis concitetur anhelitus, quod noſcitur ex aſpectu, cacoëthicorum ſimili, veluti accidit in hydrope pulmonis, & ex perſiſtentia anteacti affectus, & maximè quando nullo cedit auxilio, tunc nec ſanguinis miſſione, nec alia diuerſionum ſorte vti licet ſed ſola anacatharſi valida; dum contra intemperiem validiùs pugnamus; quæ ferè ſemper & frigida & humida exiſtit: exceptò quando ab pyreumate ſiccitas à caloris priuatione inducitur; tunc enim lactis humiditas eſt primum & vltimum huius affectionis auxilium, ab hac affectus forte indicatum: in cæteris verò, veluti etiam in hydrope pulmonis, hoc & aliis validioribus cum fructu vtebamur; ℞. ſpiritus aniſi ʒij. mellis ſquilitici ℥i. ſyrup. de 5. rad. ℥iß. eſſentiæ terebenthinæ, lariſcæ ℈j. aquæ cinamomi ℥ij. eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. & per interualla cochleare accipiat, & per multos dies perſeueret, & ſi placet addatur ſyrupus de praſio, de hyſſopo & de liquiritia, & in hoc caſu ſi quo in alio loch ſanum & expertum & loch de pulmone vulpis, ſingulari analogia prodeſſe creditur; vt ℞. loch ſani & de pulmone vulpis an. ℥i. ſyrupi de praſio ℥ij. oximellis ſquilitici ℥ß. eſſentiæ ſulphuris gut. iij. miſc. de hoc etiam vino mirabilia vidimus; ℞. radicum liquiritiæ ℥iij. ireos ℥ij. rad. enulæ ℥i. angelicæ ℥ß. ſquillæ præparatæ ℥j. porrorum ℥iß. ſiliquarum 4. vnam ſeminis fœniculi, vrticæ angelicæ an. ʒij. ſeminis naſturcij ʒj. mellis virginis lb. ß. ſacchari lb. j. cinamomi ʒiiij. aniſi ʒß. vini generoſi lb. vj. & feruentur in dolio, dum ferueat leui ebullione & coletur, & de hoc vtatur cum moderatione in prandio & cœna. hæ tandem pillulæ in hoc affectu ſunt etiam mirabilis effectus. ℞. terebentinæ, lariſcæ, aquæ ſcabioſæ lotæ ℥ß. amoniaci ʒß. floris ſulphuris ℈j. & cum oximelli ſquilitico fiant pillulæ, & ſumantur ad ℈iß. & ſuperbibat ſyrupi de hyſſopo ℥ß. oximellis ſquilitici ʒj. aquæ cinamomi ℥j. ſeu fiat infuſio millepedis numero 12. in vino albo & de hac infuſione accipiat ℥ij. calida in ipſa acceſſione aſthmatis; nolui præterire huius affectus grauiſſimi auxilium, à natura non ab arte doctam; hæc ſunt Zacuti verba,

De aſthmate ab humorum congeſtione in pulmonibus ſeu hydrope pulmonis.

Lac quando tribuendum.

puer

puer decem annorum, grauiſſimo aſthmatis accidenti fatigatus, nullis poterat leuari auxiliis vſque ad tuberculo ſub axillas enato. & cauterio adaperto prauus humor à pectore expurgari cœpit, quo aſthmatis accidentia omnino quieuerũt, quo exemplo edoctus, poſteà in aſthmate antiquo & à cauſa frigida orto, fonticulos actuali cauterio, ſeu cauſtico ad axillas imponere mandaui, & vt pila cerea conſeruetur, faſcia ad humeros ligata, nam pulmo per has vias facile expurgatur, velut per emunctoria humore ad adenas tranſpoſito in omnibus frigidis thoracis affectibus hoc auxilium, ſemper preſtantiſſimum, obſeruaui; hæc dixit *obſeru.* 122. quod ſi accidens à capitis diſtillatione foueatur cauterio ad bregma ſeu ad nucam impoſito ſemper iuuari vidi: ſed hoc ſyrupo prius tentato, qui omnes Indicationes adimplet. ℞. foliorum nicotianæ viridis aut ſiccæ m. j. ariſtolochiæ rotundæ, enulæ campanæ an. ℥ij. hyſſopi montani, capillorum veneris, florum violarum, an. m. j. paſſularum ℥iij. glicyriſæ raſæ & contuſæ ℥iß. ſem. fœnugræci ℥j. caricarum ping. n. vi. dictami, origani, praſſii, ſcabioſæ, an. m. i ſem. vrticæ aneti, an. ℥ii. ſarſæ, rad. chinæ an. ℥i. tuſſilaginis m. i. ſtrouilorum n. xx. coquantur in lb. vi. ad lb. iii. & colaturæ adde ſucci ſquilæ ℥ß. ſucci enulæ, hyſſopi, an. ℥i. bulliant ad ſuccorum conſumptionem & in fine adde balſami aut olei de liquidambar ℥ii. eſſentiæ cinamomi ℈i. & cum melle & ſaccharo f. ſyrupus & per menſem ſumatur mane & ſerò ℥ii. aquâ tuſſilaginis, aut fœniculi calidâ ſuperbibitâ: *Obſeru.* eſſet ſanus. 122. & 123.

De alio refert, cùm à capite per eſſentiam læſo, fluxio ad pectus laberetur, imò poſſet aliis auxiliis mederi, ideo in nuca cauterio impoſito ita contulit, vt ab orthopnoea omnino leuaretur & factus eſſet ſanus. *Obſeru.* 130.

Illud etiam vidimus in hac aſthmatis ſorte, nempe à cauſa frigida, ſubſtantiâ & bronchiis obſtructis: quòd tabaci fumus per multos dies ſumptus, non tantùm ab acceſſione liberauit, ſed in præcautione illam mirabiliter etiam præcauiſſe: ſed illud etiã oportet præcauere, ne auxilium conuertatur in vitium, nam quod tempore opportuno & loco ſumptum liberauit, importunè adhibitum, grauioribus malis ægrotum poſteà cumulauit: quare tunc oportunè ſumitur, ſi bis tantùm in die ſorbeatur, nempe à ſomno, antequam ad diei operationes veniamus, & in fine diei & duabus horis ante cœnam, & quando cerebrum fluxionibus obnoxium & debile huius grauis affectus cauſa extitit; hoc ſolo auxilio nos illud interdum roborauimus; ℞. nucis muſcatæ, aniſi, cinamomi, maioranæ an. ℨi. & craſſo modo triturentur, & pars illorum mixta ſimul indatur in cauitate illius inſtrumenti, quod apud noſtros dicitur *pitimbao*. & carbo ignitus ſuper imponatur (vt mos eſt in tabaco) & fumus per os ſuſcipiatur, eadem cautione, ne vertatur in vitium, nempe vt bis in mane & totidem in nocte; quoniam roborat mirabiliter cerebrum, & illius crudores mirabiliter euocat, ſuauiùs expurgat, & omnem curationem claudit & grata ſecuritate beat, & ſi fonticuli duo, alter in brachio, & in crure contrario alter aperiantur, cito, & ſerò conſeruentur, his certè ſpero ægrotum, ab atroci, & iugulanti morbo liberatum iri; ſi verò iam ad empyreuma vertitur, vti ſolet, in conſumptis lac aſinæ, aut capræ eſt vltimum auxilium, ſeu à ſeroſo humore, ſeu à quacunque alia cauſa concitetur: quod Zacutus etiam ſe expertum fatetur. *Obſeru.* 119. & 121.

De tabaci vſu, felici & infelici.

Ad cerebrum roborandum auxil. vnic.

ILLVSTRATIO XVI.

De hominis generatione, ac de fatali neceſſitate moriendi, & vitæ termino.

DE hominis generatione diximus in noſtro *Medico magico tribunali, ſtatione 7. de frigidis & maleficiatis art. 4. fol.* 36. poſtea hæc theoricæ ſelecta ſuperaddere placuit, & vt illuſtrentur illa quæ à theoricis principiis dependent, ſeu (vt Seneca dixit) *vt reddat ſuauiorem lectionem varietas*: nam ſicut ad ciborum varietatem guſtus varietas nos trahit, ſic in ſcientiis hæc hominum obſeruatur conditio: quoniam aliis placent theoricæ ſubtilia, aliis præcepta doctæ medendi artis, aliis herbaria, aliis chimico artificio ſublimata, vt pleriſque empirica: ſunt enim hominum genia & ingenia, tam diuerſa vt facies.

De guſtu varietate.

Homo naſcitur ex mortali principio, ergo ex eodem moritur neceſſariò; ſi illa ab alio ſuperiori non eleuatur actio: ſi verum eſt; quod nobiſcum naſcitur quod nos interficit: hæc ratio à priori deducitur: ſed illud alia haud minus efficaciter conuincit: quoniam præfinitum vitæ terminum (præter illum quem Deus cuique conſtituit) in perfectiorem & pulchritudinem

tudinem vniuerſi, altiſſimus conſtituit, quem tranſgredi nullus valet mortalium: ne(ſi in immenſum creſceret multitudo) vniuerſi contunderet harmoniam, fœdaret pulchritudinem;ergo homo debet habere præfixum naſcendi & moriendi terminum.

De hominis generatione.

HOminis generatio ſubſtantialis, eſt actio productiua, quæ immediatè non attingit productionem formæ rationalis:quia à Deo creatur, & quia hoc naturale agens ſubſtantiam ſpiritualem nō producit, quia eſt inferioris ordinis huius actio: neque qua eſt materiæ vnibilis, quia hoc etiam eſt de illius eſſentia & quatenus formæ induit rationem & quà ſpiritualis etiam, ſpiritualiter informat: Angelici Doctoris eſt doctrina: quid multum? neque actio generantis ad ſolam materiam terminatur, quoniam illa etiam fuit & ſimul comproducta ad formæ vnionem: neque ad compoſitum hæc terminatur actio: nam eâdem actione quâ forma & materia vniuntur, compoſitum etiam comproducitur: quam ergo partem attingit actio generantis? noſtra ſaltem ſententia, actio quâ virtus generantis ſubſtantialiter attingit hominis generationem;eſt illa quâ ſubſtantialiter geniti materiam attingit, non vtcunque, ſed quatenus in illa vltimam diſpoſitionem introducit ad introductionem formæ ſubſtantialis: ſiue illa diſpoſitio dicatur talis modus ſubſtantiæ, qualis ad illam formam prærequiritur,ſiue temperamentum ſubſtantificum, prout determinatur à forma elementi, præualentis in illa mixtione ſubſtantiali, ad formæ receptionem aptum; diuerſo tamen modo, primò ad vegetabilem,ſecundò ad ſenſificam, ad rationalem vltimò, quæ forma cæteris maiorem profectionem prærequirit: nàm vnaquæque forma ſingularem petit diſpoſitionem ſubſtantialem vt ad formam introducendam apta reddatur; patet in embryone, dùm membra nondum benè formata formam vegetabilem ſuſcipiunt,qua viuunt hac imperfecta vita: ac poſtea dum politiorem modum ſubſtantiæ ſortiuntur, ad formam ſenſitiuam redduntur aptiora; ac vltimò, dum ſunt in vltimo perfectionis gradu, formâ rationali (à Deo creata) informantur; ideo dicimus, quòd actio virtutis generantis (quæ eminenter continetur in ſemine)ſubſtantialiter attingit ad formam introducendam aptum modum ſubſtantiæ; quâ eâdem actione, attingit productionem formæ ſubſtantialis mixtæ, ad hoc etiam influxu cœleſti concurrente: ideò enim dicitur, ſol & homo generant hominem.

Et ſi fortaſſe dixeris,illam non eſſe generationem ſubſtantialem; quoniam illa actio,quatenus ad modum ſubſtantiæ terminatur,ad accidens, & non ad ſubſtantiam videtur terminari:nam modus ſubſtantiæ eſt accidens,in conſenſu communi Philoſophorum; diſtinguo antecedens; modus ſubſtantiæ, qui ad formam temperamenti qualitatiui ſuſcipiendam prærequiritur eſt accidens, concedo antecedens, ſubſtantia verò modificata (ſiue temperamentum ſubſtantificum) ad formam ſubſtantialem ſuſcipiendam,negò antecedens; patet ſolutio: nàm modus ſubſtantiæ ad temperamentum tantùm conſiſtit in eo, quòd qualitates elementorum illam ſubſtantiam modificent ſub illa determinata tēperie, quæ eſt tali temperamento neceſſaria:ad formam verò ſubſtantialem introducendam, non tantùm prærequiritur qualitatum temperies, ſed partium elementorum proportionatam ſubſtantiam, qualis ad formam nouò aduenientem alliciendam & conſeruandam prærequiritur; ideo ad hanc formam informis quædam ſubſtantia fit eſt: perfectior ad illam & perfectiſſima ad formam perfectiſſimam; quæ actiones ſemper ſunt ad ſubſtantiam,nunquam ad ſolas qualitates; ideo illa ſemper eſt generatio ſubſtantialis, quia actio virtutis generantis ſubſtantialiter attingit illam vltimam diſpoſitionem in ſubſtantia, ad formæ nouò aduenientis introductionem vt ad ipſam formam ſubſtantialem mixtam, quatenus talem modum ſubſtantiæ prærequirit.

De fatali neceſſitate moriendi.

SIc generatur homo, & ex illo mortali principio producitur, quòd ex eodem etiam moriatur ſic probo, partes corporis vniuerſi, tam principes quàm illius compoſiti, à ſuæ generationis principio debitam temperiem ſortiuntur,& ab elementis refractis, ex quibus componuntur, & à facultate formatrice, quæ vnicuique parti diſpenſat quantitatem, materiæ qualitatem, ſicut & modum ſubſtantiæ neceſſarium, & pro eſſe & conſeruatione ad operandum,quantum cuique debetur: non tamen habent ſufficientem calorem, ab interno principio,vt reſiſtant iniuriis à cauſis,extrinſecis illatis, tam aëris,quā ex frigidis excrementis,intra corpus congeniti: dum aër ambiens per reſpiratio-

hem

nem attractus continuò natiuum calorem minuit; quo fuit apprimè neceſſarium, vt aliud eſſet in corpore principium & alia facultas, quæ actiones ad vitam neceſſarias conſeruaret, & tueretur à diſpendio & exolutione cauſarum debellantium: vt nempe coctio, nutritio, ſanguificatio, ſpirituum generatio, & cæteræ actiones & munia in gradu cuique neceſſario conſeruarentur: ideò natura prouida, quæ neceſſariis non deficit, nec intendit ſuperflua, cuius maieſtas in omnibus momentis fide caret, in illorum iactutam reſarciendam & tutelare ſubſidium, produxit facultatem vitalem in ipſo caloris fonte (corde nempe) vt vitalitate, ſeu vitali influxu, ab anima dimanante, & calore influente ſpirituum, illam neceſſitatem ſuppleret, continuo calore, ne partes ad vitam neceſſariæ contrariorum iactura tam neceſſaria actione fraudarentur; ideò vitalis facultas cæteris facultatibus adaucta eſt, vtpore ſimpliciter ad vitæ conſeruationem neceſſaria, quia ſola illius ope ad ſingulares actiones actuantur: ideò illa in ipſo principio pereunte, vita perit, & hæc eſt ratio quare in ſenectute, mors naturalis accidat, quando hæc facultas vitalis non valet ſufficientem calorem naturalem & vitalem influxum impertiri, vt cæteræ facultates in debito ordine & gradu operentur, quia in hac ætate, tam inſitus quàm influxus calor, perenni reſolutione, ab actione & paſſione inducta, iam exolutus vacet, qualitatiuo & ſubſtantifico temperamento, ita alienato, vt cum illa forma non compatiatur præexiſtens.

Quare mors naturalis fataliter adueniat in homine. Inde tamen elicitur fundamentalis ratio, quare illa vitalitas deficiat, quuniam cum illa in actione validi caloris conſiſtat, quia illius actio a partibus calidorum elementorum determinatur, & illa calida elementa, quæ conſtituunt naturalem calorem & viuificum nectar, hoc eſt humidum radicale, in ratione talis, quantùm ille magis à principio diſtat, perenni actione & reactione, ex accidenti deficit & minuitur, cum pabulum abſumit, quo ille viuit & conſeruatur (quantumuis quidam doctus reclamet & experientiæ non credat) vti metheororum ignis & alia, quæ pabuli defectu moriuntur (quod non tantùm in morte naturali obſeruatur, ſed adhuc violenta; nam extraneus calor conuerſus ad igneam naturam, ſeptem diebus actione violenta operatur, quod natiuus ſeptuaginta annis, lentâ, ſed naturali actione) & ideò eſt quod ad proportionem, qua minuitur illa actio cordis principalis, deficiat: qua etiam facultates ad vlam neceſſariæ tuentur; vnde quadam neceſſaria conſequentia, illæ concatenatæ actiones perire eſt omnino neceſſe; nam pereunte principio & fonte, illa quæ ab illo conſeruantur deficiunt; ideo etiam omnia ſublunatia viuendi perennitate ſeneſcunt, & moriuntur, *Quare omnia ſublunaria ſeneſcant, & deficiãt.* monarchiæ etiam finiuntur, quanto magis à principio diſtant, & tandem ſub perenni actione & reactiune, ſiue reparatione, labuntur, & marceſcunt, fortè quia quæ ſubſtantia loco deperditæ ſubſtantiæ reponitur, non valet vitalem calorem conſeruare in hoc meriti gradu, quo vita conſeruatur, & potentiæ ad vitam neceſſariæ, quia ſicciorem modum ſubſtantiæ conſequitur, quo vita non compatitur.

Hæ ſunt cauſæ naturalis interitus, cuius nun eſt etiam ſua latitudo deneganda: *Sub qua latitudine iſta intelligantur.* ſunt enim inter temperamenta, alia vi[i]uatiora aliis, & quæ magis temporum iniuriis reſiſtunt, & contrariis cauſis, & ineuitabilia pericula ſingulari reſiſtentia repellunt; nam temperamenta calidiſſima natiuum calorem & radicale humidum breuiſſimo tempore & diſſipant & atterunt: *De temperamentorũ varietate.* frigidiſſima cruditatum congerie & perenni frigiditate ſuffocant, & animum & corpus fatali quodam torpore vitam hebetiorem reddunt: media verò, prout ad hoc aut illud extremum declinate videntur, pro ſua cuiuſque vice magis aut minùs reſiſtunt: ſola illa calida & humida temperies propria & natiua, vt quæ medium obtinet, vt eſt nobilibus actionibus aptior, ſic etiam eſt præexiſtentium conſeruatrix, præſentium producens & perennitans, ſi eſt maximè labori aſſueta, non ignauæ deſidiæ, quo ſit vt magis externis iniuriis reſiſtens; ſed tandem tandem, omnia & tempore ſeneſcunt, & perenni actione & repaſſione moriuntur, & tardiùs aut breuiùs deficiunt; ac ideo illa qualitatiui & ſubſtantifici temperamenti mutatio, quæ annis climactericis accidit, vitam fatali periculo exponit, quia aliud contrarium inducit in tranſmutatione, cum quo, aut forma præexiſtens, nun compatitur, aut in ancipiti alea fatales climacis experitur; quo fiunt ætatum mutatione tales anni fatales.

Nullum eſt certè mortis genus, quòd *Valerij Maximi celebris ſententia.* non alicui occaſioni meritò, aut immeritò tribuatur, ſeu quia humana imbecillitas occulta non aſſequitur, ſeu quia infelici fortuna fati ſortem neceſſariò ventũram præoccupat occaſio: in hoc certè Valerius Maximus ſe ipsũ ſuperauit, quando dixit, *Fine namque vitæ noſtræ, variis & occultis cauſis expoſito, interdum quædam*

dam immerentia ſupremi fati titulum occupant, cùm magis in tempus mortis occurrant, quàm ipſam mortem anteuertant.

ILLVSTRATIO XVII.

An & quare calor attrahat; & quare attractio fiat à dolore.

Hiſtoria infelix ex vitio tabaci. QVidam Medicus tabaci indelebili vitio ſuperatus (nã nec doctis nec indoctis illius illecebra pepercit, quia omnes ſub aquilis & ſignis militant paſſionum, à quibus ſuperantur) in phlegmones eryſipelatoſas incidit, quod faciem vniuerſam occupauit, cum febre exurenti ex ſanguinis feruore: tertia die incœpit delirare: ac funeſta palindrome euanuit, rubrum eryſipelas: in quarto fanatica dementia, tremulis & conuulſiuis motibus: in ſexto expirauit, omni auxiliorum imperio debellato.

Huius celeris interitus, cauſa extitit ad cerebrum improuiſus recurſus, non frigore compulſus (erat enim veris in medio, & temperato cælo) ſed calore attractus, ab illa calidiſſima cerebri intemperie, à præpoſtero & importuno, tartarei tabaci vſu, calido in tertio & ſicco in ſecundo, & iam olim contracta & in dies continua ſorbitione aucta; cuius obſeruationis occaſione hanc Illuſtrationem diſcutiendam traximus in arenam.

De caloris tractione Valeſius calorem non tantùm iudicat, calefacere, ſed vim attrahendi habere ex propria ratione caloris, fortaſſe à Galeno edoctus, & Auicenna etiam, & ab experientia & obſeruatione, quæ oſtendit inflammationes & bilem & ſanguinem attrahere; vlterius Aſclepiadis dixit, *calorem non attrahere, ſed eſſe cauſam illius tractionis*, dum nempe tractionem diſponit, ſcilicet, dum partes ad recipiendum & laxat & rarefacit; Roſellus *hanc diſpoſitionem in humoribus ponit, non in partibus, nam illi dolore rarefiunt*, inquit, *ad partes calidas commouentur, & ne detur vacuum illis recipiuntur:* cui forte anſam dedit Auicenna *Fen.* 1 1. *diſt.* 6. *cap.* 6. & hanc ſententiam ad litteram amplectitur Zacutus, paucis ferè mutatis.

6 de vſu part. 15. 5. Simpl. 17 13. Meth 5. 7 Aph. 1. Fen. 1. Doct. 6. c 3

Tomo 1. lib. 4.

Aliâ incedit viâ amiciſſimus noſter, Doctor Brabo de Sobremonte; & dicit *quòd calor per ſe eſt tractionis cauſa primò diſpoſitiuè, quia primæ qualitates diſpoſitiones ſunt organi, in quo inhærent, trahentes facultates vnde naturalis calor intra limites ſanitatis diſponit ad naturali modo attrahendum, excedens verò & morboſus ad proportionem tractionem diſponit;. ſecundo modo inſita & propria virtute: ſicut igni naturale eſt, pabulum trahere, ſed hoc etiam operatur, media raritate & leuitate:* ſed nos dicimus, *quòd calor attrahit, vt inſtrumentum eleuatum, in ſtatu naturali à facultatibus naturalibus, cuius eſt inſtrumentum, & in ſtatu morboſo ab illis & gradu ſuperaddito, vt etiam à calore cæleſti ſub aliquo ſingulari influxu;* nam ſicut calor pleraque operatur, non qua calor eſt, ſed qua eſt eleuatus, veluti nutrire, concoquere, augere, ac formationem in ſemine diſponere, medio facultatis formatricis, à qua eleuatur, ſiue ab animæ influxu, ſic etiam trahit medio facultatis trahentis eleuatus, vti calor mediis facultatibus, à quibus eleuatur, operatur; vltra illud quod calori, vt calor eſt, debetur; ſed à quo ad hanc operationem determinetur, in illa quæ ſequitur doloris tractione videbitis.

An & quomodo dolor attrahat.

GAlenus, & qui illum ſequuntur tenent, *quod dolor in rei veritate non attrahit: ſed condolentes partes, naturali conſenſu ſanguinem & ſpiritum ad partem dolentem mittere;* quod libenter amplectitur & Vega & Mercatus, vt viri certè docti: dicunt enim quod in dolore fit humoris expulſio à facultate animali expellente, mediis muſculis, quia à dolore irritata facultas, in condolentiæ auxilium ſpiritum & ſanguinem remittit in partem dolore laceſſitam; Valeſius, Ioubertus, Roſellus, paucis ferè mutatis ſic loquuntur; *quòd poſito dolore in parte, ſanguis & ſpiritus mouentur, ordine naturali, ad dolentem partem, quia partes vicinæ, propter ipſum dolorem comprimuntur, & media expultrice facultate commouent ſpiritum & ſanguinem; quæ in ſe habent ad dolentem locum, media vi expellentis facultatis:* quare ferè concludunt, quòd potiùs eſt cauſa tractionis, quàm attrahere; nam id quod trahit, aut à calore trahit, aut ratione corporis contigui, imprimentis impulſum, aut ratione vacui, quorum neutrum per ſe dolor, quà dolor eſt, continere videtur; niſi ex alio principio ſit trahendi occaſio. *5. Aph. 33.*

Quare illud nobis in principiis Philoſophiæ deducere videtur; *nam facultas attractrix, eſt quædam naturalis potentia, de genere vegetantium; huius potentiæ obiectum eſt tractibile, finis tractionis eſt rei attractæ fruitio: hæc potentia debet ab aliqua ſpecie informari (vt cæteræ potentiæ) quæ determinet illius actionem;* in dolore & adeſt

triſtis ſenſus, & irritatio ad illam ſenſationem, quæ oritur à ſolutione continui, ſeu a ſubita alteratione, quam inducit doloris cauſa; triſtis ſenſus eſt actus animalis potentiæ ſenſitiuæ: irritatio verò, ſiue continui ſolutio, vel alteratio, quæ eſt doloris cauſa, mediata, aut immediata, quandam ſpeciem producit, præter illam ſenſationis, quæ informat potentiam tractiuam ad attrahendum, ſi non vt rei attractæ fruatur, ſaltem vt re attracta auxilietur, doloris cauſæ ſub ſpecie rei conducibilis ad proprium & adæquatum finem, & hæc eſt fundamentalis ratio quare dolor attrahat, licet finem adæquatum non agnoſcat: quoniam naturales potentiæ ſolo naturali inſtinctu operantur in conſeruationem vniuerſi, ex illo generali & communi conſenſu rerum, quæ inter ſe debent conſociari, vt conſeruentur, & illa fuit vera & adæquata cauſa, caloris tractionis huius eryſipelatis; at celeris interitus, cerebri ſphacelum, ex humore attracto.

ILLVSTRATIO XVIII.

De opij temperie, qualitate, vſu & præparatione.

De narcoticorum occaſione & tempore dixit Galenus 12. Meth. 1.

DE huius auxilij virtute, nihil in tanta luce dicere opus eſſet, niſi apud recentiores verteretur in dubium huius auxilij qualitas, virtus, & operatio: nam de opij temperie, & quare ſomnum inducat, eſt magna inter auctores claſſicos diſſentio: vſque adhuc communis inualuit opinio opij narcoticam virtutem, eſſe ſummo frigori tribuendam, nempe 4. in gradu: ſic etiam philoſophantur de hyoſcyamo, cicuta, & ſimilibus, quod Seneca, cicuræ ſupplicio damnatus, propria electione comprobauit: ſed inter recentiores nunc recenter aliqui contrariam protulerunt ſententiam, opium nempe eſſe à prædominio calidum, vt cætera etiam, quæ vocantur narcotica: nam ſoporem alia à frigore ratione inducunt.

Et quando extremis non à paruis incipiendum auxilium 5 Meth. 15.

De opio an calidum à prædominio.

Angelus Sala, chimicus haud ignobilis, & nobilis Philoſophus, In *Ternario laudanorum cap. 3, folio* 599. cuius titulus eſt *de cauſis benignorum malignorumúe effectuum, ab opio corpori humano contingentium*, poſtquam ab experientia deducit argumenta, ſic proſequitur; *opium ergo non ſub frigidorum medicamentorum claſſe contineri, ut vulgaris opinio eſt, ratione & experientia certiſſimè comperio: ratio calorem præfert, quia ſentit non ſolum amaritudinem, ſed vſtionem & excoriationem, quæ calidi temperamenti ſigna eſſe abundè docemur, è communi ſapientum, de rebus amaris iudicio, & quod ex lumine naturæ conſtet inter elementa ignem dumtaxat corrodere, inflammare, calfacere: quod experientiam attinet, illa duplex nobis magiſter eſt, primò quod Turcis comedentibus alacritatem, hilaritatem, magnanimitatẽ præſtat, ſecundò quod ad vnum duoúe grana in lecto decumbentibus tantos ſudores rorare facit, quantos vix aliud ſudoriferum eliceret: quod mehercle nullatenus à frigiditate procedit*, & in capitis ſimbria *concludit, opium quod Turcis audaciam, & hilaritatem præſtat; neque frigidum neque calidum eſſe (quamuis in ſe quod calidum exuperet manifeſtò liquet) ſed vnicè, à ſpecifica & occulta ſubſtantiæ proprietate illa omnia proficiſci: ſimili prorſus modo quo cathartica, nec frigore, nec calore, ſua patrantur opera.*

Poteſt etiam comprobari, opium non frigore extremo, ſed extremo calore ſomnum inducere, quinimò torporem & ſoporem, vini & nicotianæ paritate, quam dicimus tabacum: illud enim irrefragabili conſtat experientiâ ebrios facere, ſomnolentos nimia vini calidi potione: quid multum? & aquæ vitæ tali interdum ſopore detineri, vt ad 24. horas è ſomno non reſipiſcant, nec tantum excitentur, & licet illud plerique narcoticæ vi tribuant, eſt extra mentis aleam: illud etiam non pauci à tabaco aduenire obſeruant: in hanc etiam video inclinare ſententiam Nardum Antonium Rechum, libro *Rerum med. nouæ Hiſpaniæ*, ac eius paraphraſtem Ioannem Therencium Lyncæum, viros herbarum notitia & ſublimatione peritiſſimos; *ex quibus intelligas*, inquit, *errorem eorum, qui arbitrantur frigidas eſſe plantas, nempe tabaci, & ad hioſchiami differentias pertinere, quod ſi ſoporem inducunt, non eſt ob frigus humoremúe, quorum citra dubium ſunt expertes (hoc eſt omnes tabaci differentiæ) ſed ex calore, excitatis nempe leuatiſque in caput vaporibus, qui ſomnum inducunt*, ac inde paraphraſtes proſequitur; *quanam ſit cauſa*, inquit, *in nicotiana aliiſque ſimilibus, vt ſoporem inducat animalibus? plerique in eam abiere ſententiam à facultate frigida, vim oriri narcoticam, quæ quidem opinio, non immeritò noſtro diſplicet auctori; ob eam præſertim cauſam, quod in tabaco ſumma eſt acrimonia, ad tertium nempe gradum vſque, licet Monardes ſecundum indicet, hinc enim & fauces vrit, & non minore purgat per vomitum violentiâ quam ipſe elleborus: tandem nullum vnquam innotuit narcoticum*

Comprobatur etiam paritate & vini & nicotianæ.

Cap. 51. titulo de pyciels, ſeu de tabaco.

quod

quod non calidum, ſine ſpecies experientiam, ſine rationem; papauer corniculatum inter erucæ ſpecies Galeno numeratur, rheas calidum indicatur, & communiter purgat: idem teſtatur amarus quidam ſapor, qui etiam magnus eſt in camphora, opio, hioſchiamo: de vini natura calida vigneſomnifera res eſt nota lippis & tonſoribus, vnde concludo vim narcoticam, non à frigore deducendam eſſe.

Huius auctoris mens inuoluatur

Ratio quam auctor adducit hoc modo intelligenda eſt, non quod narcotica calore ſuo vapores excitent, ex cibo in ventriculo contento, ſed quod ipſa narcotica calore ventriculi in fumos pingues abeant, caputque tentent, impleant, inebrient, & ſpiritus cohibendo ſomnum inducant: ſic enim in diſtillatione vini primo prodit ſpiritus vini oleoſus, ſic etiam omnia narcotica & fumoſa varia obiiciunt phantaſmata dormientibus & vigilantibus, vt in datura, fabis, aliiſque leguminibus, rapaceis, banguiei, opio, vino, aniſo, experientia compertum eſt.

Impugnatur Sala ſententia.

Hæc de opio & cæteris narcoticis viri iſti docti, quæ licet ſatis docta, iis non acquieſco, de Angelo Sala parum certè confido, non enim validæ mentis eſt quempiam ad occulta confugere qui patentia nouit; ſunt enim hodie plerique viri docti, qui ſi verbo in tacitas rerum proprietates (vt indies millies obuium venire contingit) & occultas cum morborum, tum medicamentorum vires delabuntur, velut nominis maieſtate deterritos, quam mox, ſeu naturæ numen, adorabundos prouolui, haltâque quaſi indictâ, myſterium attonitos venerari, taciturnitate, vt nefas ſit velle, adducto per meditationem animo, altius quid, & quæ diuina adeò abſtruſaque ſint, ſpiritus agitatione atque acrimonia contemplari; quorſumque te voluas, quodcunque rei creatæ punctum perueſtiges, abdita incomprehenſaque operandi poteſtate inſperſam offendes, quæ ex auguſtiore diuinioriqne profecta principio, quam quatuor ferat qualitatum familia, ſui ignaros in admirationem ſuſpendit, & eleuati intellectus, quanquam eſſe creduam, qui in hoc tenebroſo mentis carcere, perſpicuam lucem euolando, contretum iſtum craſſumque aërem non pertumpat: tum arcanis naturæ inſepta implicataque perſcrutando, ante omnium oculos non exponat; potiſſimum quod vna mecum viri celebres, medendi arte abſolutiſſimi, quotidie affectu experiuntur; vndique circa ægros in morbis, in medicinis, abſcondi inuolutiſſima, quorum reuerentiam fugaci prætereundo pede, non niſi nomine qualitatis occultæ ſalutat ignorantiâ: quorum nec hactenus perſpecta ſit detectaque ratio, vere credo digna mehercle, cum tantùm librent veritatis grauitate in medicina pondus, quæ à profundis eductæ tenebris illuſtri inueſtiantur die: vt perſpicuum ſit quam alterans primas qualitates ſe attollat illorum principium, quamque longè eleuata naturalis hic cauſa ſtatuenda ſit ſupra miſtorum conditionem, quam componunt elementa: quæ etiam an in rerum natura ſint vi demonſtrationis non euincas; adeo vſque vt illa, ſi Democrito in vitam redire liceat, acriùs quàm nunc nos omnium ex atomis concretionem, ratione ac riſu ſit proſequuturus: quæ equidem non idcirco verbórum grauitate effero, vt contendam, elementorum mundi vires nullas eſſe, ſed vt oſtendam vniuerſa quæ occulta qualitate (quorum infinitus eſt numerus) operantur, longè ſublimiora conſequi fundamenta: ea autem quænam ſint, mens nunc eſt declarandi, non tantùm rationem, ſuo enixa fundamento, quàm effectorum vſu comprobata; fateor in rebus abſtruſam qualitatem, ſed in quibus ratio naturalis conuincit de primarum qualitatum effectu, non eſt quod ad occulta animus obſtupeſcat.

Proſequitur impugnatio.

Et ſi, diſſerendi mediis pares nos fecit ſacrum philoſophiæ Numen contra Angelum Sala, & lyncæos experientia & ratione, ſic arguere licet; eſſentiam vnius ſimplicis alterius ſimilitudine ariolari, prioris eſſentia non bene comprobata, eſt dubia potiùs ex dubiis inquirere, quàm de veritatis eſſentia diſſerere; in opio duplex operandi ratio inuenitur, cuius vnaquæque proximè illius eſſentiæ conſequitur; amaritudo nempe, flauitiés & ſudor, quæ abſque dubio calorem conteſtantur: eſt ex alio principio contrarius effectus in eodem auxilio; torpor nempe, immobilitas & ſomnus, quæ in Galeni doctrina & omni ſelecta philoſophia, ſunt frigoris extremi conſectaria, imò & gentilitia: nam à frigore ſegnities, dixit Galenus, & à calore immodicus motus: quod poſſint hæc & illa à calidis aduenire vaporibus, ſi ita craſſi ſint, lenti, & multi, vt primum obſtruere ſenſorium apta ſint, ſpiritibus exitu denegato, nulli dubium erit; illud tamen (in caſu ex hypotheſi) non tantùm ex vi medicamenti aduenite nobis compertum eſt, ſed etiam ex ipſo corporis apparatu ad talem vaporum illuuiem diſpoſito: patet vini exemplo, & tabaci: dum enim hic aut ille inebriatur, hic ſomno preſſus dormit, ille agitur dementiâ in furias à cerebri aut corporis

In opio duplex eſt operandi ratio ex duplici principio.

13. Meth.

Hæ operationes non à ſolo medicamento, ſed à corporis apparatu admoure probátur.

temperie & apparatu, ad hanc aut illam actionem diſpoſito: nam hæc aut illa actio determinatur, ab elemento præualenti, ſiue medicamenti, ſeu illius corporis apparatus: non enim repugnat diuerſas & contrarias medicamenti ſubſtantias, vt etiam corporis apparatus, ad hãc aut illam actionem determinari: non ergo ex ſola medicamenti euaporatione oleoſa illud accedere ratum eſt, vt prorſus manus dare conueniat, in opio ſemper, ſomnum à medicamenti calida euaporatione euenire, quantumuis in fumos pingues abeat ventriculi calore: nam tentare caput, inebriare, ſpiritus cohibere, poſſunt à ſecunda opij ſubſtantia aduenire, frigida nempe & craſſa, oleoſa commixta, & contrarium nulla infallibili ratione conuincitur; ſed fallibili & parum ſecura coniectura, cui aſſentiri noſtra forte ſecurior non permittit.

Ab experientia argumentum.

Et ſi ab experientia deducere velimus argumentum, illud etiam noſtram attentionem petit, ab Hippocrate vſque ad noſtra tempora, illud eſſe velut per manus traditum, opium in omnibus ſoporem induxiſſe, aut ſomnum, ſi in debita quantitate applicetur, & ſi maiori moderatâ, in lethalem tranſiiſſe ſoporem, dum nempe, huius mixti frigiditas caloris eſſentiam ſuperauit; non enim eſt poſſibile, in tam magno exceſſu frigiditatis (quarto nempe in gradu) in tam parua quantitate huius mixti tam magnum caliditatis exceſſum eſſe compatibilem in bona philoſophia, nam duo contraria, in gradu præualenti non ſe in mixto compariuntur, ſed aliud in gradu præualenti, aliud in remiſſo, vt in ſummè calidis & frigidis in 4. experimur; ergo adhuc in illa contraoperantia actionum huius operationis eſſentia ita lucet & præualet, vt non ſit neceſſe ad craſſorum vaporum illuuiem recurrere, & ſi hoc in communi & in omnibus fere inuenitur, luce clarius conuincitur, hanc eſſe actionem præualentis eſſentiæ, quæ latet in hoc mixto, & ſi illud obſeruatur æqualiter in temperamento bilioſo, pituitoſo, ſanguineo, & melancholico & diuerſis permixto, quando fidelis experientia nos docuit, vinum animi paſſiones concitare, non ex ſe, ſed ad apparatus corporis & temperamenti rationem ſymbolicam, nec eſt in animo ſola antiquitatis veneratione tueri, quæ nobis veriora videntur, ſed auctoritate & ratione æqua lance libratis, veritatem expendere & temporum perennitate opij actionem præualentem & ab eſſentia etiam dimanantem probare.

Nec illud virum doctum latere arbitror, in eodem medicamento ſimul ſecundùm diuerſas ſui partes, diuerſas eſſentias & interdum contrarias ineſſe, ſeu diuerſa operandi principia, à temperamento ſubſtantifico & qualitatiuo orientia: quæ actiones certè determinantur, ab illo elemento, quod præualet in illa mixtione, in pſyllio enim, in ſuperficie frigida & humida muſcilagn humectat & calfacit interna & deurit, ſi Theophraſto, & Dioſcoridi eſt adhibenda fides: in rhabarbaro frigida & adſtringens corroborat, calida è diametro contraria ſolutione laxat, & in cacao pars ignea & amara calefacit, aërea butyroſa humectat, & frigida & ſicca adſtringit & obſtruit.

Diuerſæ ſubſtantiæ & diuerſa operandi principia in eodem mixto, inueniuntur.

Expendamus ergo huius medicamenti rationes ab ipſa eſſentia dimanantes, & diſcernamus eas, ab illis quæ illi accidunt ex euentu, ac ſi dicas per accidens: proprietas eſſentialis opij eſt, dolores omnis generis pacare internos & externos, ab humore aut flatu, nimiũ hiantes meatus & apertos conſtringere, ac inualidos etiam roborare, malignos vapores præcipitare, conſumere, ſaltem ſuo in carcere detinere, incraſſare ſubtiles, attemperare calidos erodentes humores, dum illorum malignitatem corrigit, temperat acrimoniam ac putredinem, nondum fermentatam coërcet, fluxum dyſentericum & menſtrualem profuſiſſimum ſiſtit, calorem febrilem & ardorem extinguit, ſomnum conciliat, dono diuum gratiſſima quies: conturbatas potentias continet in quiete, & partes à corruptione tuetur: & dum ſenſum partis adimit, doloris ſenſationem leuat; hæ omnes fortaſſe actiones ſunt frigiditatis ſoboles, an caloris? nec nobis miri erit illas etiam actiones ab alia ſibi conſociali eſſentia adiuuari, ſi ad eundem finem ab eadem forma eleuantur; ſunt enim illæ binæ eſſentiæ, ab eodem medicamento inſeparabiles: neque ab hac ſententia Quercetanum video alienum, quando dixit: *Pauci ſunt morbi qui non ſimul complicantur ardoribus, languoribus, oppreſſionibus, vigiliis, fluxionibus, quibus opium ſpecificam & peculiarem quandam habet proprietatem, qua vel vnum ex his ſymptomatis ſeorſim, vel plura malo coniuncta, admiratione adſtantium, & ægrorum vincit ac ſubigit.* Sed illud eſt maximum extremæ frigiditatis argumentum, narcotica, vt opium, in extremo vitæ diſcrimine doloriſue acerbitate & Inſuperabili vigilia in febre ardentiſſima applicari; quãdo omnia oleoſa & pinguia calore exardeſcunt.

Opij qualitates & operationes expenduntur

Quercetani ſententia de opio.

Illud etiam fidem ſecuriorem facit, vapores pingues nihil opium coadiuuare

ad

ad ſomnum teducendum : ſed opium illum à præciſa & excellenti frigoris qualitate inducere, & quia in illiùs præparatione (vt poſtea videbimus) omnis ſulphurea pinguedo exhalat, & quod duobus tantùm granis ſubitò totum corpus peruadat & torporem inducat, non tantùm in potentias, ſed etiam in corpus vniuerſum ;quod de ſola torpedine maxima ſcripſerunt auctores, cui extremam frigiditatem tribuunt, quod à vino & tabaco non accidit,niſi à vini ſuper-abundante quantitate, ſeu magna tabaci violentia, in commotione & tractatione & caloris ipſius liquatione, & fortè ab animalis facultatis exolutione,& quietis neceſſitate, à qua ſomnus etiam aliquandò inducitur; nam tabacum in tertio caloris gradu completo operarur, & virtute etiam commouente tractiua; vinum etiam pro antiquitate, puritate, & terræ ſorte, calorem commouentem ſortitur, & vapores ad caput ſubleuantem, & hoc & illud non ſubitò vt opium, ſed pro alterationis ratione, tractionis virtute, corporis apparatu,maiori aut minori aptitudine : nouimus enim corpora, quæ nec à magna quantitate commouentur, nec ab illo tabaco patiuntur.& è contra in opio; nam validis & inualidis, & caldis & frigidis, iuuenibus & ſenibus, inanitis & plenis eadem operatur, nempe ſomnum inducit vinum, & tabacum & ſomnum & vigiliam: ergo in illo vna præcipuè eſſentia operatur, dum à proportione maioris inæqualitatis operatur; nam poteſt eſſe ita remiſſa, vt nullam operationem conſequatur, vt in illis quibus nullam quietem inducit in potentias, quia ab effectu contrario ſuperarur, à valida nempe intemperie, corporis reſiſtentia, ſeu quia iam natura ſupetata,adhuc à valido non patitur auxilio : quia illius actionem non ſentit, veluti in phreniticis confirmatis & maniacis accidit, in illis verò non ſola & vnica operatur eſſentia, ſed caloris commouentis & apparatus ratio, prout in illis ignis præualet elementum in ſua mixtione, quæ eſt ſatis valida ratio differentiæ inter vinum & opium, opium & tabacum.

De vini & tabaci pacitate contrarium brgiturr.

Quod verò in Turcis opium torporem & ſomnum non inducat, eſt potiùs conſuetudini apponendum, quàm opij caloti ; nam qui adhuc veneno aſſueſcit,à veneno non patitur, & quòd iis gentibus opium alacritatem pariat, animos adaugeat, & ſudorem in aliis proliciat & alia à frigiditate aliena, hoc ab alia ſibi conſociali eſſentia dimanare nulli dubium erit, à calida nempe, dum in mixto frigiditatem ſuperat ex euentûs forte conſuetudine ; nam à parte oleoſa & aërea ſpiritus producit, & facultates roborat,& à frigidiore ſpirituum vnionem inducit, quò virtus ſimiliter vnita robuſtiores edere actiones par eſt ; hac etiam humiditates tenuiores reddit liquatione faciliùs deſſabilis & ad poriſitates corporis inclinare compellit, quo & ſudor prolicitur; ideo interdùm huiùs eſſentiæ actiones elucent, quod ad tempus, hoc aut illud elementum præualeat, quod hanc aut illam actionem determinat, ſeu quòd natiuus calor, intenſus aut remiſſus,ab opio hanc aut illam actionem extorqueat:nam dum frigiditatis eſſentia vires exerit, ad ſoporem inclinat:dum verò eſſentia contraria, contrarios parit effectus;quoniam ille duæ eſſentiæ in eodem mixto,pro ſua cuiuſque vice actiones producunt; ſed in mea ſententia, frigiditatis eſſentiam caloris eſſentiam ſuperare exinde maximè colligo, quòd ferè ſemper narcotica ad ſoporem inclinant, dolores ſedant, dum ſenſum partis adimunt, ſaltem leniunt, tenuiſſimas fluxiones incraſſant, & operantur alia quæ ſola frigiditas extrema valuit ſuperare, & rariſſi nè obſeruantur contraria, & fortaſſe ex euentu inducta ; nec ſir mitum, idem medicamentum varia & diuerſa, quinimò & contraria in corpora producere : propter corporum nempe varietatem, ætatum differentiam & climatum, temperiem temporum & locorum, ac indiuiduales proprietates & cæleſtes influxus;ideò dicebat Scribonius Largus, *Medicamenta in eiſdem vitiis interim meliùs, deteriuſue reſpondere : quod actiones fortaſſe vnius eſſentiæ* (prout forma mixta actionem determinet) *ſuperat actiones alterius eſſentiæ, qua in mixto ſolet eſſe contraria.*

Quare opij Turcis ſomnū non inducat, ſed alacritatem & ſudorem.

Lib. 5. de cauſ plant. c. vltima.

Nec eſt par ratio in vaporibus à vino aut tabaco ac vaporibus opij, dum primum ſenſorium coërcent, ſpiritibus denegato, adhuc dato quod hoc & illud ſoporem & torporem inducat; nam illa ſola multitudine valent ſenſorium obſtruere, exitum ſpiritibus præpedire, & opium ſola præciſa qualitate :patet illa diuerſitas ; nam ex duobus tantùm opij granis talem vaporum illuuiem in cerebrum conſcendere vt obſtruant poſſibile non eſt, & vt cerebri ventriculos coërceant, vt ſpirituum exitu præpedito otientur potentiæ; aliter enim non concitatur ſomnus, neque ſopor inducitur : quando alia & potentior cauſa illarum actionum compendio illud valet efficere; nempe ſumma frigiditas, quæ non tantùm obſtruit, ſed immobilitatem inducit

Ratio differentiæ in opio,à vino & tabacò, quare ſomnum inducant.

M 3 ſpiriti-

ſpiritibus, & adhuc hoc omiſſo, vt Logici loquuntur, quomodo vaporum oleoſa pinguedo & calor, dolores poterit compeſcere clamoſos, hiantes meatus & apertos conſtringere, ſubtiles humores incraſſare, acrimoniam obtundere, immobilitatem ſpiritibus inducere, & quod magis eſt, præcipitem fluxum detinere, ac tandem placidum conciliare ſomnum: hæc certè non capit intellectus; conferantur ergo horum virorum & noſtræ rationes, & qua maximè quiſque acquieſcit veritate, hanc ſequatur; nos enim haud ſumus adeò philautia inflati, vt exiſtimemus noſtro iudicio eſſe concatenatam veritatem, nec vllum iudicium, ſuper noſtrum concatenatum, habuiſſe mancipium, quia iu nullius verba iurauimus.

De opij præparatione, qua etiam noſtra confirmatur concluſio.

2 & 3 de compoſit. medicament. tor. *De opij periculis & nocumentis.* GAlenus, Nicander, nec Aëtius opij nocumenta ſilent; nam Galenus opium medicamentum periculoſum & lubricum proclamat, quod ſenſus hebetet, ſtuporem inducat, & mortalium ſymptotum cauſa ſit: qua forte ratione viri docti, vt opij pericula effugiant, illud corrigere ac præparare docuerunt: nam illius præparatio in tribus conſiſtere dixit Angelus Sala: *Primò, inquit, ſubſtantia quædam oleoginoſa in ipſo ſuperflua maligna ipſius & narcotica facultatis propria auferenda eſt: ſecundò corrigenda leniendaque præ nimia ipſius acrimonia, & febrilis ardor, qui in illo elucet: tertiò beneficio aliorum præſtantiſſimorum proſperanda adiuuandaque ipſius actio eſt, primùm ex mente Paracelſi conſequitur, ſi rebus aromaticis miſceatur, aut in malo cydoneo excauato, illius eſſentia extrahatur: ſecundùm ſi opium in minutas partes diſſectum in ferream laminam immittatur, aſſetmque tamdiu, leutè tamen, donec ſulphur ipſius, in ſpecie fœtidi denſique fumi, euaporarit; quidam aceto roſato ſpatulâ miſcent, vt inſtar aloës fundatur, poſtea ſuper laminam extendendo tamdiu euaporare faciunt, donec omnis fumigatio ceſſet, & quod reſtat, tam ſiccum euadat, vt in puluerem abeat, caueat tamen ne vſtionem contrahat, quem modum Quercetanus commendat*; nec miror vt ſuæ opinioni conſentanea doceat in præparatione. *Quibus opij præparatio conſiſtat.*

Sic opium ab his auctoribus paratur, à Sala, Quercetano, & Linczo, vt virtus ad actionem huius medicamenti diſtincta eliciatur aptiùs, & vt abſque noxa ſumma correctione operetur: ſic enim, illius conantur præuenire pericula: inde argumentor ad hominem, ideò in veſtra opinione, narcotica ſomnium inducunt, quia calore ventriculi in fumos pingues abeunt, caputque tentant, implent, & inebriant, & ſpiritus cohibendo ſomnum conciliant: in his ergo vaporibus eſſentia, & huius medicamenti virtus libratur & conſiſtit. Attendite ergo ad huius medicamenti correctionem, ab eiſdem auctoribus allatam; primò ſubſtantia quędam oleaginoſa & maligna, narcoticæ inculcatis ſedes, eſt ignis virtute auferenda; ſecundò lenienda eſt acrimonia eodem inſtrumento, nempe ignis: tertiò aromatum virtute eſt adiuuanda, ſi non etiam corrigenda: hæc omnia poſſe aſſequi pollicentur, ſi in ferrea lamina candenti imponatur, donec ſulphur expiret, exhalet, euaporetque: ergo ſi oleaginoſâ ſubſtantiæ in qua virtus narcotica conſiſtit, in illorum opinione, exhalat, virtute ignis narcoticum non remanet, ſed terreum, abſque vlla narcotica virtute; & ſi poſt correctionem adhuc, ad ſoporem inducendum propinatur (vt nemo ſanæ mentis inficiatur) & illi velint nolint fatentur illa virtus narcotica non in calida & pingui illius ſubſtantia conſiſtit (quæ iam plane euanuit) ſed in tota ſubſtantia huius medicamenti: ſummâ nempe frigiditate, quæ remanet in illa craſſiore ſubſtantia, quæ & ſomnum, conciliat & ſoporem inducit, triſtem adimit ſenſum, & calorem compeſcit, non tantùm ſpiritibus, ſed in primo ſenſorio; qua plane ratione conuincitur, in opio non calidam, ſed frigidam eſſentiam præualere, & ſemper aliam ſuperare; nec ideò non laudo illam correctionem, ſaltem vt illius depuretur malignitas, & aliqualiter illa ſumma temperetur frigiditas. *Argumentum ad hominem, contra Angeli Salam.* *Concluſio tertius deſenſus.*

Hæc ſunt opij auxilia correctiſſima.

GAlenus 3. *ſecundùm locos*, opium docuit præparare vt illius depuretur malignitas & modus depurandi talis eſt: ſumatur opium & in talleolas, ſeu rotulas diuidatur & in lamina ferrea imponatur, & aceto roſato irroretur (alij ſuper vas terreum conſulunt) & igni valde lęto imponatur, vt paulatim opium effumet ſub camino, & ita ad conſiſtentiam aloës reducatur: tunc enim dicitur opium terrefactum, & ab omni malignitate depuratum, & poſtea in puluerem redigitur, & liquori miſcetur; aliqui, aquâ vitæ opium irrorare præcipiunt, & hæc eſt ſuper omnes altior præparatio. *Melior opij præparatio.*

Ex

Laudani Paracelſi præparatio ex opio.

Ex hoc opio ſuum laudanum opiatum ſic Paracelſus docuit præparare; accipe opij thebaici ℥j. ſucci arantiorum & cidoneorum an. ℥vj. cinanomi, cariophyllorum an. ℥ß. omnia contuſa ponantur in vitro cooperto, in fimo per menſem, poſteà exprimentur & ponantur iterum cum ſequentibus; ℞. muſci ℈ß. ambræ ℈iiij. croci ℥ß. ſucci coralliorum & magiſterij perlarum, ao. ℈iß. & poſt digeſtionem vno menſe factam, adde quintæ eſſentiæ auri ℈iß. quo anodinum euadit ſpecificum, oon tantum ad ſomnum inducendum, ſed ad malignitatem corrigendam & dolores fortis omnis ſedãdos: datur à g. iij. ad iiij. in omni potione.

Angeli Salæ deſcriptio.

Idem laudanum Angelus Sala ſic præparare docuit. ℞. opij gra.iiij. in minutas partis diſſecti & in patina ferrea imponatur. & aceto vini irroretur, & igne lento aſſetur, donec ſulphur expirer & in ſpeciem fumi fœtidi euaporet (caue tamen ne tota virtus expiret) ita vt in puluerem abeat & prædicto modo præparato fiant ſequentia auxilia; ℞. eſſentiæ opij per ſpiritus aceti cardiaci extracti; ʒiiij. tincturæ croci ʒij. lapidis bezuar orientalis & auri puriſſimi an. ℈ij. reſinæ ligno aloës & ambræ griſiæ an. ℈j. miſceantur in vaſe vitreo & incorporentur & ſeruentur ad vſum; datur ad grana iiij.

Quercetani deſcriptio.

Quercetanus, ſuum ſic deſcripſit nepenthe: ℞. eſſentiæ opij cum ſuo diſſoluente per baloeum vaporoſum, ℥ij eſſentiæ croci cum aqua limonum extractæ ℥j. inſundantur in vaſe păruo argenteo, his adde magiſterij gemmarum hiacinthorum coralliorũ, an. ʒiß. terræ ſigillatæ veræ ʒj. lapidis bezuar orientalis, vnicotnij ambræ griſiæ an. ℈ij. omnia miſceantur agitando continuo, ad lentum ignem, donec materia frigeſcat. vt pillulæ formari poſſint, & de hac detur, ad gut. ij.

Alibi laudanum opiatum ſeu nepenthe Quercetani ſic inuenio opij ſuper laminam ferri præparati partes quinque extrahe aceto ſquilitico eſſentiam ipſius & ad ſingulas huius vncias adde tincturæ croci pulueris coralliorũ vitriolatorum, an. ℥ß. ambræ griſiæ grana xv. ambram tere primo, poſtea cum reliquis ad lentum ignis miſceantur, & fiat laudanum opiatum, & ſimiliter ad grana iiij. propinetur,

Pillulæ de opio.

Pillulæ ex opio ſic parantur; ℞. opij in lamina ferrea cum ſucco limonum præparati (ne tantum vt virtus diſſoluatur) ℈j. caſtorei & camphuræ an. ℈ß. cinamomi grana vj. ſeu ſpiritus illius g. iiij. & cum ſucco lactucæ cinogloſſæ aut gummi tragaganti, fiant pillulæ & dentur ad grana iiij. in magno peruigilio aut par aphtenitide aut clamoſo dolore.

Quibus auxiliatur opium ſic paratum.

Hæc eſt opij præparatio omnium correctiſſima & hoc ſelectiſſimum illius magiſterium, quo nos Hiſpali vtimur in febre peſtilenti & maligna, maximè in pertinaci vomitu, profuſa diarrhœa (primo exacto impetu) praua dyſenteria in clamoſis doloribus: ad fluxiones acres & mordaces ſiſtendas, dolores demulcendos, & ex acri materia ſedandos, ad epilepſiam & illius humoris acrimoniam temperandam, ad ſyncopalem minuitam coercendam & in omni cardiaca, & anxio aliſmo, ex acri pungenti & calido humore, & tandem in omni pertinaci peruigilio, & phrenitide.

ILLVSTRATIO XIX.

An vehementiſſimi caſus perfectam aliquando edant criſim.

Lib. 1. de fallacia prognoſticorum ſectione 4. folio 8.

IN noſtro Medico tribunali, *in prognoſticis* diximus, vehementiſſimos caſus interdum criſes edere, ſi ſubitò & confertim fiant, ſub conditionibus ibi traditis. Nunc huius ſubitæ mutationis cauſam reddimus; hoc vt à ſe ſæpiùs obſeruatum Galenus nobis dixit, inde tamen vera ratio elicitur, quòd ſicut ex vehementiſſimis paſſionibus vehemens in corpore ſanguinis & ſpirituum, motus concitatur, ſi credimus Galeno; ex quo in corpore graues mutationes accidunt, ſic pariter caſus vehementiſſimi ſpiritum, & ſanguinem, & cæteros humores commouendo præſtant occaſionem, vt ab illis laceſſita natura expellendi noxia ſaltem irritantia, occaſionem arripiat vt humores iam commotos expellat, ſaltem transmutatione à foco & minera putredinis, illa ſubita alteratio nomen criticæ mutationis mereatur, & ſi illa eſt validа, non impeditæ viæ, noxij ab vtilibus ſeparati humores & ſeruili obedientia obſequentis, non ſit mirum, vt criticè & vtiliter illos expellat, aut ad loca ignobilia tranſponat: illud tamen eſt magis rationi conſentaneum accidere, quando ſigna coctionis præcedunt, ad quæ aliqua ſequatur inſolita turbatio cum vacuatione, ſeu dum à nobili membro fiat ad loca ignobilia tranſpoſitio, ſeu quando lenta febris inopinatò, ſeu abſque cauſa manifeſta indentitur, ex naturæ conatu, quæ ad criſim inſurgit, ſuò imperioſo magiſterio: ſed ſub hac differentia vt ſit vera

Lib. 1. de placitis c. 7.

M 4 &

& abſoluta criſis, in ſecundo, criſis ſecundùm quid, prout abſtrahit ab vtili aut inutili criſi, licet nulla exinde ſequatur vacuatio: nam vtcunque ſit, ſi eſt ſubita mutatio ad ſalutem, nihil differt à laudabili criſi, ſi ad meliùs, nihil differt à bona, licet non abſoluta.

ILLVSTRATIO XX.

Huius Illuſtrationis occaſionẽ alia nos vocat illuſtrior; Quare ex animi paſſionibus, in corpus morbi refluant.

Qvia nõn tantùm ex ſubita naturæ alteratione, à ſimplici naturæ magiſterio, ſed ex aliqua vehementi paſſione criſim aliquando vidimus accidiſſe, ideò hãc Illuſtrationem hoc etiam argumento illuſtrare decreuimus. Animæ paſſiones, ex quibus ex anima in corpus morbi refluunt, multiplices obſeruantur in homine, quæ non vnico, ſed diuerſo modo varias affectiones in corpora inducunt, quatenus ſanguinem & ſpiritum intus aut intra mouent, ſeu ad circumferentiam, vt in ſanguinis circulo; ſunt enim pro formali paſſiones, actus appetitus aut fugæ, aut proſecutionis, vt nos docuit Plato; appetitus ex quo & in quo ille reſident, duplex eſt, ſecundum Ariſtotelem in Ethicis, concupiſcibilis nempe & iraſcibilis horum appetituum actus ſupra omnes Philoſophos illuſtrauit D. Thomas, vbi actus concupiſcibilis dixit in boni proſecutionem tendit, ſeu in fugam mali, cuius ſex actus præcipuè docuit obſeruare; nempe, amor, deſiderium, voluptas, ac ſi gaudium dixeris, odium, fuga, triſtitia, ſeu dolor, prout eſt triſtis ſenſus. Amor, ſi credimus Platoni, eſt quidam appetitus quo bonum quiſque appetit, & in rem amatam conuertitur: ſeu rem aliquam ſub ratione boni, licet bona non ſit. Deſiderium, eſt in rem amatam, nondum tamen adeptam, proſecutio. Gaudium eſt quædam voluptatis illecebra, cùm res deſiderata vt præſens æſtimatur, in actu, aut in ſpe. Odium eſt aduerſio illius appetitus, quo inimicum vt hoſtem auerſatur, & viſcera lentè corrodit. Fuga eſt auerſio rei diſconuenientis, aut imminens, aut præſens. Triſtitia, ſeu triſtis doloris actus, eſt veluti auerſantis obiectum, & fugiens,

Paſſionis definitio.

Duplex appetitus in quo reſident paſſiones.

2. 2. à qu. 22. ad 49. & 1. 2. q. 25. artic.

Actus appetitus concupiſcibilis ſex obſeruantur.

Amoris definitio & aliorum.

dum viſcera intus vrit; ſed in eo differt à melancholia, quòd triſtitia affligit cum actuali cauſa; melancholia autem ſine illa, nempe exteriori: ſed prima continuata tranſit in melancholiam.

Iraſcibilis etiam appetitus ſuas habet ſpecies veluti differentias, vt ſpes. deſperatio: quoniam ſpes eſt actus appetitus, quo fertur in bonum arduum & difficile, ſi illud eſt poſſibile conſequi: deſperatio eſt veluti priuatio illius appetitus, quia iudicat obiectum impoſſibile, ne difficile tantùm: audacia eſt in rem arduam generoſus conatus: vti timor, fuga rei diſconuenientis præſentis aut futuræ, & ſi in corporis labore obſeruatur, ſeu in fuga laboris ſine cauſa, dicitur ſegnities, & ſi eſt fuga rei opinionem minorantis, dicitur turpitudo: ſi valoris defectu, erubeſcentia: ſi cum dedecore & vilitate animi, verecundia; & tandem ira eſt appetitus vindictæ, cum ſpe vindicandi ob præſumptum contemptum in ſe aut in ſuis, & à ſanguinis feruore circa cor concitatur: ſed ad propulſandas iniurias eſt à natura indita.

Iraſcibilis appetitus & illius differentia.

In his ergo omnibus paſſionibus variè commouentur humores, aut intra naturalem ſtatum, aut cum manifeſta operationum læſione, & ſi extra limites naturæ rectè operantis concitantur, ex illis morbi aut grauia ſymptomata in noſtrum corpus refluunt, aut maligna, aut aliter ſecundum corporis apparatum, aut affectus qui ex illis mouentur, ſeu reſpectu malignitatis ipſius apparatus, aut cõmoti humoris aut membri, in quod illi decumbũt: ſeu nobilis aut aliter: nam continuus amor viſcera contabeſcit, dum ſpiritus atterit & alibilem ſubſtantiam abſumit, luculentum habetis teſtimonium in Valerio Maximo, & obſeruatione dignum. Gaudium & delectatio ſpiritus expandit & ſanguinem extra mouet; vt cordi & cerebro pro munere neceſſariò deficiant, vt viſi ſint aliqui præ nimio gaudio ſubitò periſſe, fuga & triſtitia ſpiritum & ſanguinem intus reuerti compellit, cum manifeſto caloris influentis & nectaris viuifici periculo, dum nempe ſuffocantur: ſpes & deſperatio conſummatâ profundâ triſtitiâ conſumit, & inueteratione venenum intus alit: ira ſpiritum & ſanguinem circa cor efferueſcere facit, & febrem inde concitat & ſubitam ſuffocationem aliquando inducit, concitat etiam & alios affectus ſecundum indiuiduales proprietates etiam irati, aut vehementiam ipſius paſſionis: nos enim vidimus iratum vehementer, epileptiâ multoties correptum, alium furio-

Quas alterationes in corpora inducant appetitus.

Amoris effectus & alterationes.

ſum mania implacabili: quare vnaquæque paſſionum paſſiones ſibi conſociales & corporis parientis gentilitias concitat & intendit.

Hoc etiam ſingulari eruditione illuſtratur; nam quam abdito & occulto certamine, anceps & Cadmica interdum incidat concertatio, inter ciuilia naturæ, & inteſtina bella, ſolus nouit, qui hæc ipſa ſub fatali paſſionum tumultu, experitur: eſt enim vita hominis, militia ſuper terram: nam continuo mœrore conficit anxia viri nobilis ſeruitus & paupertas: æſtimationis & familiæ & immortales curæ; Ixionica populi gubernatio, ſolicitudo anceps, & ſemper ingrata, populorum moroſitas, & ſemper in ſecura (crudeles potentiæ tortores) male-ſuada appetitus inuidia, nefariæ duelli leges, & gladius potentiæ furioſus, omni æſtimatione & nobilitate ſuperior: ac venenum iniuriæ fatale, ac tandem vermis conſcientiæ immortalis; ſub principis irati verbis quibuſdam latitauit venenum, eſt enim iniuria, honoris & gloriæ immortalis interitus; ſubitò Chilo expirauit gaudio: Sophocles & Dionyſius Siciliæ Tyrannus, vterque (accepto tragicæ victoriæ nuntio) ſubito dolore expirauit; vt matrona Romana, filio incolumi viſo, contra falſum nuntium, ex pugna Cannenſi dum euaderet. pudore cecidit Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor: Homerus non ſolutæ quæſtionis dolore; Antiochus, Seleuci Regis filius, nouercæ Stratonices infinito amore correptus iacebat in lectulo, moribundo ſimilis: fœminam, Pyladis amore morientem, ab orci faucibus Galenus liberauit; Echo nympha Narciſſi amore in ſaxum obſtupeſcit conuerſa; hunc premit infamis auaritia; illum paupertas cruciat, alium vrit inuidia alienæ fortunæ, illum iactat ambitio ac vanitatis ſcopulis allidit, vt miſerrimus homo ſicut ludicra pila, inter animi & corporis labores, huc illuc deferatur, & iactetur; *Quæ pars ætatis calamitatibus vacat*, dixit Plato, *nonne ſtatim à principio plorat. vt primùm natus eſt infans, vitámque à lachrymis auſpicatur, quæ tamen non premit eum miſeria. quæ non vrit moleſtia? ſemper enim vel penuriâ, vel frigore, vel calore, vel verberibus vrgetur: homo ſub variis fortunæ vndis iactatur: hinc iam fallens, iam ſubripit ſenectus, in quam confluit quidquid eſt infirmum, fragileque naturæ, & niſi ociùs quis vitam velut æs alienum reddiderit, adſtans ſupra caput natura, tamquam fœnerator, repoſcit vſuram, ab alio quidem viſum, auditum, ab alio, perſæpe vtrumque, vt ſi quis diutiùs cunctetur, debilitat eum & excruciat, membriſque deſtituit, alij itaque multa ſenectute repuераſcunt, animoque bis pueri fiunt ſenes. Dij ergo propter hoc ipſum, quos plurimi faciunt, eos citius auferunt è vita; Agamedes & Triphonius cum Pythij Apollinis ædificaſſent templum, orantes dari ſibi quod optimum eſſet, cùm obdormiſſent, non amplius ſurrexerunt.*

Iniuria definitio.

Dialogo Axiocus.

Opifices deinde ac mercenarias artes recenſeamus ex nocte in noctem vſque laborantes, & vix vitæ neceſſarios ſumptus tolerantes, complorantes ſe ipſos, omnemque vigiliam ſuam mœrore lachrymiſque complectentes; at nautam dicamus per tanta penetrantem pericula, quique (vt Bias ait) nec inter mortuos eſt nec inter viuos; terreſtris enim homo in mare ſeſe proiicit, totuſque arbitrij factus eſt fortunæ; verum dulcis eſt agricultura? hæc etiam miſeriis refertiſſima eſt; illa quoque honorata Reip. cura, per quantas rapitur anxietates, quæ gaudia quidem habet, in latronis in modum trepida, ſemper; ac ſtimulis repleta, repulſas verò acerbas & millies morte peiores? quis enim beatus eſſe poſſit, vulgi viuens arbitrio, tametſi faueatur plaudaturque iactatus, exſibilatus, damnatus, mortuus, & tunc miſerandus viſus? vbi eſt Melchiades, Themiſtocles, Ephialtes; neque enim honeſtum mihi vnquam eſt viſum, vt inſanienti populo dominationis particeps fierem; populus enim ingratus eſt, moroſus, crudelis, inuidus, immodeſtus, vt qui fit ex colluuie turbæ, & ſtultis, inſolentibus collectus: ille autem cui aſſentatur, multò ipſe miſerior eſt, ſi ipſos mores populi ad ſe vertit.

De hominum miſeria & laboribus.

Populi deſcriptio. Dialogo Thimæo.

Quòd ſi angores animi hi ſatellites vitæ, & quietis tortores morboſam in corpus paſſionem inducant, quòd vitam ſæpe morte miſeriorem faciant longa ſæculorum probat experientia, & altiſſima Platonis philoſophia; *quando anima corpore potentior eſt*, dixit Plato, *totum corpus intrinſecus afficiens, languoribus implet; quando etiam ad docendum inueſtigandumque, collectis in vnum viribus, vehementer incumbit, liquefacit corpus & labefactat: cùm verò ambitiosè diſſerit, corpus inflammat, reſoluitque diſtillationes, fluxioneſque commouet, Medicorum plurimos decipit, cogitque contrarias cauſas iudicare; corpus contra animam ſuos etiam infert morbos, vna demùm eſt ad vtrumque ſalus, & conſeruatio, vt neque animam ſine corpore, neque corpus abſque anima moueamus, vt in mutua contentione, exæquatis inuicem viribus inſurgentia, bonam totius valetudinem tueantur*; quoniam corporis ſenſus tam

ſortiter

ſortiter immutant corporea obiecta, vt hæc non ſolùm immutent, ſed ad ſui perceptionem irritent: inde illa communis ſympathia & conſenſus in animam; inuitantur enim ſpiritualia a corporibus, non per illas corporeas ſpecies, ſed per naturalem corporis & animæ colligantiam, & conſpirationem; aſſiſtit enim anima ad iudicium in veri aut falſi perceptionem obiecti delectabilis, aut odibilis; hinc interpretationi obſcuriſſimæ Platonis ſententiæ datur aditus: *Eodē loco.* *Cùm ſenſus,* inquit, *animam vehementer pulſauerint & poſſederint ab initio, anima cum mortalis corporis vinculis includitur, amens efficitur; poſtquam autem nutritionis & augmenti riuus, lenius minuſque fluit, animæque circuitus tranquilliori motu iter ſuum peragunt, proceſſuque temporis ſedatiores fiunt, & in figuram naturæ ſuæ congruam reſtituuntur, tunc ſingulorum circulorum directæ conuerſiones, eiuſdem & alterius naturam probè diſcernunt, hominemque ſic inſtitutum prudentem efficiunt*: hoc enim habent ſenſus, vt cùm à paſſionibus vehementer pulſantur, fortiter immutentur, & animam reddant veluti furioſam, & hæc ipſa ſnrioſo imperio corpori imperet: hoc iactet inæqualiter & morbis fortiter allidat inæqualibus. Hoc enim Hippocrates proſequitur aſſumptum; *Libri de diæta 29. 30. 35 & 36.* *ignis & aqua,* inquit, *inter ſe temperata ſapientiſſima ſunt, ſi verò aliquo aſcitamento vtens alterum horum augeſcat aut contabeſcat, deſipientiſſima redditur: ſi verò ignis & aquæ temperamentum anima ſortiatur, ſit autem ignis paulò inferior, defectuſior erit, quod ignis ab aqua temperatur, ſegniùs ſenſibus allabitur, & tales ſtolidi appellantur: ſi verò aqua ſuperetur ab igne, impetuoſior anima, celeriùs mandabit ſenſus, & pro ignis ſiccitate actiones deprauatiores concitabit, quo fiunt tales phrenetici; niſi & furioſi fiant, ſapientis quidem igitur ac decipientis animæ hoc temperamentum cauſa eſt: poteſtque ex diæta melior aut deterior reddi*: ideò fortè Plato dum legiſlatorem ageret, *vt pueri ante vigeſimum quartum annum à vino abſtinerent* lege cauit, quod ignem *Pueri ante 24 ætatis annum à vino prohibentur.* ſuper ignem in corpus & animam antequam labores capeſſere incipiant, inducere non conueniat, ne iuuenilis habitus in furorem propenſus raperetur; Ac ideò inquit: *Cretenſium Lacedæmoniorumque legem laudo, vt nullus in exercitu vinum guſtet, & in ciuitate neque ſerui, nec principes, eo anno quo in imperio ſunt, neque gubernatores, neque iudices, neque quiſquam de re aliqua inſigni conſilium initurus, neque vir, aut mulier procreaturi filios: animæ enim vinum tamquam tyrannus imperat; nam ſi ſemel in corpus intrauerit, gubernatorem impedit, quo ſeciùs nauis gubernacula dirigat: ne in acie modeſtè ſe gerat, nam milites conturbat, iudices cùm iuſtos eſſe oporteat, aberrare facit, & omnes principes vitiosè dominari, nihilque ſani imperare cogit; optnatur enim,* dicit Galenus, *Lib. quod animi mores cap. 10.* *vinum calidis vaporibus totum corpus & maximè caput replens, appetrici animæ parti, atque iracundæ concitatoris motus; intellectrici autem magis præcipitis conſilij cauſam eſſe: atqui hæc ſi ita ſe habent, prædictæ animi actiones temperaturæ interuentu, nobis vinum bibentibus lædi, ſicuti à contrario nonnullæ iuuari cognoſcuntur: virtutes enim & vitia ſola educatione exquiſita mutantur*, iraſcibilis enim & concupiſcibilis cum in corde & hepate effuſiores fiunt, inducunt ſane in corpus perturbationem, inde ſpiritus & ſanguis vel altè diffunduntur, vel intus coërcentur; ſicut iis qui per decliuia currunt, etiam corporis grauitas eſt cauſa motionis, ſic in animæ perturbationibus, hæc perturbata mens immoderationis illius & effuſæ motionis cauſa eſt: quo errant ſapientes, & turbantur ſtulti; ſic Homerus Neſtorem loquentem introducit, cum Agamemnone ad ſe procul per tenebras adueniente, cumque quiſnam eſſet interrogaſſet, quadam cum miſeratione, ita reſpondit.

Erro adeo, neque enim mulcet mea lumina ſomnus,
Sed bello exagitor Græcorum & clade recenti.
Nam Danais valde timeo, nec mens mihi firma
Sat manet, at trepida dubiis in rebus, & ipſum
Cor pauitat, latebriſque è pectoris exilit imis,
Deficiuntque mihi venienti, crura tremore.

In hoc tamen differunt à valentibus debiles in perturbationibus, quòd illi adhuc corde palpitante accedunt ad conſilium, iſti vero in perturbationibus, & ſibi & conſilio deficiunt; nec vllam admittunt rationem, ſicuti qui irâ concitantur; ſic Medæam introducit Euripides filium diſcerpentem.

Cognoſco, quàm nefanda nunc patro mala:
Sed ira conſilio eſt potentior meo;

Et Priamo hæc dicit Achilles:

Æquo animo tolera, aſſiduo ne te ipſe dolore
Conſice, proficies etenim nihil inde,
Nec ipſum ſic poteris nati lachrymando excire cadauer,
Sed grauiora tibi potiùs tormēta parabis.

Amplius

Amplius dixit Homerus :

Cor tolera, grauiora aliàs peioraque paſ-
ſum;

Agamemnonem poſtea introducit, mox ob cladem effuſumque exercitum, vnà cum aliis principibus incredibili quodam mœrore perculſus, vbi ſedata fuit perturbatio, quamuis rerum geſtarum adhuc rationumque infirmitas perſeueraret, nequaquam tamen cenſuit quieſcendum, ſed mox ad conſilium properandum, quando dixit :

Aſt hæc volenti melior ſententia viſa eſt,
Primum Nolidæ properè tentoria adire,
Atque ibi conſilium ſimul indagare
viamque
Quærere, qua afflictis rebus præſtare ſa-
lutem,
Perniciem & poſſit cunctis auertere
Graiis;

Ob perturbationis pericula fortaſſe, ſingula corporis membra ad ſingula animæ officia accommodata, diuina voluit prouidentia : *In principio enim*, dicit Plato *Dij capitis figuram, ad rotunditatem mundi effinxere, in eoque duos illos animæ circuitus ſtatuerunt : eſt enim caput membrum corporis diuiniſſimum, reliquorumque membrorum princeps, cui totum corpus connexum Dij ſubeſſe, & parêre iuſſerunt; hinc illa gigantea emanarunt ſupplicia (ob inobedientiam) vt non corpora ſolum, ſed animæ olim ſontium torquerentur ; tale certè videtur aliquid connexio animæ ad corpus quemadmodum in Tyrrhenia memorant torqueri ſæpe captos, deuincientes viuentibus mortuos, corpora corporibus, ora oribus, manus manibus, ſingula ſingulis, partes partibus componentes* (ſed grauiùs fortè eſſet ſupplicium, ſi fatuos ligarent ſapientibus, & tardos & ignauos bilioſis, hoc enim quàm illo citiùs tormento, ſontes faterentur delicta; quoniam ſic illorum animæ crudeliùs torquerentur) *ita* (procedit Plato) *affecta videtur anima & alligata omnibus ſenſitiuis corporis membris: nihil enim diuinum & beatum ineſt homini, præter animam immortalem, quæ verſatur circa inueſtigationem veritatis : hoc nempe ſolum omnium rerum noſtrarum immortale videtur : quoniam omnium malorum maximum voluptas eſt, qua tanquam clauo & fibulâ anima corpori nectitur, putatque vera quæ & corpus ſuadet, & ita ſpoliatur rerum diuinarum aſpectu; proprium animæ ornamentum eſt rerum diuinarum contemplatio, modeſtia, iuſtitia, fortitudo, liberalitas & veritas, & quæ hæc labefactant, animam debilem reddiderunt, & inualidam, & mortali morbo laborantem.*

In Tyrrhenia viuentes mortuis adaptabāt, in ſupplicium.

Plato de anima immortalitate.

In Sella Pithagora.

Quod an verè anima patiatur, dixit Iamblicus; *Omni ſtudio & labore innitendum, homini volenti beari; vt prudentiam contemplatricem teneat veritatis, nouerit verò & hoc quiſpiam, ſi ſpectauerit humanam vitam; comperiet enim vmbras eſſe omnia quæ hominibus magna videntur : vnde & rectè dicitur, nihil hominum exiſtere, nihil rerum humanarum ſolidum : robur enim, & magnitudo, & forma riſus eſt : ſi quis oculis lynceis aſpiceret, videret hæc omnia nugarum plena: intuenti quippe ſempiternorum aliquid, ſtolidum putabit verſari in huiuſmodi : pœnas hîc anima dat, & in vltionem viuimus quorundam magnorum ſcelerum, ſicut eſt apud veteres diuinitùs ſcriptum : nam voluptas eſca maxima mali; dolor fuga, impedimentumque bonorum : audacia & metus conſultatores amentes, iracundia implacabilis, ſpes blanda, conſiliatrixque cum irrationali ſenſu, amor omnium inuaſor; Dij ergo hæc miſcentes, neceſſariò mortale corpus compoſuerunt: ideo tamen caput à reliquis membris interiecto collo ſeparanêre, ne diuinum vlla mortalium contagione, niſi quantum ſumma neceſſitas cogit, pollueretur : quoniam voluptates doloreſque admodum vehementes morborum animæ omniumque grauiſſimi iudicandi*; non eſt ergo morborum conſideratio aſpernenda, qui refluunt ab anima in corpus, aut è contra : ignoti enim morbi vis, Medicis nihil tale verentibus imponit, & cùm in tutò iudicarentur necati vires adhuc validas ſcindit, ad aridam tabem redigit, & veluti ad tempus dato veneno, ad longinquum interficit, & veluti ſecreto veneficio infelix faſcinatio contabeſcit, ad varios ſanè morbos diſponit, ad multiplicem & variam melancholiam corpus adigit, dæmoni, vt inſtrumento ſeruit, multiplicem concitat epilepſiam, cordialgiam producit mærens anima; cordis palpitationem & dolorem, ſtomachi peregrinam cruditatem, viuifico nectare diſſipato, & attritis vndique ſpiritibus; vnde malignæ cruditatis prouentus vaſorum attritio, melancholici flatus & aduſti eleuatio, vt morborum concatenatio, & penè indicibilis oritur, timor enim refrigerat & ira excandeſcit. & hoc eſt illud diuinum cuius Hippocrates ediſcere prouidentiam exclamauit; quando dixit, *& ſi quid diuinum eſt, in morbis illius quoque ediſcere oportet prouidentiam.*

Sic Plato in Timæo.

Morborũ cōſideratio ab anima in corpus à corpore in animam refluentiũ.

Diuina eſt ſanè anima immortalis: additus illius, & diuinus influxus : medio motu & lumine diuitum cælum influit, mediis potentiis anima immortalis, rerum præeſt veræ cognitioni : cæteris potentiis ad libitum voluntas influit mirabili influxu, quem an beneficum, an interdum

Quomodo anima immortalis in corpus influat.

terdum

terdum malignum nominare fas ſit, à Mathematicis iudiciarijs opinio olim fuit, rerum euentum, à voluntatis ſidere augurantis, ſic cæleſtis ſideris influxu impellente, ſed rerum totâ errant orbitâ: nam voluntas & ſidera, bona ſaeè cùm ſint, & bonorum auctores, & bona ſunt oportet, vnde actio illorum, conſtans & permanens, & vnicolor eſt, rerum tamen ſublunarium præuerſione præuertuntur (licet ſemper operetur voluntas ad arbitrium) quia ſubiectum quo recipiuntur, eſt patibile, & mutabile ex propria natura, vnde iuxta naturæ propriæ modulum hauriunt & accipiunt, & non iuxtà amplissimam & maximam diuinitatis vim: eodem enim quo influit ad prudentiam influxu, influit ad delirium, in hoc errat phantaſia, & in alio perficit, quia hic obiectum per ſpecies inordinate mouet, illinc potentia ad leges naturæ operatur, obſequente obiecto & inſtrumento, quod modificatur, hoc aut illo modo ex ſe aut ab influxu; vnde id quod generatur accipit à corpore mutationem & mutabilitatem, & vt ita dicam tempotalia capiunt æterna temporaliter; corporea, incorporea corporaliter: materialia hæc capiunt cæleſtes animo vires mutabiliter & inordinatè: ne ccarent ſanè culpâ qui animæ immortali & corpori cæleſti vendicarunt malitiam; quoniam ſuſceptacula, quæ hauriunt ab illis, fiunt quandoque mala, neque etiam, id quod poſtea degenerat, ſitque malum, tale fuetat à principio, ſed priùs cum eſſet bonum, ſuâ culpâ euaſit malum. Quod ſi id quod hauritur recipitur in alia & ſibi re diuerſa, cùm ſit in hac bonum, eſt in alia malum, cùm inordinatè in rebus terrenis accipiatur: accipere igitur, & capere partem in cauſa eſt, quod poſteriora multam continent diuerſitatem, ex miſcellanea materialium, cum immaterialibus influentiis & etiam quod variè diſtribuitur, variè capitur ab inferioribus; concitat enim Saturni influxus melancholiam, & Martialis bilem, non tantùm quia inuenit materiam diſpoſitam, ſed quòd illam diſponit, & ſingulari Influxus efficaciâ, & quia materia facilè erat recipiendo apta; ſi quid igitur obeſt tabificum, metas commenſurationis egrediens id totum accidit ex præuerſione receptaculorum, variante ſcilicet materiali, & patibili: inſuper, rerum materialium imbecillitas & locorum terreſtrium impatiens natura, ſeu malè accipiens influxum, paſſiones ſuas transfert in primas cauſas, velut ſi quis valitudinarius laboret, valet falsò accuſare Solem, idque ſua propter incommoda & paſſiones, tanquam ſi ad vitam & ſanitatem non conferret; eſt enim in corpore anima, ſicut in mundo Sol; & ſicut in harmonia vniuerſi & miſcella rerum tale aliquid accidit, vt illa quæ vniuerſo quidem ſunt ſalutaria ob perfectionem, tum rerum quæ inſunt, tum eorum quibus inſunt; eadem tamen quæ vniuerſo ſalutem afferebant, perniçioſa ſunt partibus, eo quod & illæ ſint patibiles & mutabiles, nec habeant inter ſe proporrionem ad ea a quibus capiunt, ſicut in motione vniuerſi, id quod ſaltantibus in chorea præcipuè cernitur, dum ſinguli harmonicè ſaltant & congrediuntur inter ſe digitus, aut pes premitur, & ſi quid debile inciderit peſſumdatur.

De voluntatis a. arbitrio.

Influxus animæ & cæleſtis ſemper eſt bonus: fit malus ex præuerſione patibilis

Anima eſt in corpore ſicut in mundo Sol.

Rurſus corrumpi & mutari affectio eſt, ſingularibus & inferiotibus proprium, quod tamen nefas eſt tribuere vniuerſis ac primis cauſis: niſi & ipſæ ab inferioribus præuertantur, Angelum enim decepit vanitatis illuſio, fœminam nobil ſiimam falſa diuinitatis apparentia, eſt enim inter corpus & animam quædam colligatio & coniunctio in eis indiuidua, per intellectuales actiones ſuimet inter ſe, quod eſt vinculum eorumdem commune, per quaſdam communes idæarum, quoniam nihil intercipit inter ea medium, neque vllum flat inter-columnium; hic eſt ille refluxus nobiliſſimus, qui rationalibus inſtrumentis influit puritatem, potentiis corporeis virtutem, & frigidum obruens, & tabificum à viuifico nectare expurgans, & quidquid in nobis eſt eleuat, in primordia calorem auget, robuſtiorem efficacioremque reddit, vt omnia animi & ment's modulo metiamur: an tandem intelligibili harmonia lumen effundit: ſi verò præuerſa ſint animæ receptacula confuſa, aut elementorum contraria pugna inquieta, inordinatè & confusè, aut prauè accipiunt influxum, & ad modum recipienris, diuinam terminant actionem; quare ſi cerebrum fuſco melancholiæ colore perfunditur, erit actio animi melancholica, ſi à lurida bile concitata, ſi ab aduſta & atra furioſa: ſi in timore ſubito, ſubitò & affatim in cor ſpiritus & ſanguis retrocedant, actione confuſa obruitur ſubitò illud vitæ principium; ſi verò continua & immortali cura, anima fatali cedit mæſtitiæ, corpus ad tabem adigit, ſi non ſubito lethali deliquio, fatis cedit.

Primis cauſis non debet tribui corrupi & mutari, ſed inferioribus.

Affectus animi naturales, dixit Galenus, *quando longè à ſeipſis recedunt, ſunt paſſiones animæ, & tunc corpus maximè alterant, & conturbant*: primæ ſunt neceſſariæ, ſed iſtæ fugiendæ, quia principales

Lib. artis medicinal. 85.

Quo diſſerat anima à corporis paſſionibus. les animæ virtutes in operationibus vel impediunt, vel omnino corrumpunt, cùm ipſum cor calefaciunt, aut refrigerant, & ſpiritus (nobiliſſima animæ inſtrumenta) vel diſtrahunt, ſeu ex-totò corrumpunt: aut ſubitò impellunt, in non conuenientem regionem; inter res non naturales interdum numerantur, quia intet morbum & naturam ancipitia: animæ non corporis dicuntur paſſiones, *Quare corporea dicantur animæ paſſiones.* quòd priùs (animâ alteratâ) in corpus refluunt; at non è contrà corporis paſſiones ſunt paſſiones animæ, quia hæc à corpore incipiunt, animâ non prorſus im- *6. Natur.* mutatâ, vt ſanitas, & morbus, & ſomnus, & vigilia, vt Auicenna dixit, animæ enim *Animæ accidentia ſunt paſſiones.* accidentia ſunt quædam paſſiones, quæ appetitus ratione animam inſequuntur, hæc etiam ſub conuenientis aut diſconuenienris ratione animæ famulantur, vt ita ad fugiendum aut perſequendum detur motus, *ſic ſpiritus in animæ paſſionibus* *1.1. doct. 2. t 14.* *ad interna moueri*, dixit princeps, interdum ad externa, in odium aut amorem obiecti, bonum enim motu proſecutionis amplectitur, vt vtile inteoditur, vt in ſpe & gaudio, cùm ſpiritus ad exteriora diffunditur; ſt verò obiectum vt malum intuetur, in cordis arcem refugiunt ſpiritus: facultas enim vitalis à potentiis animæ imperata ſpiritus attrahit aut expandit, ſub conuenientis aut diſconuenientis ratione, vt in timore, odio, & triſtitia, nam tunc ad intus reuocantur ſpiritus, velut fuga obiecti.

Verecũdia quare paſſio mixta dicatur. Interdum etiam ſunt paſſiones mixtæ, vt verecundia; in hac enim intus & extra ſpiritus mouetur, quia ex gaudio & timore componitur; eſt interdum ita vehemens paſſio & improuiſa, vt ſubitò moueantur ſpiritus, vt ſubito terrore & inſperato gaudio, vt ſub ancipiti alea deliteſcat periculum: his tamen paſſionibus nihil mouetur anima, attamen verè pa- *Quomodo anima dicatur pati.* titur; nihil enim aliud eſt in communi paſſio, quàm receptio, & pati eſt recipere; ideò etiam dicitur pati aerem, quando illuminatur. ſentire etiam, Ariſtoteles *2. de anima cap. 5. text. 51.* dixit, eſt quoddam pati, eſt tamen iſta paſſio perfectiua, ad differentiam paſſionis corruptiuæ; nam in vera ſignificatione verè pati, nihil aliud dicimus quàm trahi in agentis naturam, cùm agens aſſimilare ſibi paſſum intendit, ac ideò in ſuam naturam trahit ipſum; quod fieri *Pati in vera ſignificatione quid ſit, ex Ariſtotele.* dupliciter Ariſtoteles dixit, vel quando ad id quod introducitur in paſſo, res patienti non conueniens pellitur, vt quando ad introductionem ſanitatis pellitur ægritudo, vel quando expellitur aliquid patienti conueniens, & recipitur illud quod non conueniebat, vt cùm morbus expellitur & inducitur ſanitas, & hoc eſt propriiſſimum pati, quoniam vt dixit Ariſto- *2. topicorum 2.* teles, eſt via ad corruptionem paſſio: cùm ergo actiones ſint ſuppoſitorum, & anima ſaltem per ſpecies intelligibiles immutetur, cùm aliquid recipiat, vere dicitur pati; propriiſſimè tamen cor patitur in illis, quia illius motus ab ſtatu naturali omnino immutatur, & aliquid recipit non conueniens, ſecundùm maiorem aut minorem intentionem paſſionis & tunc verè & realiter compoſitum patitur vniuerſum, cùm ad corruptionem ex paſſione tendit, & ex accidente anima corrumpatur, cùm illa ſit compoſiti actio, vt etiam dixit Doctor Angelicus.

Sic ergo paſſio animi deſinitur: eſt *1.2.q. 22. artic. 1.* motus potentiæ appetitiuæ, à cognitione *Paſſionis animæ definitio.* obiecti, cauſaliter productus, mouens potentiam ad aliquid perſequendum vel fugiendum: dicitur verè motus, quoniam is eſt duplex, localis vel alterationis, & talis paſſio potentiam immutat appetitiuam, immutatione qualitatiua, ſeu motu alterationis à cuius ſpecie informatur potentia: ad differentiam aliarum vegetantium, nutritiuæ nempe & reliquarum; quæ cum ſenſitiua non conueniunt, vt eſt appetitus ſenſitiuus, *quoniam* vt dixit A- *2. de anima cap 7. text 27.* riſtoteles, *in illis reperitur appetitiuum, in quibus reperitur ſenſitiuum*; vt hinc pateat, quo ab appetitu rationali differat, qui dicitur voluntas, quia licet ille feratur circa obiectum cognitum, per cognitionem *Voluntas eſt appetitus rationalis.* non operatur, quia eſt potentia cæca, ſed per inſtinctum, quod elicitur à communi conſenſu partium inter ſe, & ideo non dicitur agete, ſed pati; illæ verò paſſiones, quæ verſantur circa potentiam ſenſitiuam externam, non dicuntur animæ paſſiones, ſed corporis, vt voluptas & do- *Paſſiones corporis quæ.* lor, à cognitione obiecti, ponitur in diffinitione vt cauſa efficiens oſtendatur illius paſſionis, quæ eſt ipſa cognitio obiecti, ſub boni aut mali ratione, vt moueat potentiam: inde cauſa finalis paſſionis oſtenditur in fuga aut proſecutione, quoniam finalis ratio, propter quam potentia mouetur, eſt illa boni vel mali ratio, ob qoam proſequitur obiectum aut auer- *Potentia appetitiua à potentia cognoſcitiua quomodo differat.* titur, & ita potentia appetitiua, à potentia cognoſcitiua diſtinguitur, in illa differentia operandi.

Animi paſſiones Doctor Angelicus penes potentias, quibus principaliter tribuuntur, diſtinguit: duæ principaliſſimæ *1.2.q. 25. art. 3.* in corpore noſtro reperiuntur; alia in corde & in iecore alia, iraſcibilis illa, & hæc concupiſcibilis: potentiæ concupiſcibili tribuuntur amor, odium, deſiderium, fu-

Animæ paſſiones reſident in corde & in iecore, & quomodo operentur & quas ſpecies vnaquaque contineat.

ga, gaudium & triſtitia, potentiæ iraſcibili, ſpes & deſperatio, audacia & timor, & furioſa ira, ſub qua iracundia continetur, & ſibi ſoli ſeruiens auaritia, & ad iſtas cæteræ omnes animæ paſſiones reducuntur, vel ſaltem ex illis componuntur: ad deſiderium enim reducitur libido & concupiſcentia, ad fugam auerſatio & abominatio: ad gaudium delectatio, voluptas & lætitia: ad triſtitiam mœror, mæſtitia ærumna, dolor, & animi luctus, miſericordia & Inuidia, ſeu liuor alienæ fortunæ, ad timorem pauor, terror, & formido; ad iram reducitur iracundia, confidentia, temeritas, excandeſcentia, & inimicitia: verecundia tamen quæ eſt timor dedecoris, & agonia, quæ eſt animi angor, ex timore & ira componuntur, qua obiectum appetitus iraſcibilis, aut concupiſcibilis, ſub boni maliue ratione, vel ſaltem apparenter apprehenditur, & in hac ratione vterque appetitus pro materiali habet idem obiectum, diuerſa tamen ratione commenſuratum, & hoc ſufficit, vt paſſiones iſtæ & differant ſpecie & eſſentia: quia obiectum cùm mouet appetitum, inclinationem mox concitat in ipſo ad ipſum proſequendum vel fugiendum, vnde amor & odium, hoc mali diſplicentia illud complacentia boni; ſi verò obiectum abſens, ſiue bonum ſeu malum, appetitu inſeritur, quidam motus producitur ab appetibili obiecto, aut è contra, vt feratur in bonum vel in malum, & talis dicitur deſiderium ſeu fuga; quando verò eſt præſens ab appetitibili cauſatur, in appetitu, quidam motus qui eſt veluti quies, vel vt fruatur bono, ſeu contriſtetur malo; vnde ſequitur gaudium aut triſtitia: eſt enim gaudium boni præſentis delectatio, vt ita dicam, fruitio: triſtitia verò mali præſentis dolor: oblectum enim appetibile naturalem inclinationem tribuit appetitui, vt feratur in ipſum, vt naturale agens, ac ideò (mediante quiete) fruitur obiecto, poſtquam eſt conſequutum, ſi bonum eſt & præſens, aut fugit quando malum, ſicut agentia naturalia tribuunt virtutem genito, & conſequentia formam, vt in grauibus patet.

Vterque appetitus habet idem obiectum diuerſo modo commenſuratū.

Gaudium quid, & quid triſtitia.

Ex vtroque appetitu etiam paſſio componitur.

Interdum, tamen paſſio ex iraſcibili & concupiſcibili componitur, vt cum in appetitu inuenitur ſpes & deſperatio, tunc iraſcibilis præſupponit ex appetitu concupiſcibili. complacentiam obiecti, aut diſplicentiam, vnde amor aut odium: ſi enim obiectum bonum arduum eſt futurum, concitatur iraſcibilis ad ipſum conſequendum vel fugiendum, aut ideò tunc conſurgit ſpes aut deſperatio, & iſtæ paſſiones, addunt ſupra deſiderium concupiſcibilis tantùm conatum animi, vt quando malum ſit futurum & difficile, concitetur audacia: & aliquando timor; quoniam ſi animus ſuccumbit: quia malum eſt arduum, ab eo prorſus fugit, vnde ſequitur timor; ſi verò animi generoſo conatu, ad repellendum malum excitatur, tunc inſurgit audacia: ſi verò futurum malum jam ſit præſens, ſi animus inſurgit ad ipſum repellendum, tunc concitatur ira; vt dixit Ariſtoteles & Angelicus Doctor. *4 Ethicorum 13.*

Omnes iſtæ paſſiones inter contraria fluctuant, obiecti contrarietate aliæ, & pleræque penes acceſſum vel receſſum ab eodem obiecto, quoniam cùm appetitus bonum vel malum ſit obiectum, ſi aliquæ paſſiones verſantur circa bonum, aliæ circa malum verſantur, & hæc eſt contrarietas obiecti, ſicut in appetitu concupiſcibili, amor eſt odio contrarium ex amore fertur appetitus in bonum, ex odio in malum, in deſiderio & fuga idem conſidera, gaudio & triſtitia: paſſiones tamen appetitus iraſcibilis non contrariantur ex obiecto contrario, ſed penes acceſſum & receſſum ab obiecto, quoniam ſpes & deſperatio idem habent obiectum, bonum ſcilicet, quia tamen tale bonum eſt arduum, non ſemper eſt appetitus terminus: ac ideo quando in ipſum fertur, ſpes ſequitur, at verò cùm recedit ab ipſo propter difficultatem, ſequitur deſperatio: ſic timor & audacia penes receſſum aut acceſſum à malo contrariantur, quod ſit obiectum vtriuſque, quia licet malum ſit ſemper fugiendum, & ſit veluti terminus à quo, quando arduum eſt, ſolet animus impetu concitari ad repellendum illud, vt ipſum malum fugiat, & tunc ſurgit audacia, quæ malum vt arduum aggreditur, ſi verò perterritus animus ſuccumbit & à malo deterret, quod ſupra vires arduum & difficile, tunc ſeſe promit timor, qui contrariatur iracundiæ & audaciæ, dum ab hoc malo fugit: quòd ſi malum ſit præſens, arduum, & difficile, & non ſuccumbit animus, ſed ſupra ſe ipſum excitatur, tunc cum valore & excandeſcit ira, quæ oritur ex iracundia & audacia: qui eſt valoris actus: ſed hæc non habet aliam paſſionem contrariam contrarietate obiecti, quia circa obiectum præſens, quando non eſt arduum, non eſt aliqua paſſio in appetitu iraſcibili, neque aliqua adeſt contrarietas ad receſſum à malo; quia tunc terminos triſtitiæ non egreditur, quæ ad concupiſcibilem attinet appetitum; ſic ſentit Ariſtoteles vbi ſupra, illo manſuetudinis exemplo, quæ licet

De manſuetudine. cet iræ videatur contraria, propriè tamen contraria non eſt, quoniam eſt iræ priuatio manſuetudo.

Qui morbi, ex quibus paſſionibus refluant.

INter furias paſſionum, amor & odium primas tenent, has ſequitur fuga & deſiderium: ab his oritur ſpes & deſperatio; audacia ſubſequitur & timor; naſcitur enim audacia ex ſpe, & timor ex deſperatione, & illa velut effectus ex cauſa conſequuntur: inde ſequitur ira vt effectus audaciæ, ac vltimò gaudium & triſtitia inſequentur: in quas omnes paſſiones appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis terminatur, quòd ſit finis earum attamen hic & ille, ab obiecto ad ſuam cuiuſque actionem determinatur; gaudium tamen & triſtitia intentionis ordine ſunt cæteris priores, & quia ſunt extrema, & quia complacentiam & diſplicentiam appetitui tribuunt: ac ideo inter animi paſſiones gaudium & triſtitia, ſpes & timor obtinent principatum, quia omnes immediatè verſantur circa bonum vel malum, quæ vel ſunt præſentia vel futura: nam gaudium eſt de bono præſenti, & de malo triſtitia: ſpes eſt de bono futuro, timor de imminenti malo, & ſicut gaudium & triſtitia dicunt quietem in bono & in malo, & in appetitu finem motus, ita ſpes & timor dicunt motum ad perſequendum bonum & fugiendum malum: ac ideò prædictæ paſſiones corpora haud pariter alterant, quinimò vnaquæque vim infert, & ſecundùm propriam efficaciam & corporis miſerabilem diſpoſitionem; cor enim perennitate patiendi deiectum quacunque nouitate paſſionis, fatis cedit: hoc enim ſonant hæc Hippocratis verba, *Timor & triſtitia, ſi longo tempore perſeuerant, melancholici fiunt*; diuerſo tamen modo vnaquæque alterat: gaudium enim calefacit, triſtitia infrigidat: cor enim in gaudio dilatationis motu panditur, ac ideo ad externa mouet ſpiritus & ſanguinem & cor, triſtitiâ veluti ſuffocatur; corporis etiam diſpoſitio ad hanc aut illam paſſionem conducit, & ad talem alterationem ſuſcipiendam, pro ſanguinis aut ſpiritus leuitate aut craſſitie, & membrorum etiam intemperie: ſi enim ſpiritus vitalis fuerit temperatus, multus, lucidus, & perſpicuus, ad gaudium diſponit; ſi craſſus, paucus, turbulentus, & frigidus, diſponit ad triſtitiam; ſi multus & excellenter calidus, ad audaciam: ſi tenuis, ad iram; ſi frigidus, & paucus, ad timorem: idem obſeruatur in ſanguine, dum ex illo producitur ſpiritus vitalis, dum temperatus, multus, lucidus, diaphanus, aut è contra: anima enim pro operationibus ſpiritu & ſanguine vt inſtrumento vtitur, primò & principaliter ſpiritu: ad hoc etiam corporis & membrorum temperies conducit, vti antea, de ſymbolicis ad paſſiones diximus, & libro de viribus cordis Princeps dixit: ac ideo ſpiritus & ſanguis, vt animi inſtrumenta, mouentur ab ipſorum membrorum facultatibus, vbi magis paſſio dominatur, Ideo aut cor calefaciunt, aut infrigidant, aut motus perennitate, aut magnitudine calorem influentem ſuffocant, aut exoluunt; vt princeps Auicenna à Galeno accepit, vt in ſubita ira obſeruatur, aut pallida triſtitia, & timore.

Paſſiones corpus alterant ſecundum efficaciam.

Quomodo ſpiritus paſſiones diſponant.

Anima ſpiritibus vt inſtrumentis vtitur.

Spiritus mouentur ab ipſorum membrorū facultatibus.

2.1. doctrina 2.14.

Quomodo autem internæ paſſiones ſeſe ad inuicem ad operationes inuitentur, Galenus *ad mutuum conſenſum facultatum reduxit*: potentiæ enim inferiores ad imperium ſuperiorum agit ntur, neſcio quâ conſensûs energiâ: cùm enim anima rem aliquam agnoſcit, intellectuali cognitione, ſub mali aut boni ratione, dum priùs à phantaſia proponitur, tunc ſurgit appetitus, & iſte cor agitat & mouet, quod propria facultate, ſanguinem & ſpiritum aut trahit, aut impellit, attractrice nempe aut expultrice, prout paſſionis rationi conducit, non ſolùm quia cordis, ſed quia animæ etiam inſtrumenta, ad naturæ conſeruationem & colligantiam, & ad operationes facultatum; hoc Galenus ſolitâ dixit energiâ per hæc verba; *Ac qui maximè principalis ſunt notæ motibus, ipſa naturalis caloris intro foraſque renocatio multos animi perturbationes paſſioneſque ſequens. ſimul autem cum ipſo ſpiritus & ſanguis intro & ad principium feruntur, aliàs foras tendunt & funduntur: licet autem eius motum contemplari, tùm in aliis, tùm maximè animi paſſionibus: timor enim intrò & ad principium, tùm ſpiritum, tum ſanguinem. vnà cum refrigeratione eorum quæ in ſummo ſunt corpore abducit ac contrahit: ira verò & foras agit & fundit & calefacit, quæ verò compoſita ex ambobus eſt, quam Græci ἀγωνίαν dicunt, inæquales habet motus itaque etiam pulſus tum arteriarum, tum cordis, iis qui timent, minimi ac maximè imbecilles ſunt; iratis contra, maximi & vehementiſſimi: his autem qui compoſitâ ex his paſſione laborant, inæquales, vt in verecundia primò quidem intro-agitur animalis potentia motus, deinde rurſus foras celeriter; vniuerſus quippe, cùm niſi redeat, timor ſit non verecundia:*

Gal. 2. de ſymp. cauſis 5 ad finem. lib. 3. de cauſ. pulſ. c. 4.

2 de ſympt. cauſ. 5.

De pulſus variamutatione in paſſionibus & quæ vtrumque correſpondeat.

cundia: ſiquidem verecundia fit repente, omnino nihil ſpectante malum animali facultate, ſed præ mollitia & timiditate naturali, cùm homine, longè meliori verſari non ſuſtinente, ſed refugere, & ſi poſſit à conſpectu ſubducere properante; itaque veluti refugiens tantum, citra vllam perfrigerationem in profundum recedit, ratione verò patibilem partem animi, qua verecundatur, & terretur, excitante, & velut exhortante, redit, ad extraque mouetur, ſimilis motus modo ac fit in frigida lauatione repercutio; in timore verò cum ratio patibilem animi partem nec excitet nec exhortetur, extinguetur magis ac magis calor, ita vt etiam rigeant & non pauci quod autem in timore ſemel & confeſtim id in triſtitia paulatim patiuntur, diſſentientibus inter ſe paſſionibus, licet non toto genere, ſed ſola vehementia & magnitudine; ideo enim eſt appetitus ſenſitiuus conceſſus animalibus & ad proſecutionem boni & fugam mali: in quo ſtat animalis & vitæ conſeruatio.

In appetitu conſiſtit formale paſſionum & in motu materiale.

Tranſmutatio ergo corporis, quæ eſt materiale paſſionum, proportionata debet eſſe motui appetitus in quo conſiſtit formale dictarum paſſionum; quoniam ſicut materia formæ debet proportione reſpondere, ſic tranſmutatio corporis, quæ in motu conſiſtit ſanguinis & ſpiritus, debet eſſe proportionalis appetitui: ideo quando datur ad proſecutionem boni appetitus, ad extra feruntur ſpiritus & ſanguis, & ex corde panduntur ad externa, veluti ad bonum amplexandum: at verò in appetitus fuga, ſpiritus & ſanguis veluti fugientes retrahuntur, & ad cor, velut ad arcem, à mali periculo refugiunt.

An animi paßiones ſint morborum auxilia, an morborum occaſio.

AD morborum curationem interdum profuere animi paſſiones, ad præcautionem & conſeruationem ſanitatis, dixit Galenus in *Ludo paruæ pilæ: Tantum enim in ipſis poteſt motio animi*, inquit, *vt & multi præ ſola lætitia morbos euaſerint: multi etiam præ mærore ægrotauerunt*: neque illa eſt tam vehemens corporis paſſio, vt affectiones animi vincat; non igitur paruipendere oportet huius motiones, imo verò longè magis quàm corporis motus obſeruare, tum aliis de cauſis, tùm quod corpore dignior ſit anima. *Lætitia*, dicit Auicenna, *eſt ex medicinis cordialibus: roborat enim facultatem naturalem & animalem. quare peritus in his omnibus Medicus ſit oportet*, dixit Galenus. *nec in ea ſit opinione, quaſi ad ſolum philoſophum ſpectet animi mores effingere: quippe huic (ob aliud omnino maius) id muneris tribuitur, nempe animi ſanitatem. Medico verò ne corpus facilius in morbos dilabatur, quoniam iracundia, fletus, ira, triſtitia, cura immodica, & multæ ſuper his vigiliæ, febres accendunt, ac grauiſſimis ægritudinibus initia præbent: veluti è diuerſo, cogitationis mentiſque ſegnitia ac animus omnino deſes, decoloratos ac ſæpe ex atrophia, id eſt nutriendi defectu graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem, reddunt: calorem verò intra ſanitatis fines cuſtodire oportet, cuſtoditur autem modicis tum corporis tum animi exercitiis; qui namque motus admodum non ſeruant, ſiue hi ex rationali, ſiue ex appetitoria, ſiue ex animoſa animi parte cieantur, ſi modum exceſſerunt, biliosum animal reddunt, ſi citra modum ſubſiſtunt, pituitoſum frigidumque efficiunt: quin etiam priorem habitudinem febres & qui calidiores ſunt affectus. poſteriorem iecoris & viſcerum obſtructiones, morbi comitiales, apoplexiæ, in ſumma diſtillationum fluxionumque morbi plerumque excipiunt: atque mori contingit.* Dixit alibi; *Nonnullos per alium quendam modum, in ſyncopa, ſtomachi vitio eueniente, & vehementi dolore & timore graui & voluptate maxima: etenim quibus vitale robur infirmum eſt, animi verò affectiones ob imperitiam fortes, his robur ipſius animi facilè diſſolui poteſt, atque aliqui ob mæſtitiam interierunt, ſed non illicò, at vir magnanimus, neque ob mæſtitiam, nec ob aliquam aliam animi ægritudinem, mæſtitia fortiorem, vnquam ſuccubuit, vtpote cuius animæ robur validum eſt, cuius ſemper ſunt impares affectus*; grauem ſanè (vt ſolet) adiecit calculum Hippocrates diuinus quando dixit: *Excandeſcentia attrahit & cor & pulmonem in ſeipſa, & in caput & calida & humidum; lætitia autem relaxat cor. Duorum alterum*, dixit Galenus, *in excandeſcentiis dicendum eſt, ad pulmonem & cor ad caput attrahit, aut & pulmonem & caput ex inferioribus calorem humoremque ad ſe ipſos attrahere; porrò in excandeſcentia cor, atque inſuper per totum animal diſcurrentes arteriæ, maiorem vehementioremque pulſatum efficere cernuntur, æquum eſt antem & cordis dilatationem impleytia, tunc pluta adduci: in caput verò plus humoris caloris efferri, oculos totamque faciem occupans rubor ſignificat, quin etiam partes calidiores euaſerunt, euidenter quoque oculi micant & prominent, & vniuerſum caput calidius: lætitia verò cor relaxat, hoc eſt ipſum derelinquunt ante dicta: illa tamen verba*, & calida & humidum, *nobis aliquid amplius polliceri videntur, calida ſcilicet*

venie

Cap. 1.

Fen 4. 1 c. 1.

Lib. de ſanit. tuen. c. 8.

In quo paſſiones philoſopho pertineant & in quo Medico, & quos effectus pariant.

4. de locis 2.

Ob mæſtitia interimi quando.

6 Epid. ſect. 5. tom. 9.

In com.

Quare excandeſcentia calefaciat, triſtitia refrigeret, & lætitia etiam.

venis ebullientia in caput, vt ad tectum deferri, humidam verò, à capite veluti colliquatum demitti: hoc enim in ira ſubitæ raucedines præmonſtrare videntur, horum ergo cognitio vtilis erit, vt deuitetur ira, & nonnunquam de induſtria interdum excitetur, dum cor & caput natiua intemperie ſuprà modum caleſcunt, interdum aduentitia: frigidis vero vitiis aut capite & corde frigidiore excitetur, quod in totius corporis temperatura etiam obſeruare par erit, vt 2. de morbis popularibus Hippocrates obſeruandum præcepit.

Sect. 4. ad finem

Triplex appetitum eſt in rebus humanis quo conueniant & quo differant.

Triplicem appetitium in rerum conſeruationem ſublunaribus inſeruit natura: naturalem, ſenſificum, & intellectualem; hi conueniunt in ratione communi appetitus, ſpecificè differunt, quæ quempiam in propria eſſentia conſtituit, eſt enim propenſio & inclinatio appetitus in rem aliquam, quæ à forma dimanat, dum inſeritur mixto: cùm ergo inter illa quæ naturam exornant, ſint quædam, quorum eſſentia in ſola exiſtentia conſiſtit abſque relatione ad ſenſificum & intellectualem, vt elementa mixta inanimata & quæ germinant plantæ, appetitus iſtorum eſt merè naturalis, & eſt quædam potentia abſque cognitione, ſed quæ quodam naturali inſtinctu, & à natura docta ad determinatum & proprium eſſe conſeruandum rei, in qua reperitur inclinat: hoc enim naturali appetitu ſurſum mouetur ignis, & ſibi ſimile generat; fertur graue deorſum, & per terræ viſcera plantæ alimentum alliciunt, eſt alius appetitus, qui mediante cognitione, ad alia extenditur & in res ipſas fertur per ſpecies & ſimilitudines ſenſibiles, & continet eminenter naturalem; hoc feruntur in paſtum animalia, hoc auerſantur mala, hoc vituli recenter nati matres nondum viſas ſequuntur, res enim appetuntur, quia fiunt mediante cognitione ſimiles, per hæc à naturali hic differt appetitus, quòd per ſpecies in res notas feratur; tertius tamen intellectualis appetitus etlam per ſpecies & ſimilitudines agnoſcit, nullo modo ſenſibiles, ſed peculiari cognitione intelligibiles, quæ intellectum valeant immutare, meliùs dixeris informare in corporea repræſentatione per ſpecies, & in hoc à ſenſifico differt: diſtinguuntur etiam per obiect; ab obiectum enim cognoſcitiuum eſt obiectum appetitus ſenſifici: intelligibile verò intellectiui, ſub ratione boni vel mali ipſius voluntatis; vterque etiam appetitus poteſt circa idem obiectum actus efficere contrarios: interdum enim rem delectabilem appetitus ſenſificus deſiderat, voluntas deteſtatur, quia diuinæ legi reluctatur: interdum appetitus corporeus rem fugit contriſtabilem, proſequitur voluntas; in hoc etiam differunt appetitus, quòd à corporeis voluntas abſtrahit, nec vt potentia organica operatur: ac ideò appetit vniuerſale bonum, & ſupra ſe reflectitur, quia ſe velle vult: appetitus verò ſenſitiuus eſt ſanè organica potentia, quæ circa bonum ſingulare verſatur: at voluntas indifferens operatur ad libitum: appetitus tamen in brutis ſenſitiuus non operatur liberè, ſed ruit neceſſariò: mouetur enim à bruti phantaſiâ & æſtimatiuâ, vt cùm vidit ouis lupum agnoſcit æſtimatiuâ hoſtem, ac illicò neceſſariò aufugit appetitus.

Appetitus naturalis qui & quomodo operetur.

Appetitus ſenſificus qualis.

Appetitus intellectualis quo ab aliis differat.

Quo ipſi differant appetitus.

Hic triplex appetitus ad concupiſcibilem, iraſcibilem, & rationalem Galenus in placitis reduxit, qui non ſolùm ex propria natura diſtinguuntur, ſed operationibus & principiis, licet in appetitibili, in communi conueniant, appetitus enim concupiſcibilis ſedem habet in iecore & circa alimenta præcipuè verſatur, & rerum iucundarum fruitionem, inde à multitudine cupiditatum illi nomen impoſitum & quòd cibis indulgeat, potibus, & diuitiis, otio, & libidini; *iraſcibilis* autem radicatur in corde & dicitur animoſa potentia, & *rationalis* appetitus in cerebro, vbi facultas reſidet motiua & ſenſitiua in vtroque appetitu, iraſcibili nempe & concupiſcibili duplex conſideratur actio, & cùm in iecore & corde mouentur, ſpiritus & ſanguis, & cùm à facultate animali cogitatiua res agnoſcitur fugienda aut amplexanda; hæc actio materialiter ad appetitum pertinet, formaliter ad facultatem, quæ in cerebro reſidet, quæ bonum nouit priùs, aut fugit à malo, & ſic potius ad cerebrum pertinet appetitus quàm ad iecur. appetitus tamen actiò magis lucet vbi adſunt illius potentiæ inſtrumenta, quæ ab obiecto fortiùs immutatur; percipit enim æſtimatiua, nobilis conuenientiæ aut diſconuenientiæ rationem, & ſic imperat appetitui, ad perſequendum vel fugiendum vnde mox appetitus imperio obſequitur, & in operis executionem inſurgit: nec obſtat aliorum obiectis dicentium, potentias animæ vegetantis ad voluntatis arbitrium non ſeruire, quia ruunt in opus abſque cognitione, ob conſenſum & conſeruationem vniuerſi; hoc enim eſt contra experimentalem philoſophiam: ad vegetantem enim facultatem pertinet naturalis retentrix & expultrix, & iſtæ etiam vegetantes imperio animalis facultatis liberæ obſequuntur: vnde fiunt in ſomno pollutiones

1. de placitis Hip. & Platonis c. vltimo & 7. de placitis c. 3.

De ſede horum appetituum Galeni ſententia.

Potentia vegetantes naturales obſequuntur etiam cognoſcitiuis.

nes ob ſolum Veneris ſimulacrum, & ad imperantis arbitrium pelluntur excrementa: præ gaudio homines à morbo liberantur, vacante potentia naturali humorum coctioni & expellente, reſumente vires: amantes perierunt atrophia, æſtimatiua ſui ipſius oblita, aut alio diſtracta non imperat potentiis animæ vegetantis: at re amata potiti reuiuiſcunt, dum à cognatione ad opus potentiæ naturalis reducuntur, vt Auicenna dixit hiſtorico affectu, dum partes trahunt, concoquunt, nutriuntur: deinde potentia animalis motiua abſque cognitione ab appetitu ſenſitiuo excitatur & impellitur abſque cognitione ab animali potentia cognoſcente: ſicuti facultas vitalis animoſa ab ipſo impellitur appetitu, vt inde caloris in corde creſcat vſus, vt excitetur naturalis, attractrix, & expultrix, vt expandat, aut retrahat ſpiritus: nam conſpiratio vna, natura communis vna, omnibus omnia conſentiunt, vt admirabilis conſenſus in rebus naturalibus eluceat: inde *inter potentias obedientia & obſequiū obſeruatur*, ſi Galeno eſt adhibenda fides: ſunt enim corporis facultates animæ inſtrumenta, ſpiritus & ſanguis facultatum: quare dum anima propriis paſſionibus mouetur, neceſſe eſt vt facultates moueat, & iſtæ ſpiritus & ſanguinem, ad intra in appetitu fugæ ad extra in proſecutione; quâ tamen harmoniâ hoc intra corpus accidat, iam hoc tibi ad practicam reduco, proponitur phantaſiæ res triſtis, mox illa æſtimatiuæ triſtitiæ ſpecies communicat, & illa animæ quæ omnibus aſſiſtit, proponit triſtem cognitionem, anima verò in formata triſtitiæ (quæ omnibus & ſingulis communicat) imperat appetitui, qui reſidet in corde aut in iecore, ille commouet paſſiones, mediante ſpiritu & ſanguine, ad portionem ſuam aut ſecundùm vehementiam concitatas, & retrahit aut expandit ſpiritus prout eſt illa paſſio concitata; attamen cor & iecur illud per ſuas facultates miniſtrantes operatur, abſque eo quod reliqua membra moueantur, niſi illa quæ prædictis actionibus inſeruiunt, nam licet virtus motiua omnibus communicetur muſculis, illi tantùm qui dictis actionibus ſeruiunt operantur, reliquis muſculis otiantibus ob prædictum facultatum conſenſum: & ſic vltima & veriſſima elicitur concluſio, quòd ob animi accidentia, in corpus morbi refluant grauiſſimi, & interdum lethales: quod etiam dixit tot comprobata ſæculis Hiſpaniæ parœmia, *Cœnas, y penas, y ſoles matan los hombres*.

Fen 13. tract 4. c.23.

3 de cauſis pulſ. c 9.

De potentiarū obedientia & obſequiis Galeni ſententia.

Praxis quomodo iſta paſſiones moueantur.

Concluſio totius diſcurſus.

In hoc Dædaleo paſſionum labyrintho, non ſunt æquales morbi ab illis concitati, ſed ad paſſionis vehementiam mutiuntur & quia ira ſolet alias in intentione ſuperare, videamus quid de illa Ariſtoteles dixerit, *feruorem ſanguinis circa cor concitare*, Ionico tradidit idiomate, at verò in problemate, *ſanguinis accenſionem* dixit; *quaſi ſanguinis ebullitionem*, dixit Galenus, *& motum iraſcibilis ab ſpiritu & ſanguine, qui cor occupat*, in octauo de placitis ſibi magis complacuit; *vt inde fiant pulſus velociores & fortiores, aliquando frequentes*: ideò etiam iratorum oculos rubor occupat, & exteriores partes tument, & in dicendi arte Ariſtoteles iram dixit *Appetitum vindictæ cum triſtitia ob apparentem deſpectum ſui, vel ſuorum, immeritum*: hinc quærit in problemate, *cur magis rubeſcant oculis*, & reſpondet, *quare in ira motus obſeruabis contrarios, quia duabus conſtant animi perturbationibus, nempe triſtitiâ ob contemptum, quæ eſt apparens malum: ac iſtam ſequitur alia, quæ vltionis deſiderium, vt auertatur malum, vt contrarij in corpore duo motus compareant*; triſtitia enim ſanguinem & ſpiritum in cor retrahit: appetitus vindictæ ad partes exteriores ſpiritus expandit, in quo ira conſiſtit: non enim ob triſtitiam ſpiritus retracti conquieſcunt, vt in pura triſtitia, ſed efferâ ebullitio in corde illos mox ad externa pellit, vt ita in tempore breuiſſimo, ſe ad inuicem contrarij motus conſequantur, ſed taliter vt vnica videatur animi perturbatio: ſed rubor oculorum inde accidit, vt cum ſanguis & ſpiritus ferueant, partes ſubtiliores eleuantur, & ſeſe in oculos impingunt, & in faciem, quæ rubore ſuffunditur, cùm ſint oculi quaſi feneſtræ corporis, & facies omnium poroſa maximè; an quia oculorum albus color faciliùs fucatur: ſeu quoniam præſidium fert natura in partem quam violatam duxit; ſed quia ſunt breuiſſimi motus, illicò ſe abſcondunt, & illam partem deſerunt, vt ruborem mox inſequatur pallor totius faciei: non eſt damnanda hæc naturalis ira, quoniam illâ corporis œconomica conſeruatur, dum propulſat iniurias immeritò illatas, ſed illa quæ excedit in vltionis deſiderio & immenſo feruore; in hac enim & pulſant tempora & præcordia interiora calent, vt ephemeram & ſynochon non infrequenter concitet: hinc illam Ariſtoteles *paſſionem ab igne prouenientem* dixit. & hæc eſt cauſa *quare calidiora animantia iraſcuntur faciliùs, nec facilè miteſcunt*, vt Galenus aduertit, & Angelicus Doctor memoriæ mandauit; licet contrarium monſtret experientia vt qui facilè excandeſcunt

Quos morbos vnaquæque paſſio concitet.

Lib 1 de anima c 3. text 16.

2. ſect problem 26.

Li de cauſis morb. 2. 2 & 2 de ſanit tuenda 9 & 2. de differ feb 1 & j.

Lib. 2. de arte rhet. c. 2. 31 ſect. probl. 8.

Rubor oculorum vnde & quare.

Quas aſſectus ira concitet naturalis, aut excedens.

5 probl. 20.

Lib. artis med. 13.

1. 2. q. 48. art. 2.

deſeunt faeiliùs miteſcant : quod ſtuppæ exemplo facilè eomprobatur,

Hæc ſanè paſſionis materialia ſtragem in corpora inducunt, & animam immutat formale paſſionis: nam appetitus vindictæ eſt inter dolórem & triſtitiam medius, & vltionis deſiderium ſpiritum & ſanguinem conturbat, vt dixit Ariſtoteles, nec iudieo Galenum paſſionis formale in feruore & ebullitione conſtiruere, vt plerique dixerunt, hoc enim ille dixit ex Criſippi ſentenria; eſt enim feruor iræ materiale; formale appetitus vindictæ vt benè Fraeaſtorius adnotauit. Fateor, obiectum iraſcibile effetueſcentiam in corde concitare, ſed non niſi ante acto appetitu vindictæ præuiſa & inſpecta deſpicientia verè aut apparenter : nam tunc impetat membró quod valet iniuriam ſeu iniuriæ malum propulſare, quod contrahitur vt expellat faciliùs illatam violentiam, & tunc non dicitur iraſci, ſed illatæ iniuriæ obſiſtere : nam formale ſtat in ipſa mali perceptione: feruor tamen potentiam præcipitat, ideò ferè ſemper ruimus inſcienter, improuiſo perieulo : quia ita eſt breuis intellectus parentheſis, & hominibus magis quibus cetebri claustra laxiora ſuaque tenuitate recipiendis imaginibus magis apta rerum, quas vocamus phantaſias, quas ſemel impreſſas ideo delere eſt arduum, quia vt plurimùm aliqua ſuauitate placent, ſeu quia continuâ imaginatione altiùs radicantur, nec facilè delentur, ac veluti intingunt animum haud aliter quàm per vehementius ſuccedentes diuerſarum rerum ſpecies, in alios eolores abitutum, vix eſt igitur vt illa ingenia ab hac cogitatione vacare poſſint, quin ex irruentium cogitationum impetu aut ægra, aut hilaria, aut in iram procliuia præcipitentur; nam præſentem affectum mentis oculis dulci ſtudio alunt, ſeu ille ſuperbia ſit ſiue vltionis deſiderium, aut quidquid aliud turbidæ eupiditates illis obiiciunt, ita ſponte inelinati, ſi vis aliqua vehementior in eam partem ingruit facilè perturbantur, vt quod diu eſſe voluerunt tandem eſſe exiſtiment : vis autem hæc vehemens vel ex creſeente habitu eſt, & in dies grauiùs premente, vel ex ſubito impetu, qui ingens occurrat improuiſus impleatque tamquam turbidine laceſſita ingenia.

2. Rhet. 2. 6.

2. de ſanit. tuenda 9.

1. de ſym. pathia 21 Materiale & formale Iræ in quo ſit.

Ira eſt breuis intellectus parentheſis.

At eur ſic mentes affectæ in totum eiuſmodi tempeſtate non quieſcunt : forſaſſe quod ſola illius rei contemplatio, quæ in animo nimia fuit, peccat; nam vt membra iam ſponte imbecilla, haud raró profluentium humorum vim, ſic in ſe detiuant, vt ex morbo nihil ſuperſit quod ſinceras partes afflet; ſic iſte, & ſi quos non iniucundæ mentis ſocios habet, conſumpto in eupiditatum vna ingenij vitio, quo aliquid nimis velle cogebantur, paeaciùs, & própemodum ſine præiudicio, res alias intuentur, intelligunt; denique ita humanó moré viuunt, vt pleriſque mirum ſit, quod haud inſaniam, reliqua prudentia aut hanc illa non perdat; vix enim vlli mortalium hoc genus inſaniæ pepercisse videtur; quotuſcunque enim ſe eſſe Deum, vt non ferat, confingit; his Deos eſſe negat, hic omnia eſſe Dios, aut nihil voluptate pretioſius, nihil ira excelſius, aut inulta hominibus facinora: pauci denique furentem non ſuperant, niſi quod tectiùs aut magis ad genium, vulgi furunt, eo quoque lachrymis digniores, quòd excutere dementiam nolunt, ſed aliquis non poteſt.

Problema de ira tempeſtate, & quare omnes ab ira ſuperentur.

Conſtituitur ergo per appetitum ira, ſed fit efferueſcentià maniſeſtior, appetitus ad facultatem iraſeibilem pertinet, & non ad animalem: huius enim tantùm munus eſt rem agnoſeere ſub ratione illati mali, quod ſane præſupponit appetitus: ac ita appetitus vindictæ erit formale, cognitione præſuppoſita, & actus iraſcibilis, hoc eſt efferueſcentia erit materiale.

Quid materiale & quid formale ira.

An quempiam ira valeat interficere, Galenus dubitauit, 12. *Methodi*, ſed *primo ad Glauconem* aſſeruit, ita poſſe contingere; quoniam, ſicut ob vigiliam vehementem & profundam triſtitiam viribus reſolutis mors contingit, ſic ob iram admodum diſſipatis; ſeu ob illam lethali accidenti oceaſione data, quod & cæteris paſſionibus accidit, at verò *ſecundo de ſymptomatum cauſis* quod priùs aſſeruit, poſtea confirmauit, propter iram ſe neminem fatis conceſſiſſe, vidiſſe; vt ſolet propter gaudium & vehementes alias paſſiones : in ira enim neque deficit calor, neque robur diſſoluitur, quoniam dum cor feruet, nec affatim ſpiritus pandundur, nec ſubitò ſpiritus & ſanguis coërcentur; quinimo corpus adaucto calore roboratur, quod etiam Galenus *quinto de locis* dixit, & *quarto de cauſis pulſuum* adnotauit: hanc etiam rationem validiorem reddit, quòd iræ pulſum ſub alta vehementia conſtituit, qui ſanè non poteſt, non niſi adaucto caloris robore exeitari.

An ira interficere valeat.

Cap. 5. & 14.

Ob gaudium mors accidit & quare non in ira.

Cap. 1. in fine c. 2.

Duplicem affectum in ira obſeruamus, feruorem ſanguinis in corde & motū caloris influentis ab internis ad corporis externa, impetu validiſſimo, vt vehementiſſimam etiam menti commotionem pariat, qualem in Ariadna Poëtæ fabulantur,

Duplex affectus in ira obſeruatur.

tur, quæ cum ſe à Theſeo cerneret derelictam, quia cum Phœdra per noctis ſilentium profugerat, multùm diuque miſera, de acerba fortuna lamentatur: ac demum ad furias cunuerſa ab eis contra perfidum illum proditorem vltionem expoſcit, vt apud Catullum legitur, in poëmate *de nuptiis Pelei.*

Quare facta virûm, multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguinea redimita capillo
Frons, exſpirãtis præportat pectoris iras,
Huc huc aduentãte, meas audite querelas.

Quas in animo paſſiones ira concitat. Quoniam ira flammas & furias exſpirat, cùm hominem nihil magis excruciet, quàm mentis perturbatio, & grauis cordis angor; inde corporis harmonia confunditur, humores conturbantur, & corpus vniuerſum contrariis motibus agitatur, & animum longè procul abducunt, & ita nos furias intelligimus, quando Poëtæ furiâ concitatum hominem ob oculos proponunt; ſic Lactantius diuinarum Epitome, *Tres ſunt*, inquit, *in homine* *Lactantius de hominũ affectionibus.* *affectus, & tres agitant furiæ, quæ hominum ciunt mentes & corpora, & ira quæ appetit vindictam, & auaritia quæ ad opes inclinat, & libido quæ voluptates petit*, & hinc furiæ accenſis facibus anguinibus & ceraſte circundatis & colubris à capite pendentibus, inſculptæ propriis imaginibus dantur; affectus tamen illi non ſunt in ſe & abſolutè mali, quòd Deus hominem ſub rationis dominatu & voluntatis arbitrio inſeruit, aſt ſunt naturâ boni, ſi ad tuendam vitam, & immeritas iniurias propulſandas dicantur: ſolo enim abuſu fiunt mali, quoniam ab auctore naturæ ad coërcenda peccata ſunt inſerti ad fræna ſubditorum moderanda, & ad peccandi licentiam coërcendam, compeſcendam audaciam, ad vitæ neceſſaria conquirenda: cupiditas etiam ad filios procreandos eſt proſus neceſſaria & à natura inſita, ſi ad metam quam auctor præfiniuit conſiſtat, aliter enim, ſi vagandi licentiam nanciſcatur, & irrationalem libertatem, damnatur: ſic ira quando metas rationis excedit, mentis tranquillitatem furiis immiſſis interturbat, ac hominem ferè ad furias conuertit: ac ideo furias hominum vetutiſſimi facibus ardentibus effingebant, vt quam improbis ardoribus ſupremum laborem, hominum pectora exercere deſignarent, vt in hac Tiſiphonis imagine.

Anbæ paſſiones ſunt naturâ malæ an bina, vt & illi affectus.

Centum illi aſtanter vmbrabant ora ceraſtæ
Turba minor, diri capitis: ſed & intus abactis
Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœbus
Atracia rubet arte color, ſuffuſa veneno
Tenditur, ac ſanie gliſcit cutis ignens atro
Ore vapor: quo longa ſitis morbique fameſque
Et populis mors vna venit, riget horrida tergo
Palla, & cœrulei redeunt in pectore nodi;
Atropos hos, atque ipſa nouat Proſerpina cultus
Tum geminas quatit illa manus: hæc igne rogali
Fulgurat, hæc vino manus aëra verberat hydro.

Sic etiam eam introducit in transformationibus Ouidius, à Iunone ad furorem ad Athamantem iniiciendum miſſam, *4. Metamorphoſ.*

Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouet, & extantes deiecit ab ore colubros
Nec mora, Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit
Importuna facem, fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam, retroque accingitur angue;
Egrediturque domo, luctus comitatur euntem
Et pauor & terror, trepidoque inſania vultu.

Ac ideo apud inferos, Poëtæ hos poſuere fluuios: Letheum, Acherontem, Phlegetontem & cocythum, vt luctum & triſtitiam & alias animæ paſſiones, quibus damnati torquentur, deſignarent; in Letheum enim primò ducitur anima, vt rerum obliuione capiatur, ex hoc ad Acherontem ducitur, quem lætitiæ priuationem dicunt, animus enim diuinarum oblitus, omni mox voluptate deſtituitur, quæ animum illarum contemplatione alleuabat; hinc ſtygiam ducitur ad paludem, vbi habitat dolor & dentium ſtridor, vt ad Cocythum poſtea inferatur, vt lachrymis & luctu conteratur, hoc enim Κωκυτὸς nomen luctum Græcis ſignificat, ac vltimò Phlegetontem defertur, qui fluuius ignis dicitur, vbi habitant iræ, æſtus, ardor, & deſperatio, & ſitis implacabilis, ac omnes morbi animi, quibus hæc corpora incendio conflagrant; vt ſecundùm merita paſſionum, quibus in vita deliquerunt, iiſdem puniantur; hoc etiam miniſterium Furiis attributum adnotauit Virgilius, quibus quartam nomine Lyſſam addidit: vnde Euripides, in *Hercule Furente*, Irim introducit Iunonis iuſſu Lyſſam adducere, quæ Herculi furore ac rabiem iniiceret, hæc centum ſerpentum capitibus

4. fluuij ad quos animas deferebãt olim.

Pœna ſontium amarũ, quibus olim animæ permobantur.

capitibus vndique ſibilantibus caput incinctum habere, manu verò ſtimulum geſtare fingebatur, hi & pluresqui in noſtris feralis adnotauimus, ſunt qui ex anima in corpus morbi refluunt.

Statione 7.

Præter iſta, in ira datur multiplex motus quoniam in illa iratus contriſtatur de illata iniuria, ac de contemptu angitur, vnde vt ab his liberetur paſſionibus, conflagrat appetitu vindictæ, quo ſpiritus & ſanguis ad externa mouentur, vnde ducitur veluti ad furorem (eſt enim ira ebrietas furoris ac breuis intellectus parenthesis) vnde ſpiritus veluti contagio infectus ad quærendam vindictam concitatur, veluti ad auxilium contriſtantis angoris. quoniam in illo appetitu ponitur deſiderium & ſpes vlciſcendi; *iratus enim*, dixit Ariſtoteles, *habet ſpem puniendi dum appetit vindictam, dummodo hanc poſſibilem iudicet*, dixit Doctor Angelicus, ac ideo, *ad vindictæ præſentiam, ſequitur delectatio*, vt belle dixit idem, *& dum ad iſta appetitus impellit, aliqua lucet ratio imperfecta, quæ motum imperet ſpiritibus*, quod etiam Ariſtoteles adnotatum reliquit, vt qui concurrit ad mandantis imperium, antequam perfecte intelligeret, vti canis qui latrat ad pulſantem, antequàm ingredientem nouerit, ſic etiam irati, antequam perfecta aduertatur deliberatio, ob ſolum iræ impetum mouentur ad vindictam, ſed quia motus in illa obſeruantur contrarij, nec reſoluitur calor nec diſſipatur; quia dum mouentur ad extra illicò coërcentur, & dum ad intra fluunt expanduntur, *regulata naturæ prouidentia*, vt etiam Galenus adnotauit, *ac ideo ira interdum in frigido affectu concitatur, quia calorem roborat*. vt Galenus etiam memoriæ mandauit: ſolent enim iſtæ paſſiones corpora alterare, aut intenſo calore, aut moderato frigore; vnde & poſſunt eſſe & cauſæ ſalutares, ſi menſuram in meta contrarij obſeruant, aut prorſus morboſæ & lethales, ſi extremo contrarij laborant, *quas omnino Galenus cauere imperauit*.

Rhetor 2. cap. 1.2. q 46. art. 1 q. 47 art. 4. 7. Rhet. 6.

5 de locu 1. in fine. 6 Epid. ſect 5 text. 9 & 2 Epid. ſect. 4 text. 4.

Lib Artis med. c. 85.

Quare ira, licet poſſit validos ſanè morbos concitare, ſi ad hoc morboſus inclinat apparatus; quod tamen per ſe ſola valeat interficere, nec vidi, nec Galenus aſſeruit, quoniam neque robur diſſoluit, nec ſyncopem inducit, niſi ex alio principio adueniat, vti nos concitare vidimus epileptiam: quia ira ex propria natura ad feruorem perducit ſanguinis circa cor, & licet varias ob cauſas contrarij motus concitentur, ſi nec calorem influentem diſſoluunt, neque nectar viuificum refrigerant; quoniam eò tantùm triſtitia perduxit, quò malum contriſtans expellatur; in ira verò accepta vindicta commutatur in gaudium; quæ ſi non ſit poſſibilis, ad alium affectum tranſmutatur, ad mœrorem ſcilicet aut mæſtitiam, & in hoc ſenſu Galenum intelligimus, quando dixit, *Ab ira neminem periiſſe*; calore ſubito exoluto vt accidit in gaudio & cum ſubita morte calore repente diſſipato; mori etiam contingit in timore, cùm ſubitò, cor intrant ſpiritus & ſanguis, vt cordi opem ferant; quoniam ſi cor non ventilatur, & aeris auxilo perfruatur, vel omnino obruitur, aut penitùs extinguitur, aut ſaltem in officio communi (quo vita carere nequit) præpeditur; cùm nulli exinde ſpiritus ſuperſint, ad partes ad vitam conſeruandam neceſſarias, nam vitali ſpiritu in ſuis actionibus, cæteræ potentiæ actuantur: qua ſola ratione Galenus mortem ſubitò aduenire prædixit; per accidens tamen necem poſſe contingere in ira adnotauit, vel alterius affectus ratione dùm ira permiſcetur; ſeu dum latens venenum ad iram concitatur, quod etiam abſque vlla animi paſſione contingit, poterunt tamen ex ira ſinochi aduenire, cauſones, furores, & deliria, ſubita diſtillatio, & quæ ſubitò aërem intercipiat cordis palpitatio, vehemens animi angor, tremor, & apoplexia, aut paralyſis, & metus & triſtitia, & crede mihi, quod hæc etiam credere non eſt vana religio; nam præſidia naturæ ſunt naturalis vigor, generoſa vitalitas, animalis integritas, ſpiritus lucidi abundantia, quæ omnia ſi animæ paſſiones labefactant, non ſit mirum, ſi ex anima in corpus morbi refluant.

Ira per ſe non valet iratum, interficere ſed ex alio affectu.

2. de ſympt. cauſ. c. 5

Ex timore mors accedit & quare.

12. Meth. & 1. ad Glauc. Qui affectus poſſunt ex ira aduenire.

Naturæ præſidia ſunt quæ.

Harum tamen paſſionum medela, fortaſſe à nobis expectabitur, nobis tamen, neque ſuppetit otium, & animum altiùs attritum curis alia grauiora & magis fortaſſe neceſſaria expectant; hoc tamen deſiderium adimplebitur Galeni & Platonis lectione, ille enim has curare docuit paſſiones, *libro de cognoſcendis & curandis animi morbis. cap.* 6. & *libro de decretis Hippocratis & Platonis per totum, & libro de incantatione & adiuratione, & de ſanitate tuenda in cap.* 8. *&* 3. *de locis* 1. dummodo aduertat, quòd paſſiones aliæ & creſcunt, augentur, ex conſuetudine patiendi, aliæ ex mollitie, ſiue vita delicioſa, aliæ ex ipſa vanitate imperandi, aliæ ex vita communi & politica, pro ſua cuiuſque vice, & tandem aliæ, ex infelici & neceſſaria ſeruitute, vbi deficit valet; ſed in hac neceſſitate Plato omnes alios Philoſophos ſuperauit, & Medicos, maximè in aureo dialogo *Timæo*, ſed de natura hominis.

Soli Galenus & Plato has paſſiones curare docuerunt.

ILLV-

ILLVSTRATIO XXI.

Ad ſelectiora ingredientia chocolatus.

DE his pauca etiam diximus in noſtro Medico Tribunali folio 468. non pauca etiam ſcitu digniſſima nos etiam ſollicitant;non ingratè enim auida ſciendi cupiditas. quæ maxime peregrina accipiet; peregrinæ herbarum, fructuum, aut radicum virtutes, ab incolis illius regionis, vbi illę naſcuntur, progerminant & creſcunt, ſunt inquirendæ potius quàm de proprio iudicio æſtimandæ; nam ſenſuum noſtrorum iudicia poſſunt falli & fallere, vt dixit Theophraſtus, & longa incolarum obſeruatio nos vt plurimum de veritate, & docet & informat; ac ideo Doctori Franciſco Ferdinandes,in hac herbarum & fructuum Indiarum virtute, facile eſt adhibenda fides, vtpote qui, Philippi II. prudentiſſimi Regis iuſſu, hæc omnia propria nouæ Hiſpaniæ regione, vbi illa nacuntur, explorauit, & nobis ab inculis illius regionis ſecuriore obſeruatione tradita & explorata commendauit; ſic èx illius ſententia Nardus Antonius Rechus, & illius Paraphraſtes Ioannes Therentius Lincæus, in prœmio libri 2. alloquitur: Meſues, in Canonibus vniuerſalibus,tantùm aromatibus tribuit, vt exiſtimet,illis non tantùm medicamentorum malignitatem corrigit, ſed principes corporis partes roborari: ſed etiam purgantium facultates, ad ſingulas partes deduci;vt per nucem myriſticam ad caput, per crocum ad thoracem,per ſpicam nardi ad hepar, per acorum ad ſplenem, per Zinziber ad iuncturas &c. ideo non ſit mirum, vt aliquas proprierates admiremur, quarum ratio facilè reddi nequit, ſi maximè à ſilenti & occulta virtute nos rapiant in admirationem.

Lib. 2 rerū med noua Hiſpania.

De aromatum roborantium virtute & neceſſitate & ad ſingulas partes analogia

De pipere tabaci.

DE pipere tabaci hæc ſcripſit (& eadem pene obſeruantur de pipere cõmuni,nam in figura,qualitate,& ſubſtantia ferè aſſimilantur; tantùm differunt ſolo vbi naſcuntur) *cor roborat, vtero confert, flatum diſſipat, obſtructiones aperit, vrinas & menſes concitat, colicis & iliacis opitulatur, venerem excitat, craſſos & lentos humores inſcindit, & concoquit*; hæc leguntur in hoc ſecundo libro *cap.* 5.

De vaginulis odoriferis.

ET in *capite* 15. huius libri, de flore nigro Araco aromatico: vaginulæ dicuntur apud noſtros, quæ chocolati gratiam conferunt,& ſaporem,ita dixit, *calidæ ſunt tertio ordine, vrinam & menſtrua prouocant partum accelerant, ſecundinas educunt, fœtum trahunt, ventriculum roborant, flatus diſcutiunt, craſſos humores concoquunt; ideo poſſunt & debent parturientibus propinari, & in partu difficili, ſi & partum accelerant.*

Fœtum & ſecundinas educunt.

De fructu Cacoalt, Hiſpanè Cacao.

IN aureo illo Indiarum ſæculo, cacao pro nummo habebatur, inde apud auctores ſemen cacaualt, Mexicanis pro nummo eſt, materiem potionis eidem genti gratiſſimè præbet, eſt multi nutrimenti, ſub amara pulpa, ſubdulcique & *temperata natura,aut paululum frigida atque humenti*,& licet quatuor ſint huius arburis ſpecies, omnes differentiæ fructuū eadem pollent facultate, atque eoſdem vſus præſtant, licet poſtrema, quæ minorem fructum fert, potionibus magis inſeruiat, & hic maximè,in Soconuſco naſcitur; cæteræ verò numinis aptiores, atque commodiores ſunt. & procedit idem auctor, *Acuta igitur ægritudine laborantibus, exhiberi ſolet ex eo ſemine parata potio, cui nihil præterea commixtum ſit, contemperando æſtui, ac feruori placando, & his quos calida intemperies hepatis alteriuſue partis vexat: ſi verò quatuor granis vnica vncia miſceatur gummi eius quod vocant olli,bibaturque,dyſentericus affectus mirè coërcetur, verum ſunt gummi ipſum, ipſaque grana prius torrefacienda, grana ſiquidem adeò pinguia ſunt, vt exprimere, ſi libeat, poſſis ab eis oleum; nimius tamen huius potionis vſus viſcera obſtruit, calorem inficit, & ad cachexiam & inſanabiles alios morbos ducit*; fit ſimplex & compoſita potio, aliis nempe ingredientibus mixtis: vis compoſitæ eſt, venerem excitare,ſimplex enim refrigerat, atque impẽsè nutrit,illa nempe, quæ tritico Indico admiſcetur, maizio nempe. *Hæc potio hectica febre conſumptis, tabidis, atque extenuatis eſt mirè vtilis*.Hæc docta Doctor Franciſcus Ferdinandes dum Mexici morabatur, ſcripſit.

De

De achiote.

REfrigerij cauſa, inquit, additur chocolati, grati ſaporis eſt, dentium dolores à cauſa calida ortos lenit, dentes corroborat, vrinam prouocat, ſitim extinguit, nonnihil adſtringit, ideò cum reſina permixtum medetur ſcabiei & vlceribus; ventriculum roborat, alui fluxum cohibet, & lac auget, hæc de chocolatis ingredientibus tradidit obſeruata prædictus Doctor. & Nardus Antonius & Therentius Linctæus, rerum nouæ Hiſpaniæ peritiſsimi viri; Hoc etiam, obſeruatione repetita incolarum. illius regionis, vbi illa ingredientia naſcuntur & noſtrorum poſtea Doctor Ioannes de Barrios, ſuo gentilitio idiomate, & Guillelmus Robilius incola etiam, licet aduena, in libro *herbarum & plantarum Occidentalis Indiæ*, ſcripſit per hæc verba.

Las orejuelas, que en lengua Mexicana ſe llaman xochina caztbli, ſon calientes en tercero, y bebidas ſolo con agua reſueluen las ventoſidades, atenuan la flema, confortan el eſtomago frio y debil, y ſon admirables para el coraçon.

Cap. 11. de la pimienta de xamaica fol. 165.

La pimienta de tabaſco, o de xamaica es caliente y ſeca en tercero, conforta el coraçon y el eſtomago, es ſingularmente amiga de la madre, reſuelue las ventoſidades, deſopila las venas, prouoca la vrina detenida, y prouoca meſes cortos y detenidos, quita el resfriado, modera y reſuelue los dolores de ixada prouoca luxuria, adelgaça y limpia los humores flematicos, y grueſſos, conforta el eſtomago, y hace buena digeſtion, reſtituye la gana de comer: y lo miſmo dice el Licenciado Robles, y añade, mata las lombrices, ſana la ſarna, y aprouecha para los bomitos.

Las bainillas, à que llama el Indio tlilxochuchil, y el Mexicano flor negra, ſon calientes, en 3. molidas, y dadas con agua dos bainillas, prouocan la vrina y los meſes, y meſcladas con mecachuchil facilitan y aceleran el parto, haçen arojar las pares, fortaleçen el eſtomago, reſueluen las ventoſidades, cueſſen y adelgaſan los humores crudos, confortan el celebro, quitan el mal de madre, y con contra-veneno frio.

El mecaxochil; es caliente cerca del 4. ſeco en tercero, conforta el coraçon y el eſtomago, corige el mal olor de la boca, atenua lo crudo y flematico, es contra-veneno, quita el dolor de ixada de flatos, prouoca la vrina y meſes, acelera el parto, echa la creatura muerta y las pares, y meſclado con bainillas abre opilaciones, reſuelue los dolores de cauſa fria y dado al principio del frio de la quartana, le modera y templa, y quita los temblores.

Del cacao dice el Licenciado Robles, que es frio y ſeco, y por aſtringente opila; en que grado no me determino, que por ſu amargor cõſta de calidades o propriedades contrarias, eſte no es intenſo pero ſienteſe ſu amargor, que es ſuaue, es ſumamente aceitoſo, por donde tambien hace dadar ſu templança.

Nec illud miri eſt cùm hic auctor apud Peruanos ſcripſerit, in quorum horizonte nondum Sol, huius ſecundi naturæ protoplaſtes, illuxerat, & re non benè explorata, quoniam ab hoc tempore vſque ad noſtra ſæcula ſexaginta & ampliùs anni tranſierunt, quo poſtea & longa rerum ſeries, fidelis obſeruatio de iis quæ ſcripſimus, fidem ſecuriorem fecit, ex tribus nempe ſubſtantiis & totidem etiam qualitatibus calidam & humidam, ſuper frigidam terream & adſtringentem præualere, vt in noſtra chocolatis præparatione luce clariùs patet, *& nos ſufficienti probatione diximus in noſtro Medico tribunali.*

De puluere, febrifugo Occidentalis Indiæ, Prouinciæ de Quito, qui Romæ dicitur Eminent. Cardinalis de Lugo, in Hiſpania Ioannis de Vega.

Clariſſ. ac Doctiſſ. D. Doctori, Hieronymo Bardi; Iatrophilo euchimico, iam dudum Piſano Pantheo Ariſtot. & Platon. Philoſoph. Profeſſori.

Epiſtola eius viri clariſſimi nobis data.

Vir clariſſ. & excellentiſſ.

TVi nominis ampliſſima fama, aureis tuis ſcriptis per vniuerſum terrarum orbem propagata omnium mentes, & corda repleuit, meque præ cæteris tuæ maximæ doctrinæ deuotum effecit: ad tribunal tui ſtudij ſcientias omnes fere mancipatas feciſti: hoc mihi, communicauit Eminentiſsimus, & Reuerendiſsimus D, D. Cardinalis Brancaccius, ſtatimque veluti paraſitus totum librum euotaui: ô quàm ſuauis, ô quàm dilucida, ô quàm ſucci plena, & halitum Hippocraticum & Galenicum perſpirans eſt tua perſpicua ſcientia clarè diſtincta! ſed quid hic rationes philoſophicæ Medico dignæ & omnino neceſſe conuincant? igitur nulli mirum, ſi me tuæ ſcientiæ ſententiæque vt plurimùm addictum occupati, mirer tamen, quod cùm ſingularia digeſſeris, etiam corticem febrifugum, prouinciæ Quiti terræ, vel tractus loci non dilucidaueris: namà multis vocatus cortex, vel puluis de Vega, qui erat quidam Medicus cognomine de Vega, qui in tollendis

de

de medio quartanis, tertianis, chronicis febribus, cum admirabilibus effectibus vtebatur,& hic ideo puluis Cardinalis de Lugo, pientiſſimè memores pulueris prædicti, quia ſi non primus, ſaltem huiuſce propagator præcipuus recenſetur. & eius maxima charitas ipſo viuente elucebat in huiuſmodi pulueris, Dei amore pauperibus præſertim, & Religioſis diſtributione, modò nobis huiuſce eſt maxima indigentia licet à Patribus Societatis,qui proximè aduenturi ſunt ad Congregationem generalem, copia expectetur: mitto ſynopſim quæſitorum, quorum ſolutionem licet ex Peruano expectem.à te tamen indeficientis tuæ indaginis & inueſtigationis in rebus magis arduis & ſcitu dignis, fonte limpidiſſimo clariores lymphas expecto vt tibi magis quàm cæteris, præter Obſeruationes & Dilucidationes Elucubrationeſque tuas ſingulares, detur in meo opuſculo ſedes & ſtatio conſpicua.

Contra Chiſſletium.& Protimum ſcripſiſſe Antimus Conegius Cronomus,mihi notus. & Sebaſtianus Baldus, Medicus Genuenſis, qui inter ipſos partes ſiſci agit, ego præter philoſophica & phyſica & multa corollaria & ſcitu digna ipſis iugulo tenus haſtam inſigo, cum Obſeruationibus ſingularibus.& ex collegiis Medicorum habeo ſingularia teſtimonia,cuiuſmodi ſi ex tua vrbe communicabuntur, mihi erit gratiſſimum. Tui deditiſſimus & obſeruantiſſimus ſeruus Hieronymus Bardi,Romę Calend.Februarij 1661.

Nobiliſſimo & clariſſimo Hieronymo Bardi, Reſcriptio.

NObiliſſime & Clariſſime Bardi. Tertio Maij huius currentis anni V. D. epiſtolam accepi, & tot beneuolentiæ & honoris titulis emeritam, vt verè poſſim, dicere,me veluti Lædæ filium liuoris hydriam ſuperaſſe, ſi noſtrum opus V. D. Illuſtriſsimo criterio probatur; quod potiùs præclaris animi tui dotibus tribuendum exiſtimo, quàm meritis adhuc tanti laboris. ſint ergo deprecor hæ noſtræ parùm diſertæ literæ,initium magnæ beneuolentiæ, & indelebilis amicitiæ complementum; vt V. D. nobis grauiora negotia commendet, ſi in hac Hiſpalenſi ciuitate dentur occaſiones, tuæ ſiue commoditatis, ſeu obſequij.

Sed illud noſtri Medico-magico-politici tribunalis clariorem celebritatem fecit,& gloriâ & honore coronauit,ad manus perueniſſe Eminentiſsimi & Reuerendiſsimi D. D. Cardinalis Brancaccij, quem humaniſsimè oro, vt quid ſentiat, nobis dicat de vniuerſo opere,ſed præcipuè de illa quæſtione medico-theologica,an ieiunium eccleſiſticum ſoluat chocolate, ſecundùm ibi tradita: ſi non vt princeps Eccleſiæ iuratus, ſaltem vt vir altiſsimi & celebris iudicii: nam illius animi generoſi dotes, acris & ſolertis ingenij ad nos cum laude peruenerunt: nam huius pluſquam viri verè regiæ dotes (vt nos ſemper audiuimus nobilis fama plaudit) inter inſigne purpuratos purpurant & inter principes Eccleſiæ gigantiſant; in quo ſors & natura mutuis certant imperiis,quænam potentior illa: Vale humaniſsime & clariſſime vir, & in hac optatâ beneuolentia proſequare; Hiſpali die 10. Maij anni Domini 1661.

CAPVT I.

De huius plantæ & corticis nomine, ſitus & prouincia, ac de prima huius auxilij notitia.

HVius pulueris & corticis,obſeruatio, notitia & vſus apud noſtros in hac Bætica prouincia, ab hinc 20. annis incœpit, & celebres obſeruatores & ſcriptores Peruanæ Prouinciæ ſtirpium. plantarum, & herbarum, vt Monardes, à 50. annis ſuas Obſeruariones pręlo dedit,Carolus Cluſius,Aorta & Acoſta, paulò minùs à tempore illius ſcripſerunt; Licentiatus Antonius de Robles Cornejo.Protomedicus Peruanæ Prouinciæ, & Marchionis de Montes-claros Vice-Regis Medicus, ſuas etiam Obſeruationes harum plantarum, icones, & virtutes ſuo manuſcripto (qui in noſtro muſæo conſeruatur) dedit in lucem anno 1625.hos omnes & vidi & perlegi & nullam de hoc cortice notitiam nobis viri iſti dederunt: quia ſuo tempore nullus illius erat vſus, forte nec vlla obſeruatio nec notitia:ideo ad alias Obſeruationes &. traditiones aliorum animum adaptare decreui.

Hæc planta, arbor, & cortex, Indico idiomate vocatur, Quarango; huius arboris eſt fertilis prouentus in prouincia Quiti, iuxta ora maritima,vbi magis fructificat, & ſponte naſcitur, eſt arbor procera, vti quercus aut pirus, hac incolæ vtuntur ad vitæ communes vſus, nempe ad ædificia & pro aliis vſibus, pulueres corticis huius arboriis incœperunt in auxilium hominibus venire, & inſeruire, ab Indis incolis illius regionis edocti,ſub hac vera hiſtoria.

Vltimo terræ tractu in hac Quiti Prouincia,

uincia, iuxta Amaſonarum fluuium, ſunt Incolæ habitatores Indi, qui ſponte aut præmio mercenario conducuntur ad illam auri fabricam, quæ in fodinis illius regionis excauatur: quorũ ope autea illa terra teritur, funditur, ac poſteà ſublimata liquatur, vt argenti viui violentiâ aurum à cæteris metallis ſeparetur; ſed inter varios itineris ambages, fluuium tranſmeare coguntur, iugulo tenus, per aquas, & à margine ad marginem ferè natandu pergunt; vt pleriquè ad margines tranſpoſiti, frigidi & rigentes inter ſe miſerè conquerantur, quo mox in rigoris & frigoris ſubſidium, corticem noti arboris apud ipſos tritam & leuigatam in puluerem redactam, aquâ calidâ diſſolutam ſuſcipiunt, & mox, & frigus & rigorem quieſcere planè experiuntur; vt iam inceptum iter abſoluere abſque vlla moleſtia permittatur: hoc cùm vidiſſent Patres Societatis Ieſu (Doctrinæ & Chriſtianæ eductioni illorum Indorum deputati) ab illis quæſierunt, à quo arbore notum corticem in rigoris & frigoris auxilium ſubſtraherent? quorum petitioni obſequentes, libenter, & arborem monſtrarunt & corticem humili obſequio obtulerunt, dicentes, *Quarango*; quo etiam ipſi Patres edocti, ab aliis Patribus doctrinantibus illius prouinciæ, à qua illi Indi diſceſſerant, & poſtulant & orant de huius arboris & cortice notitia, ac de huius friguris & rigoris præſentaneo auxilio, & quare in tam breui ſpatio medentur; quo illi poſtea reſponſum detulerunt, & magnam corticis quantitatem: vnde Patres Ieſuitæ incœperunt, à ſimili ducere argumentum, & experiri an, ſicut in frigore & rigore temporis & aquarum hi pulueres prodeſſent, an profuerint etiam in frigore & rigore quartanarum & tertianarum intermittentium, vbi frigus & rigor miſerè laceſſebat, & facto periculo in paucis, eandem penè auxiliandi rationem in hoc & illo frigore & rigore inuenerunt, ac experientiâ & obſeruatione audaciores facti, iam palam hoc auxilium ad aſtra detulerunt, & à cælo demiſſum prædicabant, & cùm ex illis à prouincia Quiti aliqui ad Limam peruenerunt, communicato auxilio, & cortice delato cuidam pharmacopolæ, qui Gabriel de España dicebatur, in illius officina (quæ iuxta pontem hæret) magnam corticis quantitatem depoſuerunt, & pulueres in illa ciuitate dicebantur Gabrielis de España, quia primus edocuit puluerem ex arte propinare, frigori & rigori quartanarum & extenſæ & nothæ tertianæ mederi profitebantur, quo etiam huius pulueris ita vſus inualuit, & aliquibus felix experientia, vt Medici illius ciuitatis illis vti non grauarentur, ſed iam magis ex arte & ad veriora medicinæ principia, & præcepta.

CAPVT II.

De huius pulueris initio in Hiſpania.

DVm iam febrifugi pulueres (ſic enim vocabantur) per vniuerſam Peruanam prouinciam vulgarentur, in Hiſpaniam reuertitur Doctor Iuanes de Vega, Medicus Vice-Regis Comitis de Chinchõ, qui ſecum deportauit magnam quãtitatem huius pulueris & corticis, vt qui varia de illis pericula feciſſe teſtabatur: & cum felicitate, In aula Peruana, in diuerſis ægrotis in acceſsionis quartanæ aut tertianæ principio, dum rigor inciperet, aut frigus: ex quo illius vſus in Hiſpania apud pleroſque Medicos incœpit inualeſcere, non ſola Doctoris opinione, ſed Patrum Societatis Ieſu, qui ad nos ex illa prouincia peruenerunt, & cùm iam omnes appuliſſent in Hiſpaniam cum ipſo Vice-Rege: Comes Hiſpali in tertianam incidit ſatis validam & conuocatis Medicorum præcipuis, in hac curatione nullam prædicti pulueris mentionem fecit Doctor Vega, forſan quòd de illis nullam adhuc in Hiſpania vidit experientiam, & Comite iam priſtinæ ſanitati reſtituto, illius familiæ quædam fœmina incidit in notham tertianam, cui in principio cuiuſdam acceſsionis Doctor Vega ℥j. pulueris febrifugi in aqua aut vino calido propinauit, & duo ſequentes paroxiſmi, prorſus delituiſſe videbantur, ſed ab illis 4. die & illi reuertuntur, & ſub eodem typo illa febris reuertitur lento & tardo motu, qui caſus nos cautiores reddidit, ancipiti iudicio, quare ſedato paroxiſmo frigore & rigore cedente, iterum reuertatur, & an hoc peculiariter in Hiſpania contingeret? quoniam analogia in pleriſque auxiliis obſeruatur, non ſolùm hominibus communis, ſed prouinciis etiam peculiaris; nobis enim huius auxilij ſola erat & vnica notitia, ab illa traditione Peruanæ prouinciæ, & à viris qui huius auxilij pericula fecerunt, & ſub hac ſecuritate aliqui Religioſi viri, & Medici vulgares incœperunt hos pulueres variis & diuerſis ægrotis propinare, in longis maximè & in chronicis febribus, ſed methodo incompta, imò vt vt ſors tulerat, quo caſus & affectus diuerſi obſeruabantur; nam in aliis rigor & frigus ceſſat, & febris

non demittit : aliis febris & rigor ceſſat ſed reuertitur 4. aut 5. die, & vniuerſim pauciſsimis in totum demittir. Illud etiam Hiſpali obſeruauimus in Ludouico de Soto Valderama, dum in quartana febre vir quidam Religioſus illum importunè conuinceret, vt hos pulueres in acceſsionis principio ebiberet, & ſuaſione cederet importunæ, pulueribus ebibitis incidit in dyſſenreriam, illamque planè lethalem; nam cùm nullo auxilio iuuari potuiſſet, breuiſsimè deuixit; hoc idem nos etiam alio obſeruauimus: nam apud Franciſcum de Linera (ciuis nobilis Hiſpalenſis) vir quidam Gallus ægrotabat nothâ tertianâ ſatis validâ, hic etiam neſcio quo tempore puluere propinato, in lethalem dyſſenreriam incidit, quam nullo auxilio potui ſubleuare, qua etiam occubuit.

Non dubito (quinimò illud mihi ſemper habui perſuaſum) hæc omnia præpoſtero ordine propinandi pulueres accidiſſe, & abſque vllo ægroti neque temperiei præiudicio, neque ſuo tempore & loco pulueris & morbi qualitate libraris; nam alios audiui pulueres accepiſſe, alios propinaſſe, ſeductos adſectato ſucceſſu, & felicitare ſalutis in aliquibus: nam in illis qui ſola opinione gubernantur, plus ponderat auctoritas dicentis, quàm timor periculi venturi in ſummo ſalutis deſiderio, & caſus vnicus, licet caſu & præter rationem contingens, ſi feliciter accidit, & vt talis narratur, ſuper multa inſelicia præponderat, apud proſanum vulgus,

CAPVT III.

De tempèrie, qualitate, & vſu pulueris & corticis febriſugi, ac methodo & arte propinandi.

HVius pulueris febriſugi iudicium noſtro ſenſuum detuli tribunali, vt illius qualitates haberem exploratas, ſicut Galenus (vt qualitates ſimplicium venaretur) conſulit faciendum; olfactui nempe, guſtui, & tactui, ſimplicium enim probationem ideo ſenſuum teſtimonio commiſit, vtpote ex quibus ſecurior compatatur comprobatio, quæ à ſenſuum ſumitur euidentiâ ideo *lib.* 1. *de ſimpl. med. facult. cap.* 5. *Aquæ electionem tribus ſenſibus probat, guſtu, viſu, & odoratu*, & *cap.* 18. *Vnde ignem calidum indicamus*, inquit, *niuem frigidam, niſi tactûs indicio*? Et quas ſingures qualitates à quo ſenſu ſingulari probentur, expreſſit *cap.* 31. huius libri, & adhuc quomodo qualites contrariæ vnde etiam valeant iudicari à ſenſibus diuerſis *lib.* 2. *ſimpl.* proſequitur, *cap.* 13. *& lib.* 3. *cap.* 13. 15. *&* 16.

Deſeramus ergo hos pulueres febrifugos ad noſtrum ſenſuum tribunal & etiam aliorum virorum, qui de hoc puluere periculum fecerunt, experientiam & obſeruationem, quibus etiam examen huius negotij commiſimus: duobus nempe pharmacopolis in hac arte peritis longâ experientiâ & arte componendi pharmaca, & omnes odoratûs teſtimonio inuenimus, hos pulueres & corticem, mediocriter confractum, aliquid aromatici redolere; ſed odore non grato, guſtus duas etiam qualitates inuenit, nempe amaritudinem & manifeſtum caloris ſenſum in lingua impreſſum demirtebat. quæ non mox ſubſidebat, ſed per aliquod ſpatium tunicis impactum ſeruabatur, viſus etiam de colore iudicium proferebat, ac de flauitie intenſa prębuit teſtimonium, in cortice & puluere: hæ ſunt veræ qualirates, de quibus ſenſus protulere iudicium, & tactus de leui & tenui ſubſtantia, & admodum friabili, inter conſiſtentiam ſolidam & poroſam, nunc reſtat in medium proferre quod iudicium Galenus de præfatis qualitatibus protulerit, legite *cap.* 13. iam præcitati loci; *Guſtus in lingua iudicatur*, inquit, *gratum & ingratum in tactu*, non tantùm ſuâ ſed Platonis ſententiâ, licet ſatis obſcura quam nos in noſtro Medico tribunali expoſuimus *folio* 479. ſed deſcendens ad ſingulare iudicium harum qualitatum, an calida an frigida ſint, quæ his pollent qualitatibus, aut primis aut ſecundis: *Ex dulcibus*, inquit, *nullum eſt frigidum, ſed aquea dulcia minùs calida; ſic pariter nullum eſt prorſus amarum, quod caloris particeps non ſit*, quod nos certè intelligimus, ſecundùm amaritudinis gradum: ſunt enim amariſſima valde calida, quod idemmet Galenus parùm infra inſinuare videtur, quando dixit, *Porrò amara omnia calida ſunt, vt bilis, nitrum, vina valde vetuſta, ac numeroſa ſeminum copia: quod ſi amaritudini accedat ſapor acris, caloris ſupra modum intenſi erit infallibile argumentum*; de hoc etiam eſt Galeni ſententia. Hæc ſunt Galeni verba; *Ac de acri vocato principio ne demonſtratione quidem opus eſt, præuenit enim ſenſus euidentia rationis fidem*; quid multum? illud etiam in hoc ſapore ineſt, vt vim habeat incindendi, extenuandi, & detergendi, & adhuc alia virtute pollet; *Nam ſi in tenui ſubſtantia ſit*, inquit Galenus, *vrinam mouendi vires habet, ſudores ciendi, digerendique per halitum*, vt parùm infra

4 ſimpl. 47. & 42.

4 ſimpl. 18.

infra legitur; inde Galenus tranſit ad olfactus iudicium, & in odore etiam qualitates exquirit, legite 4. *ſimpl.* 22. inde aperientia conſiderat 5. *ſimpl.* 14. *quæ & modicè calida modice deſiccantia & tenuiū partium pronuntiat, vnde omnia acria vt aperientia commendat*, & tandem *lib.*6. hæc omnia ad exempla reduxit *in acoro, ami, raphano, petrocelino & rapontico.*

Conferamus ergo primas & ſecundas qualitates, vt & modum ſubſtantiæ corticis & pulueris febrifugi (quas antea dedimus obſeruatas in noſtro ſenſuum tribunali) cum illis quæ in Galeni tribunali expenduntur, & inde clarè elicietur, quare in quartana & notha tertiana typum ceſſare faciat, frigus & rigorem diſcutiat, ac poſtea qua artis lege, quibus conditionibus, ſit melior effectus expectandus; virtus aromatica, cum odore non ingrato, calorem conteſtari nulli dubium erit, rebus aromaticis verſato, vti in cinamomo, pipere, cariophyllis; de amaritudine, Galeni iam vidimus iudicium. ſecundum amaritudinis gradum calorem poſſidere, & in hoc puluere non tantùm amaritudo obſeruatur, ſed intenſa, & quæ facilè penetrat & diu tunicis linguæ impreſſa conſeruatur, quod eſt maximum caloris argumentum in Galeni doctrina: neque minùs & intenſa flauities, quæ oculis innotuit; tactus etiam de intenſo calore fidem facit, in leui, tenui, & ſubtili ſubſtantia facilè penetrabili, cui ſapor aeris accidit, hoc enim calorem ſupra modum intenſum conteſtatur, & quod magis noſtro argumento conducit, eſt quòd in ſapore aeri ineſt vis detergendi, tenuandi, & per halitum etiam digerendi, in iis qui partium tenuitate conſtant, veluti in puluere & cortice febrifugo; illud etiam apud Indos primos huius corticis obſeruatores. & apud Doctores Peruanæ prouinciæ, & tandem apud noſtros eſt etiam conſtanter obſeruatum, nullam vim purgatiuam hos pulueres ſortiri, ſed calidam reſerantem, tenuantem, abſtergentem, incindentem, facilè penetrantem, & tandem ob partium ſubtilitatem in halitum humorem digerendi.

CAPVT IV.

Vbi concluſio huius dubij expenditur.

EX his ergo & artis & Galeni catholicis principiis formalis ratio & fundamentalis concluſio elicitur, quare rigor & frigus quartanæ & tertianæ principio febrifugo puluere euaneſcat: quare febris in aliis deficiat, reuertatur in aliis, paucis exactis diebus, prima pars huius concluſionis probatur ab effectu qualitatis contrariæ: ſunt enim iſti pulueres calidi circa tertium gradum, quo frigus diſſipatur, exoluitur, conteritur, maximè quando rigor & frigus à frigore intenſo producitur, ſeu ab humore tenui, acri, facilè penetrabili: dum puluis venas intrat, in propria ſubſtantia, & tenuitate & penetratione ad ambitum diffunditur, quo diſſipat vapores & exhalationes, quibus rigor etiam concitatur, ſeu quia proprio calore tenuata, facilè diſſipantur, & per corporis poros exoluuntur; quod etiam experiuntur Indi, dum ab aquis rigentes recaleſcunt, à fluuiorum tranſitu, & adaucto calore pulueris & natiuo, reſtituuntur, ſed in febribus hoc etiam ab alio principio adiuuatur, dum nempe acceſſionis initio, humores iam commoti, & etiam ad ambitum diffuſi, calore tenuante, incindente, & in halitum diſſipante, pulueris virtute exoluuntur, & per habitum etiam facilè diſſipantur, ſecundùm portionem, quæ in acceſſionis principio commouetur, quod ſi non tantùm diſſipatur portio iam commota, ſed etiam vicina & acceſſionibus ſequentibus parata deficit 2. 3. aut 4. acceſſio, ac poſtea ex humore, qui recenter putreſcit acceſſio reuertitur quartanæ, aut nothæ tertianæ, & hæc eſt ratio quare aliis reuertitur acceſsio, aut ſaltem non in totum demittit, & hoc accidit quando non ex arte pulueres propinantur, in principio nempe cruditatis vniuerſali aut conſtitutionis, & maximè quando calores tenuantis & exoluentis virtus ſecundùm limitatam operatur ſphæram, & venarum qui adhuc ſupereſt apparatum non attingit, quo febris & rigoris leuamine, Medici vulgares, & indocti ſeducti, & prorsùs admirati, huic auxilio nomen febrifugi dederunt: ac ſi ex virtute nobis prorsùs ignota operetur.

Quare autem aliis diarrhæam, aliis dyſenteriam concitauerit, cùm nullam virtutem catharticam poſsideat hoc auxilium (vt omnium obſeruatione comprobatum reliquimus) hoc accidit ex alio principio, non per ſe, ſed per accidens; nam ſicut in illis quibus alimenti, ſiue alicuius medicamenti excellenter calidi coſortio, aut bilis cumulata efferatur, aut calida intēperies in hepate & in venoſo genere producitur, vt inde bilis generetur perenniter, ſeu vſta melancholia, inde dyſenteria, ſeu praua diarrhæa concitatur, ſic pariter in puluere febrifugo euenire conſtanter iudicamus, quia hi

pulueres ad intra corpus ſumpti, çùm ſint 3. gradu calidi, omnem maſſam ſanguinariam & hepatis officinam ad calidam adigunt intemperiem & humores praua vſtione coaſſiciunt, quo natura irritata, ſiue vſtione, ſeu putredine intemperati aut ſanguinis aut bilis, illa ad inteſtina trudit & concitat diarrhæam, ſi non dyſſenteriam, vt nos præcitatis antea ægrotis obſeruauimus.

Quare illud vltimo à nobis expectatur, qua arte, quibus conditionibus, & quo morbi ſtatu, ſeu quartanæ, ſeu nothæ tertianæ, ſit ille puluis Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo propinandus, vt inde verè febrifugus dicatur; pro cuius concluſionis fundamenro, illud eſt in primis ſupponendum, neque in legitima tertiana, nec ardentl, nec in illa quartanæ differentia, quam vſta melancholia producit, & conſeruat, nec in febre λειπυρίᾳ. nec maligna, quantumuis ægroti rigere videantur, aut frigore vrgeri, talem eſſe puluerem propinandum: quia plus nocet dum feruorem adauget, nouum concitat empyreuma, ſeu dyſſenteriam, aut diarrhæam concitat, quàm proſit dum frigori medetur: excepto ſi rigor aut frigus ſine febre adueniat, ideo ſola in quartana legitima, quam fouet frigida & ſicca melancholia, ſeu permixta pituita, ſeu notha tertiana, in qua crudorum quantitas bilis etiam ſuperat quantitatem, magis hiberno tempore, vere temperato & autumno, conſtitutione inæquali debet ille puluis proplnari, & non quouis morbi ſtatu (nam in principio, vniuerſali & augmento, diſſipat & exoluit qui commouetur humor, ſed poſtea reuertitur) ſed cùm aliqua coctio incipit apparere, ſeu dum ſtatus incipit, ſecurius in declinatione, humore mitificato, & viis aliqualiter fluidis: nam lentus & craſſus humor nullo cedit auxilio in conſtitutione macronoxia tardi & lenti morbi, niſi antea calore tenuetur, incindatur, ſeu ſub abſterſione humoris & viarum admotum præparetur, vt tractioni cedat, excepto quando ex frigoris & rigoris vrgentia, adeò vires atterit, & ægrotum confringit, vt grauius periculum minetur, quàm ex parua læſione caloris concitati, huius pulueris, & adhuc in hoc morbi ſtatu duo prærequiruntur, quod in frigoris & rigoris initio propinetur, in frigidis naturâ, aut intemperie, continua cruditate comparatâ, in vino generoſo, actu calido, calidis verò, ſiue intemperatis, in aqua boraginis, ſiue in iure calidis.

Dupliciter hos pulueres iuuare experimur, ſeu propria virtute in acceſſionis principio propinati, proprio & natiuo calore, ſeu dum febrem intendunt, quæ gerit vicem criſis: nam in primo caſu, cùm humor lentus & tardus, ſit craſſus & difficile mobilis, neceſſitat vt priùs ad motum concitetur, ſiue vt tenuatus in halitum vertatur, ſeu vt expellendo præparetur, maximè in ſubſidium frigoris & rigoris. Hic enim paritas obſeruatur, ac in caſu, vbi Petrus Aponenſis, Sauanarola, & Amatus Luſitanus & conſulunt & imperant, vt in quartana medicamentum purgans duabus horis ante acceſſionem propinetur, vt motu medicamenti & naturæ, in ipſa acceſſionis hora, in tardo, craſſo, & lento ſucco, illa perficiatur actio quæ aliter abſque illa conditione, non conſequitur, ob rebellem naturam huius chronici morbi: quæ eſt eadem ratio quare aliis videatur ex vſu (vt Zacuto) vt in eadem quartana ſanguinis miſſio in hora oppoſitionis Lunæ imperetur, vt ſub vtroque motu & Lunæ & humoris, craſſus & lentus ſanguis meliùs & promptiùs vacuetur, qui aliter vacuari non poterat, & hinc nos etiam paritatem deducimus, cùm hos pulueres in frigoris aut rigoris initio propinari conſulimus, in lento, tardo, & frigido humore quartanæ, aut nothæ tertianæ, vt motu alterationis huius pulueris & motu locali acceſſionis iamiam aduenientis exoluatur & diſſipetur humor, & forte in halitum vertatur; quo in ſtatu alia etiam conditio venit conſideranda, vt non tantùm præſit coctionis principium, ſed vt ſit corpus pluſquam mediocriter euacuatum, ſanguinis miſſione repetita, & ano hyrudinibus appoſitis, ſyrupis incindentibus, calidis, tenuantibus præcedentibus, & (ſi datur occaſio) cathartico etiam vacuatis: nam hi pulueres potiùs topici auxilij rationem merentur, quàm generalis, ideò hæc omnia præcedere deſiderant.

Solent etiam (& eſt ſecundus caſus) hi propinati pulueres febrem intenſiorem parere, ſeu recenter aliam validiorem concitare, & 24. horis quartanæ aut tertianæ cauſam antecedentem, & coniunctam concoquere, tenuare, exoluere, aut in totum etiam diſſipare: quo etiam has febres lentas omnino vidimus debellatas, vti in Andrea de Sarria, Equite Hiſpalēſi, cùm in Lima Peruanæ prouinciæ moraretur, & (vt ferunt) in domina Comitiſſa de Chinchon; ad huius rei cauſam, ecce, Pelias cum haſta ad manum eſt, nam reduplicatus pulueris & febris calor, duplicata etiam violentia, craſsi, frigidi, & lenti ſucci reſiſtentiam demolitur, & quod multis diebus calor naturalis

ralis non valuit, in iam breui ſpatio, præter naturam, calor concoquit & ad finem perducit; haud aliena eſt iſta ab Hippocratis & Galeni ſententia : *Nam ſicut vehementiſſimi caſus criſes edunt*, ſeu alternato motu paſsionum, in ſanguioe & cæteris humoribus, ſeu humote rranſpoſito, ſubalternato motu internæ motionis: ſic pariter in febre, quæ repente inducitur, ſi illa eſt vehemens, & ſuper lentam febrem dominatur, humorem accidit diſſipari, ſeu concoqui, vt faciliùs naturæ ſananti cedat : hoc placitum facilè Hippocratis ſententiâ comprobatur, quando

6. Aph. 70 dixit; *à quartana capti non admodum à conuulſionibus capiuntur, ſi verò priùs capiantur & quartana ſuperueniat, liberantur; hanc itaque conuulſionem* (nempe ex repletione lenri & crudi ſucci) dixit Ga-

In Commentar. lenus. *Quartana non ſolùm probibet fieri, verum ſi præfuerit, ſoluit : fit autem ab humoribus lentis & pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt: cùm verò horum humorum duplex ſanatio ſit, excretio ſcilicet & coctio, ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore(hæc enim ſola agitatio ſufficiens eſt craſſum excernere humorem) coctionem verò, caloris febrilis ratione, qui rigorem conſequitur*, & hæc eſt amica & potiſſima ratio quare *febris conuulſionem curet*; vt Hippocrates dixit, domito & concocto humore, quo aut cedit dominanti naturæ, aut prorſus vacuatur, ſeu inſenſibili tranſpiratione, ſeu aliqua excretione manifeſta. Hinc etiam *vehemens furor moderatum exoluit*, 7. Aph. 5. *& vehemens dolor moderatum* ex vehemeoti motu cauſarum, & ob eandem rationem leuamen accipiunt lenti morbi, cùm iidem vehementer intenduntur, ideò *Alcippum acuta febrie ab inſania prorſus liberauit*. 4. *Epid.* 132. Fortaſſe quia lenta, & ex frigido ſucco : *vehemens etiam delirium, inſaniam melancholicam aliquando vidimus perſanaſſe*, vidit & Galenus, & Hippocrates vidit 1. *Contarum* 141. *Iudicati enim morbos*, dixit *eſſe vehementer intendi, minui, aut in alios verti : ſic cauſus rigore ſoluitur*, mitifiſicata priùs materia, ſi ad paniculum carnoſum deferatur, aut inſenſibiliter etiam vacuetur, vt Duretus aduertit.

Hæc omnia ſi accidant coctione peracta, mitificata materia eſt bona & electa, ſpetabilis criſis; nam à ſumma cruditate nulla eſt ſperabilis, niſi praua: quo non tantùm à poſteriori, ſed à priori ratio potiſſima elicitur; quare hi pulueres febrifugi ſint non tantùm frigoris & rigoris auxilium, ſed vniuerſæ febris, ſi tempore & loco propinentur, ſecuodùm conditiones antea prælibatas.

Sit vltimum huius diſcurſus corollarium, vt prædicto modo hoc puluere vtamur, non vt vulgares Medici, & ad ʒj. illius propinetur, vt plurimùm in vino calido generoſo, aut iure aut aqua boraginis calida, pro ægroti temperie: in frigoris aut rigoris initio, & ſi non in totum frigoris & rigoris ſæuitia ſedatur, neque febris in totum demittit, ſecundò aut tertiò propinetur, vſque ad in totum æger & febris leuata videantur, & ſi à propinatione febris intenditur aut alia producitur, non conſulo ſecundò fortunam experiri; nam poteſt in corpore malignus præeſſe apparatus, & febrem maligoam concitare alio grauiori periculo, hoc enim non eſt in manu Medici, ad nutum febrem eligere propriæ iotentioni accommodatam.

Hæc ſunt, ò vir clariſſime, quæ potui in hoc à te deſiderato oegotio, in re non benè explorata, oouò excogitata, a nemine tranſcripta, inuenire, à principiis medicinæ deducere à me & à noſtris claris Doctoribus obſeruata, tuo ſolerti ingenio collimanda offerte; quæ ſi non placent, ſit nobis excuſatio ingenua voluntas, & meliora ediſcendi cupiditas.

ILLVSTRATIO XXII.

An acceſsiones podagræ, chiragræ, & iſchiæ, in 40. diebus terminentur, vel ampliùs, breuiùs, aut ſeriùs ſoluantur, deque illarum curatione.

Videamus priùs Hippocratis iudicium, ac poſtea Galeni, de podagricis acceſsionibus: hæc ſunt verba antiqui Præceptoris, *quibuſcunque morbi* 6 Aph 49
podagrici fiunt, ij ſedata in quadriginta diebus inflammatione, finiunt : inflammationem æmulari tales dolores eſt expreſſum Hippocratis iudicium: ac de inflammatione latiſſima acceptione ſumpta ferè intelligendum, nullus qui rem profundiùs conſiderat, dubitabit; quis enim in praxi moderatè verſatus, podagricos dolores abſque vlla inflammatione non vidit? ſi inflammationis ſigna æqua lance expendit; articulo dolente, nec colore, nec tumore mutato, nec adhuc in calore, nec frigore; licet aliquando pars ipſa phlogoſi obſeſſa videatur, ſed hoc & illud humoris conditione, & impetus defluxu, aut etiam à maiori aut minore receptione,

articuli cauitate, aut imbibitione partium, quæ circumdant articulum, accidere nos ſæpe obſeruauimus: hæc omnia ad litteram in huius Aphoriſmi commentario nobis Galenus tradidit obſeruata, ac poſteris obſeruare mandauit; hæc ſunt Galeni verba: *Podagricorum inflammatio fluxione ad articulos fit: hanc priùs ſuſcipiunt loca dearticulationum, poſteà circumſtantia loca, vſque ad cutim: ſed quia implentur, neceſſarium eſt ligamenta extendi, ac dolere, neruos enim & non inflammari, rationabile eſt, ſed dolere: argumento eſt, quoniam viſus eſt nunquam podagricus pati conuulſionem, quæ frequenter ſolet in neruorum ac chordarum inflammationibus aduenire: ſanatio tamen erit, aut breuior, ſi tenuiorem habuerit ſubſtantiam qui confluxit humor: longior, ſi craſſum & tenax quod diffluit exiſtit: vltra tamen ſpatium dierum quadraginta non prorogabitur curatio inflammationis: quæ verò carnoſas partes occupat inflammatio, morborum acutorum ſubiicitur termino, diebus ſcilicet quatuordecim: quoniam carnis ſubſtantia mollior eſt, ac rarior, ligamentis, quæ tardiùs inflammari, & tardiùs diſcutere humorem ſolent, ideo Hippocrates podagricis inflammationibus terminum integræ ſolutionis non 14. ſed 40. poſuit: ideo etiam in Prognoſticis quadrageſimum pro termino conſtituit illorum, qui terminum acutorum exciderunt, hoc idem ſequitur argumentum libro de iudicationibus, verbo Quicunque podagrici* &c. Hæc Galenus.

2. Prog. 25.

De quibus Hippocratis loquatur.

Ita clarè patet in Galeni commentatio mens Hippocratis, vt alia expoſitione non indigeat: nam de euidentibus longam orationem texere non tantùm eſt otioſa lectio, ſed in meridie lucem accendere; illud tamen animaduerſum velim in hoc loco, Galenum & Hippocratem de podagrica acceſſione agere, quam concitauit fluxio & humoris accubitus ad neruos, vel tendones, ſeu ad ipſam articulorum carnem ſimul, quæ longiùs aut tardiùs diſcutitur, vt Galeni iudicium expoſuit.

Podagra per congeſtionem quæ ferat accidentia.

Eſt tamen alia acceſſionum claſſis, quæ ſub illo iudicio comprehendi non valet (nam Hippocrates de illis tantùm celebrauit memoriam quæ frequentiùs accidunt) ab illo nempe ſucco, qui per congeſtionem cumulatur, cum inualida membra à valde lapſa intemperie, excrementa mille modis fœdata congeſſerunt: quod illis tantùm accidere notauimus qui habitualem intemperiem, longa patientia, & acceſſionum continuata ſerie, pertulerunt: licet cum excrementis aliquando recens alia fluxio concitetur, quibus ambobus iunctis moleſtiores acceſſiones vidimus; ſed illud habet differentiæ hæc acceſſio, quòd lentè ingruit, tardiùs diſcuritur, aut in tophos degenerat, nec dolores ita clamoſos infert, & hæc eſt ratio quare iam olim incurabilis, à pleriſque cenſeatur. maximè qui Hippocratis lectionem oſcitanter legerunt: nam ille magnus præceptor non protulit abſolutam ſententiam, in artriticis morbis, nec podagra, nec chiragra, *ſed 2. Prædictionum* dixit. *In ſenibus & tophaceis curationi non cedere*, & illud non immeritò, cùm in illis nectar viuificum deficiat, ſicut influens calor, & diſſipationi tophacea & lapidea materia reſiſtat, maximè debiliſſimo membro, vbi intemperies habitum iam contraxit: licet aliquis neotericus non deficiat, vt eſt ille audaciſſimus homo Theophraſtus Paracelſus, qui poſſe adhuc tophaceam artritidem diſſolui cõſtantiſſimè aſſerit, ſi tartarus coagulatus & in tophum redactus diſſoluatur; per gummata & reſinas, ſi fortiter eleuentur, & multoties etiam circulentur; & illis indurati articuli inungantur; neque recèns inuentis abſolutè eſt deneganda fides: multa enim poſteritatis induſtria inuexit, quæ antiquos illos medicinæ patres latuerunt.

Quare incurabilis nomen ſubeat, & in quibus talis cenſenda ſit.

Paracelſus contendit tophaceam poſſe curari, & quibus auxiliis.

Nec illa eſt tam leuis cenſenda differentia, quin totam curationem in eſſentia & cauſæ & affectus euariare faciat: nam in primo caſu, partis mandantis ſuperat indicatio, & recipientis in ſecundo, in tertio iam congeſti humoris, iam confluxi; excepto vbi accidentis immanitas & doloris periculum ad ſe totam attentionem trahat: nam in omni fluxione conſideratur motus, & in omni motu mobile, & motor adſint oportet: ideo in omni fluxione & dolore, vt adſit dolorifica & impellens cauſa, eſt omnino neceſſe & in illo ſpatio duo diuerſi termini, à quo & ad quem: in ſola verò humoris congeſtione & conſideratur intemperies & membri imbecillitas & laxitas; in humore aut raritas aut denſitas, humoris aut excrementi defœdatio aut putredo: forte ichores deſpumantes à feruore venarum, ſiue ab expulſione violenta, cauſata ab irritatione: receptio etiam in articulo, non tantùm ab imbecillitate, aut intemperie facilior redditur, neque à laxitate aut raritate (licet hæc & illa nomen coadiuuantis mereatur) verùm ab ipſa conformatione membri recipientis, quæ non eſt tantùm in cauitate poſita, ſed potius in coniunctione cum finibus vaſorum, quæ in cauitate articuli terminantur: quam conformationis partem auxiliis immutare

Quo hæc & illa differat acceſſio.

Quæ id bis omni fluxione conſideranda.

In congeſtione quid conſiderandum.

Membri conformatio an valeat mutari, in curatione.

tare

tare minimè eſt in noſtra poteſtate, ideò forte tam rarò perfectam horum affectuum conſequimur medelam: quia articuli, velimus, nolimus, humorem à venis deſpumantem ſuſcipiunt, admittuntque: quia in iis ſiſtuntur ac terminantur vaſorum internorum propagines extremæ. & hinc à dolorifica cauſa crudeliùs torquetur, cùm aut bulliens icor, aut concitatus humor à maioribus ad minora vaſa refluit aut exundat, tandemque ad extremas propagines, quæ cùm habeant vnde illæ refundant imbibitos aut receptos humores, in ipſis articulorum cauis ſtagnare par eſt. & hinc congeſtus humor perenniter & continenter ligamenta diſtendit, & carnem circulantem, ſi ad illam refunditur.

Quare tã rarò medeatur podagra.

Ex qua doctrina illa maxima cautio elicitur, vt ſi daretur (quod negare non poſſumus) ſi ſtrictis ligaturis, frigidis medicamentis aut arctè roborantibus ab artubus hic humor repellatur, vltrò in manifeſtum vitæ diſcrimen ægrum inducimus, humorum repulſa in pulmones ſeu in maiores venas, cum cauſonis, pulmoniæ, pleuritidis periculo: quod magnus Galenus etiam adnotauit: lethales enim affectus doloribus artriticis ſuccedere ſatis notabili ſententia nobis dixit, locum afferam, quia maximè rubro aſteriſco dignus eſt; ſic legitur in libro de Theriaca ad Piſonem: *Alia verò medicamenta*, inquit, *quæ podagrici in morbi auxilio bibunt, ad pedem quidem humores deferri vetant, ſed horum ſuperfluam humiditatem, non diſcutientia maiorem quemdam morbum faciunt: nam fluxionem per corpus obſeruantem, pulmo ſemper, ob ſpirandi neceſſitatem motus ac propter corporis ſui raritatem ad illam excipiendam facilis, totam ipſe ad ſe trahens, ita hominem ſuffocat, quod periculum non rarò conſpicimus* &c. ideò oportet ne extrema longo tempore ſuſcipere conſueta, roborentur, vtpote iam laxa & debilia: nec intus adſtringentibus coërceatur humor, ne decumbat in partem, quã Galenus notauit; & in libro de natura humana ſolita prudentia vt & cauta ſolertia commendauit; vt nos alibi diximus, Eminentiſſimi Cardinalis de Spinola exemplo: neque fidas, dum roboras in illa Caroli Piſonis ſententia, quando dixit, *Medici illud fruſtra intendunt, quod non ſit noſtri iuris neque noſtri arbitrij, vt articuli laxi ab aliis membris non ſuſcipiant deſpumantes humores à venis, ſeu ab expulſione violenta, quam parit irritatio*: Contrarium enim docet experientia: quoniam licet illud natura comparatum ſit, ſi vaſa ſuſcipiendo apta, violenta conſtri-

Cautio maximè neceſſaria in curatione podagræ, roborãtis articulis.

Lib. 2. de natura humana c. 22.

Cap. 15. in medio.

ctione comprimuntur, laxitas roboratur, aut humores non penetrant in illa, ac ideo contra naturæ inclinationem retrocedunt: exitu denegato, aut commeatu etiam præpedito, quantumuis conformatio ſit à natura ſuſcipiendi apta; præterquam quod illud nobis experientia & fidelis obſeruatio monſtrauit.

De Curatione.

IN horum affectuum curatione multa antea diximus, in ſanguine mittendo & purgando, quæ repetere inutile & otioſum erit: præter alia pauca, quæ recens poſtea inuexit obſeruatio; nam in dicta prorſus à vino abſtineat eſt omnino neceſſe: ſed illud quod ab omnibus indiſtinctè commendatur, ſuam peculiarem ſortitur epichæiam: nam illud in omni fluxione eſt abſolutè vetum, ſeu calida ſeu frigida: nam frigidam attenuat & fluxibilem reddit, licet etiam & moderatè concoquat, & calidam effræniorem facit: ſi verò artritici dolores à ſola congeſtione concitentur, debilis, laxi, & intemperati articuli, ſi illud induxit frigida intemperies, vti pituitoſis accidit, ſi vini vſus moderatè ſumatur, debilitatem corrigit, laxitatem corroborat, & frigidam emendat intemperiem, & ſi immoderatè, nouam fluxionem congeſtioni addit: ſed in vtroque caſu, à cœnis abſtinere docet experientia, pleroſque ab artriticis doloribus perſanatos; de præpoſtero tabaci vſu, ſemper nobis extitit parùm fida ſententia illorum, qui ſe ſanatos ab artritide prædicant: cùm in omnibus ferè in vitium conuertatur auxilium: nam commoditate, quam moderatione experiuntur in principio, ſeducti poſtea, immoderatione nouas & acriores concitant fluxiones, ab vſu medicamenti tertio gradu calidi, & præpoſtero vſu, quo in frequentiores & longè grauiores acceſſiones incidunt; quare illis tantùm auxilio futurum exiſtimo, qui medio conſiſtunt, non extremo, quod vitio non caret, & erit medium, ſi bis aut ſemel peracta ciborum coctione ſumatur in fumo, aut in puluere: quod ſi ſalutari conſilio non cedant, citò ab intemperantibus diſcede, ne nobis ſuæ intemperantiæ tribuantur delicta.

A vino abſtinere oportet.

Vini vſus moderatè conceditur, in congeſtione humorum.

De vſu tabaci, an liceat.

Sed quia perenni & continua huius mali patientia hepar intemperatur, aut doloribus funduntur & liquantur humores, vt in ſeroſos maximè conuertatur tota ſanguinis maſſa: ideò illos perenniter etiam vacuare oportet, aut mel, aut rhabarbari vſu, in tabellis, in puluere aut in infu-

De ſeroſis in quibus, frequenter purgare oportet.

intuſione; ſunt enim maximè diuretica, & roborando purgāt, & in eluendo ſeroſo & bilioſo ſucco primas tenent: quod ſi ſeroſus humor ad ambitum inclinet, vt in ſudore patet, naturam ſudoriferis etiam, & illius inclinationem adiuuare prudens erit conſilium, ſeu chinæ decocto, ſiue ſarſæ, maximè Gallico complicato: ſi à capite depluat, poſt vniuerſalia auxilia, maſticatoria, errhina, caput purgantia, ſeroſos humores à capite diuertent, vt etiam fonticuli, & in hoc caſu, ad vias vrinæ humores inclinare, leuioribus diureticis (nam validiora, dum colliquant, humores ad dolentes articulos conducunt) decet, & in hoc caſu maximè prodeſſe ſolet, ſudorem concitare vapore herbarum calidarum, ſeu fumo labdani, thuris, & belſoini, non tantùm articulis dolentibus, ſed cooperto etiam corpore vniuerſo; verùm in cauſa & fluxione calida, lactis coagulati auxilium fœlix commendat obſeruatio ſenis Alcimidontis rara inuentio.

Si à capite fluat.

Si verò à fluxione aliorum humorum, Paracelſus, ſe longâ experientiâ edoctum, profitetur, prodeſſe in nouilunio ſanguinem detrahere, ex vtraque ſaphæna, & in plenilunio illam ſecare, quæ propè ſpinam dorſi excurrit, neque illi rationem credimus defuiſſe: nam itineris medio fluentium humorum impetus intercipitur, alios à ſanguine humores expurgare, ſuo loco & tempore nos antea docuimus, & quæ in ſanguine mittendo liceat obſeruare.

Rebellis tamen huius morbi conditio multa nos cogit imperare, & ab aliis experta experiri: nam illud quod paulatim congeritur, ſiue paulatim fluit, per epicraſim etiam vacuare oportet, ſed ad ideam confluentis aut congeſti humoris; quare præter illa quæ nos antea diximus, hoc laudat Paracelſus, in rebelli & contumaci morbo, ℞. raſuræ oſſis corporis humani, ſcamonij, hermodactilorum, turbid. an. partes æquales, aniſi, cinamomi, an. ʒß. & cum ſaccharo aquâ ſaluiæ diſſoluto, fiant tabellæ, aut cum miua ſtecados fiat conditum, aut cum ſyrupo pillulæ; de quo detur ʒß. ſeu, pomum radicibus ellebori transfixis aſſetur ſub cineribus, & radicibus extractis comedatur; ſeu (quod electiuis erit) radices ellebori in aqua vitæ maceratæ per alambicum etiam extrahantur, de cuius eſſentia ℈j. adſumatur, ſeu ſaccharo roſato, ſiue in aqua ſaluiæ.

Auxilium Paracelſi.

Si verò, in tempore quietis & intermiſſionis, præſeruare intendimus, ne tam frequenter in ſæuas acceſſiones incidat, de hoc vino accipiat, ſingulo manè ad ℥iiij. ℞. vini nigri electi lb. xij. pulueris ligni aloës ℥j. polypodij quercini ℥ij. foliorum ſenæ ℥iß. ſalis tartari ʒß. moſchi aquâ roſatâ diſſoluti gran. x. mellis optimi lb. ß. & per tres dies in vino infuſa macerentur, quoad vinum clareſcat: ſiue pro delicatis diſtillentur: nam ſuauiter purgat, & omnino præſeruat. & inter hoc aut aliud auxilium, accipiat vinum aromatibus conditum, vbi ventriculi cruditas mali occaſionem præbet.

Iſchiæ hoc mirabile topicum à peritiſſimo viro commendatur; ℞. aquæ ſaluiæ ℥ij. aquæ vitæ ℥iß. camphuræ ʒß. opij ℈j. & parti dolenti applicetur: ſi verò fluxio ſanguinea aut bilioſa ſit, hoc potiùs vtatur; in lacte maceretur mica panis, cui adde pulpæ caſſiæ fiſtulæ ℥ß. vitelli ouorum n. ij. opij ℈ß. & dolenti articulo applicetur, & in hac cauſa calida per noctem de hoc potu accipiat. ℞. ſyrupi papaueris ℥ß. aquæ lactucæ ℥iij. laudani opiati grana iij. miſc.

Pro iſchia auxilium.

Et ſi ſuffitum parare velis, ſudori prouocando, ℞. rad. ebuli ℥iij. artemiſiæ, chelidoniæ, chamæpityos, ſaluiæ, betonicæ an. m. j. florum camomeli, meliloti, ſambuci, an. p. j. ſeminis nigellæ ℥ß. hæc coquantur in vino aut lixiuio in cauſa frigida, & in aqua in calida. & ſtupha ſuffitum accipiat horæ dimidio.

Si verò iam neruoſum genus magnam debilitatem patiatur, vt in plerìſque ſolet, maximè longè protracto morbo, hac mixturâ & dorſum inungatur, & partes dolentes etiam vbi maxima eſt contracta debilitas; ℞. aquæ ſaluiæ recenter diſtillatæ ℥iß. aquæ vitæ, cinamomi, aut aniſi, an. ℥j. olei ſcorpionum ʒij. eſſentiæ ſpicæ ſublimatæ ℈j. eſſentiæ terebentinæ ʒiß. & deſuper imponantur nicotianæ folia actu calida.

Ad neruorum debilitatē maximum auxilium.

In continua tamen huius mali patientia longè protracto morbo de his pillulis vtatur per interualla; ℞. hermodactylorum incorticatorum ʒß. aloës, turbidi agarici an. ʒj. rhabarbari, mirabolan. citrinorum, & chebulorum an. ʒj. maſtichis ℈ij. amoniaci aceto aut aquâ vitæ diſſoluti ʒß. aniſi ℈ij. croci orientalis ℈ß. diagridij ℈ß. eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. & cum ſyrupo ſolutiuo f. pillulæ & dentur ʒß.

Et ſi varietatem auxilij deſideret, de hoc electuario inſtar opiatæ accipiat ʒij. cum aquâ ſaluiæ aut cinamomi; ℞. farſæ puluerifatæ ʒvj. hypericonis ℥j. chamædrios, chamæpityos an. ℥ß. florum betonicæ ʒj. ariſtolochiæ rotundæ ʒvj. angelicæ ʒij. cariophyllorum ʒj. croci gut. vj. raſuræ

raſuræ cornu cerui, ebóris an. ʒj. eſſentiæ ſuccini & coralliorum an. gut. vj. ſacchari aquâ roſatâ diſſoluti ℥iiij. & f. electuarium foliis auri coopertum.

Quando & quomodo purgandum in hoc caſu

Pleraque etiam in huius mali curatione placuit adnotare; primò ex Solenandro, quod rationi videtur conſentaneum, vt ſi febris abſit, purgatio in principio imperetur, & ſi protrahatur acceſſio, grauiſſimis doloribus peractis, aliquot ſanguinis miſſionibus in ipſamet acceſſione, non leuiori pharmaco, quod agitat & non purgat, ſed validiori medicamento, illa tamen cautione adhibita, vt membra dolentia in die purgationis roborentur, ne commotum humorem facillimè ſuſcipiant; vt ℞. albuminis ouorum n. iij. aceti roſati ℥ß. boli armeni., balauſtiarum, biſtortæ, tormentillæ, roſarum an. ʒß. & f. defenſiuum.

Sudorifera.

Rulandus mitius ſudoriferum conſulit, vbi à ſeroſo humore fouentur, artitrici dolores, vt ℞. ſummitatum centaureæ minoris, radicum aſari ℥ij. cardus ſancti ℥i. radicum ſcorſoneræ ℥ß, coquantur in lb. x. aquæ ad medias & dentur ℥viij. calidæ, & ſudet per aliquot dies.

Sanguiſugæ.

Et ſi venæ pedibus aut manibus turgent, apponantur ſanguiſugæ, ſupra partem dolentem, vt contentum in parte vacuetur, ſed peractis vniuerſalibus euacuationibus, & influxionibus ſedata fluxione: ſi à ſola humorum congeſtione, quocumque tempore, non ſemel tantùm, ſed bis aut ter.

Oleoſa fugienda.

Omnia oleoſa poros cutis occludunt, lentore & craſſitie, & liberam tranſpirationem impediunt, ideo podagricis doloribus non conueniunt: nam parte inflammatà igneſcunt, & dolore vrgent, & recenti etiam fluxione *excepto per retortam diſtillato.* quia magis penetrātia redduntur, & diſcutientia gypſias & ſalitas materias, & veluti in tartarum coagulatas, quo fit vt maiori vtilitate applicentur, vbi per congeſtionem iam induratus humor dolori cauſam præſtat, *vti eſt oleum hypericonis, cheyrinum, ſpicæ, & de ſcorpionibus Matthioli:* ſed ſuper omnia commendatur, à Cratone & Platero, oleum diſtillatum ex oſſibus humanis: nos etiam maximè commendamus oleum ex caſeo veteri diſtillatum, ſi poſteà iterùm ſublimetur; ducto à Galeno argumento, qui caſeo veteri, in his inueteratis paſſionibus vtitur.

Pro qua eadem intentione reſoluendi & diſſoluendi hoc maximè prodeſſe nouimus, ℞. vitrioli albi & viridis an. ℥j. camphuræ ʒij. aquæ vitæ & vini albi electi an. lb. j. ferueant ad perfectam mixtionem & panni illo imbuti ſuper partem imponantur.

Quercetanus hanc aquam extollit vt mirabilem in hoc rerum ſtatu: ℞. foliorum & florum ſambuci an. lb. j macerentur in aqua vitæ per 2. dies & diſtillentur poſtea per vitrum ad ſiccitatem & pannis lineis imponantur. De hoc inplco in podagra nobilem feci experientiam: diſtillentur tres aut 4. felles bouis aut vaccæ. & aqua diſtillata imponatur omni dolenti loco, nam reſoluit & detergit & dolorem mitigat.

Solenander duo conſulit auxilia poſt quintam morbi diem ſuſcipienda ab experientia cuiuſdam ſenis podagrici; primo ſalem accipiebat & cinerem, & macerari faciebat in pueri vrina & aceto, & in pannis poſtea vtebatur; ſecundum erat: ℞. pulueris roſarum ℥ij. maſtichis ℥i. camphuræ ʒß. farinæ hordei lb. ß. coquantur in vino albo, continuò agitando donec inſpiſſetur, & calidum imponatur in hieme, vere frigidum.

Ad tophos diſcutiendos.

Sed ad tophos iam articulis induratos emolliendos hoc eſt vltimum & extremum auxilium: ℞. ſucci nicotianæ ℥iij. ceræ citrinæ ℥ij. reſinæ pini ℥iß. terebinthinæ ℥j. amoniaci aceto diſſoluti ʒij. olei camomeli ℥iß. eſſentiæ ſulphuris ℈ß. & illius defectu ſulphuris ʒj. & f. ceratum molle quod tophis imponatur.

Tam varia & diuerſa ſelegimus auxilia in rebelli & contumaci morbo, vt ſi inter illa forte inueniatur, quod habeat analogiam cum hoc temperamento, cum illa natura, aut peculiari conditione morbi: nam hæc eſt vnica ratio quare Galenus dixerit, *Quòd à iuuantibus & nocentibus ſumitur indicatio:* quia tam varia ſunt & hominum naturæ vt & temperamenta & varij generis excrementa in iis congeruntur, vt inde ſumma in morbis oriatur varietas, ideo quod vni prodeſt, alteri nocet, & ideo etiam ad tam varia confugimus auxilia.

De Iſchiade.

SVnt aliqua peculiariter obſeruanda, nam ob rebellem morbi conditionem, & loci diſtantiam ſunt cathartica fortiora eligenda & quæ à loco diſtantiori attrahunt, & vomitoria à multis præferuntur, vt ex decocto aſari & ℈j. ſalis vitrioli aut ſalis tartari, aut in aqua nucum raphanis diſtillata, & in ſanguinis miſſione in principio ex brachio reuellere eſt ad artis principia operari: ſi verò iam deriuare neceſſitas compellit ex talo; eſt enim Galeni ſententia expreſſa; hæc ſunt illius verba:

Lib de ſag. miſſion 18.

verbo; *Memini*, inquit, *me iſchiadas vno die factas ex cruribus euacuatione curaſſe, nempe vbi non ex frigore, ſed impletis ſanguine, quæ in coxa ſunt venis proueniſſent: quare, ſecta in poplite vena commodior eſt quam in malleolo: ideo etiam ex hæmorrhoidibus ſanguis detractus mirè iuuat, quod coxendicum venis contentus educatur: harum enim partium maximus eſt per has venas conſenſus, rectitudinis & vicinitatis ratione; quando hæ & illæ ferè ab eodem trunco oriuntur*: topica non ſint, nec adhuc in principio repellentia, ſed peculiari ſitus ratione, moderatè reſoluant; nec attrahere in principio decet, & fotus aut ſemicupium vt præcedant oportet, vt leniant & poros aperiant, ex decocto radicum bryoniæ, ebuli, baccharum iuniperi, foliorum nicotianæ, ſaluiæ, iuæ artiticæ, mentæ, maioranæ, roris-marini, camomeli, meliloti an. m. j. quæ prius in aqua decoquantur, poſtea vero in progreſſu in vino, & poſtea hoc vti licet vnguento: ℞. olei lumbricorum & de lateribus, & de terebinthina an. ℥ij. olei vulpini ℥j. amoniaci, ſagapeni, aquâ vitæ diſſoluti ʒvj. caſtorei pinguis ʒiij. ſalis vitrioli aut mercurij ℈j. ceræ parùm, & poteſt addi euphorbij ʒiß.

Fotus prius & poſteà vnguenta.

Hyrudines parti dolēti affigenda.

Paulus & Aurelianus laudant hyrudines parti dolenti affixas, & cucurbitulæ ſcarificatæ ſuprà dolentem partem magni ſunt vſus, vt nos ſæpe fidelis docuit experientia; ſed de ſanguiſugis dixit Zacutus intra decem horarum ſpatium dolorem iſchiadicum ſedaſſe, qui aliis auxiliis curari non potuit, & ſi forte humor à capite ad iſchiam aut iuncturas deſcendit, nullum efficacius auxilium inuenies, quàm cauterium retrò aures imponere, quod ſe iam expertum Zacutus conteſtatur: aut fonticulis in brachiis fluentem humorem intercipere.

Si humor à capite, cauterium retrò aures.

Et ſi nos ad narcotica neceſſitas compellit, doloris immanitate aut peruigilio, legite obſecro Illuſtrationem, de opij qualitate & temperie ac de recto narcoticorum vſu, interim tamen hoc clyſtere accipiat: ℞. vini generoſi ℔. ß. olei nucum & rutæ an. ℥iij. olei de terebinthina ℥ß. laudani, opiati, aut opij correcti g. viij. & iniiciatur.

Clyſter opiatum.

Illud vltimò nolui præterire, me vidiſſe iſchiadem in abſceſſum conuerſum, ad tabem ægrotum perduxiſſe, quod etiam Hippocrates notauit, Eupolemo etiam accidiſſe ex abſceſſu iſchia ſuppurato, & vlcere relicto, tabidus factus eſt, inquit, & interiit; de hoc etiam Zacutus hiſtoriam enarrat, ſed decocto ligni ſancti & ſarſæ, vlcus cacoëthe ſe curaſſe in iſchia.

3. Epid.

Lib. 1. Obſeru. 126.

Sed in indurata podagra, & antiqua & ad membra ex conuulſione iam à longo tempore contracta, & in paralyſi iam olim confirmata, hoc auxilium omnem aliorum ſuperat efficaciam: eſt enim mirabilis ſuffitus, quo Paracelſus etiam vtebatur, & à Roderico de Fonſeca laudatur: ℞. olei communis iuniperini, ℥iiij. olei maſtichis ʒvj. terebinthinæ ℥iiij. aquæ vitæ ℥iij. ſalis nitri ʒj. incendantur vt ardeant, deinde per inſtrumentum ad modum infundibuli, per quod fumus ad membra læſa penetret ſupra poſitum fumum per vnam fere horam recipiat, magis aut minùs pro ægroti patientia, & ita per aliquot dies procedat ſimiliter, donec membrum natiuum & priſtinum calorem recipiat; hoc enim auxilium, ad induratos articulos & contractos magnam habere vim Paracelſus aſſeruit.

In podagra in conuulſione & paralyſi antiqua auxilium.

ILLVSTRATIO XXIIII.

De hæmorrhoidibus indolentibus, diſtentis, & dolore turgentibus: cæcis, & prominentibus, ſuppreſſis, aut omninò fluentibus: aut vlceribus etiam complicatis.

HÆmorrhoides dicuntur à dictione Græca, Αἷμα, quod eſt ſanguis, & ῥόος, quod eſt fluxio, & ſub alia dictione Ῥεῦμα, nempe à ſanguinis confluxu, idem confirmat nomen Arabicum apud noſtros, relictum, dum Arabes occuparunt Hiſpaniam (*Almorranas*) veluti corrupto nomine, à rheumate, nempe per ani venas depluente, quod parùm diſtat à nomine Luſitanis impoſitum (*Almoreimas*) à rheuma ſcilicet, per venas ani, dum illius extrema occupat orificia.

Antequam ad rheumatis qualitatem (nempe cuius humoris ſit) accedamus, per quas vias deſcendat, nos oportet expendere: quia hoc illud nos apertè monſtrabit. Poſtquàm ergo venæ-portæ truncus, à cauo hepatis egreditur, bipartitò finditur in duos prægrandes ramos, quorum alter ſpleniticus dicitur, & alter meſentericus, dimitto alias ramificationes, quæ noſtro argumento non faciunt, ſpleniticus ergo elatior & tenuior, per latus ſiniſtrum totus ferè ad lienem defertur; meſentericus verò amplior per dextrum latus totus penè in meſenterium, & inteſtina

Anatomia venarum hæmorrhoidalū.

ſtina progreditur, à ſummo tamen prope lienem ramo ſurculus in ventriculi latus ſiniſtrum effertur, quem vas breue, aut venoſum dicunt, omnes ferè contendunt; ideo vt in fundum ventriculi, melancholicus humor refundatur, vt fames exinde concitetur; ſuo ſapore acido ſit Ita, nobis etiam exiſtimare placuit, lienem per hoc vas breue ſuas etiam (ſua inibi Intemperie progenitas) ſuperfluitates In fundum ventriculi refundere, & ad grauiſſimos ventriculi dolores, & ad meſenterij clamoſos (qui nullis fere cedunt auxiliis, vt ſæpe experimur) perducere; meſentericus ramus in meſenterium & inteſtina infinitos ferè diffundit riuulos, vbi tres præcipuè obſeruantur. nempe hæmorrhoidalis, cæcalis, meſentericus: hæmorrhoidalis, per coli extrema & recti Inteſtini longitudinem, ad anum vſque fertur, quem exilibus ramulis orbiculatim amplectitur: quem natura conſtruxit illo ſingulari magiſterio & incomparabili ſapientia, vt dum ob lienis obſtructionem, aut grauem illius intemperiem impurus, ſuperfluitates nequeat expurgare, ſaltem huius rami beneficio certis quibuſdam interuallis excerneret: ſeu ab Ipſa natura irritata expulſis, ſeu ab Ipſis lunæ motibus excitatis, vt etiam ſæpius obſeruatur. *Interna & externa hæmorrhoidas.* Hic ramus internas cæcas & occultas hæmorrhoidas parit, vt hypogaſtricus cauæ deſcendentis ramus externas, quæ in ani extremitatibus prominere videntur; ideo ille cacochymiæ vacuatrices, hæ verò plethoræ depletrices dicuntur.

Hæ ſunt viæ, hi canales, ab ipſa natura deputati, vt ſe liberet, aut à grauante onere, aut à grauioribus præcaueatur malis; nempe ab epilepſia, melancholia, *6. Aph. 11. & lib. de indicationibus adſ. & 6. Epid. ſect. 3. text. 37.* pulmonia, pleuritide &c. vt Galenus in Aphoriſmi commentatio expoſuit: non ſolùm vacuationis ratione, ſed ipſa qualitate humoris vacuati, non his tantùm, ſed etiam renum vitio laborantibus: quod ſi fortè contingat, ob illarum tunicarum duritiem, vbi venarum extrema terminantur, ſeu ob inſuperabilem craſſitiem humoris, vt ille expurgari non valeat, tunc variæ hæmorrhoidarum ſortes concitantur, indolentes, aut dolore turgentes, ſeu aliis inſignitæ accidentibus, prout ſuperfluitas aut humoris conditio, aut retentio malignitatem contrahit, aut aliter; *Concluſio.* ex quibus illa concluſio elicitur, ferè ſemper prauas lienis ſuperfluitates, ſiue melancholiæ cacochymiam ſeu corporis totius, hepatis, aut venarum plethoram, ex qua multùm melancholici ſupereſt, ſemper hæmorrhoidas importunè dolentes concitare.

In triplici ſtatu hæmorrhoidas, ſeu cæcas, ſeu patentes conſidero, ſuo dum rheumate concitato diſtentæ dolent, turgent, & liuent, ſiue intra orificia venarum, quæ rectum Inteſtinum orbiculatè circundant, & cæcas omnes dicunt; ſiue in extremitatibus inteſtini graui dolore turgeant & diſtentæ promineant: aut ſecundò dum tument indolentes, nec aliquo graui præmuntur accidenti: ſeu tertiò dum ſola ſolitæ euacuationis ſuppreſſio quandam veluti grauitatem circa ani regionem oſtendit, cum pruritu aut leui aliqua punctione; quare in primo caſu, ſic omnino deliberandum cenſeo. non tantùm ſecundùm generalia medicinæ præcepta, ſed Galeni ſingularem ſententiam, quod dum diſtentæ turgent, dolent & prominent hæmorrhoides, priùs ſanguis ex brachio mittatur, bis aut ter, quantùmuis vacuatio ſit ſuppreſſa: quoniam hoc auxilio, non tantùm inflammatio partis tumentis illa reuulſione præcauetur, ſed etiam gangræna, quæ poteſt aduenire à multitudine humoris confluentis, ſeu à malignitate impuræ ſuperfluitatis mille modis fœdatæ poſtea verò aliqualiter fluxione ſedata. ſi ex talo mittatur, prudens erit conſilium. & vt contentum circumcirca in parte deriuetur, & vt locali auxilio detur locus, nempe ſanguiſugis, ſi adhuc vacuare impactum neceſſitas compellit, quod certè munus nullo alio auxilio celeriùs conſequitur; in ſecundo caſu, conſidera & retentæ ſolitæ euacuationis qualitatem, & corporis plethoram, & conſuetudinem etiam vacuandi per illas hæmorrhoidas: ſi tantùm inſtat ſolitæ vacuationis ſuppreſſio, in corpore plethorico, bis aut ter ſanguinem ex talo mitte, quòd ſi nec inde ſolita vacuatio prouocetur, ſanguiſugæ ſuper ipſas hæmorrhoidas imponantur, & vt contentum in parte vacuetur, & vt ſoliti muneris natura oblita, ad expulſionem retenti humoris excitetur: in tertio caſu, ſi in homine temperato illud accidat, vbi nihil errat ſuperfluum, & tantùm inſtat ſuppreſſa vacuandi neceſſitas, in ea ſum ſententia, vt ſolis ſanguiſugis ani regioni impoſitis retenta vacuatio prouocetur: nam ſi compendio laconicè nobis fari licet hoc breui Auicennæ proloquio huic reſolutioni ſit ſatis, & cum ſuppreſſio alicuius euacuationis eſt morbi cauſa, eius redditio eſt morbi medela, vt nullo alio indigeat auxilio, ſiue per eandem viam, ſi hoc conſequi poteſt, ſeu per venas parti magis conſociales, quod tu intelliges, niſi aliud obſtet grauiori vrgentia.

11. Meth. 6. 2. ad Glauc 2. 13 Meth. 11. de ſang. miſſ 15. 5 Meth 3. & 4. Meth. 6 & 13. Meth. 11.

De ſang. miſſ. in hoc triplici caſu.

Au. 4. 1. c. 1. ad finem.

Sed adhuc reſtat vltima reſolutio in

vltimo

vltimo diſcrimine, ſi tam multum aut tam praui humoris ad ani regionem confluxit, vt repente gangræna timeatur, vt moras non expectet ex prædictis auxiliis, quid agendum? nullo enim in loco, citius de gangræna timetur, ob corporis ſentinam, humiditatem loci, & recipiendi aptitudinem. Huic tamen ancipiti, & lubrico periculo Hippocratis prudentia alia grauiori ſententia in Epidemiis & medicinæ valor in indicationibus occurrere nos docuit, quando dixit, reuellere, deriuare, cedentem retrahere ſtatim renitenti cedere, in morbo nempe qui regulari auxilio ſibi auxiliari permittit, reuellere (dum nempe pendet ex fluxione) eſt ad artis principia operari, ac deriuare poſtea, quo etiam & cedentem retrahimus; quod ſi fluxio ſit alterius ſphœræ in periculo, vt grauiori vrgentia citius periculum minetur, tunc reuulſione & deriuatione poſtpoſita, ſeu in meliorem occaſionem dilata, renitenti cædere ſtatim oportet, hoc eſt, ante alia auxilia regulatia, ne mors, curationis moras anteuertat; quod Galenus etiam confirmat: *nam ſi humores in particulam priùs illatos exire permiſeris, ipſam dolore liberabis faciliuſque reuulſoriis auxiliis aliquid proficier*; non ab hac ſententia alienus, illud nobis alio in loco reliquit commendatum, quando dixit, *minimè igitur ſicut Medicorum nonnulli cenſent, à paruis incipiendum auxiliis eſt, & mox ſi nihil profecerint, aggredienda maiora; nam in his morbis in quibus periculum non impendet, vera ea opinio eſt: at vbi moriendum ægro prorſus eſt, ſi phthoëm ſemel exceptus ſit, alieniſſimum à ratione eſt, à minoribus inchoaſſe: nam ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maximè valere*, & poſtquam 7. Methodi dixit, *ſemper eſſe vrgentiori ſuccurrendum*, illud 12. Methodi peruigilij & omnis alterius accidẽtis, quibus promptè vires deiiciuntur reduxit ad exemplum, licet ex alio principio aliud immineat periculum, ſi non ſit tanti ponderis illi vrgentiori priùs docuit ſuccurrendum, vt tenent omnes claſſici & Daleſius docuit, *Vtcumque methodus præuertatur; quantò itaque ſatius eſt*, dixit Galenus, *aliquid nonnulla cum fiducia, vel cum periculo facere, quàm ſpe dempta certò perire, tantò profectò ſatius eſt, potentibus pugnare præſidiis, quàm nihil agere: ſatius eſt enim*, dixit Celſus, *anceps auxilium experiri, quàm nullum*; in hac tamen deſperatione attende ad illam dictionem *Nonnulla cũ fiducia*, hoc eſt, dum aliqua ſpes euadendi elucet, non prorsùs deſperata.

Hip. ſententia expoſitio.

5. Meth. 15.

Cap. 12.

Cap. 1.

10. Meth. 10.

Lib. 2. c. 10

Suppoſito ergo quod repente gangræna, acrioribus ſtimulis, noſtram diligentiam explorat, quo auxilio illi vrgenti neceſſitati ſuccurrendum, protinus à noſtro iudicio explores? nos teneamur quòd gangrænæ principio, antequam magis ſerpat, octo aut decem ſanguiſugis eſſe illam prauam colluuiem deponendam, vt ſuffocatus, calor reſipiſcat, & aqua vitæ partem eluendam aut ſalſa prout perito chirurgo videatur.

Huius quæſtionis reſolutio de gangræna hæmorrhoidum.

Si verò gangræna iam tam altas iecit radices, vt morticinium inhiberi non valeat, tunc altas ſcarificationes potius conducere videntur, & verè ſanè in extremo periculo, tale tantumque auxilium poſſe auxilio eſſe nobis certè videtur, vt ſerpens inhibeatur putredo, putridum ſeparetur, & pars ſana à putredinis malignæ contagio liberetur, ac poſtea, ſtylo intincto in eſſentia vitrioli, circumcirca gangrænam illiniatur, & emplaſtrum farinarum cum ſapa imponatur; dum alexipharmacis cor intus roboratur, vires reficiuntur, hepar attemperatur, ventriculi & cerebri vires inſtaurantur, ſaltem reficiuntur.

Confirmatur hæc doctrina in hoc triplici caſu ex hypotheſi & vt iacet in triplici ſtatu; de primo & ſecundo caſu ſic Galenus alloquitur ex Antylo aut ſi mauis Oribaſius: *Scarificamur partes corporis phlegmone laborantes, aut induratas aut diſtentas, aut dolore affectas, aut fluxionibus vexatas: nimirum vbi iam fluxio conſtiterit, ſicuti crura affecto capie ſcarificamus, aut vbi materiam in corpore redundantem, minuere volumus, præcipueque cùm redundantia fiat ob materiæ, quæ de more expelli ſit ſolita, ſuppreſſionem; ſicuti ſuppreſſis hæmorrhoidibus crura ſcarificamus, nempe reuellimus, cùm ad partem cum periculo fluit: cum verò iam fluxio conſtiterit, ſuppreſſam materiam prouocamus: ſeu per eamdem viam, ſeu per partem illi conſocialem*; quod Galenus libro *de ſanguinis miſſ.* magis expreſsè docuit quando dixit: *Porrò vt ſummatim dicam, incipientes phlegmonas reuulſu vacuare oportet, quæ verò inueteratæ iam ſunt ex ipſis, ſi fieri poßit, affectis partibus, quod ſi nequeat, ſaltem ex vicinis: etenim in incipientibus auertere quod influit, expedit: in inueteratis autem ipſum tantum, quod inueteratæ parti infixum eſt, vacuare: euacuabitur porrò id optimè per venas coniunctas cum iis, quæ in partibus ipſis ſunt ſitæ*, & parùm infra, *cæterùm ſi retentæ hæmorrhoides mittendi ſanguinem occaſio ſint, ſiquidem cohibere eas voles, quæ in brachio ſunt, ſin prouocare quæ in cruribus ſunt, venas ſecare conuenit.* Ab hac tamen regula excipit; *ſi quidem inſigniter infirmam partem aliquam habeant, in quam quæ colligi-*

De cucurbitul. ſcarificat.

Cap. 19.

tur

tur plenitudo decumbat, per reuulſionem vacuare, at ſi nihil tale ſit, quæcunque magis placebit, excepta tamen aut hæmorrhoidū aut menſium retentione, vt paulò antea definiuimus &c.

Cùm ergo hæc pars debilis ſit, & quod ad eam confluit malignum: ſunt enim humores melancholici aut vſtione geniti, aut retentione putredini expoſiti, aut inflammationi. ſi iam doloris aut inflammationis ſigna, retentæ & ſuppreſſæ euacuationis ſuperant accidentia, conſultiſſimum erit anteà ex brachio reuellere, quàm ad partem læſam cum periculo trahere: nam quando Auicenna dixit, *& phlebotometur ſaphena, quæ eſt à poſteriori calcanei, & vena almabat eſt fortior vtriſque earum* (vena nempe, quæ eſt ſub genu, vt interpretatur Belunenſis, Arabicâ linguâ peritiſſimus) venit intelligendus de noſtro tertio & poſteriori caſu, in ſubiecto adeo temperato, vbi nullum errat ſuperfluum, & tantùm inſtat neceſſitas vacuandi ſuppreſſum.

Mulieribus hæc menſes deficiant in hoc caſu eſt ſanguinis miſſio ex talo celebranda.

Illud etiam noſtram attentionem petit, quod ſi hæmorrhoides mulieribus accidant iuuenibus, aut etiam prouectis, quibus menſes non fluant adhuc à longo tempore, niſi magna & conſpicua prohibeat inflammatio, ſemper eſt venæ ſectio ex talo celebranda, quid multum? non tantùm in hoc caſu, ſed in omni febre adhuc ex ſimplici putredine, aut vbicumque caſus ſanguinis miſſionem expoſtulat.

Lib. de cucurbitul. ſcarificat. c. 20.

Attentione legite hanc Galeni ſententiam: *Mulieribus, quibus purgatio proſperè non ſuccedit, ſcarificatio (nempe crurum) mirè auxiliatur, nam quod illis ad debitam purgationem deerat, hac via vacuatur, quibus etiam mulieribus, vt de more menſtruæ purgationes iterum redirent, hoc auxilium maximè contulit: ego ſanè etiam valde ætate prouectas, quibus iam pridem nihil menſtrui ferebatur, vbi aliqua corporea moleſtia conflictarentur, hac curatione ſubleuo. Hæc enim mulierum propria eſt multumque habet efficaciæ, quippe quæ naturalis excretionis modum imitatur* &c.

Hæc ſunt auxilia confluentis & confluxi humoris; quòd ſi interim doloris & inflammationis circa illam ani regionem accidentia & ægrotum contorqueant & ad ſe totam attentionem trahunt, paregorica anodina & auxilio erunt, & grauiora mala præcauebunt, inter quæ hoc noſtra experientia commendauit; accipiatur lactis ℔. ß. panis minutiſſimè triti ℥iiij. vitelli ouorum n. j. quod in tepido lacte poſtea miſceatur, & parti hæmorrhoidum dolenti imponatur, ac ab hoc auxilio tribus diebus iam exactis fiat pulris in lacte ex eodem pane, farinâ fabarum, & hordei, cum vitello ouorum in fine, ne concreſcat; quod ſi dolor adhuc non demulcetur, accipiatur de foliis hioſchiami viridis m. j. & feueant in lacte, vſque ad contabeſcant, ac leuiter poſtea triturentur, & ad emplaſtri formam imponatur, & faſcia contineatur & interim bis aut ter in die pars illa lacte tepido foueatur, cui admixtum ſit opij grana iij. & ſi iam dolor incœperit miteſcere, fumus accipiatur ex decocta hioſchiami, verbaſci, foliorum lactucæ & violarum.

Auxilio doloris hæmorrhoidum.

Vt aperiantur hæmorrhoides.

Quòd ſi hæmorrhoidas placcat aperire, nec tanto auxilio opus ſit, vt ſanguiſugis vti, aut aliquid aliud prohibeat, fricentur panno aſperò, ſucco cepæ madefacto, in quo diſſoluta ſit aloës ℥j. vel cum folio ficûs, & ſi illas placeat maiori ſiccitate corrugare, & omnino exoluere, puluis ſupra illas inſpergatur, bis in die, paratus ex tauri priapo, in furno exſiccato, quod auxilium à proprietate creditur operari: maximè quando ad extra prominent indolentes: quod ſi maximè dolent:

Quercetani auxiliū.

Quercetanus laudat oleum nucum in quo mille pedes ferbuerint: nos oleum de vitellis ouorum ſemper feliciter experimur: Georgius Horſtius ad miraculum extollit, linaria herba cum floribus cocta, & adipe porcino, cum vitellis ouorum ad emplaſtri formam adapplicita, & ſi nulla ſit inflammatio, & perſiſtit dolorifica grauitas, ſpiritu terebinthinæ, & flore ſulphuris pars ſemel aut bis in die illiniatur: ſin minùs ſuffumigium ex ſulphure ſolo excipiatur, in ani regione, ſiue ex lapide pyrite candenti, dum aceto inſpergitur, vt & fumus aſcendat.

Ad cæcas & latentes hæmorrhoides.

Si verò intùs latent, ex lacte tepido frequenter foueantur, & poſtea ad intus hoc vtatur vnguento ℞. ſucci plantaginis & olei violarum an. ℥iiij. balſami naturalis ʒß. ferueant parùm & fiat vnctio; Amatus Luſitanus ex ſæuo hircino cum quatuor granis opij vnguentum conficere mandauit vel ℞. butyri vaccini fine ſale ℥j. olei papaueris ʒß. vnguenti populeonis ʒij. vitelli ouorum n. ij. laudani opiati, vel opij correcti g. iij. miſc. & hoc vnguento pars illiniatur; vſque dolor ſedetur, & fotu præcedente ex decocto verbaſci & hioſchiami.

De Hæmorrhoidibus vlceratis, inflammatis, & dolentibus.

Ad vlceratas hæmorrhoidas.

QVòd ſi vlcerati incipiant hæmorrhoides, priùs illiniantur oleo de vitellis ouorum: poſtea hoc vnguento. ℞. olei roſati ℥iiij. ceruſæ ʒj. litargyrij ʒß. opij grana iiij, ceræ parum & f. vnguentum, ſeu ſolo plumbeo vnguento, ceroto de litargirio permixto, & ad formam liquidiorem acto: hoc etiam vtitur Solenander; ℞. olei roſati ℥ij. thuris, aloës, an. ʒj. ſarcacolæ, ſanguinis draconis. boli armeni an. ʒß. ſpodij, charabes, an. ℈j. amyli ʒiij. ſucci plantaginis, ℥j. & leui ebullitione miſceantur, ad formam lenimenti, quo pars vlcerata liniatur.

Quòd ſi condyloma vertatur ad duritiem, hanc expugnare difficillimum erit, ideo ad valida auxilia confugere prudentia & neceſſitas conſulit: quare priùs verbaſci decocto, & radicis iridis, & altheæ pars ipſa ſpongiâ foueatur accepta priùs calida euaporatione huius decocti: ac deinde hoc vnguento vngatur condyloma. ℞. argenti viui, adipe porcini extincti: ʒij. reſinæ lariſcæ ℥j. muſcilaginis, altheæ ℥ß. viridis æris ʒß. olei nucum ℥ij. & fiat lenimentum; *ſed ſuper omnia iudico profuturum; hæmorrhoidibus vlceratis, vnguentum ſaracenicum cuius hæc eſt deſcriptio*: pro vlceribus cum inflammatione, hæmorrhoidibus vlceratis & dolentibus, eriſipelate vlcerato, & impetigine. & ſcabie vlceratis; ℞. litargyri, ceruſſæ an. ℥iij. olei roſati lb. j. aceti & aquæ roſatæ an. ℥. ij. albuminis ouorum, n. ij. ſæui caprini ʒij. maſtichis albæ ℥ß. ſem. cucurbitæ, ʒij. camphuræ, g. vj. & fiat vnguentum.

Vnguentũ ſaracenicum.

Sic paratur; ſemina cucurbitæ feruntur in mortario lapideo, deinde imponitur litargyrium & ceruſſa, mox oleum in quo diſſolutum ſit ſæuum caprinum. acetum, & aqua, ſenſim infundantur, ſemper cum baculo agitando, & permixtis addantur albumina ouorum & maſtichis, & vltimò camphura in pollinem redacta, ad penetrationem vt Saracenis mos eſt.

De nimio fluore hæmorrhoidum.

INter medicinæ difficilia nullum magis difficile (non in cognitione. ſed in medendi arte) quàm ſuo loco & tempore fluentes hæmorrhoidas compeſcere: nam ſi ante tempus cohibere intentes, in capitalia pericula (quæ vix Hippocrates prudenter adnotauit) ægrum perduces, quæ fortaſſe neque artis maieſtas, neque maior ſolertia medebitur, & ſi elapſa occaſione, nempe in potentia retinendi, fluxus perennitate iam contracta, aut oſculis venarum, nimia & habituali laxitate, iam fluxui abſque vlla reſiſtentia cedentibus ad contrarium extremum facilè æger labitur, vt in vtroque æger periclitetur, & medentis opinio: ideò ne in abyſſum incidas huius aut illius extremi eſt tibi potius inſudandum, quo tempore & loco permittere conueniat aut compeſcere, quàm in auxiliorum electione: nam illud prudentiam commendat & ſolertiam, hoc ſolam exercitationem in arte; laborem fortaſſe huius magni difficilis aliqua ex parte ſubleuabunt, quæ in noſtro Medico tribunali ſeriò peræque commendauimus de tempore & loco quo ſymptomaticas excretiones compeſcere conueniant, in capite proprio diarrhææ.

Quæ prima huius medela ſcitu ardua & magis neceſſaria.

Quare illud tibi maximæ curæ erit, an ille hæmorrhoidum fluxus & incipiat & perſeueret criticus, an pure & in ſui ratione ſymptomaticus per anaſtomoſim, diæreſim, aut diapedeſim, corroſione, aut praua qualitate, aut ſola multitudine, ad ſui expulſionem natura concitata: critici enim rationem merebitur (cuiuſcumque conditionis ſit) dum ipſam naturam leuat, & ab onere alacriorem reddit, & vires non debilitat, vtrumque ſane æqua lance Galenus perpendiſſe videtur; nam poſtquam ſupra & infra, ſanguinis excretiones conſiderat ſic alloquitur, *Sanguine ex venis (quas hæmorrhoidas vocant) profluente, tanquam ſanante melancholicas paſſiones, reuera enim. iam factæ melancholiæ, maximum eſt remedium, ſanguinis ex his venis profluuium. quam etiam ſi futura ſit probibet.* & paulò infra, *Aliter autem non eſt aſſuefaciendum ei quæ fit per hæmorrhoidas euacuationi, vt quæ periculoſam habeat, vtramque immoderantiam, ſiue ſupra modum ſanguis excernatur. ſiue ex toto ſupprimatur*: quid multum? non tantum melancholicis, ſed vitio renum etiam laborantibus auxiliatur fluxus, non ſola euacuatione, ſed ipſa qualitate humoris vacuati, & reddit rationem Galenus, *Hæ enim*, inquit, *ſanguinem craſſum conſueuere vacuare, humore plenum melancholico*: ideo forte ſi omnes perſanentur, & vna non ſeruetur, timet ipſe Galenus, ne aqua intercutem ſuperueniat, frigidiore hepate ad illa venarum orificia fœculentum & melancholicum ſanguinem deponente, & concludit, *Si quis igitur hoc intercludat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine grauans calorem in ipſo natiuum extinguit.*

An criticus an ſymptomaticus fluxus.

4. Aph. 28

6. Aph. 12.

Ieiunos adhuc nos relinquit Galenus, nam

nam ſolùm nos admonet de periculo in vtroque extremo, grauia enim parit mala retentio, & grauiora certè immoderantia: in medio tamen conſiſtit, quando permittere conueniat, nempe quando ad criſin ſuperuenit morbi conſocialis, ſeu grauatæ naturæ; ideo talem euacuationem Hippocrates commendat quando

6. Aph. 21.

dixit, *Inſanientibus ſi varices, vel hemorrhoides ſuperueniant, inſaniæ ſolutio. Pellente natura*, dixit Galenus, *ad partes ignobiles eos qui inſaniam efficiunt humores*; quæ eſt certè critica tranſpoſitio: altis etiam morbis auxilio futuras hæmorrhoidas;

6 Epid. ſect. 3 text. 37 & 38.

Hippocrates prædixit, nempe *& morbo laterali pulmonæ, phagedenæ, furunculis, & lepræ*; praui nempe ſucci euacuatione natura vacuationem moderante, & in ſubſequenti ſententia epidemiæ importunam curationem damnat, quando dixit, *Medela quidem multis importunè adhibita, talibus* (nempe morbis) *non tardè capiuntur; importunè eorum mariſcis medentur* (commentatur Galenus) *qui neque venas, per circuitus ſcindunt, neque aluum ducentibus vtuntur, neque vnam ex eis ſaltem relinquunt, ſed omnes vna tollunt*; hæc omnia Galenus veluti in compendium reduxit, quando dixit:

Lib. ad verſus Eraſiſtratū c. 6.

cæterùm, quod ab atra bile habitis ſimiliter hemorrhoides conferant, etiamſi iſtud perſpicuè Hippocrates docuerit, non tamen omnes ſciunt, ſed quicunque ſincerè in illius ſcriptis verſati ſunt: hi enim ſoli quomodo hemorrhoides dyſſenteria varices fiant, ab ipſo perdidicerunt, itemque non ſemper horum vnumquodque ſi exiſtat prohibendum eſt: ſed quod quandoque condonandam, vt natura quieſcente (quando ſic confert) ei totum committendam, adeo ignorant illi qui dyſſenteriam variceſque & hemorrhoides immaturè præpropereq; medicari diſcant, vt & ea moliantur, qua facere nequaquam debebant: porrò ego quoque vidi non paucos ob huiuſmodi euacuationes, quæ Medicorum imperitia cohibitæ fuerant, aut atra bili, aut inſaniâ vexatos, & qui inter coſtali inflammatione & renali morbo correpti ſunt, nonnulli verò ex ventriculo ſanguinem euomebant, aut eundem tuſſiendo ex thorace ſpuebant, aut (attonito morbo) aquâ verò intercutaneâ interibant.

Hæc illa ſunt, quæ mea quidem ſententia Medicus, vnà cum præclara euacuationis arte, agnoſcere debet (quod nos etiam in nigra deiectione ante tempus ſuppreſſa obſeruauimus) nam ſi omnis ante tempus ſuppreſſa vacuatio de periculo arguit, ſi eſt praui & maligni humoris, erit prorſus lethalis; quia in quam decumbit partem, aut omnino corrumpit, aut ita vehementer intempetat, vt ad natiuum ſtatum reſtituere, ſit prorſus impoſſibile.

O naturæ maieſtas admirabilis! quæ non tantùm communem naturam ſuo ſingulari magiſterio, à periculis tuetur, ſed artis excellentiam edocet, vt ad ipſius imitationem, ne tantùm præcaueantur pericula, ſed in ipſo conflictu liberentur:

Lib. 3. de Anima.

Natura enim, dixit Ariſtoteles, *ſicut non deficit in neceſſariis, ſic in ſuperfluis non excedit*: hoc Tullius confirmat per hæc verba:

Lib. 4 & 5 de Finibus.

Naturam ſui amatricem eſſe, ſuique ſeruatricem, quod ia eà ſeruatur omne animal, & 2. de Natura Deorum: Omnem naturam artificem eſſe, vt quæ habet ſemitas & vias, quibus docet, aperit, & demonſtrat, quibus ſit inſequitura.

Duo conſideranda in hoc caſu

Quare ex hac doctrina duo præcipua elicies, & naturam ſine doctore doctam imitari, in ſimilibus morbis, & aliis qui à ſimili humore concitantur, & ſecundò, vt prudenter conſideres fluxus immoderantiam, vt loco & tempore occurras, antequam veniat vltima deſperatio, fluxus incompeſcibilis, aut illius effectus qui ex illo neceſſariò conſequuntur; dummodo aduertas quòd plures vidimus vitam adhuc ad longum tempus produxiſſe hæmorrhoidum fluxu, licet decolores & debiles ſe per lunæ circuitus naturâ expurgante, & paucos qui exquiſite & magna diligentia mederi cupierunt, quin illicò aut non logo poſt tempore, ſub aliquo grauiori ſymptomate, illo naturæ curſu præpedito periiſſent, ideo fluxus immoderantia eſt leniter & prudenter compeſcenda, non ſubitò & affatim, ſed ſi vires permittant, omni reuulſionis & deriuationis auxilio à partibus ſupernis, vt conſulit Galenus ſiue præcautionis gratia ſeu in ipſo confluxu: nam in primo caſu conſulit venam per circuitus ſcindere aluūque ducentibus vti, illud ad reuellendum & hoc ad deriuandum, & ſolita prudentia: ſed in ipſo confluxu, tali cautione & tam cauta prudentia in cohibendo ſanguine (maximè aſſuetis) ne in totum omnino ſupprimatur, & ſi poſſibile ſit, vt vna ſaltem hæmorrhoidis fluentis relinquatur, qua fluxus conſeruetur: non enim poſſibile exiſtimat, conſuetudinem iam in habitum verſam, & illuc naturam mittere aſſuetam, a tali propenſione abſque periculo abducere: quod ſi inſolenti violentia abducatur, mox ſuccreſcentis affectus pœnas luit: ſeu cum vitæ periculo ſeu virium languore.

Plures cū fluxu hæmorrhoidū viuunt ad longum tempus, & ſuppreſſo moriuntur citiſſimè.

De compeſcendi prudentia.

Quare ſi ad praxim reducas hæc omnia præcepta, priùs debes attendere ad Galeni imitationem, ſanguinis fluentis impetum, vt ille in mulieribus, menſibus

Meth. 5

adhuc fluentibus, conſuluit; ſi non eſt maior vrgentia affectus qui ſuccreſcit: hæc ſunt illius verba: *Quod ſi tempore mittendi ſanguinem, menſes moueri contingat, ſi inſpecto fluentis impetu, ipſe ſatis fore videbitur, totum negotiũ naturæ relinquetur, ſin minus tantùm ipſe detrahes, vt ex ambobus perficiatur, quod poſtulas*: nempe quando natura aut pigre operatur, aut ceſſat ab opere laudabili, tunc illam uos decet adiuuare, & hoc ex arte erit, aut per eandem viam, aut per venas huius euacuationis magis conſociales.

Primum fluxu implatũ oportet expectare.

Quod ſi iam de ſiſtendo fluxũ conſilium ſuſcipitur (quod tantùm in extrema debilitate conſulo, quando maior vrgentia impendit, ex viribus collapſis, quàm ex ſiſtendo fluxu) impoſſibile iudico medeamur affectui, quin prius fluxſonis occaſio auferatur: nam ſi bilioſus ſanguis, conditione tenuis, & qualitate acris fluxui cauſam præſtat, eſt priùs reuellendus ſanguinis miſſione ex brachio paulatim & per vices & quantùm vires ferant, antequam vires vacuatione ferre nequeant: attemperandus poſteà ſyrupo portulacę, roſarum, & cidoneorum, muſcilaginibus cidoneorum & pſyllij, ſuperadditis: nec diſplicet duobus granis additis laudani opiati, & confectione etiam iacynthorum, cum puluere præparati cryſtalli, & perlarum; poſtea verò expurgetur, hæc humoris conditio, infuſione rhei, aut rhabarbari & tamarindorum: non ſemel tantùm, ſed ſæpiùs adhibita. Mercurialis enim in hoc affectu, tamarindos peculiarem virtutem ſortiri exiſtimauit, tùm decoctos tùm in ſubſtantia vſurpatos, vt & pruna acidula, quæ illos æmulantur, grata aciditate: quia blanda purgatio & ſanguinem purificat, & irritationem ex euentu coërcet, & mali occaſionem tollit; & ſi his fluxus non ſubſiſtat, calidi maximè & tenuis ſanguinis, ſeu aliter aduſti, attemperandi & incraſſandi perſiſtit indicatio, & ſi carnis loturam hic ſanguis æmulatur, etiam deſiccantibus admixtis, vti eſt terra lemnia, & trociſci de charabe de terrâ ſigillatâ, & boli armeni orientalis.

Quando fluxum ſiſtere conueniat & quomodo, & quibus auxilijs.

Purgatio quando imperanda.

Attemperandi & incraſſandi indicatio.

Si ſola multitudine hic conſeruatur fluxus, exſpecta fluxus impetum, & victu tenui & pauci alimenti medebitur; aliter enim fruſtrà fluxui coërcendo inſiſtimus: ſi verò viſcerum obſtructiones huius hæmorrhoidalis, fluxus ſint occaſio (vti ſolet in morbo iam proſtrato) ſeu meſareicarum, aut lienis, has imprimis reſerare oportet: nec in hoc caſu leuiora aperientia timere par eſt, aliter enim ab affectu non liberatur æger; nos enim aliquando fluxum, & valde contumacem, pillulis de bdellio & noſtris de ſcoriã ferri finitum & fœliciter vidimus: & tanti ponderis eſt iſta conſideratio, vt dicat Solenander: *Talem fluxum Anna patiebatur, quem neque potui ſecurè, neque tutò adſtringere, antequam corpori. lenibus euacuationibus hepatique alterantibus, atque roborantibus perſpexiſſem.* & his pillulis vtebatur ante prandium & cœnam. ℞. pillul. de bdellio ʒj. trocis de charabe, de terrâ ſigillatâ an. ℈i. & cum muſcilagine cidoneorum fiant pillulæ. & capiat ℈j. ſed, ad fluxum ſiſtendum & vias conſtringendos, trociſci ſerapionis omnem aliam ſuperant efficaciam, vt ℞. ſpodij ʒiiij. roſarum rubrarum ℥. v. ſeminis acetoſæ ʒvj. gummi torrefacti, balauſtiarum an. ʒv. boli armeni orientali ʒiij. terræ ſigillatæ, berberis an. ʒv. granorum alborum myrthi ʒiiij. amyli & croci an. ʒiij. caſtaneorum ʒvj. redigantur in puluerem & cum aqua aut muſcilagine cidoneorum f. trociſci, & detur ʒß. cum aqua myrtilorum; aut capitum roſarum.

Si à viſcerũ obſtructione ſoueatur. quid agendum.

Sect. 4. conſuli 22. hiſtoria Añæ ex ducibus.

Trociſci ſerapionis adſtringentes.

Si verò viæ iam laxiores factæ, & pars debilis fluxum continere non valet, quæ incraſſant, & vias laxiores conſtringunt imperabis per fotus & euaporationes herbarum adſtringentium, in vino nigro adſtringenti decoctis. & vnguento Comitiſſæ dorſum & hæmorrhoides leniantur; Rulandus fomentum laudat ex duobus ſacculis, alternatim applicitis in ſerico rubro, ex glandibus contuſis repletis, & forti aceto multum, decoctis, & ad humorem & vias conſtringendas Fonſeca hoc etiam lentiſci decocto vti conſulit; ℞. raſuræ lentiſci ℥ij. infundantur in lb. 12. vini, loco tepido, 24. horis, ac deinde coletur, & de hoc bibat per menſem in prandio & cœna; pultis corticum ouorum, ad ʒi. in ſucco plantaginis commendatur; ſed hoc ſyrupus, in mea ſententia, omnia ſuperat auxilia ℞. aquæ roſarum lb. iiij. ſpiritus vitrioli gut. xij. deinde infunde roſarum rubrarum ſiccarum p. iij. & baculo per duos ferè dies agitentur, deinde extrahe liquorem rinctum, & cum ſaccharo roſato & iuleb roſarum, fiat ſyrupus de quo ſingulo mane accipiat ℥j. prodeſt enim non tantùm in hoc caſu, ſed in omni deſperata fluxione, ſeu vteri fluoris, ſiue ſanguinis narium, ſiue in mictu ſanguinis. ſeu tandem in ſummi profuſa diarrhæa, & in potu communi vtatur ex decocto lentici eo modo parato; ℞. lentiſci cum cortico minutim ſciſci ℥j. infundatur in libras quinque calidæ aquæ, in vaſe obturato per diem, ac poſtea coletur, & eo etiam vinũ lymphare poteſt.

Fluxus ab impotentia retinendi curatio.

Syrupis valde laudatus.

Si

Si verò his ex arte applicitis fluxus hæmorrhoidum non cedat, vinum ſtipticum paretur, in duplex auxilium : ſeu vt ſpongiâ illo imbutâ illa ani regio foueatur, ſi in parte externa venarum orificia patentia, compareat; ſeu per clyſteres ſi in parte interna deliteſcunt, & vinum ſic paratur : ℞. vini rubri. aut nigri, adſtringentis. lb. j. gallarum & florum granatorum. plantag. portulacæ an. p. j. ſucci acaciæ inſpiſſati ℥ii. boli armeni oriental. ℥i. gummi arabici ℥iij. ferueat ad medias. & ex illo frigido duplex illud auxilium imperetur: ſeu ℞. ſucci roſarum & plantag. an. ℥iij. pulueris acaciæ, boli armeni, terræ ſigillatæ, & trocis de charabe an. ʒß. & per ſyringam etiam immittatur, & ſi patent venarum orificia, vt ſanguis exire videtur, emplaſtrum ſic paretur. ℞. albuminis oui n. ij. pulueris reſtrictiui ʒiij. pilorum leporis minùtim ſciſſi ʒi. vel in lichiniis imponatur ad intus; vel ad extra in ſtùppis maximè carminatis, & ligaturâ commodâ ſeruetur, vſque ad egerendi cupiditas illud extrahere ſuadeat, & poſtea iteretur vſque ad fluxus ceſſet.

Et eadem auxilia, fluxui vterino deſperato proſunt. Imperabis de hoc etiam vino per clyſterem immiſſo, & ſi à naribus etiam hæmorrhagia concitetur, lichinia eiſdem auxiliis imbùta imponere mandabis.

Et ſi rhagadiæ & fiſſuræ in ano ex hæmorrhoidibus curandi difficultatem augent, ſæpiùs foueantur decocto roſarum, violarum, addita 4. parte vini : ſeu cum aqua ſalita. & poſtea collyrio rhagis pars illa fomentetur, vt ℞. aquæ capitum ros & plantag. an. ℥iiij. trocis alborum raſis cum opio (ſi dolor vrget) aut ſine illo ʒß. nam temperat, ſiccat & carnem deperditam producit, & etiam ducit ad cicatricem, & ſi iam ad vlcera corroſiua accedant, hoc vnguento vtatur: ℞. rhodomelis ℥i. vnguenti albi ℥ß. pulu. Ioannis ʒß. & deſuper imponatur vng. de tutia ſeu de plumbo, & ſi Gallica lues complicatur, adde mercurij ſaliuâ extincti ʒß. & vt illo vlcera ad cicatricem poſtea reducantur. illa loca hoc puluere inſperges. ℞. pulu. ſubtiliſſimi tri, antimonij, litargyris albi, plumbi, & minij an. ʒß. & deſuper imponatur de cerote de litargyrio, quod ſufficit, vt conſeruentur pulueres.

Quòd ſi ad talem deſperationem nos perducat affectus, vt tam validis auxiliis non cedat, tunc poſſumus. Hippocratis conſilio, venæ fluentis orificium acui filo valido & contorto traiicere. Audi verba antiqui præceptoris, poſtquam hæmorrhagiam aliis in locis compeſcere nos docuit; *Hemorrhoidas*, inquit, *modo ſimili perſequeris: nam acui acutiſſimum lanæ pinguis filium, & quidem maximum colligabis, ſecurior etenim eſt huiuſmodi curatio: deinde comprimes, & putrefaciente vteris medicamento.* Hæc tamen operatio eſt perito artifici committenda, dummodo illa prudenti cautione operetur, vt poſtquam filo nimio fluentem hemòrrhoidam comprimat, ſecuriſſimo filo, vnum ſemper, ſed minùs fluentem relinquat, abſque ligatione, ne conſueta vacuatione ex toto cohibeatur, vt conſulit Hippocrates, & Galenus commendat, breuior tamen & ſecurior operatio, nos noſtro in ſæculo monſtrauit vitrioli eſſentiæ obſeruatio, non enim tantùm in hoc caſu, cauſtica virtute operatur, ſed adſtringenti potiùs ſi ſtylo vitrioli eſſentiâ imbùto, venæ ſanguinis fluentis orificium, vel leuiter tangatur, protenus enim ceſſat fluentis impetùs & ſub breui ſpatio omnino coërcetur : nec eſt verendum ſi bis aut ter (ſi neceſſitas conſulit) applicetur, dummodo vna vena intacta relinquatur, vt dicebamus antea.

Libro de vulnerum curatione com. 4. text. 12.

Obſeruatio de oleo vitrioli in hoc caſu.

ILLVSTRATIO XXIV.

Ad quæſtionem de ſanguinis miſſione ex talo; quæ in noſtro Medico tribunali dedimus agitatam, & ad Ariſtophanis & Cleanthis Lucernam præmeditatam.

IN hoc ſecundo, loco muliebris ſexus priuilegio, denuò conſultiſſimum duximus in arenam deſcendere (vteumque vertatur alea) & vt noſtra ſententia confirmetur, & vt plerisque dubiis, artis excellentiâ, ſatisfaciamus.

Illud nobis ô doctiſſimi viri, in hac linea credimus eueniſſe, quod Herculi generoſo : Alcydes enim, ſuperatâ Numidiâ appulit inter Cuneum & ſacrum Promontorium, in Hiſpania, & laboribus immenſis ſuperatis, cùm nihil ampliùs orbis crederet supereſſe, illi orbis Promontoria nomen impoſuit FINIS-TERRÆ, ac ideo in inſula Gades, in huius finis memoriam (vbi finem laboribus impoſuit) columnas erigere curauit, quibus inſcri-

Herculis Hiſtoria, nobilis.

 ptionem

ptionem poſuit: NON PLUS VLTRA: poſtea verò noſtrorum improbus labor ac Catholici Ferdinandi, & Caroli Quinti Imperatoris felicitas nouas regiones aperuit, & alium veluti Orbem (dum ab illo Finis-terræ recederet) adhuc ſupereſſe monſtrauit, ac Indiarum prouinciis Hiſpano dominio adactis ſuper eaſdemmet Herculis columnas Hiſpanus Hercules aliam inſcriptionem addidit; PLUS VLTRA: ne quis crederet ſe iam omnia pericula, & omnia nouo inueniendà ſupetaſſe.

Dixerunt, contrariæ ſententiæ aſſertores, & viri ſanè docti, Galenum & Hippocratem, rariſſimè, aut numquam, & in febre maximè, ſolius febris ratione ſanguinem ex talo mittere imperaſſe & nos inſolenti nouitate potiùs quàm artis excellentia in antiquorum dogmata conſpiraſſe, & ſuiſmet columnis impoſuerunt, *Non plus vltra*, at cum immortalis labor, & frequens obſeruatio in illa quæſtione, alium veluti orbem inueniſſet, placuit recentibus ſuperaddere, *Plus vltra*; & ſi veritas æqua lance libretur, non ita veteres ſentierunt, ut hi viri exiſtimant, ſed ſicut nos cum torno & cothurno dedimus comprobatum & deberent viri docti attendere quod nullo ſæculo defuerunt Colones & quod nullum non addidit aliquid ſuper aliud, & vti dixit Plinius; naturæ maieſtas & artis excellentia in omnibus momentis fide caret, vti in operibus nouo inueniendis, & quod nulla ſcientiarum integrè ab vno profeſſore nec ab vno iudicio comprehenditur (ideo enim eſt vita breuis, quòd ars longa) quin multa poſterìs reſeruentur? qui poſſint antiquæ inſcriptioni addere, *Plus Vltra*; totus illorum conatus in hac improbanda quæſtione eo dirigit tela, contra viros qui vltro citroque abſque vllo diſcrimine neque exceptione, in omnibus fere morbis, vtvt ſors tulerit ſanguinem ex talo mittere decreuerunt, vt quæſtionem omnino tedderent deteſtandam, & in hoc certè verè & Catholicè dicunt, ſed quantùm contra nos hæc præſumptio veritati reclamet, ex concluſionibus in quæſtione poſitis, & in exceptionibus, ipſa veritas, quæ teſtibus non indiget, manifeſtum præbuit teſtimonium; ſed talis eſt, interdum, liuoris faſcinatio, aliquorum virorum, qui in aliqua opinione conſeneſcunt, vt illis nec ratio ſufficiat, nec auctoritas: ſed ſola illa quæ ſuo vaniſſimo criterio metiuntur, hæc probant, nec de aliis placent, quibus ego dicere ſoleo, qui noſtro iudicio non credit, altiori iudicio tenetur meliora docere; nobiſcum enim non valet, ſic volo, ſic iubeo, ſic pro ratione voluntas: hoc enim tantum valet, à Domino ad ſeruum, à Legiſlatore, ad ſubditum: noſtra enim, ingenua libertas, nondum agnouit dominum, niſi ſolam rationem, quæ militat ſub aquilis & ſignis dominæ veritatis.

Præter illa ergo, quæ ex antiquorum doctrina, pro noſtra opinione diximus, legant quæſo, pro illis quæ dicentur, Galenum, aut ſi mauis, Oribaſium, illa antiquiorem, ſaltem coæuum, *in libro de cucurbitularum ſcarificatione, cap.* 20. & adhuc vltra illa, quæ nitida & pulchra, doctiſſimis exterarum nationum viſa ſunt, noſtram adhuc, vetuſtatis calculo opinionem confirmatam, inuenient, ex cuius confirmatione, alia elicitur concluſio; in mulieribus non tantùm iuuenibus, in quibus menſes fluunt, ſed etiam prouectis, quibus menſes iam diu deſierunt, illius ſexus priuilegio, in omni febre, ſeu ſimpliciter putrida, ſeu maligna, ſeu alio quouis morbo, qui ſanguinis miſſione mederi optet, incipiendum eſt à ſanguis miſſione ex talo: ac poſtea ſi adhuc morbus vrget, ſecundum artem erit ſanguinem ex brachio deponere, ſi illud vires ferant; hæc concluſio non tantùm fulcitur rationibus in præcedentibus concluſionibus adductis, ſed ab ipſa Hippocratis & Galeni ſententia: ab Hippocrate enim colligitur, quando dixit; *In mulieribus omnes morbi ex vtero*; vt etiam variis in locis, vt libro *de morbis mulierum & de ſterilibus*: quod fortaſſe Galeni mentem impulit, ſi non eſt Oribaſij, vt hæc verba proferret in præcitato loco; *Mulieribus, quibus purgatio proſperè non ſuccedit, ſcarificatio (nempe crurum) mirè auxiliatur: nam quod illis ad debitam purgationem deerat, id hac via vacuatur: quibus etiam mulieribus, vt de more menſtruæ purgationes iterùm redierunt, hoc auxilium maximè contulit: ego ſanè etiam valde ætate prouectis, quibus iam pridem nihil menſtrui ferebatur, vbi aliqua corporea moleſtia conflictarentur, hac curatione ſubleuo: hac enim mulierum propria eſt, multumque habet efficacia, quippe quæ naturalis excretionis modum imitatur*: ergo in his & ſexus ratione & febris, ſeu cuiuſque alterius affectus, qui ſanguinis miſſione mederi optet, ſemper à ſanguinis miſſione ex talo erit incipiendum, & ſi quæras, quænam ratio Galeni aut Oribaſij impulit magiſterium, ad hanc proferendam ſententiam, ex ſententiæ verbis ſatis patet, quoniam cùm in mulieribus natura, peculiari fine, ad illam vteri regionem ſanguinem mittere decreuiſſet, ad prolis alimentum, ſi conciperent, aut ſi

Concluſio.

5. Aph 41

Quare in mulieribus ſemper à ſanguis ex talo mittendus.

ſi illo beneficiò fraudarentur, vt per illammet regionem ſingulis expurgaretur menſibus, non tantùm à laudabili, ſi hoc opus non habent, ſed ab inutili aut à praua colluuie, ideo ratum duxit quod non tantùm iuuenibus, ſed etiam prouectis, vt illa conſuetudo ſeruaretur, illuc mittendi ſanguinem, ſiue prauam colluuiem, ſi adhuc in hoc aut illò ſtatu non ceſſat, ſemper ſanguis per partes inferiores mitteretur, & dato quod ab opere laudabili ceſſaret, idem conſulit faciendùm, quod in vteri vaſis ſemper aliquid praui humoris adſeruatur, veluti in corporis ſentina, vel huius ſexûs propria.

Nec illud miri erit ſapienti, qui nouerit in vaſis vteri diu retẽtum ſanguinem, ne tantùm putredinem, ſed venenum aliquando concipere, maximè in prouectis & ſenibus, in quibus faſcinationes (nec ſine valido fundamento) experimur, dum retentum in his vaſis venenum, in vaporis ſubſtantiam tenuatum, per oculos expirat: præterquàm quod herbæ ex ipſo pollutæ exareſcunt, & paulò poſt ſiccentur. & ſpeculi nitor obſcuratur.

Faſcinatio, quomodo producatur.

Quid ergo mirum quod Galenus, in his curationem à ſanguinis miſſione à partibus infernis auſpicetur, & vt illa ſingularis deponatur plenitudo & vt ad naturæ imitationem operemur, dum rectè operatur. & ne, ſi ad venas maiores ſanguinis miſſione ex brachio illa deferatur impuritas, laudabilem & impollutum ſanguinem, venis ſuperioribus ſtagnantem, ſua praua qualitate conſpurcet, & inficiat: quæ eſt vnica ratio quare in febre peſtilenti, & cum in meſaræo praua ſucci colluuies adſeruatur, & in epileptia etiam per conſenſum, ſicut & in vertigine, hæmorrhoidibus, aut menſibus ſuppreſſis, aut fluentibus, exiſtimet Galenus, ſe ex arte facturum, ſi ſanguinis miſſionem ex talo, & imperet & conſulat: vt de facto in libro *de ſanguinis miſſione* conſuluit; quid ergo mirum, quod in febre adhuc ex ſimplici putredine, ſi in hoc ſexu accidit, aut aliquo ex illis ſyptomatis complicatur, quod ſanguinis miſſione medetur? Galeno ex arte videatur? ſanguinis miſſione ex talo imperat, & nobis ad illius imitationem, vbi paritas indicationum obſeruatur, ſi illam imperemus.

Nam tantum Galenus ad conſuetam mulieris euacuationem attendit, & tantùm illam non impedire & ſemper prouocare, vt ea, aut alia ſibi conſociali, omnes acuti morbi qui illis superueniunt, omnino medeantur, adhuc omni vrgentia propoſita, ac ſi ſola omnem vrgentiæ neceſſitatem ſuperet, attende ad hæc Galeni verba (*libro de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum cap. 5.*) *Velim itaque audias veritatem (me precone) tibi denunciantem, quod mulier, ſi rectè expurgetur, nec podagricis, nec lateris inflammationibus, nec perineumoniis capiatur, ſed neque epilepſiæ, apoplexiæ, & aſthmati obnoxia ſit, ritè purgata: num verò mẽſtruis fluentibus phreniti de, aut letargis, aut conuulſionibus, aut tremoribus, rigoribuſúe, mulier aliquando correpta eſt? num etiam melancholiâ, maniâ, ſanguinis ſputo, vomitu ſanguinis, aut cephalea, aut cinanche præfocatam, aut aliquibus id genus magnis & vehementibus affectibus implicitam, cùm menſes rectè excernerentur quandoque conſpexi. verum his retentis eam cuilibet malo implicari facilè eſt: huicque rurſum euacuationes medentur; nempe ſimiles ab ipſa natura concitatæ, aut ab ipſa docta, arte imitatæ*: quænam & ille erunt: ex talo an ex brachio? ſatis manifeſte ſe ſuamque mentem Galenus explicauit, adhuc ab vrgentiſſimis affectibus, illa naturæ conſueta euacuatione, liberari ergo ſi & illa ab arte imiterur artem, rectè & feliciter operantem, imitabitur potius ſang. miſſione ex talo, quàm ex brachio, vt illam certè prouocet, à qua à tam vrgentiſſimis malis liberatur, aut hac artificioſa conſequatur, quod illa naturali conſequitur.

Quò certè patet, non eſſe noſtrum, ſed veterum inuentum, & nos tantùm in veterum doctrinâ, ſolam nouam illuſtrationem addidiſſe, & noſtrum antiquæ inſcriptioni *Plus Vltra*; *non enim tam auctoritas in diſceptando*, inquit Tullius, *quàm rationis momenta quærenda ſunt: quin etiam obeſt plerumquè iis qui diſceptare volunt. ſi vehementer alterius opinioni ſunt addicti, & Auctoritati eorùm qui ſe docere profitentur; quoniam deſinunt ſuum iudicium adhibere, idque cæcis oculis & abſque vllo veritatis examine, habent ratum quod ab eo, quem probant, iudicatum vident*: habeant etiam obſecro, ſuum in aliqua æſtimatione iudicium, viri docti, non eſt enim magni viri, neque laude digni ſemper probare quod ab alio accepit, & ſemper Pythagoricum agere, quos ferunt, ſi quid in diſceptando affirmarent, reſpondere ſolitos, *Ipſe dixit*, ipſe autem erat Pythagoras, tantùm opinio præiudicata poterat apud illos, vt ſine ratione valeret auctoritas.

Lib. de Natura Deorum.

Reſpondent qui ſe Galeni doctrinam tueri profitentur, ac ſi eſſent Pythagoræ diſcipuli: Galenum nec Hippocratem vmquam in febre ex ſimplici putredine ſola febris ratione ſanguinis miſſionem ex talo imperaſſe, & hanc ſententiam

Obiectio in hanc doctrinam.

de ſurarum ſcarificatione Galeni non eſſe, ſed Oribaſij: & illam dictionem (*ſi aliqua corporea moleſtia conflictarentur*) de ſola laſſitudine intelligendam, non de febre: nam febris, qua febris eſt, petit ſanguinis miſſionem ex brachio, non ex talo; ô generoſa docti viri defenſio? hoc obſecro vt prius attendamus quòd hic de febre nulla nobis eſt quæſtio, ſed de ſitu ſanguinis miſſionis? maximè in hoc ſexu, aut vbi indicatio idem petit quod ſexus, & ad auctoritatem dicimus, quòd dato quod Galeni non eſſet, ſat eſt ſi Oribaſij, & ſat eſſet inter Galeni libros numerari; nonne Oribaſius Iuliani Imperatoris Medicus non fuit? ſemper habitus inter viros magnæ auctoritatis? nonne illius verba fere ſemper ſunt à Galeno tranſlata? vt venerationem illius mereatur auctoritas? ſit ita, & hoc etiam illis gratis damus: nos enim ſoli auctoritati abſque ratione non fidimus; videamus nunc qua ratione Oribaſij auctoritas fulcitur: febris, qua febris eſt, reduplicatiuè, eſt calor præter naturam, accenſus in corde, & ad illo in vniuerſum corpus diffuſus: quænam quæſo, erit maior moleſtia illa quam parit humor, in habitum corporis ſparſus, qui eſſe ſolet interdum naturalis ſupra modum adauctus: an calor præter naturam, qui pungendo laceſſit, & vrit acrimoniâ, & vires corporis vniuerſi, & nobilium membrorum labefactat? quis dubitat quòd ille præter naturam calor, nam plures in illo rationes moleſtiæ experimur (quarum neque illa eſt minor, mortis timor, dolor corporis, & inſolitus labor) quam in ſola laſſitudine, ſeu illa ſit tenſiua, aut vlceroſa? deinde febris, quà febris eſt, aut focum ſortitur intra venas maiores, aut hepate, liene, meſenterio, vtero, aut pancreis, aut alia ex corporis particula, & febris, vt febris eſt, ſi fuerit de putridarum ſorte, magnum petit auxilium, nempe ſanguinis miſſionem, ſi credimus Galeno, ſed locum à quo eſt celebranda talis ſanguinis miſſio non ſola febris determinat, ſed particula in qua focus conſiſtit, ſeu à quo ipſa febris fouetur, aut illius vrgentia, quæ etiam eſt Galeni doctrina: detur ergo quòd febris foueatur, in muliebri ſexu (vt eſt mens Oribaſij) ex quouis foco ſit, ſeu in viris ex venis meſenterij, ab illa conſuetudine illuc mittendi ſanguinem, vti ſolet ad vterum, dixit Oribaſius, aut Galenus (nam hic non pugnat auctoritas, ſed ratio) debet vacuatio ex partibus infernis celebrari, à crurum nempe ſcarificatione: ergo febris, qua febris eſt, ſub hac determinatione indicantis, petit mederi ſanguinis miſſione ex talo vſque ad alia potior inſurgat indicatio: nam vtut ergo ſit, Galenus exiſtimat quòd febris, qua febris eſt, in hoc ſexu, ſemper ab vtero fouetur, ſi ſemper ratum iudicat, quod in illis ſemper, crurum ſcarificatio celebretur, ſeu quia in vtero ſit putredinis focus, ſeu quia à ſanguine in illo adſeruato, mali cauſa fouetur, ſeu tandem, quod ita naturam rectè operantem, imiramur.

Oribaſij auctoritas ratione fulcitur.

9. Meth. 11 & 11 Meth 15. lib. de ſang. miſſ. 18.

Ergo à paritate ſic arguere licet, ſi daretur quod alio in loco infra renes, velut in meſenterio, aut pancreis, focus huius aut illius febris deliteſceret, ſi eadem fere militat ratio, pari neceſſitate, ſanguinis miſſio ex talo indicatur, in hoc aut illo ſexu, ſaltem vſque ad depohatur illa praua colluuies, ſeu inferiorem plenitudinem dixeris, quæ febrem aut concitat, fouet, vel auget, ſeu grauioribus accidentibus ægros cumulat; ergo febris, qua febris eſt, in prædicta hypotheſi, non renuit ſanguinis miſſione ex talo auxiliari. ſi hęc à loco determinato locum auxilij determinat, vt antea vidimus ex Galeno, licet nulla præſit menſium aut hæmorrhoidum ſuppreſſio: quia hic locus locum auxilij determinat, & febris, qua febris eſt, tantùm magnum determinat auxilium: quia tunc citiùs ſuccurrimus vrgentiæ, quantò celeriùs mali & accidentium cauſa vacuatur, quæ non tantùm perpenditur ex ipſa affectus magnitudine, ſed ex cauſa fouente, & ex foco, vbi eſt cauſa cauſæ mali, & accidentium, qua ablata non tantùm de morbi magnitudine detrahitur, ſed fatalis inhibetur conſenſus, quo ipſa vrgentia conſeruatur, vt verè accidit ſanguine ex talo miſſo, in hac auctoris mente.

Vrgentia quando celeriùs occurrimus.

Et quod hic Galenus, ſeu mauis Oribaſius, per corpoream moleſtiam, ſolam laſſitudinem intelligit, non video in tota capitis lectione: quando hic tantùm locum perpendat, per quem debet auxilium celebrari, & quomodo & vnde ſint menſes prouocandi, quæ vt cælum à terra diſtant à laſſitudine, & à præſeruandi ratione, vt quidam doctus dixit. prætorquam quod illa corporea moleſtia eſt affectus indifferens ad febrem, ad laſſitudinem, dolorem corporiſque grauitatem, & ad quemcunque alium, qui ſanguinis miſſione mederi optet. & in Galeni mente, in hoc ſexu debet per inferiora vacuari: nam hic in actu curat affectum iam inductum, non præſeruat ab eo qui timetur.

Reſu-

Reſumen totius quæſtionis de ſanguinis miſſione in talo.

QVia non eſt facilè, neque ſemper poſſibile in promptu & ad manum habere in conſultatione, quæ in vaſta quæſtione comprobantur, eiſdem penè verbis, neque auctoritatibus; ideò omnia reſumentes, viro cuidam doctò ſatisfacere placuit, qui in quadam conſultatione ſe propriam opinionem deponere promiſit ſi quis claſſicus au&tor,in febre,quà febris eſt, ſanguinis miſſionem ex talo conſuluiſſet, & ſi ille promiſſis ſteterit (quod dubito) vt nos probationi (quod non dubito) facilè iudicabitur, quis noſtrum peregit partes ſuas.

Et prout nobis attinet, illud nemo inficiabitur,quod in febre non eſt ſola conſideranda febris, quà febris eſt,ſed etiam illius gentilitia accidentia, quæ illam neceſſariò inſequuntur, quæ pari ratione amant,vt ipſa febris mederi aut ſang.miſſione aut aliter, veluti peruigilium,phrenitis, ſopor inſuperabilis, aliſmus, ſitis, ventris dolores, & alia ſimilia, & hæc aut ex vaporibus à putreſcenti humore eleualis, ſeu ex raptu humoris metaſtaſi ad cerebrum, ad cor, hepar, ventriculum, tranſlati, vt his diebus vidimus, in hac conſultatione præcitata nobilis Genuenſis, D. Ioannis Franciſci Fieſco: hic incidit in febrem tertianam continuam,de malignarum ſorte, & quaque exacerbatione ſingulari, ex miſcella craſſorum cum calidis humoribus, ſoporoſo affectu præmebatur, ita valido vt vix excitaretur, ac etiam continuò delirio, in his acceſſionibus, licet in tempore quietis ad mentem verteretur, euaporatione diſſipata, quod monſtrabat à febre declinatio: ſocius qui erat certè doctus, in conſultatione, in ſang. miſſione ex brachio inflexibilis perſtitit, nos in ſang. miſſione ex talo, cerebro iam tentato, vt grauius præcaueretur malum, & non ſola febris ratione,quia febris eſt; bis interim celebratur ex brachio, & cùm videret ſocius quòd omnia vergerent in deterius, euidenti periculo, noſtræ opinioni ceſſit, vt non tantùm ſanguis bis ex talo mitteretur, ſed vt hyrudines hæmorrhoidalibus venis affigerentur,cucurbitulis & ſiccis & ſcarificatis & nec his acquieuimus, ſed veſicatoria pedibus & cruribus imponi imperauimus ac nulli excitanti pepercimus, quo Dei beneficio conualuit à mortali periculo, retrahentibus potius quam vacuantibus, licet inter alas & inguina focus & minera putredinis deliteſceret.

De ſang. miſſione in febre humorali, quà febris eſt.

RAphael Moxius, 3.de acut.morb.curatione, *Nulla igitur ratione,* inquit, *credendum, plenitudinem venæ cauæ exactius tali cubiti vena ſecta, quam crurum; hoc enim eſſet anatomiam ignorare;* Horatius Augenius 3. epiſt. *Neque facilè conceſſerim tibi,* inquit, *plenitudinis affectum facilius ex ſupernis quàm infernis partibus exhaurire,* Senertus lib. 2. de feb. cap.5. *Maior verò eſt vtilitas,* inquit, *venæ ſectionis, in pedibus, præcipuè ſi reuellendum ſit,* nam ſi vires ſunt debiles & materia caput petat, & capitis dolor & vigiliæ infeſtant,, commodiſſime & cum vtilitate vena in pede apetitur, quæ vacuat,reuellit, minuſque vires deiicit; illud etiam conſtat ex anatomia æquè amplas eſſe venas,& æquè à trunco diſtare,quæ veniunt ad talum, ſeu ad brachium, Proſper Alpinus de Medicina Ægyptiorum à cap. 4. ad 9. *In febre,* inquit, *cuiuſcumque ſortis ſit* humoroſa,ad crurum ſcarificationem, velut ad ſacrum auxilium, confugiunt;in omnibus febribus putridis, in principio, vberiorem ſanguinem hac via demunt,& in pueris nullum remedium apud illos eſt vſitatius atque magis perpetuum, huius vtique præſidij vſus frequentiſſimus eſt ad omnes febres putridas, in quibus ſanguinem conuenit vacuare ſecta vena.potiſſimùm in continuis, acutis, malignis, atque peſtiferis: eſt enim illa magnæ vtilitatis vacuatio per venas inferiores,quoniam ſimul vacuando plenitudinem à nobilibus partibus ad ignobiles, noxios humores auellunt,caputque maximè ex illa iuuatur, ita vt non ſit facilè poſtea in vehementes aſſiduoſque dolores vel diuturnas vigilias deliria,vel phrenitides vel in alia ſymptomata ab eiuſmodi vacuatione aliquem incidere: neque commodò vacuatis ita facilè hipochondria tenduntur, vel inflammantur;neque ita ſunt obnoxij aliſmo impatienti,cordiſque angoribus, reſpirandi difficultatibus aliiſque viſcerum læſionibus,quæ in febribus acutis malignis, peſtiferiſque accidunt.

Mirificè igitur in his febribus id auxilij prodeſt, & quod magis eſt,quòd à partibus nobilibus ad ignobiles, ad naturæ imitationem, humores trahit: perpetuò enim ipſa non poteſt humores, vel reſoluendo conſumere, vel foras reiicere, & interim ſat eſt humorem à viſceribus ad

quædam

quædam ignobilia, loca proiicere, veluti illis accidit, quibus poſt longas febres, dolores & tumores inducit.

Ac poſtea ad exempla deſcendit huius ſanæ doctrinæ. & primus, inquit, qui hoc modo ſanguis fuerit vacuatus, puer erat annos 10. natus qui duplici tertiana correptus, cruribus ambobus ſcarificatis, & educto ſanguine conualuit; poſtea mulier ſexagenaria, hepatis peſſima inflammatione laborante, hoc auxilio ſanata eſt; poſt hanc etiam vidi in eidem ætate febre acuta correptam, capitis dolore, aſſiduâ vigiliâ, & delirio, cui ſanguinis libra plus fuit educta, & à febre libera euaſit: puer etiam 12. annorum, cum febre ſurdus factus. & plurimo ſanguine vacuato, ſtatim auditum recepit & duæ poſtea puellæ ex febre maligna & peſtilenti, & Amarus Luſit. *cent.* 2. *cur.* 38. Filius Barboſæ, inquit, annis natus 9. cum febre continua, à ſurarum ſcarificatione, ſanus euaſit, præter iſta impulmonia, dolore inueterato, aſthmate, & omni alio acuto affectu, certiùs & promptiùs hoc quàm alio auxilio medetur. Hæc Alpinus, in mulieribus etiam eſt expreſſa Galeni ſententia, ſin mauis Oribaſii, *de crurum ſcarificatione cap.* 20. ſi non ſolius febris ratione, ſaltem illius ſexûs priuilegio, vt ex contextu patet. & ex noſtra interpretatione ad hunc Galeni locum, & ſi à ſimili valet argumentum, mulier moroſa ex febre acuta & maligna euaſit, quia ſub iudicium copioſi menſes prouenerunt, abſque vlla retenſionis ſuſpitione ſed quod eſſit vacuatio naturæ gentilitia? 3. *Epid. ſect.* 3. 82. & 4 *Epid.* etiam auxilio fuere anheloſæ mulieri, & in 5. in capitis dolore, & in olitoris vxore in febre, qua febris eſt 5. *Epid. text.* 1.

De febre maligna & peſtilenti, ac de illius ſang. miſſione.

DE febre peſtilenti Oribaſius, Iuliani Imperatoris Medicus, paulò poſt à Galeno, *lib.* 7. *collect. med. cap.* 20. cùm peſtilentia vehemens (inquit) per Aſiam vagaretur, multique ob eam cauſam obirent, egoque in morbum itidem incidiſſem, 2. die crus ſcarificaui & ad 2. libras ſanguinis detraxi, atque hac ratione vitaui periculum, quo multi alij ſeruati ſunt, ac etiam capitis dolores fauciumque inflammationes & dolores: circa latera recentes tollit. &c. & in libro *de ſcarificandi ratione cap.* 20. Ego verò etiam ætate prouectas mulieres, quibus iam pridem nihil menſtrui ferebatur, hac ratione ſubleuo; hoc etiam nos fideliſſimo experimento, in peſte Hiſpalenſi obſeruauimus, ſolos, quibus ſanguinis miſſio ex talo mitteretur, euaſiſſe, in hac etiam febre conſulit Galeanus, Medicus Syculus, à ſang. miſſione ex talo eſſe incipiendum; *epiſtolâ de febre peſtilenti*, & Ioannes Colle *lib.* 6. *cap.* 4. *in Practica malignorum morborum* Mercatus *cap. de febre maligna*, Euſtachius *lib.* 3. *cap.* 3. Zacutus *lib.* 3. *obſeruat.* 44. Philippus Ingraſſias *lib. de peſte p.* 4. *cap.* 7. Augenius *lib.* 3. *epiſt. de Antiſtite Anconenſi*; Senertus *lib.* 4. *cap.* 11. Maroja *cap. de febre peſtilenti*. Doctor Brabo de Sobremonte, *in non plethoricis, vbi præſumitur in meſaraici venis humores adſeruari*. Oribaſius 7. *collect.* 10. Claudinus *lib.* 2. *de ingreſſu ad infirmos cap.* 6. Ludouicus Septalius *lib.* 3. *de peſte cap.* 19. Santorius *lib.* 1. *epiſt.* 2. Zacutus, iterum ex ſententia Saraſeni *lib. de peſte*; Andernacus *Dialogo* 3. *de peſte*. Carmona *de febre puncticulari*, Fracaſtorius *lib.* 3. *de febre puncticulari*. Mercurialis, Torellus, Gauaſetus, & eſt ferè communis apud omnes; ratio ſatis patet, vt alia probatione non indigeat, vt venenum nempe reuellatur à corde, maligna plenitudo vacuetur, & à parte mandante deriuetur.

De apoplexia omnium morborum acutiſſima.

ADhuc ſummæ vrgentiæ non pepercit hæc ſanguinis miſſionis ex talo indicatio: in apoplexia enim hoc natura edocuit, dum artis excellentiam inſtruit, ad meliùs operandum, & hoc natura facit, dum ſe vrgere ſentit, & Hippocrates etiam naturam imitari præſumit, quando dixit; 3. *Coacarum ſent.* 3. quæ apoplecticis veniunt hæmorrhoides, ſalutares: forte Hippocrates vrgentiam attendit penes partem mandantem & non recipientem; aliter enim non eſſent ſalutares, & hoc patet ad ſenſum, dum rheuma concitatum præpeditur quod aſcendit à meſaraei venis & illicò ramo, per quem ſeſe natura expurgat à fœculento ſucco, à quo illa apoplexia concitatur, ne tantùm ab impacto, quod in tam magna diſtantia educi non valeret. & Horatius Augenius, *libro* 7. *de ſang. miſſ.* 11. ad hæc verò, inquit, cerebrum apoplexiâ laborans vel epileptiâ, vel ſcotomiâ, poſtulatur in partibus maximè diſtantibus, vt in tibiis ſecta vena, ſiue præſeruare, ſiue curare volueris, vacuare, modo ingens adſit plenitudo.

In ſuffocante Angina.

IVlius Cæſar Arantius ſic alloquitur; Nam cùm ipſa vera phlegmone membrum à qua fluxio oritur, iecur ſit, vtpote ſanguinis officina, tantùm abeſt quòd ſecta in cubito vena vel manu, ad contraria fluxio deducatur, vt etiam verſus locum affectum, & in ipſam patientem particulam, quaſi datâ operâ alliciatur: hoc enim indicat venarum diuiſio verſus iugulum: quapropter in eam deuenio ſententiam, vt morbo incipiente reuulſionis gratia, nulla ex ſuperioribus venis aperienda ſit, verùm ea quæ in poplite, aut in malleolo conſpicitur.

Hoc idem Ioanes Heurnius per hæc verba confirmat; Rationem ſi conſulas, inquit, varia videbitur: hæc enim, dicet, cubiti potius venam ſecandam eſſe, quàm pedis, ſed alia ratio iterum huic obnititur, quod excurrentem ſuccum ad repagula ſemper reuocare decet, ineunte affectu rheumatico, fons enim phlegmonis iecur eſt, forte manu aut brachio vena ſecta rheuma ad contraria flectetur? non videtur; imo potiùs eò reuocabitur, ex vera venarum anatomia: quare ratio dictat ineunte malo, cum reuulſioni ſtudemus, vena feriatur poplitis, aut malleoli, ac poſtridie, vrgente malo, in cubito &c.

In Melancholia.

TRallianus *lib. 1. cap. 15. titulo curatio.* Iuuat ipſos, inquit, nihil minùs etiam ex imis corporis partibus ſanguinis detractio: memini autem ego etiam ex venis in talo ſectis, ſanguinem dimiſiſſe & multò magis profuiſſe, nam materiæ ad longinquiores partes prouocatio, firmiorem multò reuulſionem facit.

Concluſio.

ET dato quod hæ omnes auctoritates deficerent: auctoritas ſat eſſet illuſtrium Medicorũ à cubiculo Regio Philippi IV. Magni, qui noſtram opinionem propria auctoritate in praxi quotidie illuſtrant, vt plerique etiam illuſtrium ciuitatum Doctores, & in rei veritate, in hoc ſerum ſtatu, morum corruptione, nulla fere neceſſitas ab hac operandi ratione in ciuibus excuſat; nullus enim non aut Gallicis purgationibus, aut bubonibus, aut Gallicæ luis affectibus, ſiue hypochondriacis non laborat, à quibus nec etiam mulieres excipies; & ſi illud etiam modeſtia permittit noſtra, etiam poſſet eſſe ſatis auctoritas tam validis rationibus, auctoritatibus, principiis, & exemplis fulcita, & ſi alicui videbitur ſuperbia, hanc excuſat Horatius quando dixit, *Sume ſuperbiam quæſitam meritis:* non enim omnis doctus probabilis opinionis auctor, ſed qui menſura proxima veritati, res opinabiles metitur: ideò ſoli comprehenſores principiorum & cauſarum exactiſſimi quæ difficillima ſunt in ſua facultate penetrantes, dicuntur ſapientes & hi iuſte valent claſſicam, & probabilem opinionem condere, vt dixit Ariſtoteles *Rhet. 7. t. Metaphis. d. 6. ad 12.* Sãctus Thomas 1 1. *Metaphis*, Alenſis, Albertus Magnus & alij, & illis dixit Ariſtoteles, 6. *Ethic.* t. vt etiam prudentum iudicio, ſine demonſtratione eſt credendum, ſi illos maxime adornat experientia.

AN PVERPERIS

acuto morbo correptis, materiâ loco determinato inculcatâ, conueniat (vrgentiæ ratione) ſanguinem ex brachio mittere.

HVius dubij occaſione (ne aliquid deficiat, quod poſſit huic argumento lucem addere) hoc etiam traximus in arenam; Salius & Fonſeca, hic in particularibus affectibus ille *conſult.* 45. *&* 64. in puerperis morbo acuto correptis, ſi materia loco determinato coërceiur, veluti in pleuritide, angina, poſteris (& non ſine periculo tyronum) commendarunt, ſanguinis miſſionem celebrandam ex brachio, non ex talo, quia longius diſtat quam poſſit vrgentiæ neceſſitati auxiliari: nec obſtare contendunt lochiorum ſuppreſſio, nec acta profluentia lochia; ac ſi tantùm hæc affectûs vrgentia eſſet ſolius affectûs iam producti conſectaria, & non ex alio principio foueretur, cui forte maior attentio debetur, illud enim nemo inficiabitur, in caſu ex hipotheſi, hanc inflammationem originem traxiſſe ab vtero, ſeu lochiis ſuppreſſis, ſiue actu fluentibus, partim in fieri, partim in facto eſſe minùs etiam poterit dubitare puerperarum λοχεῖα aut eſſe venenoſa, aut ſaltem praui & iam corrupti ſanguinis cotyledonibus vteri per nouem ferè menſes adſeruati, inibique prorſus inuentilati; nec etiam poterit in quæſtionem vertere, quod eademmet lochia ab vtero per venas mamillares, thoraci & mammis valde conſociales, conſcendant, & exinde ad iugulum vt in inflammationis cauſam cedant;

De cauſis huius acuti morbi. cedant; ſiue etiam per alias naturæ ſoli notas, ad guttur ſeu ad cerebrum: quia per inferna exitu denegato, illa praua colluuies facilè, qua data porta, ruit vel aſcendit, & natura etiam irritata vtcunque irritans à ſe pellit, ſine delectu trudit, adhuc contra ipſius inclinationem, & dum ſub hac turgentia hic humor cõmouetur, ibi elucent humoris aſcendentis effectus, vbi humor recipitur, & accidentia pro partis nobilitate & humoris prauam conditionem ſortiuntur vrgentiam: nam interdum vidimus ſuffocantem anhelitum ex ſolo humore recurrẽte ad thoracem, & arteriam venoſam intercipiente, acri exitu, & ingreſſu præpedito.

De aliis cauſis proſequitur. Hæ ſunt cauſæ huius acuti morbi, ſed vlterius noſtra conſideratio nos debet manuducere, & de aliis etiam informare, quæ ſunt in penetralibus huius mali abſconditis: nam ſi in magna quantitate præſumitur magna in vtero adſeruata colluuies, & adhuc natura irritatur turgentiâ (adhuc in hoc affectu iam producto) nobis non eſt dubium, quòd mittere non ceſſat pars illa, quæ mittere incœpit. & natura quæ adhuc irritatur, & quod dolor & calor in parte inflammata trahere non deſiſtit, ſi non vacui ratione, inſita tractionis virtute; quo non eſt à ratione alienum ſuſpicari, quinimò & prudentia dignum, adhuc affectum in parte determinata iam productum (& magis in ſparſa) à praua colluuie aſcendente ab vtero, & ab ipſa turgentia, vt à parte etiam dolore & calore trahente adhuc affectum ipſum, quantumuis iam productum, in fieri & facto eſſe, foueri & conſeruari ab illa aſcendente maligna fœculentia, & hæc certè vnica nobis videtur cauſa, quæ Hippocratem mouit, in Stimargi famula (vt nos fortè redderet in ſanguine mittendo cautiores) vt in hæc verba protumperet, *Stimargi famula, Idumæa erat. cùm peperiſſet filiam, os vteri contortum eſt, & in coxam & crus dolor; liberata eſt, iuxta talum ſectâ venâ, etiamſi tremores ſecundùm corpus eam tenebant.* &c. Oportet enim non ſolùm ad occaſionem deuenire, ſed ad occaſionis initium: tantùm enim hoc intereſt, vt adhuc in loco determinato inculcata materia, indicatio naturam imitandi præualeat, quando ducit per loca conferentia, ita vt hæc alias indicationes obſcuret & obumbret: nam in quantùm perſiſtit indicatio à natura edocta, non eſt ad aliam tranſeundum, vſque confluxio & attractio ceſſare videantur: ſiue naturæ dominatu, ſeu dominante materia: quod ſi accidat, vt fluxio conſiſtat: aut adhuc perſeuerat vrgẽtia, aut ceſſauit acutus; ſi primũ, ſanguinis miſſio ex brachio non poteſt excuſari aliis auxiliis peractis, à natura edoctis. ſi ſecundum, iam ſanguinis miſſio eſt omnino ſuperflua, quoniam pertranſiuit àcuties: excepto in caſu vbi tam magna inflammatio aut vrgens ſuffocatio, in vltima deſperatione nos duxit, vt ex ipſomet loco vacuare compellat, vtcumque methodus præuertatur.

Nec vbi Hippocrates in mulieribus ſanguinis miſſionem imperauit, anxiè quæras, an imperet ex brachio, an ex talo: nam quod antea dixit, in poſterum ſupponit, quando poſteritatem ſecuriorem fecit, quòd *in mulieribus omnes morbi ex vtero, per ſe aut per conſenſum*: ideo tenetur, quando ſanguinis miſſionem imperat, abſque alio manifeſto indicio, ex talo imperare, non ex brachio, & ſexûs priuilegio, & naturæ docentis magiſterio, dum longa conſuetudine, omnem prauam colluuiem, per vterũ expurgat, quod nos etiam debemus imitari, & quando per eandemmet viam non valemus per venas, ſaltem vtero magis conſociales: hæc enim eſt ſententia expreſſa Hippocratis, licet nec menſibus ſuppreſſis, nec fluentibus, ſed ſolam ob dictam rationem: illud enim nemo inficiabitur, quod ſemper ipſe voluit, vt *quò natura vergit per loca conferentia, eò ducere oportet*, quod Oribaſius poſtea confirmauit; hoc enim natura etiam ſuæ conſeruationis non tantum gnara, ſed ſollicita, nos docuit, quãdo ars non occurrit in tempore, & nequis iudicet, hoc de ſola regulari curatione intelligendum, & non de coacta, legat Hippocratis hiſtoriam, mulieris moroſæ, hæc enim *ex febre ſatis periculoſa & acuta euaſit* (vt notauit Galenus) *quia ſub iudicium menſes copioſi prouenerunt*, & aduerte quòd hic menſes auxilio fuerunt febri, vt febris eſt, abſque vllo ſigno ſuppreſſionis menſium, quia de hoc nullam fecit mentionem Hippocrates, ſed de ſolo naturæ magiſterio: quod hiſtoria ſequenti etiam confirmauit, *Virginis in Lariſſa, quæ menſibus ſuperuenientibus liberata ex acuta, & ardente febre*, & aduertit Hippocrates, quòd *tunc illi primùm menſes prouenerunt*, quia virgo erat, in qua nulla ſuſpitio arguitur retentionis menſium.

1. de morbis mul. text. 66 & lib. de virginũ morbis text. 3. In præcitato loco. *7. Epid. ſect. 3. text. 85.*

Non in ſola febre & ſparſa materia, ſed loco determinato inculcata menſtrua profluentia, auxilio fuiſſe nos Hippocrates docuit, & naturam etiam & per eaſdem vias imitari, nempe in anhelitus difficultate ſuffocante; attendite ad Hippocratis

In 4. Epidem. pocratis verba: *Anheloſæ famulæ*, inquit, *tunc cum vaſa ſanguinem funderent, in menſtruis autem fiebant, anhelationes autem ceſſabant. febris fiebat*(*nempe cùm menſes non funderet*) *ideo opus erat*, dixit Valeſius, *ad naturæ imitationem menſes ciere, & ſanguinis miſſione ſupplere, vt iuuaretur mulier*; nec ideo quod iam à multis annis menſes non fluerent, eſt deſperandum, ſi ex arte, ſuo loco & tempore prouocentur: nam licet ſperabilis non ſit menſium prouocatio, eſt nobilis & ſatis doctæ artis, naturam imitari, & ſanguinem ad inferiora loca conuocare, in quouis affectu, qui ſanguinis miſſionem mereatur, non tantùm ex Galeni ſententia, ſed etiam

7. Epid. 92 Hippocratis exemplo, quando *in empta ſerua*, dixit, *cui muliebria ſeptem annis non prodierunt, & poſt hæc facta ſunt, & ſecundùm ventrem craſſa facta eſt, & corpus boni coloris*; in capitis dolore etiam inferius auxilium, per tali ſectionem, auxilio

5. Epid. 12. futurum nos docet alia Hippocratis hiſtoria (vt diſcat caueatque poſteritas, non ſemper magis brachia, quàm talum à capite diſtare) quando dixit, *Mulier in Pheris caput, circumcirca dolebat multo tempore, & nullus poterat quidquam opis ferre, neque cum caput purgaretur, melius autem habebat, cùm illi facilè prodibant, ſeu ſubditititiis benè olentibus ad vterum appoſitis. iuuabatur, & expurgabatur modicum quiddam, & cùm concepiſſet, requieuerunt capitis dolores*; *nam perinde eſt*(dixit Valeſius) *quod ad quantitatem attinet vtero gerere, ac menſes fluere*; ſed vbi febris, qua febris eſt, ſola menſium prouocatione medetur, le-

5. Epid. text. 1. gitur in illa Hippocratis hiſtoria, de olitoris vxore, *febris*, inquit, *corripuit ipſam continua, & pharmaca bibens nihil iuuabatur, ventre autem infra vmbilicum, erat durum & dolores fortes, hoc digitis cum oleo fortiter tractatum, & compreſſum eſt, & poſt hoc ſanguinis frequens deorſum proceſſit, & ſuperfluit, ſana & viuebat*: quare illa oris pudendi compreſſione, nos docet per inferius ſanguinem conuocare, per auxilia magis conuenientia, vti per ſcarificationem, aut ſanguinis miſſionem ex talo, vt quæ ſunt magis noſtra ætate vſualia, ſi ergo natura, vrgentiæ in extremo periculo ſuccurrit euacuatione, quæ longiùs ab affecta parte diſtat, idem ex arte ſperare ſecundùm rationem erit, maximè ſi fiat à loco, à quo demandatur conſenſus. qui illam vrgentiam conſeruat.

Hæc nobis vetuſtas tradidit obſeruata, hæc vſque ad noſtra tempora, illuſtriores Medici commendarunt: hæc pleriſque noſtrorum diſplicuiſſe video, qui ne tantùm Medicis, ſed populo (quem in ſuæ opinionis ſuffragium adducunt, minus certè decenter) ſuadere conantur: nempe in capitis affectibus brachia longè minùs à capite diſtare, quàm talum, & hanc ſanguinis miſſionem, ſteriles homines reddere, ac vires ita conterere, vt ne longo poſtea tempore conualeſcant; hoc eſt doctiſſimorũ virorum ſophiſticum phantaſma, viris doctis ridiculum, indoctis admirabile: nos enim æquali magiſterio & arte ſanguinem ex brachio mittimus, ac ex talo: ſed ſemper ſuo loco & tempore. & ſibi videntur. ſuæ opinionis altiora iacere fundamenta, Salij & Fonſecæ opinione, vt etiam doctiſſimi Mercati, quando in puerperis morbo acuto correptis, ſanguinem ex brachio mittere conſuluerunt, neſcio an conſultò, vt etiam in illa quæ ſequitur quæſtione.

Sed quòd nec vltima vrgentia acutiſſimi morbi, & extremè interdum peracuti, nec extrema capitis à talo diſtantiá, in angina, extremè peracuta, impedimẽto ſit in rectiſſima medendi ratione, vt ſanguis à talo mittatur, non ex brachio, quantumuis minùs diſtet & citiùs & prõptiùs videatur ſuccurrere vrgentiæ, ſic probat Trallianus, vnus ex medicinæ patribus: præter illa quæ in confirmationem huius ſententiæ ab Hippocrate, & Galeno addiximus: quod iam certè non credere pertinaciæ potiùs apponendum exiſtimo, quàm candido proficiendi genio: hæc ſunt huius auctoris verba, quæ nulla in contrarium callida interpretatio valeat retorquere, nec obſtinata ſecta, quantumuis animum altiùs deuincire ſe putet; *In mulierem autem*, inquit, *venas ad talum aperui, cùm ipſam menſibus non purgari cognoſcerem, atque illi, ne potiùs ei morbi occaſionem obuenire, ac duplex ægrotanti commodum ex eo ſubſequutum eſt, nempe conſuetarũ vacuationum prouocatio & efficaciùs liberatio Trallianus lib. 4. cap. 1. titulo de ſang. miſſ. in angina.* quam ideo perſanatam Zacutus ſcripſit & rationem reddidit in paraphraſi *hiſt. 77. fol.* 235. & confirmat *dubio* 48. ſubſequenti latiſſimè & *obſeru.* 56. quæ ſequitur: *Fœmina menſtruo retento, ſecta vena in brachio, ſubitò periiſſe*, & aliàs vidiſſe teſtatur, ſecta in talo vena conualuiſſe & tandem in *q.* 46. *fol.* 230. hæc vltimò ſubiunxit, *cùm ergo Trallianus hic anginam affectum ſanè grauiſſimum perſanare conaretur. non niſi ad hoc auxilium deuenire coactus eſt, ſciens nimirùm ſolo hoc inflammationes internas eſſe debellandas: cumque ſanguis menſtruus recurreret ad partes ſupernas muſculoſque gutturis, aut fancium phlegmone afficeret, neceſſum fuit ipſum ad originem & originis princi-*

pium, vterum nempe, attrahere,&c.

Quo etiam patet, non in angina tantùm, ſed pleuritide, pulmonia, aſthmate, & omni alio affectu acutiſſimo, retentis menſibus, ſemper à ſang. miſſione à talo incipiendum, ac poſtea, prout petit vltima vrgentia, operandum auxiliis, quibus hæc ſuccurratur: quod etiam confirmat Auicennæ ſententia *Fen*.9.3. *tract*. 1.*cap*. 11.*in p*. *Et quandoque oportet vt attendatur in re phlebotomia res alia, & eſt quoniam quandoque is cauſa dominij apoſtematis in præfocatione retentio ſaguinis conſueti, ſicut ſanguinis hæmorrhoidarum, & in huiuſmodi quidem oportet vt ſit phlebotomia in latere trahente materiam ad partem à qua cadit retentio, ſicut neceſſaria eſt hic phlebotomia ſaphenæ & ventoſæ crurum: cùm autem egreditur ſanguis plurimus, tunc quandoque ſedantur accidentia ſtatim, & quandoque neceſſaria eſt iteratio in mane*. Sententia diguiſſima cedro; dixit Zacutus *quam amplectuntur Gentilis & Iacobus de Portibus & omnes ferè Arabes*; illud tamen nos intellectum volumus, dum in angina plus habeat in fieri, & dum humor aſcendit: nam dum confirmata, & habeat plures partes iam factas, tunc nos voeat vrgentia, vt ex brachio citiùs ſuccurratur, quantumuis menſes immineant, aut fluant; ſecundum alia Hip. & Galeni præcepta ad vrgentiæ leges.

An ſuppreßis, aut fluentibus menſibus, ſi magna ſuperſit corporis plenitudo, in acutis, vt etiam in puerperis, ſit ex arte, aliquando ſanguinem ex brachio mittere.

Tetrabibli 4. ſerm. 4. c.57. AEtius initium dedit huic opinandi rationi, quando ex ſententia Rufi ſic alloquitur: *Atque hæ quidem* (nimirum quibus menſes ſuppreſſi) *Copioſa ſanguinis miſſioue ſanatur, vt quæ ob plenitudinem non purgantur cubiti itaque ac tali venas ſecare oportet*, & incautus Aëtius videtur à Galeno deceptus, quando dixit, *Lib. 10. ſec. locos c.2.* *Tamquam igitur maximam vim, ad affectionis curationem habeat totius corporis vacuatio, ab ipſa incipiendum eſt, non ſolùm à cruribus, ſed à cubito, priùs ſanguinis detractioue facta*: nam ſicut in iſchiade præſente corporis plenitudine, priùs ſanguinem ex brachio mittimus, & poſtea ex talo, ſic pariter in hoc affectu, ars nos operari docet: *Lib. 3. c.6.* Paulus etiam in hanc ire ſententiam videtur, per hæc verba; *cùm igitur propter aliquod interaneorum affectuum primarium purgatio circumciditur, aut moratur, ex vſu maximè fuerit, id quòd primariò efficitur, curare; inde vteri habere rationem.*

Sed viri iſti, qui hanc citant ſententiam, deberent paulò infrà hanc lectionem legere, quando dixit, *Vbi acceſſerit menſtruale tempus, ſi nihil aut nulla mentione dignum fuerit excretum, ex talo ſanguis detrahendus eſt*; hanc ſequitur etiam ſententiam Matthæus Degradi *ſuper Raſim. nono ad Almanſorem*; fugacibus certè rationibus & lubricis & non æqua lance libratis; nam quando inter grauia fluctuant difficilia, & illa quæ repugnant rationi & ex methodo expendunt Hippocratis & Galeni doctrinam, cum Aëtij parùm fida doctrina, ancipiti iudicio & parùm ſecurâ ratione conciliant, & dubia ex dubiis eliciunt, & eſt ecite magnū, parùm fidæ ſententiæ argumentum inter auctores (maximè tanti ponderis) qui de illa protulerunt iudicium, nullum in eſſentia, maximè qua veritas conſiſtit, alteri aſſentiri. Nam Amatus Luſitanus, *Centuriâ 1. cur. 15.* contra Hippocratem & Galenum, immodeſtè Aëtij conſilium tuetur: Mercurialis dum fluctuat, ancipiti iudicio, videtur Hippocratis, & Galeni ſententiam amplecti: *Lib. 4. de morbis mul. c.1.* poſtea verò dum Hippocratis hiſtorias illuſtrat, iam ſenex, videtur contraria tueri, maximè dum 15. hiſtoriam commentatur.

Mercatus nec in totum. Aëtij ſententiam amplectitur, nec omnino condemnat, ſed in electione auxilij fluctuat ancipiti prudentia & inter illum & Galenum pacem poſſe ſtabilire exiſtimat: Ioañes Riolanus, *Libro being medendi methodi. ſect. 4. c. 1.* *Iu manifeſtè plethoricis*, inquit, *vera eſt Aëtij opinio, alioquin ſequendus Galenus*: Rodericus à Caſtro, ſub his verbis alloquitur: *Lib. 1. de morbis mulierum cap. 1.* *Fatemur tamen Hippocratis & Galeni ſententiam ſecuriorem eſſe, & alteram, nonniſi ab exercitatiſſimo, & peritiſſimo Medico cum magna præmeditatione eſſe vſurpandum*: Valeſius, dubius adhuc ſibi ipſi non conſtat: Trincauelius & Altimarius ferè vbi conſiſtant *Lib. 2. ſui Methodi c.14.* non inueniunt, & virum prudentiſſimum quærunt, cui executionem auxilij & hîc *Lib. 1. de morb. curandis c.4. & lib. 3. conſilio 70.* & nunc commendent: ſi ergo vna eſt iſta veritas, quam quærunt viri iſti, quomodo inter tot ancipitia inuenitur? non eſt ergo tam facilè vt pleriſque videtur, in plethoricis & etiam puerperis ſuppreſſis aut *De curandis morb. 107.* fluentibus menſibus, ſanguinis miſſionem, & ſub quauis acutie imperare ex brachio: nec eſt tutum in dubio recentia ingenia informare: nam qui prauis opinionibus imbuti has tyrones edocet, ſunt in hoc ſicut apes, quæ aculeo in nobis relicto abeunt.

Nunc illud nobis reſtat expendere, quænam

quænam fuerit olim Hippocratis & Galeni ſententia, & poſtea qui illam ſequerentur auctores; de Hippocrate nulla eſt dubitatio, ſuppreſſis aut fluentibus menſibus, & ſub quauis acutie, à ſanguinis miſſione ex talo eſſe incipiendum, ſi hiſtorias antea præcitatas æqua lance expendimus, & librum ſterilium & de morbis mulierum, ſi maximè naturam imitari conamur. dum omnem ſuperauit acutiem, menſibus prouocatis, ſuæ ipſius mentis ſemper memor, quando dixit, *Quò natura vergit per loca conferentia, eò ducere oportet*: nullo enim præcepto magis ſuo loco & tempore naturam imitamur: quàm cùm ex conſuetudine altas iecit radices, per tam longa ſæcula, fœlix experientia & fida obſeruatio commendauit, quaſi vna tantum ſit via ad ſuppreſſam tollendam plenitùdinem, ex menſibus retentis, nempe per venam tali, vteri venis ſemper conſocialem quod Auiceña citra omne diſcrimen apertis planè verbis commendauit quando dixit, *& cùm ſuppreſſio eſt morbi cauſa, eius redditio eſt morbi medela*, ſeu per eandem viam, ſeu per aliam proximam, per venas nempe, illi conſociales, vt nos etiam alibi expoſuimus, & ſi illas ex anatome petimus, quænam magis conſociales quàm illę venæ tali, vtpote orientes à caua deſcendenti, quæ dum à quarta vertebra deſcendit, in duos ramos ſcinditur, & poſt quam alter ceruicis vteri principium circundat ad crus diuaricatur, vnde & vena tali oritur, & venas circumcirca exhaurit.

Anatomia cauæ deſcẽdentis ad tali venam.

De Galeno minùs nobis licebit dubitare, hanc amplecti ſententiam legite obſecro librum de curandi ratione per venæ ſectionē, & videbitis quod ex profeſſo, ille Hippocratis ſententiam commendauit, nam in capite vndecimo huius libri hæc ſunt illius verba: *Nam plenitudines à ſuppreſſis menſibus ortas omnino per crura vacuabis, ſiue venam ſecare oporteat, ſiue ſcarificare*, & in capite 18. ſubſequenti, ſuam ipſius mentem magis aperit: *Nam*, inquit, *quæ ex cubito fiunt euacuationes* (nempe in prædicta hypotheſi) *illud etiam adiunctum habent malum, nempe quòd purgationes menſtruas comprimant, ſanguinem ad ſuperiores partes retrahendo; quæ verò fiunt ex cruribus, tantùm abeſt vt retrahant, vt etiam menſes promoueant*; videtur enim Galenus, tantùm naturæ imitationi tribuere, vt aliter operari piaculum exiſtimet, quoniam neque his contentus *in cap.* 19. litem veluti ex ſupremo dirimens tribunali, ſubiunxit: *At in iis quibus repreſſi ſunt menſes, ſemper ex cruribus*, ac ſi legiſlatoris imperio mandaret, numquam ex brachio præſente vel abſente plenitudine: quod idem imperauit obſeruare conſilium, dum ex partibus infernis vacuare contenderet: *vtero nempe, renibus, & veſica, dum aduerſus Eraſiſtrateos ſanguiſugos diſſeruerit, in capite tertio huius libri, & 11. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, vt menſes caſtoreo cieret: hoc feci*, inquit, *vbi per venam, quæ in talo ſita eſt, euacuaſſem, oblato caſtoreo, pulegio, & calaminta, ſemper expertus ſum hos purgationem ciere*, & libro de tremore & palpitatione, dum illam Stimargi famulæ hiſtoriam exponeret. *In hoc caſu*, inquit, *non tantùm ad occaſionem debemus attendere, ſed ad occaſionis fomitem: quod Hippocrates in hac ſerua etiam feciſſe viſus eſt*, quod & ipſe reduxit ad exemplum, in Romana muliere, vt conſtat ex capite primo huius libri, *cui per quatuor menſes illi totidem etiam reſtiterunt, quam niſi larga ex talo euacuatione facta, perſanaſſet, morituram prædixit, quod poſtea ſanguinis ſputo euenisſe plorauit.*

Cap. 11. huius libri

Cap. 9.

Quis ergo poterit dubitare de Hippocratis & de Galeni mente in hoc caſu? quid multum? antiquiores Arabes, eandem amplectuntur, veluti princeps Auicenna; per hæc verba: *Hic verò volumus dicere, de regimine & medicatione illud quod eſt magis conueniens huic loco, & regimen hoc eſt, mouere ſanguinem cum fortitudine ad menſtrua, & de illis quæ faciunt illud eſt, phlebotomia ex ſaphena.*

Fen. 21. lib. 3. tract. 4. c. 28.

Idem ſentit Raſis, & Oribaſius ſuo tempore nobilis, qui præcitata verba ex Galeno videtur tranſtuliſſe, & Paulus, & ex neotericis magis nobiles hanc etiam veritatem ſequuntur, veluti Leonardus Iachinus Florentinus; *Quo auxilio*, inquit, *non ſola conſequitur menſium prouocatio, ſed ex ſupernis ad infernas partes humorem conuertere, atque trahere*: Iacobus Siluius, Pariſienſis, etiam capite de prouocatione menſtruorum, *Hæc autem obſtructio*, inquit, *licet à ſanguine multo, ſecetur vena poplitis aut malleoli*: idem ſentit Fernelius, & noſter Ferdinandus de Mena, *qui huic ſententiæ aduerſantes, pertinaces appellat, & indignos, vt verſentur in Galeni doctrina*; Alexander Maſarius & Ioañes Baptiſta Siluaticus ne tantùm hanc ſequuntur ſententiam, ſed Galenum & Hippocratem in illa acerrimè tuentur, & tandem doctus Moxius de curandi ratione per venas ſectas menſes reſtrictos, vbi contrariæ ſententiæ ſectatores acerrimè impugnat, *illos etiam lacerat acrioribus verbis*, & poſt illum Ioañes Baptiſta Corteſius Bononienſis, in Miſcellanea medi-

9. ad Almanſorem c. 83
Lib. 1. ſynopſeon c. 10. & 131. & 7. collect. Med. c. 2.
Paul lib. 3. c. 61. Iachin. 9. ad Almanſorem 66.
2. ſui Method. c. 7.
Cap 19.
Decade 10. q. 8.

cinæ, poſtquam ſenteotiam de ſanguine ex brachio in hoc caſu mittendo impugnat, concludit, *auerſandæ igitur ſunt ſuperiores ſectionis, & à methodo tanquam alienæ deteſtandæ.*

Obiectiones contra iſtã doctrinam diſſoluuntur.

Dicent forsaſſe viri docti, contrariæ ſententiæ, vſque adhuc ſuam non vidiſſe expugnatam: nam in hoc omnes conuenimus menſiũ ſuppreſſiones eſſe per crura vacuandas: non enim in hoc verſatur difficultas, nec agitatur alea; ſed an huic auxilio impedimento ſit, ſeu magna & ſuperior corporis plenitudo, ſiue acutus morbus huic ſuppreſſioni, aut puerperio etiam ſuperueniens; ſi quis tamen attentè legat quæ nos in noſtro diximus Medico tribunali, & rationes ex ſelectiore anatomia petitas æqua lance expendat, non dubito quin etiam & ſentiat nobiſcum & ſe ſecuriori methodo edoctum fateatur, niſi vnæ ſectæ addicta faſcinatio tenebras effundat intellectui; nihilominus altius difficultatem nobis placet expendere: ex duplici principio excellens

Superior plenitudo, vnde coniicitur in hoc caſu.

& magna corporis plenitudo conijcitur, & ex totius corporis venarum tenſione, & plenitudine, ſiue grauante onere, vnde laſſitudo degrauans & tenſiua; ſeu ſecundò ex ante acta retentione menſium: nam quò plures menſes illa conſueta vacuatio retenta coërcetur, tantò in maiori quantitate retenti ſanguinis plenitudo cumulata præſumitur, & tantò magis, quantò in producendo eſt hepatis temperies feracior: quod ſi ſub illa, ſeu illius occaſione, acutus ſuperueniat morbus, qui celeriter & cum periculo properet ad ſtatum, hoc & illud videtur, ſeu peculiari vrgentia, ſeu ne dum fluit ad vterum obſtructum, obſtructiones augeat, ſanguinis miſſionem ex brachio poſtulare, vtpote quæ citiùs vrgenti periculo occurrit: non enim videtur æquè citò ſanguinis miſſione ex talo poſſe auxiliari: nec

Quare in hoc caſu ſanguis ex brachio mittendus.

illa eſt paruiſacienda corporis plenitudo, niſi antea ex ſuperiori loco deponatur, ſi ad venarum vteri obſtructionem affatim fluat attracta ex ſanguinis miſſione ex talo: nam aut obſtructiones preſſiores efficiet, vt illas in poſterum reddat inexpugnabiles, aut fortè inflammationem vteri concitabit; quod pari neceſſitate in periculo cum vrgentia currit; hæ ſunt potiſſimæ rationes, quibus illa opinio fulcitur, quibus ſi ex ante valemus ſatisfacere, amplius illuſtrata reddetur illius quæſtionis reſolutio.

Reſpondetur obiectionibus.

Quare illud primò ſupponimus, quòd in vtraque opinione, ſine controuerſia currit, ſcopum & indicationem in menſibus ſuppreſſis, aliter diminutè fluentibus, illorum prouocationem indicare: ſeu defectum ſupplere, ſi nihil aliud obſtet, quod huic operi impedimento ſit: ſi

Scopus & indicatio in hoc caſu quid imperent.

ergo ſanguinis miſſione ex talo, & menſes prouocantur & ſimul impedimentum tollitur, & ad nutum naturæ operatur, hoc auxilio ſcopi & indicationis completur indicatio: ſcopus enim quid faciendum

Scopus quid, & indicatio quæ.

indicat, indicatio executionem huius operis præſtat in auxilio, ne tantùm contrario, ſed æquali, ſi quo natura vergit, per loca conferentia illi menſes ſuppreſſi prouocantur, quod Hippocrates tam ſeriò iudicio commendauit, & Auicenna ſequitur, vt antea legimus in vtroque principe medicinæ: nam vterus eſt regio gentilitia & huic operi omnino deputata ex præſcripto naturæ, & illius defectu venæ vtero magis conſociales, vt ſunt illæ ſaphænæ, quæ in talo ſecantur, ſeu vt illa retenta vacuatio prouocetur, ſeu vt detracto ſanguine (ad ſuppreſſi menſuram) retentionis præcaueantur pericula: illud etiam in noſtro Medico tribunali ocula-

Saphæna æquè ampla & æquè diſtantes, ac ex brachio.

ri anatome apertè demonſtrauimus, ſaphænas, quæ in talo ſecantur, tam latæ & profundæ magnitudinis eſſe, imò æquè diſtantes, vt illis ne tantùm ſanguis ex inferiori trunco hauriatur, ſed ex trunco cauæ ſuperioris.

Quid multum? ne tantum ex hepate & iugulo, ſed parte ipſiſmet capitis venis, ſucceſſione ad id quod vacuatur, quod ſatis manifeſtè monſtratur ex animi deliquio qui ſequitur ad illam ſang. miſſionem; quod ſpirituum animalium exolutionem comitatur, qui ſolo in cerebro continentur & ab illo ad partes inferiores demandantur, & ad actiones animales diffunduntur, & hac etiam ſectione venarum ocularis monſtrat experientia, corpus vniuerſum vacuari, ſi ſub definitione ſanguinis miſſionis continetur, vtcumque celebretur: eſt enim iſta *Vacuans auxilium ab vniuerſo corpore.*

Superior plenitudo ſucceſſione ad id quod vacuatur deponatur.

Quis ergo poterit dubitare, ſi Galenus crurum ſcarificatione (quæ tantùm capillaribus venis exercetur) corpus vniuerſum vacuare in ſeipſo probauit in illa peſtilentia, quæ Aſiam vniuerſam deuaſtauit, & tres ſanguinis libras extraxiſſe fatetur, in ſeipſo, quo ſe à febre peſtilenti liberauit: eſtne tres ſanguinis libræ ſatis magna ſanguinis vacuatio? eſt æquale auxilium, vt poſſit adhuc ſuperiorem plenitudinem deponere, abſque vllo periculo, vt in vteri venis preſſiorem obſtructionem faciat? tantùm abeſt vt in illis ſanguis ille attractus remoretur, quinimo ablatâ venarum vteri obſtructione, illo detracto ſanguine, in illis inculcato,

ſupe-

ſuperiorem ſanguinem, qui illius obſtructionis occaſione retinetur, prouocet, & ad naturæ imitationem ad vias ab ipſa deputatas inclinet: maximè adiuuante natura, quæ ſe tantùm ab illo impediente expediri deſiderat, vt menſes aut feliciter prouocet, aut ſe ab angenti periculo expediat: quo non tantùm ſuperior plenitudo deponitur, ſed à ſuperioribus membris illius occaſione laceſſitis, ſeu ab affectu, huius occaſione concitato reuellitur. ſeu ille ſit pleuritis ſeu angina: quæ ab illa pendebat plenitudine & ſub illius præſentia conſeruabat vrgentiam, vt poſtea ſi iam productos affectus magis vrgeat. & iam potior indicatio verſatur circa illud, quod circumcirca in parte affecta continetur, maiori ſecuritate ad venas brachij accedamus, ſiue ad carpi venas: ac ita & ad artis præcepta & ad mentem Galeni & Hippocratis prudens Medicus non tantum operatur, ſed ad nutum rectè operantis naturæ hæc dirigit auxilia.

Illud etiam manifeſtè conuincitur, ne tantùm corpore temperato & vbi nullum erat ſuperfluum, ſed in magna & plethorica ſyndrome, obſtructionis occaſione cumulata, publicis atque manifeſtis Hippocratis exemplis, quod inferiorum venarum vacuatio, tantùm abeſt vt obſtruat, quin ab infarctu liberet obſtruente: quantumuis ſuperior preſſit corporis plenitudo ſupra vteri venas.

Confirmatur hac doctrina Hip. exemplo. Legite obſecro *illius mulieris hiſtoriam, cui per octo ſuppreſſi erant menſes, ac illis prouocatis conualuit*: legite & aliam, *cui per quatuor menſes, nihil menſium apparuit, velut in empta ſerua, cui poſt ſeptem annos menſtrua non prodierunt. & cum poſtea ſuccederent, iuuabatur.* abſque vllo periculo nouæ obſtructionis; ſeu illius adauctæ: quod etiam apertè probat Moxius in præcitato loco: *Vbi igitur*, inquit, *ſecta vena quacunque ex parte, ſit reconditus ſanguis natura eſt præſto ad illius præſcriptam expulſionem: cubitorum verò ſectione, tantùm abeſt vt id præſtare valeat, quin ſit oppoſitum potius ſperandum: quia trahunt ſupra materiam, & inhabilem naturam reddunt ad ipſius inclinationem; auerſandæ igitur ſuperiores ſectiones & à methodo tanquam alienæ deteſtandæ.*

Superior plenitudo dupliciter conſideratur. Hæc ſolutio amplius illuſtrabitur, ſi benè ſerioque attendat, quod in hoc morbi ſtatu, illa ſuperior plenitudo, dupliciter venit conſideranda: ſeu dum affectum iam productum conſeruat, ſeu dum illa eſt effectus affectus iam producti, quoniam ſi affectum conſeruat, dum fluit aut parata eſt fluere, & ſub illa affectus vrgentia adaugetur, tunc in hac curatione primas tenet reuulſionis indicatio, & ſecundo loco deriuationis, in tertio vacuandi neceſſitas; quas omnes indicationes, eodem ſimul tempore & loco adimplet ſola ſanguinis miſſio ex talo: nam ſecundum diuerſas dimenſiones ſurſum & deorſum, intus & extra, reuellit & diriuat ex venis, quæ vterum circundant, vtpote ex ramo, qui oritur ex illis, & ſucceſſione ad id quod vacuatur, vacuat quod eſt venis impactum, vt antea vidimus in iis quibus ſuppreſſi menſes, nam ablato illo impediente, mox proceſſerunt menſes ex præſcripto naturæ: ſi verò eſt effectus affectus iam producti, nempe quod poſita obſtructione, ſupra ipſam plenitudo augetur: tunc, ſi aliud non obſtat, affectum prius tollere conſultiſſimum erit, nam illo ablato minuitur etiam plenitudo, quæ ab illo producitur: quo in ſtatu tenemur, & tollere impediens & naturæ motum adiuuare: quod impediens tollatur ſanguinis miſſione ex talo, nec dubitat Galenus nec Hippocrates, in præcitatis locis: neque etiam quod impedita natura ablato impediente inſurgat & noxia impellat per vias ab illo expeditas, ſoliti muneris non oblita.

An attractus ſanguis obſtructionem augeat. Quòd ſi daretur, quod eodem auxilio nexus vtriuſque diſſoluatur, nempe plethora (obſtructionis cauſa) & obſtructio ipſa, illo (vel nos prudentia conſulit) neceſſitas compellit: maximè accedente ſcopo naturæ intendentis deponere illuuiem: quodnam ſit hoc auxilium nulli dubium erit, eſſe illud quod vacuat cauſam antecedentem & coniunctam, hoc & illud efficere ſanguinis miſſionem ex talo, hoc omnes promiſcuè fatemmur: nam illa dum cauſam coniunctam trahit, antecedentem neceſſaria conſequentia educit & expellit: nec ex illo vacuanti auxilio ſequitur, quod verentur contrarij, nempe quod attractus ſanguis obſtructionem augeat: nam illa inferiorum venarum ſectione, & vacuatur, qui circumcirca obſtructionem continetur, quæ eſt cauſa proxima huius obſtructionis, ac deinde coniuncta, quæ illam obſtructionem & parit & conſeruat, qua ablata tollitur & obſtructio, quæ eſt affectus, reſpectu huius cauſæ & cauſa reſpectu plenitudinis, quæ illius occaſione cumulatur.

Paritate alterius cauſa probatur. Patet argumentum, ſub hac alterius affectus paritate: quare in dolore pleuritico, ſanguinem mittis ex eodem latere, & baſilica vena in principio, quia reuellit & commotum humorem & fluere paratum, quia vna reuulſionis dimenſio ſeruatur, nempe intus & extra, quæ non eſt

exquiſita, & quare tertiò & quartò ſanguinem mittis poſtea ex eodem latere & vena? quia deriuat quod circumcirca in parte continetur, & quare vltimò (dolore non cedente) extrahis vſquead pro rubro liuidus appareat ſanguis, vt conſulit; Galenus: quia hac ſectione vltima vacuatur quod in inflammatione continetur: ergo illis ſectionibus reuellitur, deriuatur, & vacuatur ſanguis. qui in ipſamet parte continetur: ergo pariter etiam per ipſas tali venas, ſeu dixeris ſaphœnas, vt Auicenna dixit, poſſunt hæc eadem opera compleri reuulſiones reſpectu humoris ad vterum fluentis aut fluere parati, ab eodem trunco & per diuerſas venas: deriuationis reſpectu venarum, quæ circumcirca vterum continentur: vacuationis reſpectu illius, qui in ipſiſmet obſtructis venis adſeruatur.

Lib. de ſág. miſſ. c. 18 & 13. Met. 11. Totus diſcurſus legitur in Galeni doctrina, legite huius capitis titulum, nam ſic à docto Gadaldino inſcribitur: *Quæ venæ. quibus affectibus ſecandæ, ac de ratione euacuandorum menſtruorum.* Porrò, inquit Galenus, *quemadmodum prædictæ omnes partes (nempe ſuperiores) in cubito ſecta vena iuuantur, ſic quæ his inferiores ſunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt, ſunt autem dictis inferiores, coxendix, vterus, veſica: mittamus aliò renes. & dolores nephriticos, in quibus ſi recens phlegmone ſit, miſſo ex cubito ſanguine iuuantur, poſtea verò ex crure.*

Quæ partes dicãtur ſuperiores, & quæ inferiores reſpectu ſág. miſſionis.

Procedit vlteriùs Galenus; *Porrò vteri inflammationes, magis etiam quam renum, à venis in crure ſectis auxiliantur: nam quæ ex cubito fiunt euacuationes aliud etiam habent adiunctum malum, nempe quod purgationes menſtruas comprimant, ſanguinem ad ſuperiores partes retrahendo; quæ verò fiunt, in cruribus menſes promouent*, &c. Nec ex magna in ſuperioribus plenitudine Galenus veretur, vt in parte obſtructâ remoretur, dum per illas venas contentum vacuatur: nam parum infra ſic alloquitur: *Sed hæc obiter ſint dicta, quamquam non à re ipſa aliena, quandoquidem ſanguinis ex vtero fluxui auxiliantur. Cum euacuatione ex cruribus, aut inciſa in talo, aut in poplite vena: memini me iſchiadas vno die facta ex crure euacuatione curaſſe, vbi non ex frigore, ſed implecis quæ in coxa ſunt venis prouenìſſent, quare ſecta in poplite vena commodior ita affectis eſt:* ergo humor, qui in ipſo affecto loco continetur, per ipſas tali venas vacuatur, & qui reſtagnat ſurſum.

Galeni antinomia diſſoluitur. Dices quod in Galeni doctrina aperta deprehenditur antinomia, nam 13. Meth. 11 *Vtero inflammato, ex brachio, non ex talo, conſulit vacuandum, aut cum vterus phlegmone laborat, ſiquidem longiſſimè à parte fluxione tentata, quod redundat, reuellere, nequaquam ad eam trahere conuenit: neque cum ventriculus aut inteſtina phlegmone occupantur, huic aluum ideſicias: eandem cum his indicationem & vterus ſortitur, ſicut cum vrina vaſis pudenda*; & poſt huius capitis medium: *Renibus verò*, inquit, *veſica, pudenda, & vterus ſic habentibus, eas quæ in cruribus ſunt ſitæ venas, aut iuxta malleolos ſecabit.* Hæc antinomia in Galeni doctrina facillimè diſſoluitur, ſi conſideres indicationum differentias: nam quando indicatio à ſola parte ſumitur, ſeu à loco affecto, tunc à proximiori loco conſulit vacuandum, vt ab affectu citiùs liberetur: ſi verò affectus cauſam attendit, vt expendit in methodo, prout eſt in motu, vt conſiderat, vtero inflammato, iſchiadis principio, tunc reuulſionis indicationem conſulit præferêdam; quoniam ſi quod in inflammationem confluit non reuellitur, de gangræna illa periclitatur inflammatio: ideo partem fluxione tentatam, humorem noluit conuocare, In libro vero de ſanguinis miſſione (vt vidimus) indicationes à parte affecta conſiderare docuit, quo in loco inquit, *Morbus auxilium præſcribit, pars affecta locum per quem tale celebratur auxilium*: ſi maximè in illo naturam rectè operantem imitamur: ideo in principio inflammationis vteri, conſulit, vt reuellatur humor, ſanguinis miſſione ex brachio: dum verò fluxio iam conſtitit atque membro inhæſit, pars affecta locum auxilij præſcribit, ideò in libro de ſang. miſſione adhuc in vteri inflammatione (intellige ceſſante fluxione) nephritide, iſchiade, potius malleolum ſecare docuit: quo etiam manifeſtè conuincitur, non eſſe antinomia in Galeni doctrina.

Et ſi adhuc inſtabis, ſi ægri vires ad ſanguinis miſſionem ex talo & brachio, non ſuppetunt, & interim affectus ita vrget, vt moras vtriuſque auxilij non expectet, quid agendum? quod prudentia conſulit priùs eſſe vrgentiori ſuccurrendum: ſed priùs debes attendere vnde illa vrgentia conſeruetur: quoniam ſi videatur quòd vrgentia, in fieri & conſeruari pendet ex illa retentione menſium, ſiue ex plenitudine illius occaſione cumulata, conſultiſſimum iudico quod priùs ſanguis ex talo mittatur & quantùm vires ferant, & cauſa quæ vrgentiam fouet, deponatur: ac poſtea ſi videatur quòd iam vrgentia potiùs eſt ex inducto affectu, quàm ex conſenſu menſium, tunc ad brachium poſſumus deuenire, & ſanguinem *In hac vrgentia alid ſolutio expenditur.*

extra-

extrahere, viribus æqua lance libratis : ſi non datur occaſio antea venis hæmorrhoidalibus ſanguiſugas affigere, quibus ex minori diſtantia & cauſam & affectum reſpicimus, & naturæ inclinationem adiuuamus, iure vicinitatis: niſi tam magna ſit vrgentia, vt ad ſe omnem attentionem trahat, vtcumque methodus rationalis præuertatur, quod etiam eſt Hippocratis & Galeni præceptum, vt antea probauimus in Illuſtratione antecedente hæmorrhoidum.

Concluſio totius diſcurſus.

Sit ergo totius Illuſtrationis concluſio quòd in mulieribus, ſexûs illius priuilegio, in morbis qui regulariter mederi optant, ſeu ex ſparſa materia, vt in febribus, ſeu peculiari loco inculcata, ſiue ſuppreſſis, aut fluentibus menſibus, ſeu aliter ſemper incipiamus à ſanguinis miſſione ex talo, vſque vltima vrgentia altiùs meditata ad ſang. miſſionem ex brachio compellat, ne tantùm in iuuenibus, ſed in prouectis adhuc, quibus menſes multò iam antea deſierunt, & ſecundò in puerperis morbo acuto correptis, ſiue ille ſit febris, angina, aut pleuritis, ſiue etiam vteri inflammatio. ſemper in principio eſt à ſanguinis miſſione ex talo incipiendũ: vſque ad vltima deſperatio & extrema vrgentia (vt prudenter conſuluit Mercatus) ſanguinem ex brachio mitti conſulat : dum interim fortibus ligaturis, cucurbitulis, aut forte frictione, naturæ motum deorſum adiuuamus & ſurſum impetum coërcemus, aut tertiò ſuppreſſis, aut fluentibus menſibus, licet magna ſuperſit corporis plenitudo in acutis, aut aliter, ſemper eſſe ſanguinis miſſionem ex talo celebrandam : quid multum? licet menſes non fluant, dummodo acutus affectus muliebri ſexui superueniat, ſeu ſit acuta febris ex ſimplici putredine, aut maligna, veluti mulieri moroſæ & Lariſſeæ Virgini, & licet in affectu peculiari accidat loco determinato, vti legimus in anheloſa famula, ſub anhelitus difficultate periclitante, & adhuc in deſperata menſium prouocatione, velut in empta ſerua : ſiue in ſola febre, & ſolius febris ratione, nec alio affectu complicata, veluti olitoris vxore, & tandem in capitis dolore, ſola doloris ratione, ne cerebrum trahat in fatalem conſenſum, vt etiam muliere in Pheris Hippocrates obſeruat; nos enim non tam citò credimus aduenire vrgentiam (in adnotatis caſibus) ad ſanguinem ex brachio mittendom, quin permittat, vt illa antea ſuccurratur acutus, quæ vteri conſenſu in acutis contrahitur, non tantùm bis & ter, ſed quater ſanguine ex talo miſſo & cruribus ſcarificatis, cucurbitulis etiam, aut appoſitis hyrudinibus ad ani regionem.

Sed adhuc tam ſolidâ doctrina non aquieſcit intellectus viri cuiuſdam docti, & qui (ſi Pythagoræ ſomnio fabuloſo credere par eſſet) Hippocratis animam poſt tam prolixa ſæcula videtur induiſſe : *& licet huic doctrinæ*, inquit, *quæ à viſceribus artis & à fideliſſima anatomiâ (quæ in demonſtratione veritatis omnes alias medicinæ partes videtur ſuperare) nihil penè deficiat, ſed quantùm argumentum permiſit, fulcita videatur: nihilominus tamen ſub ſacro amicitiæ titulo, ſic inſurgo*: non poſſunt certè, ſaltem meo iudicio, venæ tali dum in prædictis affectibus ſecantur, illis fore auxilium : nàm tali & pedum venæ, non ab aliquo portæ ramo oriuntur, nec cum illo communionem habent. ſed à ramificatione venæ cauæ deſcendentis, dum ab ipſa hepatis ſubſtantia egreditur, vbi cum radicibus venæ portæ communicat; ex quo accidit, vt nullam conſequentiam, vel certè valde remotam, habeat illa ſanguinis miſſio, ſi à meſaroei ramis & venis eſt educendus humor, quia nullam communionem habent iſtæ venæ cum meſaroei venis, quibus ſtabulatur, vt in hipochondriacis, in quibus illa praua & fœculenta colluuies cumulatur. non enim intereſt, quod ambæ inferiores venæ numerentur, ſi non peculiarem communionem ſortiuntur, cuius occaſione illa fœculentia in meſaroei venis adſeruata vacuetur, quinimò ex illa ſanguinis miſſione ex talo, ſequeretur aliud graue malum, nam ſucceſſione ad id quod vacuatur, eſt omninò neceſſe, vt cruditates & praua fœculentia retrocedant ad truncum, & ad ipſas radices venæ portæ, quæ per ipſam hepatis ſubſtantiam diſſeminantur, & hinc ad venam cauam, vt ex hoc loco vlterius deſcendant per illas venæ cauæ propagines, vſque ad venas tali, per quas ſanguis educitur: quod abſque grauiſſimo periculo fieri non poſſe exiſtimo; quia in illo retroceſſu, deterrimæ & prauæ fœculentiæ & cruditatis deleteriæ conſortio, ſanguis laudabilis qui in hepate & caua continetur, inficitur, & putrida vlterius putreſcunt, antequam ad venas capillares, quæ tales iam in pedibus fiunt, deſcendant, ac exinde planè oritur, ſarcinam prauam ad hepatis ſubſtantiam tranſponere ex meſaroei venis. & vt euitetur leuius, grauiſſimum ſanè damnum conſultò inducatur.

Obiectio omnium validiſſima.

Et dato quod illa vacuandi neceſſitas inſtaret, quantò ſecuriùs & breuiùs per hæmorrhoidales venas vacuaretur, quæ à ramis venæ portæ oriuntur, quam per tot

ambages ſanguinem ad venas tali conuocare; ſed adhuc neque hæc via placet, quia indicationum ordo planè inuertitur, ſi reuulſionis indicatio vacuandi à parte ſuperat indicationem, & in hoc vltimo magis hæſitar intellectus, quod hæc opinio vacuare intentet crudirares per venas contra omnem methodi rationem & contra Galeni mentem, qui illas medicamento educere conſuluit & non extractione ſanguinis per venas; hic eſt conatus vltimus, & eſt certè validiſſimus omnium, contra noſtram opinionem de ſang. miſſ. ex talo.

Reſponſio huic obiectioni.

Verùm tamen, amiciſſimus noſter & mihi amantiſſimus, noſtra condemnat, quando noſtra legiſſe non videtur, & illa actiori iudicio ſugillat, quando nec cenſuram merentur: nos enim numquam diximus quod cruditates debêt per ſanguinis miſſionem vacuari, ſed illa melancholica fœculentia, quæ ſanguinis craſſi & melancholici intra venas rationem merentur: ar verò cruditates, ſeu crudæ aut incoctæ, ſemper per medicamentum purgans vacuandas, nec tantùm æſtimauimus, ſed diximus, & ſi noſtra debitâ attentione legerentur, facilè illa æquiuocatio deleretur: neque nos vnquam diximus, quod febris ab illa cruditate oritur aut fouetur, ſed quòd febris occaſione (à quibuſcumque venis & à quauis minera concitetur) illa in meſaroci venis adſeruata fœculenta colluuies (quæ neceſſario in omnibus vniformiter difformiter congeritur) neceſſariò alteratur & putreſcit, vt ſi per venas brachij, ſucceſſione ad id quod vacuatur, aſcendat, ſanguinem inculpabilem inficiet, & conſpurcabit, ideo ſatiùs & prudentiùs duximus, illam per venas inferiores expurgare, vtpote per conuenientem regionem, & ne febris illius conſortio malignior reddatur.

Sed veniamus ad doctam venarum anatomiam, vt anatomia anatomiæ etiam ſatisfaciat; primus venæ portæ ramus ad ſuperiorem ventriculi partem diffunditur: ſecundus in partem inferiorem petit ipſiuſmet ventriculi: tertius ad omentum pertingit: quartus ad lienem ſe confert: quintus ad inteſtinum colon diuaricatur; ſextus (qui omnium eſt maximus) inteſtina gracilia circundat; & ſeptimus tandem ad rectum inteſtinum finitur: ex quibus tres illi rami, quos ferri ad inteſtina diximus, cum per meſentereum diffunduntur, in meſarocicas venas terminantur, & inteſtina non modò amplectuntur, ſedad internam vſque penetrant cauitatem; alius etiam inter venæ portæ ramos adnumeratur, qui lieni dicatur, vt qui parte læua per meſentereum deſcendens verſus extremum & rectum inteſtinum petit, venaſque ibi hæmorrhoidales progignit, quibus dumtaxat natura à melancholico ſucco expurgatur, & ſi optas adire penetralia quæ claudunt iſtæ portæ, quas breuiter intrauimus, hoc haud facilis te docet anatomia: alia enim eſt per venas quæ deſcendunt ex ramo ſplenitico ex parte ſui inferiori ad lienem. vbi ſimplex epiploides profert, qua per epiptoi partem ſiniſtram ſe diffundit, & inſuper ex parte ſui ſuperiore, qua lienem attingit. breuem ramulum mittit (vas venoſum dictum) ad orificium ventriculi ſuperius, appatentiæ gratiâ ventriculo donatum, & hoc Galenus vas breue dixit, ex ipſo ſplenis corpore exire, inque ventriculi medium terminari inter duas tunicas, & in parte ſiniſtra; alia porta eſt, quæ à lienis parte caua ad fundum ventriculi ſpectat, vbi quartus venæ portæ ramus, ven. s lieni tribuit, quibus allicit partem impuriorem ſanguinis alēdo minus aptam, vt ſanguinem puriſſimum, alimento, relinquat, vbi etiam atterlam ſuppeditat, arteriæ magnæ deſcendentis primus ramus: vbi primo extra διάφραγμα egreditur, quo ventriculo etiam magnam communionem habet per venas, quas ille ramus in ventriculum mittit; & per epiploon connexionem habet proximam, vbi ductus maximè notus eſt, à liene aſcendens ad vētriculum, per quem ſuam deponit pleonoxiam humoris melancholici; ad excitandam famem, & inde ferè accidit, vt hepar ad lienem impuritatem mittat, aut illam lien attrahat, ſeu medio connexionis venarum cum vētriculo. ſeu per vias vtrique membro magis conſociales: hepar enim magna ſui parte, quantumuis in dextro latere ſitum ſit, minore vèrò in ſiniſtro, nihilominus eius connexio, eſt imprimis cum ventriculo, deinde inteſtinis per venas & membranas peritonei, ac vltimò per ramum ſpleniticum, cum liene per vaſa breuia, ſed ampla, eaque plura & longiora, ſed oblique inſerta; quo ferè accidit, vt minori negotio, magna aquæ potæ pars, ſeu eſculentorum impuritas, à ventriculo ad lienem, ſiue ſponte, ſiue ipſius lienis tractu, facilè deferarur: quandoquidem vaſa lieni & ventriculo communia nonnihil obliquè inſerantur, duas inter ventriculi tunicas: quare ſi lien calidius eam chili partem attrahit abundantiùs, neceſſe profectò eſt, æſtuoſum (ſiue naturâ, ſiue ob aliam cauſam) ſitientè indies magis ac magis turgere collecta a-

qua

qua & non diſſipata, quo natiuus illius calor, magis refrigeratur, vt craſſioribus ſordibus derelictis (vt etiam accidit canalibus aquarum) facilè intumeſcit, vt in immenſum creſcat: & nigrà vteritia facilè ſubſequatur, vti flaua ex fellis folliculo obſtructo, aut compreſſo: iàm vidimus quomodo ramus vltimus, ex ramis venæ portæ ad rectum inteſtinum deſcendat, illumque circumdat, vt meſaroei & lienis pleonoxia expurgetur.

At verò deſcendens vena caua, vbi ab hepatis ſubſtantia egreditur, cùm ad quartam vertebram deſcendit, In duos inſignes ramos ſcinditur, & ad vtrumque crus diuaricatur, & ab eiſdem ramis dum per fæmur deſcendit & ſaphœnas conſtituit, venæ ille proficiſcuntur, quæ in extremum rectum inteſtinum implantātur, & hæmorrhoidas exteriores pariunt, per quas etiam hepatis fœculentum expurgatur, & in mulieribus ille ramus petit vteri ceruicis principium, per quem menſtruæ purgationes fluunt; quare licet hic ramus communionem non habeat, cum venæ portæ ramus illam tamen ſortitur, & cum hæmorrhoidibus externis, & cum ipſis venis vteri, per quas menſes in mulieribus expurgantur, & in viris melancholicis ſuccus dum in hæmorrhoidibus externis (exitu denegato) retinetur, & in his dum venæ tali ſecantur, per ſibi conſociales vias expurgantur.

Quare in hoc conſiſtit vis huius argumenti, à Doctore grauiſſimo propoſiti, quod fœculentus humor, in meſaroei venis adſeruatus, quæ ex ramis venæ portæ oriuntur, non poteſt expurgari per venas quæ ſecantur in poplite, quod ille oriantur ex caua deſcendenti, & non ex portæ ramis, inter quas, neque vlla communio, nec aliquis conſenſus obſeruatur.

Proſequitur reſponſio ad obiectionem.

Pro cuius ſolutione illud primò aduerto, duplicem ſanguinis miſſionem noſtris concluſionibus propoſuiſſe, aliam, neceſſariam, dum omne excluderet arbitrium, & aliam ad medentis arbitrium & ad electionem, prout hæc aut illa indicatio videtur præualere: quare prima concluſio noſtri Medici tribunalis (in quæſtione de ſang. miſſ. ex talo) erit omnino neceſſaria, & ſecunda ad medentis electionem erit; in tertia de maligna & peſtilenti febre eſt ſanguinis miſſio ex talo omnino neceſſaria, in febre tamen ex ſimplici putredine ad medentis arbitrium, in quarta concluſione, ſi actualis indicatur reuulſio, omne arbitrium excludit; in exquiſita reuulſione maximè, cum ſit omnino neceſſaria, & ſecundò ſuppono meſenterei fœculentiam, intra venæ portæ ramos contineri, & quòd venæ, quæ in talo ſecantur, ſunt ramificationes ex caua deſcendenti, ac ideo non habere communionem proximam, nobis notam, ſed habere aliam communionem & conſenſum per ipſas venarum anaſtomoſes, quibus natura vtitur, neceſſitatis tempore & in conſeruationem, nexus & vnionis, ne totum diſſoluatur, & tertiò ſuppono, quòd quando in hypochondriacis aut in aliis quibus in meſaroei venis præſumitur melancholici humoris fœculentia cumulata, ſanguinis miſſionem ex talo imperamus, non eſt vt primò & per ſe per venas conſociales extrahatur, per illas nempe, quæ cum ramis venæ portæ communionem habent, ſed per venas cauæ deſcendentis: ſiue illius rami, vt vacuetur, & diuertatur portio humoris melancholici qui in hæmorrhoidalibus externis, & in vteri venis continetur: ſiue ne in tanta quantitate, in meſaroei venis cumuletur, vt inde foueantur affectus per conſenſum, qui minantur ex illa fœculentia, ſeu tandem, vt à cerebro & corde reuellatur, & vt ſecundum humoris & naturæ inclinationem educatur, & non eſt ſanè hæc ſola & potiſſima ratio, ſed vt reuulſione & deriuatione peracta, per has venas detur locus, & præſto ſit occaſio ſecundùm medicinæ præcepta, vt illa fœculentia per proxima loca, & venas ſibi conſociales vacuetur, ſanguiſugis venis hæmorrhoidalibus applicatis, quæ ſunt certe venæ conſociales & extrema illarum venarum ad ani regionem terminata: nam hac duplici intentione duplex beneficium conſequimur, & vt ſuperior plenitudo deponatur; reuulſione & deriuatione cum illa euacuatione copulatâ & vt cauſa aliarum cauſarum vacuetur, ſi in Galeni doctrina tenemur non tantùm attendere ad cauſam, ſed etiam ad originem cauſæ: vbi enim in meſaroei venis potiſſimùm fomes & cauſa mali hæret, ſanguinem non per alias venas cōmodius eſſe educi reor, quam per venas hæmorrhoidales, quæ trahunt originem ab ipſis, idque admotis ſanguiſugis & hoc remedij genus illos ſemper experiri conſulit, vt commodius & magis morbo appropriatum, quantumuis nunquam hæmorrhoidas alias paterentur.

Quibus ſuppoſitis, directè ad inſtantiam grauiſſimi Doctoris reſpondemus; quod non inde ſequeretur, quod fœculentus humor in meſaroei venis adſeruatus, ex ſanguinis miſſione ex talo retrocederet ad truncum & ramos venæ cauæ deſcendentis, ſi tantùm vacuatur ſuperfluum, quod plenitudinem facit, ad vires

vel

vel ad vaſa; quoniam in hoc ſtatu, non datur vacuum, cuius neceſſitate ſequatur retroceſſus: veluti quando vacuatur neceſſarium, vt venæ inanitæ repleantur, patet in duobus exemplis: nam in puſtulis Simonis quæ cutim extremam occupauerant, Galenus ſanguinem mitti conſulit abſque vllo retroceſſus timore, quia ſolam internam plenitudinem & ſuperfluam humoris quantitatem vacuare tentauit, qua puſtulæ etiam fouebantur, & ſecundo hoc etiam exemplo conuincitur in maligna & peſtilenti febre, vbi totius corporis cutis externa defœdatur puncticulis & maculis, & ſi feruor intus alitur, & febris intenſa perſeuerat, ex quibus magna intra venas plenitudo præſumitur, maiores aut minores, ſanguinē mittimus, non ſemel atque bis, ſed quantum ad illam deponendam plenitudinem opus eſſe videtur, abſque vllo retroceſſus timore nec periculo, adhuc in peſtilenti & maligno humore, ob dictam rationem: quia tantùm vacuatur ſuperfluum, in quantum corpus non eſt poſitum in vltima penuria.

Sed dato & non conceſſo, quod adhuc inſtaret timor illius retroceſſus, neque illud obſtabit ad illam ſanguinis miſſionem imperandam, nam quando Valeſius doctiſſimus in Philippo II. ſexta die imperauit catharticum, vt deponeret venarum plenitudinem & meſenterei etiam fœculentiam, per quas vias hos humores conduxit? per hepar, pet cor, & ad ventriculum; inde ad inteſtina, hos humores conducere eſt planè neceſſarium: non aliter enim niſi per has vias à cathartico humores attrahuntur, ſi ſunt intra venas maiores. Si fortaſſe non dicimus, quòd hos natura conducit per ſibi notas vias, abſque vlla putridi & corrupti humoris læſione ex breuiſſimo tranſitu, & ſi aliqua exinde ſequeretur, hanc potius eligendam remur, quàm vt homo pereat, vt dicunt minorantes; quo in ſtatu pares nos fecit periculi vrgentia & medendi ſolertia in noſtra venarum ſectione, & hæc doctrina non tantùm eſt Valeſij, ſed Doctorum Braui Petrafitani, Braui de Sobremonte, & doctiſſimi Abatis de Santacruce. Quid multum? & maximè dilecta hæc opinio Salmanticenſis, Complutenſis, Valliſoletanæ, & ſereniſſimæ Regiæ Academiæ: ergo nec illud inconueniens nos poterit ab illa opinione deterrere.

Reuertamur ad caſum ex hipotheſi, nonne ipſe Galenus in ſeipſo, dum in Aſia, peſtilenti contagio inficitur, crura ſibi altiùs ſcarificare imperauit? vt ad tres ſanguinis libras emanaret, per quas vias quæſo infectum & peſtilētem ſanguinem conduxit, ad illas crurum venas? ſi erat infectio in maioribus venis: non aliò quā per ipſos cordis ventriculos tranſire, nullus adhuc mediocriter anatomiā peritus dubitabit, ſi per ramos cauæ deſcendentis, ſiue per portæ ramos ad crura hos humores conduxit, quare non concludit inſtantia quam diſſoluimus, licet humores, à venis meſenterij retrocedetent ad hepar & ad cor, vt inde per cauæ deſcendentis ramos vacuaretur; ergo non erit inconueniens per venas tali hos humores etiam vacuate, ſi peſtilentes adhuc ſub præſumpto periculo vacuantur; nonne idem Galenus in illa duplici laſſitudine (vlceroſa nempe & phlecmonoſa) vbi laudabilis ſanguis crudorū ſuperat quantitatem, ſanguinis miſſionem imperauit? ita ſanè, per quas ergo vias, à corporis ambitu vniuerſo, ille ſanguis infectus aut non infectus tranſibit, vt per venas brachij aut tali vacuetur? nulli dubium erit quod ad truncum reuertitur, & per cor & per hepar conducitur, vt per venas externas vacuetur; neque illud inconueniens periculo præponderat.

Lib. 4. de ſanit. tuenda.

Et vlteriùs quæſo, dum inſtat reuellendi neceſſitas à dextris ad ſiniſtra, à ſupernis ad inferna, hic vacuandus humor, per quas penetrat vias? clarè patet quòd hepatis ad truncum reuertitur, & per dextrum cordis ventriculum pertranſit, vt ad venas deſcendat, vel aſcendat per quas ille appetit vacuari: nec illud inconueniens auerſari nos etiam ipſa natura docuit, nonne ipſa natura graui pedis dolore, capitis dolorem leuat? aut è contra, dum minorem medetur dolor grauior? quomodo hoc in naturæ theatro iudicas euenire, eo modo quo diximus, dum humores tranſponit per ſibi notas vias, attamen per communes ab illa deputatas, & hæc eſt ſanè ratio quare corpus ſit ſemper tranſpirabile & quare ſit confluxio vna, conſpiratio vna, natura communis vna, & quare omnibus omnia conſentiant.

Ipſa natura has etiam vacuationes imperat & per eaſdem vias.

Et tanti ponderis ſunt iſta conſideratio doctiſſimo Sanctorio, dum hæc opera naturæ ſecum mente reuolueret, vt planè fateretur, non maioris vtilitatis eſſe ſanguinis miſſionem ex vno quam ex altero brachio; quia vtraque vena æqualiter ex trunco & ſanguinem educit & euacuat: nec illum de rectitudine venarum vlla cura ſollicitat: neque ab hac ſententia felicem Platerum video alienum, cui iocoſo plauſu, hanc etiam fibrarum & venarum rectitudinem irridet, dummodo ex quauis vena ſanguis ex trunco vacuetur: quorum ſententiam nec laudo nec vitupero.

Lib 3. de vitandis erroribus. c.16.

Tomo 2. tract. de febrib. c. 2.

Et

Et amiciſſimus noſter & mihi amantiſſimus Doctor Brabo de Sobremonte (licet illi noſtra non placeret ſententia de ſang. miſſione ex talo) de hoc aſſumpto in quo impendet quæſtio ſic ſcripſit, *Si febris pendet ex humoribus in liene genitis & intra illius & meſenterei venas contentis, non poſſunt extrahi per brachij venas, cum quibus nullam habent communionem proximam venæ, in quibus continentur; ſed per tali venas, quibus eſt maior communio, ratione vicinitatis & conſenſus.* Quibus verbis ſuppoſitis, ſic argumentor, ergo venæ tali maiorem communionem habent cum ramis venæ portæ & lienis, quæ oriuntur à ramo ſplenitico, quàm cum venis cauæ deſcendentis, quæ ad tali venas terminantur in hac doctrina huius præcitati auctoris: ſed hæc doctrina (quæ alicui videbitur à vera anatomia aliena) eſt expreſſa Galeni, & Hippocratis, vt caſum legis conſtituat, fortaſſe Galenus non dixit ſuppreſſiones à menſibus ortas omnino per crura vacuabis, & ſi ab illo rationem inquirimus, illa certè ab vtroque præceptore aſſignatur, vt quò natura vergit, per loca conferentia nos illam imitemur, ſi ergo foret neceſſe, vt illa fœculentia & praua & maligna ad truncum venæ cauæ recurreret, nobis doctrinam omnino deteſtandam inculcarent, contra tantorum virorum grauitatem, ergo non tantùm ab vteri venis, ſed ab hæmorrhoidalibus, cum venis quæ ſecantur in talo, legitimam & propriam communionem habent, & in hoc argumento (quam in aliis) ſit maior demonſtratio: ergo in ſimili affectu vteri aut meſaraci, quantumuis ab illis conſenſus ad partes ſuperiores demandetur, nos tuta conſcientia poſſumus medicinæ parentes imitari.

Lib. de ſang. miſſ. 3.

Et ſi adhuc vlterius velimus hanc ſecuram ſententiam roborare, in epilepticis fortaſſe & vertiginoſis, Galenus non conſuluit, ſanguinem ex talo vacuare; ſeu affectum conſideras per ſe aut per conſenſum: quomodo ergo illa celebratur reuulſio à capite ad talos? ſi à venis infernis ad ſuperna, prauus humor recurrit, nos decipit Galenus & ſalutaris doctrinæ loco perniciosam docet, & ſi per venas ſibi conſociales illa celebratur reuulſio, ſeu à venis meſenterij deriuatio, nos illam securè & ſecundùm omnia medicinæ præcepta & principia & Patrum medicinæ decreta poſſimus imitari, hæc ſcientiæ harmonia, ô doctiſſimi viri, eſt ſoli Deo nota, & naturæ ab auctore edoctæ, vt & mirabilis venarum & naturæ conſenſus: nobis enim ſola vmbra ſcientiæ (ſi vera pars licet) relicta eſt.

Lib. de ſang. miſſ.

Limitationes huius regulæ generalis.

HÆc eſt regula generalis, & vt plurimum vera, ſi ad mentem attendimus huius legiſlatoris: illa tamen, ſicut & omnes aliæ, tot poteſt ferre limitationes, quot præcepta: nam ab hac regula, & præcepto excipimus, ſi quando ſexus priuilegio, vel ex alio principio eſt ſanguinis miſſio ex talo imperanda: ſi fluxus ventris biliosus, aut vera dyſenteria (quæ ſanguinis miſſionem ſui ratione expoſtulat) complicetur: huius affectus ſingularis conditio & vrgentia ſanguinem ex brachio mitti conſulit, & ſanguinem mittere ex talo contraindicat, & ne ad partem læſam cum gangrænæ periculo prauus & corruptus humor deferatur, & ne natura effræni irritatione iam compulſa, ad extremum ſere præcipitetur, à quo non detur vlterius regreſſus: nam ſi indicantis illius ſexûs aut illius ſtatûs cum contraindicanti comparatur: ſecundum alia medicinæ præcepta & principia, abſque dubio, hoc illud ſuperabit: ſi hoc & illud præceptum prudentiâ libratur: poteſt etiam complicari; vrinæ ardor, recens & nephriticus dolor, quorum contraindicatio obſcuret & obumbret, indicationem poſtulantis & ſanguinem mittere ex brachio compellat, & ſi omnes ratio illius indicantis à ſexûs priuilegio libratur, in eo quod natura aſſueuit, ad vterum tranſmittere omnem ſuperfluam fœminæ fœculentiam.

Si daretur fœmina, nunquam huic excretioni aſſueta, iſta ſub illa lege non comprehenditur, nec huic auxilio tenetur, ſed quò & vnde morbus poſtulat, & vt Medici prudentiæ videbitur: quia deficit ratio præcipua indicandi & ſexus & naturæ: ſicuti neque aliæ, vbi in corpore nullum erat ſuperfluum, quod poſſit ad vterum tranſmitti, & tandem ita poteſt eſſe debilis & inualida naturâ, aut ætatis ratione, vt ex ſanguinis miſſione ex talo vires periclitentur, aut in poſterum morbo ferendo non ſufficiant: aut ſi poſtea, affectus ſanguinem ex brachio mitti poſtulat: quod fortaſſe in hoc ſtatu aut affectus vrgentia, aut alia morbi conditio poſtulabit: ac mille alia, quæ poſſunt, in hoc medendi theatro, occurrere, quæ ſi hanc regulam generalem non inuertunt, ſaltem limitationes afferunt neceſſarias; nos enim hæc tantùm vt exempla proponimus: quia non eſt poſſibile omnia contingentia comprehendere; nam ſi à prudenti viro alia obſeruentur ſimilia, quæ videantur illæ regulæ generali potiora, ſe-

cnndùm artem erit & prudenriæ dignum ſanguinis miſſionem præſcribere, vt occaſio, affectus, ſitus, & vrgentia poſtulat, adhibitis in conſiderationem quæ nos de hac aut illa vrgentia prælibauimus : nam ſi patitur artritidem in partibus internis, aut inflammationem vteri, meſaroei veſicæ, renum aut ſimilium partium ; iſta quantum eſt ex ſe poſtulant ſang. miſſionem ex brachio ſub hac præciſione, ſed adhuc in hoc caſu, talia poſſunt occurrere, quæ hanc præciſionem in aliam neceſſitatem vertunt, vt in parturientibus ſuppreſſis. aut fluentibus. aut lochiis, aut menſibus illæ tamen ſunt veræ & regulares limitationes, quæ regulam generalem limitant & excipiunt.

ILLVSTRATIO XXV.

De duplici calculo, & renum & veſicæ, ac de illo, quem canalis non capit.

DE hoc aſſumpto diximus in noſtro Medico tribunali *folio* 223. verumtamen vt noſtra ſparta (quantum rei difficultas permittit) abſoluatur, hæc addere (quæ fortaſſe peritis deficere viderentur) nobis fuit in animo : quotidie enim dies diem docet, & noua quotidie occurrunt, quæ ſub antiquorum doctrina noſtris recentibus iudiciis imponunt, & fallunt coniecturæ acumen: vt ergo reddamur in obſeruando ſeduli, in prædicendo & iudicando cauti, in operando tuti, à periculoſa feſtinatione eſt ſuper omnia fugiendum : neque noſtra præſumptio nos à rectè ſentiendo diſſuadeat : ſatis enim experientia manifeſtè conuincit antiquorum pleriſque ignotam fuiſſe, tot malorum cauſam, vt in calculi ſuſpitione accidit, & deceptos ſolertiſſimos Medicos, qui in Δυσυρίᾳ calculum prægrandem adeſſe, alij vlcus in veſica, alij inflammationem iudicarunt: rara hæc non ſunt artis, nam in coniecturis, quantumuis artificialibus, parùm eſt fiduciæ & multùm eſt periculi, cùm ſit in rebus difficilibus iudicium difficile : nec derogat æſtimationi in rebus inauditis, portentoſis, corporis penetralibus incluſis, nuſquam alibi viſis, decipi, & illud poſteris aperire non inglorium.

Inter Claudium Salmatiũ, & Ioañem Beuerouiſium (viri certè Veſtæ penetralibus reconditi) agitaram video nobilem controuerſiam, ſuper illum Aphoriſmum *4. Aphoris 79.* Hippocratis, quibus in vrina arenoſæ ſubſiſtunt, his veſicæ, calculo laborat, hoc aſſerit ſemper, verum Beuerouiſius, ſemper falſum Salmatius: ſub varia epicheia ille pugnat; hic obſeruationes affert; ille experientias : *ridiculum enim eſſet*, inquit Beuerouiſius, *Hippocratem in Aphoriſmis, quos iure Medici, pro Æſculapij habent oraculis, aliquid pro vero ſtatuere, quod ipſe in aliis alio in loco falſi arguit. & mirum profectò* (dixit alibi) *quàm parùm in his fecerint ac profecerint artis noſtræ proceres, & reliqui Hippocrate & Galeno freti, in vtramque aurem dormierunt, & poſteriores, abſque altiore indagine pedibus eunt in priorem ſententiam, tot ſeculis ab innumeris ſcriptoribus nihil dictum, niſi quod dictum prius ad nauſeam lectorum*, ſed contra hanc ſententiam ſtat ipſe Galenus, qui dubitat de genuina Aphoriſmi doctrina an Hippocraris ſit; ſtat ratio, ſtat experientia, & grauiſſimi viri, quorum rationes, ne rantùm contrarium ſuadent, ſed demonſtrant. & Salmarij dextera cadere non vltima laus eſt: quia in dubio erat animus, hinc ab auctoritate, inde à veritare diſtractus, huc illuc impellebatur, ideo viſum conſulere oraculum Salmarij, quem doctior orbis ſalem, & ſolem omnis eruditionis meritò veneratur.

Inter illos etiam haſtam tulit Gerardus Ioañes Voſſius, vir inter has gentes magnæ auctoritatis, *Alternatio ſit*, inquit, *non altereatio* : attamen pleniſſimè Hippocratis ſententiam conuellit. non quibuſcumque, ſed neruis validiſſimis: quod licet interdum accidat, non raris (& ſunt Galeni verba) ſed illis quæ perpetuò, vel vt plurimùm contingunt. in prædictionibus vtimur: non enim ſanum eſt, de morborum ſignis non à ſe obſeruatis. iudicare : præclara enim res eſt, dixit Hippocrates, quæ ex opere quod quis didicit, proficiſcitur ; nam quod vſu ipſo condiſcitur, nullam fidei auctoriratem deſiderat : præterquam quod, multa temporum & hominum, viuendi ratione, quolibet centeſimo anno permutantur, & noua, recenti, viuendi ratione & conſuetudine diuerſa repullulant : nam hominum naturâ non mutatâ, mutantur accidentia: ſit nobis exemplum quare ſurdi à natiuitate, muti reddantur, plerique varia tradiderunt, vſque ad Lutetiæ, magnus naturæ interpres, Petrus Merſennus, in ſurdo & muto à natiuitate, poſt mortem deprehenſum fuiſſe, defectum oſſiculi incudis manifeſtè inuenit: hîc vtriuſque affectus cauſa cenſeri poteſt illa maxima colligatio, quæ auribus eſt cum vocalibus neruis : parùm culta de moru arteriarum *Quare ſurdi à natiuitate muti reddantur.*

nos

nos Hippocrates docuit, & de vrinis accuratam ductrinam, quorum non inane ſpicilegium Galenus reliquit iunioribus, quod pulcherrimum inuentum Galeno debemus, vt etiam neruorum recurrentium inuentionem;hinc certè eſt non abſurdè dictum, nos eſſe inſtar pumilionis qui ſupra gigantis collum erectus,& quod ipſe gigas, videt,ac porrò quantò gigante altor eminet, tanto plura deſpicit.

Quæ Galeno in arte debeantur.

Arena an ſint calculi ſignum.

Redeamus ad viam. Non tantùm doctiſſimus Salmatius, ſed noſter Complutenſis Vega negat arenulas eſſe calculi ſignum, videmus enim multos,inquit arenulas mingere, eæque cùm cohibentur, prædiximus calculum futurum:cum enim ſemel excretæ fuere, maiorem mouent calculi ſuſpitionem cùm retinentur, quã cùm minguntur, quare certius calculi ſignum exiſtimatur, arenarum retentio quàm expulſio:dum enim retinentur tartareo & mucoſo ſale, arenulæ miſcentur, viſciditate potiùs coaleſcunt, in maiorem ſuſpitionem calculi: nam arenulas prolicere ſoler intemperatum hepar,dum ad calorem venoſum genus adigit,in quatum ſanguinis parte tenuiore fit vſtio,vt arenulas flauas, æmuletur; ſed hæ cùm natant in medio vrinæ, & matulæ parietibus hærent, tantùm abeſt vt ſint calculi ſignum, vt ab eius ſuſpitione nos ſecutiores reddant:nec tantùm ſufficit ab renibus arenulas in veſicam deſcendere,vt coaleſcat calculus,niſi adſit facultatis expultricis imbecillitas, quoties enim veſica debilis non ſatis percipit arenarum ſtimulum, quo ab eis ad expulſionem irriretur, non tantùm in illa manent, ſed ex illa imbecillitate ſaris manifeſtè colligitur, tartareæ materiæ tantùm eſſe collectum, vt ad lapidis concretionem ſat ſit,ſi cauſa efficiens non deficiat,nam aut ſalis iam collecti calor, aut ipſius etiam officinæ, partiumúe adiacentium ſat eſt: ad hoc enim Pelias haſta ad manum eſt, nempe maior authotitatum ratio, ſibi ſemper & aliis ſufficiens: ideo neque ſuppetias ab Auiceña volo,qui dixit qui arenulas excernunt, ſignificat magnam ſibi ineſſe virtutem, & facultatem ſuperflua excernendi, quo tempus non datur vt in veſica vel renibus diutiùs moretur; ſed eam priùs eiiciunt, quàm in corpus calculi queat inſpiſſari;detur venia ſi verbis politioribus quàm barbari vtamur; quid mirum ſi Galenus dixit, in Cõmentario, manifeſtè errare Aphoriſmum,non Hippocratem,dixit (qui Macrobio nec fallere, nec falli poteſt) fortaſſe collectorum Hippocratis ſententias incuriâ:cui etiam aſſentitur Olerius: neque planè conſentit Ludouicus Mercatus qui varias arenarum ſpecies confingit, ſpecioſè magis quàm verè,& nihilominus concludit hoc ſignum ex arenis tam infidum eſſe & incertum, vt illo quo eſt infida ſecuritas, tantùm diſtat, vt ſit phatognonicum; quod feliciori iudicio Proſperus Martianus, non paucis commendauit: nempe eſſe incertum Aphotiſmum forte aliorũ ſententiam, ſeu tranſcriptore libri, vt Hieronymus Mercurialis dixit, qui adhuc lapide exiſtente in veſica nullæ interdum arenæ in vrina conſpiciuntur, inquit:quare nec arenæ, nec illarum carentia ſunt ſecura, nec certa lapidis ſigna, ideo neque placet aliorum ſententia, qui ex attritu lapidum in veſica, arenas ſecedere autumant: non poteſt enim anguſta illa capacitate tam validus attritus concitari, lapidibus ad inuicem collidentibus,vt minutæ arenæ ſeparentur,ex lamina diutiùs iam concreta, maximè cùm à duro calculo nihil abradi poſſit.

Arenulæ à quibus cauſis procreantur.

Lib. 4. de morb. interna c. 11.

Obiectio contra noſtram ſententiam.

Et ſi contra noſtram ſententiam quis durlùs inſiſtat, iacta eſt alea, & noſtrum erit tranſmiſſo Rubicone campo in eodem inſiſtere. Dicent fortaſſe hoc inter alia ſigna ab Hippocrate numerari, nec ibimus inficias, nam idem venerandus ſenex auctor eſt,ſigna alia eſſe neceſſaria, quæ proximè morbi eſſentiam conſequũtur, & alia veriſimilia, non certa neque indubitata,quæ licet ad tollendam dubitationem non ſufficiant, tamen cæteris adiuncta multùm valere non dubitamus: ſed hoc accidit quando, vno aut duobis ſignis ſidere occultior cauſa non permittit, maximè in illis quæ ſunt multis communia, vt pleuritide accidit,cuius cognitioni vnum ſignum non facit,ſed quinque ad inuicem permixta, ſcientificam nobis præſtanr notitiam, vtpote ducta ab affectus eſſentia: Cælium Aurelianum in hoc aſſumpto legite, *Non ex vno vel duobus*, inquit, *ſed ex multis concurrentibus* (nempe ſignis) *ſignificatio firmatur; vnum enim quiddam ad aliud quiddam commune eſt: at verò in vnum conueniens multorum concurſus, diſcretionum facit intelligentiam promineret* non ergo inficere fas eſt, ſi hoc arenarum ſignum cum aliis concurrat, calculi indicium de ſe ipſo præbere, tamquam per ſe ſolum non ſufficiat:attentione legite quæ Dictator ſcripſit de hoc ipſo grauiter agitato argumento: *hic autem morbus*, inquit, (nempe calculus) *quinque habet ſigna, cùm vrinam reddere vult, dolore afficitur, & vrina paulatim, velut vrinæ ſtillicidio laborantibus affluit: interdumque ſubcruenta eſt, vtpote veſicâ à calculo vlceratâ, & veſica inflammatione vexatur:*

Signorum differentia, & in ſignificando merita.

1. de morb. diuturnis c. 12.

Lib. 4. de morbis.

R xatur:

xatur: verùm id non apparet, indicio tamen eſt, ſumma præputij pars, interdum arenoſa per vrinam reddit; ſi ergo Hippocrates tantùm fideret de hoc vltimo ſigno, vt plane videretur ſufficere, alia ſuperaddere, nec decoroſum, nec honeſtum eſſet prudentiſſimo ſeni; aliquam tamen ſecuritatem affert, aliis copulatam, & nullam per ſe ſolùm.

Vnde tales fiant arenæ; vt calculum ſignificent

Illud etiam diſcutiendum reſtat, quomodo & vnde tales fiant arenæ, vt calculum valeant indicare, hoc Hippocrates dixit, à quo Auicena accipere neque grauate tulit: in Hippocratis verba: *Cum concreuerit calculus & altè in veſica ſubſederit, ſeorſim ſeparata arena, cùm calculus accidentem arenam non apprehenderit, ſed copioſior & grauior extiterit, adeo vt non inuicem coagmentari queat, tum duo calculi gignuntur, aliquando & plures, quibus inter ſe fricatis & colliſis, concuſſu arenoſum communuitur, & per vrinam excernitur: interdum autem ſi arena in veſicam deſcenderit, nec tamen cogatur nec coagmentatur.*

Hæc de lapidibus antequam in duritiam concreſcant intelligimus: nam ex leuigatis poſtea, non decidunt arenæ; ſed tantùm ex illis vbi inæquales eminulæ fricationi cedunt; hæc verba ab ore ſenis accepit Auicena, *& accidit quandoque,* inquit, *vt ſint in veſica vna duo lapides & plures illos excoriantes, & multiplicatur arenoſa commixtio ex illis, & eſt quandoque cum arenoſitate fæx furfurea, propter abraſiones ſuperficiei, eius à lapide aſpero, quare ſi arenæ à renibus decidentes cum vrina, antequam coire poſſent, expelluntur, non ſit mirum, vt à manente lapide cum vrina ſecedant*: ſi verò à colliſione ſubſiſtentium lapidum in veſica ſeparentur, ibi illa obſeruabis indicia, quæ dicebamus antea, quæ tibi dabunt clariorem notitiam, ſi tamen nullæ arenæ cum vrina ſecederent, vt & pleriſque vidimus & notauimus: hoc nobis ſignum erit, nullum adeſſe calculum, nec per ſomnium illud fateri licet, vt omnes pene artifices teſtantur; non ſunt ergo arenæ infallibile ſignum coagtati lapidis, ſi non perpetuò, neque frequenter adſunt; illud enim neque Dictator dixit, ſed quandoque in calculoſis excerni arenoſa, attritu ſcilicet, aut prolapſu aſperi & eminuli lapidis.

Fen 19. l. 3. tract. 1. c. 5.

Calculi ſigna.

Fernelius ſuper Medicos huius ſæculi doctus. & cui meritò reliquorum turba ſubmiſſis refert faſcibus imperium: *arenulas lapidis ſemina dixit, non ſigna.* Legiſe eius verba. *Propria calculi veſicæ ſigna hæc fere ſunt, vaga quædam & oberrans circa pubem & perinoeum titillatio: ſi quidem exiguus is & leuis etiamnum eſt; cum verò grandeſcit, incumbentis grauitatis pondus percipitur, vt idcirco difficilis & doloris plenus per ſalebroſa loca ſit inceſſus, multoque difficilior ſaltatio: mictio crebreſcit adeo, vt & tandem aſſiduò meiendum ſit, vixque poſſit vrina cohiberi: cùm meiendum eſt vrinæ fluor intercipitur, obuiam quidem impulſo calculo, ſicque minimè continuata, ſed interciſa eſt mictio: at cum dolor aliàs vniuerſum pudendi ductum, aliàs glandem ſolam affligit, iſque acerrimus, ſub mictionis finem, quum calculus vrinæ curſu incitatus quaſi proditurus, ſphincterem violentiùs comprimit, meiendi conatum comitatur, deſidendi cupiditas, quod calculi magnitudo à peritoneo rectum inteſtinum, vt veſicæ ceruicem extimulet: at verò nonnunquam ſummæ veſicæ adhæreſcens, calculus & quaſi ex illa propendens, vix vllum ex his ſignis manifeſtè exhibet, & viſi ſunt qui nullo dolore diu, illum geſtauerint: omnibus tamen hæc ſigna modo initia ſunt, & obſcura, modo ſæuiora; vrina alba, craſſa, turbida redditur, cum grandior calculus iam diu eſt, in veſica detentus in qua ſedimentum purulentum eſt, aut narium mucori perſimile*: hæc Fernelius vltra cuius ſigna nullum ferè deſideres: quod etiam fideliter monſtratur, quàm parùm de arenulis fidat, vt in calculi ſigna proferantur; illud etiam nos noſtris in ægrotis obſeruauimus, quod ſi mucronibus aut inæquali aſpera & ſalebroſa figura eſt efformatus calculus (quod materiæ diuerſitate & inæqualitate accidere notauimus) quod rectè pedibus ſtare nequeunt, imò figuris continuò mutatis dum pes alter eleuatur & deprimitur alter, & ſi ſedent femur ſupra femur, proiiciunt, & in illa figura vix perſiſtunt; quin ab illa ad aliam mutentur.

Lib. 6 Patolog. c. 13.

Signa adhærenſis calculi in veſica.

Duæ lapidu generationes.

Cardanus *ex limo lapidem generari, non ex arenis voluit, vel ex lapide à renibus in veſicam prolapſo*: nos remur quod aliter non poſſunt arenæ coaleſcere, niſi limo obductæ, ſeu crudiori & mucoſa pituita: materia enim non coaleſcit, ſi ſicca dum perſiſtit, vt Hippocrates docuit, *in Theophorbi filio*: nam in calculi enarratione præter copiam terreſtris materiæ & ſalis ſoluti, glutinoſum quidpiam deſiderat, & à ſe obſeruatum edocuit, & Galenus *ad lapidis generationem aliquid è craſſioribus ſuccis renis cano tenaciùs impactum*: Rodericus à Caſtro (fortè ex Paracelſo) *muſcilaginem tartareum, viſcidum quidem illud & glutinoſum arenarum vinculum dixit,* & Cornelius à Someren, *Eſt igitur calculus,* inquit, *glutinoſi & lenti craſſique humoris lapidoſa coagmentatio, quæ ſocum. & in rene, & in veſica obtinet*: nec inter doctos defuit, qui dum naturalem ad lapidis

6. epid. com. 1. text. 6.

Pat 396. lapidis coagmentatio intra 24 horas poteſt fieri.

dis coagmentationem ſufficere contendat, vt eſt Carolus Piſo, & licet poſſit lapis in arenas diſſolui, ſi lutoſus adhuc, illud erit ſignum lapidis diſſoluti, non coaliti: quare numquam arenulæ erunt lapidis infallibile ſignum, & Lazarus, Mayſonerius in illa quam inſcripſit epiſtola Ioañi Beuerouicio, ſic alloquitur; *Hoc confirmabit & Cardani exemplum. nam ſibi ab annis triginta ſcribit primo ruſas, poſtea etiam albas arenulas quotidie & copioſè, citra tamen omnem calculi ſuſpitionẽ, prodiiſſe, & vix è decem vnum eſſe qui ab hoc vitio ſit immunis* : qua epiſtola illud notatu dignum animaduertit. *Qui igitur fit*, inquit, *vt non ſemper lapides generentur : conformationis ego vitium accuſo; cogita igitur, malam illam conformationem partium, procedere, vel vitio ſeminis, ſeu parentum ſimili morbo laborantium : vel minùs, in vaſa dilatabilis, aut ſi id à partu contingat, aſſamptorum labe, ſtiptico ſale, cum multo mercurio iuncto, redundantium, conſtringentium, quod ferè in iis qui multis vtuntur craſſis cibis accidit, quod Hippocrates libro quarto de morbis rectè animaduertit.*

4. Aph. 79

In lapidis productione certa conformatio deſideratur, quæ in renibus plerisque accidit iure hæreditario.

Quo colicus à nephritico differat.

In rebus abſtruſis & abſconditis talis eſt aliquando confuſio, vt adhuc ſolertia ingenia ſuperet difficultas, ideo in rebus dubiis nullus eſt ſnperuacaneus exiſtimandus labor. ſolet enim in principio ſuſpitionis lapidis, maximè quando à renibus mouetur ad vreteres, dolor in ventre concitari, licet non antea nephriticus præcedat, & colicum etiam pariter æmulati, vt ſit, vt ouum ouo ſimile: quare differentiam inter hos dolores duximus imponendam, vt maximi momenti: nam licet illud à practicis veluti ex officio cõmendetur, ferè ſemper digniora prætereunt ; iam vidimus propria ſigna calculi, quæ interdum præcedunt nephritici dolores, aliquando vreterum, vt totam ventris regionem faciunt condolere.

Quare in his colicus à nephritico differt, quòd is à rene incipit & recto, imo & obliquo tramite vreteræ reſpondet, exinde in pubis regionem terminatur, qua tendit ad pudendum, & frequenti mixtione, ſe clariùs oſtendit, neque ventrem vniuerſum circundat, vti colicus, qui à renis incipir in regione, & per fundum ventriculi, ad lienem pertendit, vti ſitus huius inteſtini præmonſtrat. Nephriticus ferè repentè incipit, & colicus paulatim, nephriticus tantùm præſtat inducias, cùm arenulæ aut lapides deſcendunt, colicus ſemper affligit, quia inſiſtit cauſa : nephriticus à ſomno vti hoſtis reuertitur, à ſomno colicus delinitur nephriticus colicum duratione ſuperat: febris vt plurimùm (licet lenta) colicum comitatur, nephritico non adeſt, niſi ex alio principio : inſlammatione nempe, aut apparatu; aluus in nephritico ſoluitur, colico cohibetur, in vomitibus pares: in colico deſperato ſingultus, ferè numquam nephritico : niſi vterque incidat: vrina in colico flauitie intenditur, aliquando turbatur, & varias mutationes breuibus patitur interuallis; nephritico dolore ſine lapide initio copioſe meiuntur ; ac poſteà guttatim, interdum cum pruritu, & excretione arenarum; at verò cum lapide in principio tenues, turbatæ poſtea; atræ, turbidæ, cruentæ, & variis craſſamentis obductæ.

Cornelius tandem à Someren, in præcitato loco ad ſigna lapidis ſic deſcendit: *Si ergo crebrò æger cum ſumma difficultate, & quidem in fine mictionis, cogitur reddere vrinas, vrina verò hæc vbi lactea, ſeù alba apparet, crebroque diuerſis coloribus variegata, ſicque accidant congeſtionis ac conglutinationis cauſæ, partiumque circum vicinarum pondus : ſique in medio profluxu intercipiatur, ac mucus ſeu gluten vrinis innatet, guttaque ſanguinis aliquando in fine mictionis profluat, calculus veſicæ in vitio eſt.*

Ad Calculi curationem Illuſtratio.

HÆc incæpta (miſſo noſtro originali in Batauiam) ſub manum cæteris prælo danda remanſerunt : de lapidis principio, coagmentatione, cauſis, & ſignis, iam ſat multa, quæ licet difficilia, vtinam talis eſſet curatio expectanda ! quo in opere illud tantùm extra omnem dubitationem eſſe volo (quidquid in contrarium contendat Paracelſus, nec non eius fautores) quod R. P. Marinus Mercennus, Theologus & Philoſophus dixit, in epiſtola Ioañi Beuerouicio: *Statueram*, inquit, *apud me varia ad te remedia mittere, quibus, hic noſtri ad morbum calculi vti ſoleat. ſed cùm nouerim quæ vni conferant, nocere alteri, ſuperſedi, quod non dubitem, te illa omnia ſcire, & expertum eſſe, necdum tamen quidquid ebucclaeat aliqui, repertum eſſe vllum remedium, quo tutò tortoque calculus, in renibus aut veſica, conteratur, aut in aquam verti poſſit, quam ægri poſtea abſque inſigni dolore eiiciant, quod qui repererit, quanto magis ei debeatur, quàm qui quadraturam circuli, vel motum perpetuum, vtinam tibi viro ex omni parte eximio, tantum illum theſaurum aliquando tandem euenire contingat : quod ſanè potius in votis, quàm in ſpe.* Ego etiam in hac ſum hæreſi, coagulatum & induratum calculum,

haud vllo ingenio quantumuis violento, alteri, neque diſſolui poſſe.

De calculo verò, quem non capit veſicæ canalis orificium, ſiue breuis capacitas, illud tantùm dicam, quòd ſunt plura inter artis noſtræ ancipitia, vbi facto potiùs quàm conſuitò eſt opus: in hoc tamen opere quantùm noſtra aſſequitur prudentia conſuluimus.

Nunc reſtat cum minoribus calculis decertare: ſiue cum ipſa calculorum materia, antequam in maiorem coagmentetur molem; laxantium vſus ab omnibus practicis (vt via detur lapidi) maximè commendatur; qua in praxi non poſſum non laudare Caroli Piſonis cautionem; nempe vt laxantium vſus ſit valde moderatus, ne fibrarum robore nimia humiditate exoluto, ita facultatis expultricis vires infirmentur, vt nequeant expellere, licet ſint ſemper aduentitiæ anguſtiæ depellendæ: nam in expellendo calculo, eſt omne curationis pondus; potiſſimùm tamen nephritici doloris in auxilium meritò vomitus commendatur, & quia liberat, à diſtendente crapula, & motum deorſum adiuuat, ad expellendum lapidem, quod non tantùm ratio, ſed experientia commendat; clyſteres eadem penè intentione auxiliantur, maximè carminantes, & emollientes; auferunt enim impedientia, quæ calculum, arenas, & tartareas materias exire non permittunt, & lubricando vias, viam lapidibus ſternunt; vt ex capite veruecis, fœnugræco, althea, parietaria, camomilo, decoctis, cum butyro, melle, & catholico, ſeu diapruno ſimplici, meliùs & cum caſſia fiſtula: ſeu ex ſolis mollientibus oleis, vti amygdalarum & de ſemine lini, ſeu ex ſolo butyro, porcino aut vaccino, liquefacto; quod ſi adhuc iſtis non videantur viæ ab illa ſpurcitia liberatæ, imò nec renum viæ, mihi ſemper maximi vſus fuiſſe comperi, terebynthinæ Venetæ ʒiß. in iure calido, apprimè diſſolutæ; ſiue ℥iij. olei amig. dulcium in iure pulli & cum ſucco limonum; quo ſolo auxilio etiam Zacutus ſexagenarium, ſe curaſſe teſtatur, matutinis horis & ieiuno ventriculo aſſumpto: licet magis Meyſonerio arrideat, & meritò, auellanarum oleum, recens torculari expreſſum, cuius vſu aſſiduo, varios lapillos excretos ſe vidiſſe reſtatur; & aſſumitur etiam & ad ℥iij. ſic enim viæ redduntur purgatiſſimæ, vt vaſa renum proxima; cui intentioni, vſus caſſiæ fiſtulæ, maximè commendatur, à noſtro Hiſpalenſi Monardes; ſic enim à nobis confici imperatur ℞. pulpæ caſſiæ ℥ß. ſucci liquiritiæ & rhei, puluerisati an. ℈j. & cum ſaccharo fiat bolus, & deſuper bibatur aquæ maluarum ℥iij. ſiue in iure aut chocolate calido diſſoluatur; quoniam pulpa lenit; abſtergit liquiritia; rheum & vias vrinæ mundificat, & prouocat vrinam; præterquam quod hæc billoſis & delicatiſſimis, & prompti ſunt auxilij, & facilè ſuſcipiuntur illis; hoc etiam auxilium laſarus Meyſoncrius appoſitè deſcribit, quod aptius videtur profilaxi. ℞. polypodij quercini optimi. ℥iß. florum ſambuci pugillos ix. maluarum & bugoſſæ an. p. vj. coquantur in ℔. iij. aquæ fontis ad 3. partis conſumptionem, & colaturam expreſſam traiice ſepties per manicam Hippocratis, quæ contineat contuſorum caſſiæ fiſtulæ, tubulorum cum pulpa minutim ℥vij. percolatæ tincturæ, porrò adiice ſyrupi violacei ex multiplici infuſione (qualis à Quercetano deſcribitur) ℥viij. pro quatuor doſibus matutinis; clyſtere priùs leniente, fœcibus eductis: ſeu ſolo electuario leniente in decocto herbarum mollientium, & melle violaceo, ſic officinis dicto.

Vomitus ad præcautionem & ad curationem commendatur.

Et clyſteres.

Lib. 2. pract. adm. obſerv. 58.

Auellanarum oleum commendatur.

Vſus caſſiæ fiſtulæ.

In ſpecilegio de calculo, fol. 129.

Sed quia vt plurimùm dolor non cedit lenientibus à morbo indicatis (nempe in via) ſanguis miſſionē poſtulat. affectus magnitudo & vrgentia, quo in ſtatu duplex nos vocat conſideratio, & ne ad partem dolentem tantùm humoris confluat, vt inflammationis periculo laboret; hic enim à natura veluti in auxilium tranſmittitur, & etiam à dolore attrahitur, vt aliàs nos diximus; ſeu vt meatus à ſarcina impediente liberet, humoribus detractis, quibus lapidis expulſio præpeditur, & vt calculi etiam motum adiuuet: vnde nobis non eſt dubium in recenti affectu, & plethorico & abundanti corpore, à ſanguinis miſſione ex brachio ferè incipiendum, vt præcaueatur quod diximus periculum, & reuellatur humor ad fluendum paratus, at verò morbo inueterato, ſeu debili corpore exiſtente, & non ita plethorico, ſiue poſt primam & ſecundam ſang. miſſionem ex brachio, ſecundùm artem erit & prudentis conſilij ſanguinem ex talo mittere, & vt ſingularis renum & partium vicinarum plenitudo deponatur, (quæ ſolent lapidis deturbationi impedimento eſſe) & vt naturæ motus adiuuetur, quæ ſemper omnibus collectis viribus conatur calculum deturbare, non tantùm compreſſione fibrarum tranſuerſalium, muſculorum veſicæ & vreterum, ſed valido conatu, abdominis muſculis vocatis in auxilium: quod ſanè opus maximè adiuuabit (omnes enim adimplet intentiones) ſanguiſugas circa ani regionem adaptare, nam ſuctu & tractione deorſum

De ſanguine mittendo conſideratio.

Sanguiſugæ laudantur in hoc caſu.

deorſum motùm calculi, adiuuant.

Hoc etiam ab omnibus recipitur, ſeroſæ materiæ multitudinem ſi forte cumulatur, calculum ſecum ducere, & motum vias eluendo adiuuare, & ſeroſæ materiæ defectum lapidis exitum retardare; ideo ſi prædictis auxiliis non cedit calculi deturbatio, iis oportet vti, quæ ſeroſæ materiæ defectum ſuppleant, & lapidem pro ſua cuiuſque vice ſecum ducant: prudens erit conſilium vrinam ducere à longis interuallis, vt copiâ & illuuie calculum ſecum ferat, inter iſta, à pleriſque laudatur ius pulli, herbis & radicibus diureticis decoctum, hordei cremore ventris cauitate infarcta, lac aſinæ (ſi Carolo Piſoni credimus) inter hæc primas tenet, nec non & lactis ſerum: nam ex lacte in lapidis materiam pars caſeoſa cedit: quod ni fallor etiam Augenius aduertit: nobis ceſſit fœliciter interdum, ius pulli cum oleo amygdalarum dulcium, & ſucco limonum præparatum, modico ſaccharo cando mixto, & decoctum liquiritiæ & rhei cum ſyrupo violarum, & ſi magis aperire conueniat cum ℥j. ſyrup. de 5. radicibus & in ſero etiam comata abſynthij infundantur, & cum ſaccharo ad ℥iiii. propinetur.

Diureticorum vſus quomodo imperatur, & quæ cautione.

De lacte aſinæ in hoc caſu & ſero caprino, ſed lac omnino prohibetur.

Diuretica non miſcenda catharticis, eſt rationi conſonum, & cenſent ita cordatiſſimi viri, cui nos etiam aſſentimur ſententiæ, quia vnius actione, altera præpeditur, illud tamen minimè prætereundum duxi, ſi dolor ita vrget, vt vires lapidi expellendo atterat & diſſoluat, doloris immanitate & vigiliâ, quod inter hæc & illa leuius narcoticum debemus propinare, vt quietè inſtauretur quod dolore diſſoluitur: hoc enim ſolet ex accidenti, adiuuare viribus inſtauratis, & lapidi expellendo conducere; ſi nempe binæ pillulæ de cinogloſſa ad noctem propinentur, aut ſyrup. papaueris ℥ß. laudani opiati p. ij. & aquæ lactucæ ℥iij: aqua calida naturalis à Carolo Piſone, & à Meyſonerlo maximè commendatur, & meritò ſanè, vt quæ abluendis & detergendis renibus ſit aptiſſima, ſi ſaccharo violato propinetur, & à noſtro etiam Hiſpalenſi Oropeſa, in libello *de lapide veſicæ.*

An cathartica diureticis miſcenda.

Narcotica quãdo propinanda.

Aqua calida maximè commendatur.

In lenientibus paregoricis externis eſt illa maxima cautio adhibenda, ne expultricis vigor diſſoluatur; hæc in duplici differentia nephriticis doloribus auxiliari diſces: nempe vt paregorica, quæ primum caloris gradum non excedunt, & ſunt verè & realiter contraria in vtroque extremo, nam tepido calore, intenſum remittunt empyreuma, & illa frigiditatis gradu, qui compatitur cum tepido calore, frigidam medentur intemperiem, dum lapſam demulcent frigiditatem, & illo moderato quo excedunt calore, ſolutionem continui demulcent, quatenus partis diſtentionem laxant, & in his aduerto ne importuna & continua applicatione (dum maximè humectant) expultricis vigor diſſoluatur.

De topicis externis cautio obſeruanda.

Paregorica quare dicantur dolori contraria.

Hæc etiam intus & extra proſunt, intus auxiliantur, per clyſteres immiſſa, vt ex lacte, ſaccharo, & vitellij ouorum; ſeu (Galeni & Pauli ſententia) ex ſolo oleo communi: aut amygdalarum dulcium parùm camomeli admixto: aut ex ſolo butyro vaccino liquefacto; aut ex iure auis, oleo violarum & vitellis ouorum, interdum ʒß. filonij permixta, ſeu granis iij. laudani Paracelſi: quod ſi frigidorum ſuccorum præualet abundantia, tunc ſatiùs erit, ex decocto capitis veruecis, camomeli, parietariæ, rad. altheæ. fœnugræci, & ſeminis lini, cum adipe gallinæ, anſeris, & butyri vaccini, additis vini generoſi ℥ij. & ſi adſtrictus venret; additis pulpæ caſſiæ aut diaſinæ an. ℥ß.

Clyſteria paregorica qualia.

Ad extra commendatur olea iam prædicta, cum decocto prædictarum herbarum, ſiue lanâ excepta, ſeu ſpongiâ applicata, ſeu veſicâ incluſa; omentum arietis aut porci, oleo amyg. aut violarum calefactum etiam applicetur, vt catuli, & pulli columborum, aut viui, aut recenter diſſecti; nam diutiùs viui calorem ſeruant: oua butyro frixa, aut etiam ſcorpionum oleo applicentur; omnem tandem curationem implent (aliis ſine fructu tentatis) balneum in tina aut ſemicupium, vel alio inſtrumento, ſaltem vſque ad renes: ex Pauli ſententia. ex ſolo puro oleo; ex Aëtio, ex oleo & decocto herbarum mollientium: de cuius mirifica virtute, dixit Carolus Piſo, *Quòd omnis curationis momenta implet: approbata ſemper eſſe certo experimento*, quod euidenti etiam ratione fulcitur: quoniam vias dilatat, tenſionem laxat, intemperiem etiam moderatur, naturam recreat, & renum & vreterum ſuburram faciliùs expurgat, ac tandem vrinas humiditate prouocat.

De topicis externis.

De balneo neceſſitate hoc caſu.

Hæ tamen tabellæ, multis ſunt feliciſſimè vſurpatæ ℞. rad. lauri, liquiritiæ, an. ʒij. ononidis ʒj. nucleorum perſicorũ ſiccatorum ſeminis alchechengi paliuri an. ʒij. milij ſolis ʒiß. apij petrocelini. fœniculi, naſturtij an. ʒj. gummi ceraſorum, aut prunorum, ſuccini an. ℥j. lariſcæ. raſinæ, cicæ aut terebenthinæ veræ ℥ß. cineris corti. cum fabarum ʒj. lapidis oculi cancri ʒj. cinamomi ℈j. fiat puluis tenuiſſimus cuius doſis ſit ab ℈j. ad ʒß. vel adde

ſacchari aqua ononidis diſſoluti vel infuſio tragaganti & f. tabella ad ʒj.& poteſt addi eſſentiæ terebenthinæ ſulfuris, croci, ſantali, aut vitrioli; ad ℈ß.

Quod ſi his mali contumacia non cedat, nos cogit ad narcotica iam extrema neceſſitas; quæ in magno dumtaxat vitæ diſcrimine, ſuſcipienda & imperanda reor, dum nempe æger acerbitate doloris ſuperatur; aut ab indomabili vigiliarum pertinacia vitæ diſcrimen ſubit: dummodo vires talem frigiditatem ferre valeant; pes clyſteres ſecuriùs imperantur narcotica, vt ℞. decocti parietariæ, aut iure auis ℔. ß. (non ſunt in magna quantitate immittendi clyſteres in hoc caſu, ne collum veſicæ comprimant) olei viol. aut amig. dulcium ℥iij. philonij Romani, aut requiei Nicolai ʒiß. & f. clyſter; ſuppoſitoria iis etiam confici plerique voluerunt vt ℞. philonij Romani ʒiß. ſyrup. papaueris & mellis nondum ignem experti, quod ſat ſit, vt fiat ſuppoſitorium oblongum filo appenſum; ad intus poteſt concidi, vti antea diximus, ſeu ſacchari roſati aut violati ℥j. laudani opiati, g. ij. ſiue philonij Romani ʒß. aut ℈j. aut ex mente Galeni in *libro de theriaca ad Aſonem*, theriacæ recentis ʒß. in iure aut vino albo debili diſſolutæ.

Et tandem deſperationis interdum nos neceſſitas duxit, & huius affectus barbara contumacia, vt coëgerit, auxilia (quæ in profilaxi maximè commendantur) in propria regularique curatione imperare, illa nempe, qua propriè dicuntur, diuretica, vt ab infarctu liberentur vreteres & renes, & lapides, ſi qui ſunt, aut tartarea ſuburra deturbentur: dicam quod his diebus vidimus in muliere ſatis obſcuri nominis; in hac dolor nephtiticus incœpit, cum ardore renibus & vrinæ, frequenti mictione, & aliqua febricula, ventre in egerendo facili, & in recenti affectu, ſanguinem ex brachio mitti iuſſimus (nam ſexus priuilegium affectus vrgentia ſuperabat, neque erat proxima menſibus à natura dicatis) & hoc iterum fecimus & perſiſtebat dolor, paregoricis interim vtebamur; viſum eſt poſtea è talo ſanguinem mittere: nam arenibus in vreterem dexteram cauſa doloris videbatur infixa: nedum tamen de lapide conſtiterat, licet illius magna eſſet ſuſpicio; quoniam vrina per longiora interualla reddebatur, iam illâ frequentiâ deperditâ, cùm hoc tamen iterum ſanguinem ex talo contrario mitti viſum eſt, & perſiſtebat dolor. In potu accepit, olei recentis, amyg. dul. ℥iij. in iure auis & cum ſucco limonum; nec exinde remiſit, hæmorrhoidibus ſanguiſugas adaptare curauimus, & dolor pari renitentia certabat (& interim vrina ſubflaua cocta & laudabili ſedimento perfuſa) ad narcotica deuenire nos coëgit neceſſitas & doloris vrgentia, ſed nec inde ſedatur, qui erat in vretere inſtar pali infixi; inter hæc de abſceſſu etiam cogitauimus (ſunt enim pleraque, quæ latent in arcanis naturæ, adeo confuſa, vt actius iudicium illudant) nam febris paulò intenſior tunc emergere cœpit, & mixta intentione, pro vtroque affectu ſubleuando, miſcuimus auxilia, omnia ſine fructu; quo iam ferè affectus renitentia ſuperatus, vltra triginta dies cucurbitulam magnam (corpore exquiſitè vacuato) dolenti loco iuſſimus adaptare; quo vnico auxilio dolor cedere aliquantulum cœpit, & cùm nullo certo indicio, de lapide impacto, nec de abſceſſu aliquid innoteſceret: prudentius conſilium viſum eſt, circa 40. diem, medicamentum purgans (ex leuioribus tamen) propinare, ad tartaream & viſcidam materiam deturbandam: quo auxilio dolor traxit inducias: per ſex dies quieuit, & ad ſeptimum, velut è poſtliminio reuertitur; ſed cucurbitula magna iterùm adapplicata, ſuper ſolam regionem vreteris, dolor omninò conquieuit, tractâ & impulsâ doloris causâ; non enim flatus erat, quoniam de illis nulla vnquam præfuerunt indicia, ſed limoſa & craſſa fœculentia, quæ à rene deſcendens vreteri infigitur, vſque ad medicamentis deturbatâ, ceſſit dolor.

Diuretica quando & quomodo imperanda.

Hiſtoria nephritici doloris cucurbitula magna curati.

Cucurbitula magna dolenti loco applicatur.

Si ergo conſtiterit, quod dolor in vrinæ viis, renum, vreterum, & veſicæ, rationalibus auxiliis obſtiterit, indicationibus ad limam & lineam libratis, nulla remanet dubitandi occaſio, ad diuretica protinùs veniendum auxilia, vtpote illa, quæ ab infarctu liberant, & nata ſunt apta deturbare quæ in iis ad pernitiem mutuas tradunt operas, & vt illa etiam quæ primo & per ſe partem affectum & cauſam coniunctam reſpiciunt: ſiue ſeroſitatem cumulando, ſiue aperiendo, & quadam nitroſitate reſerando, ſeu tandem impellendo; quod ſi friabilis eſt lapis, aut ſuburra impacta diuretica communia ſat erunt, ſi verum eſt, quod Carolus Piſo; de ſolo butyri vſu refert, hoc etiam auxilio vti poſſumus; *Memini*, inquit, *ampliſſimum dominum de Gatineir, beneficiū vnius pene butyri, ſiue ſeorſum, ſiue in inſculis liberaliter ſumpti; tandem duos inſignes ſaxeos calculos quadrageſima die; & perfecta iſchuria laxatis vreteribus, excluſiſſe; ſatique immaturi vim effregiſſe*: vel ℞. rad. liquiritiæ ℥i. ononidis, fœniculi, an. ʒß. polypodij ʒvj. ſem. aniſi ʒij. alcechengi

De vſu diureticorum in hoc caſu.

gi ʒj. dialacæ ʒß. paſſularum, prunorom, an. n.x. fiat decoctio, caſſiæ diſſolutæ in infuſ. rhabarbari ʒß. miſc. Vel aquæ parietariæ, fabarum, fœniculi, an.℥j. iulep. viol.℥ß. Vel fiat iuſculum ex pullo cocto cum ciceribus, rad. petrocellini, ononidis, corticum fabarum & rad. liquiritiæ recenti.

At verò, amplius indurati, ſeu fortiùs impacti validiora poſtulantur auxilia, inter quæ (ſi à leuioribus conueniat incipere) prioris claſſis erit, oximel præparatum in decocto betonicæ, polij montani, calaminthæ, pulegij, & cicerum nigrorum: ad hoc facit ſyrupus acetoſus compoſitus, & ſyrupus de althea deſcriptus à Fernelio.

De his pulueribus nobilia experimenta vidi, ℞. aniſi, maratri, carui, cumini an. ʒj. coriandri præparati, ʒß. liquiritiæ, ſeminis bardanæ, an. ʒiß. cinamomi, galangæ. an. ℈j. ſeminis milij ſolis, geniſtæ, an. ℈iß. diatragacanti frig. ℈j. ſenæ orientalis ad pondus omnium, & fiat puluis; doſis erit ʒj. in ioſculo cicerum.

Auxilia ad induratum calculum. Pulueris alterius hæc eſt deſcriptio ℞. ſeminis altheæ, violarum, an.℈ß. ſeminis milij ſolis, & rad. liquiritiæ an.℈j. lapidis Iudaici, & ſpongiæ an. g. vj. pulueris oſſium dactylorom, meſpilorum, ceraſorum an. ℈ij. ſeminis meloris ʒiij. & fiat puluis & inuoluatur pane azymo, vino albo madefacto, & doſis ſit ʒj. in iure cicerum alterato, radice altheæ, fœniculi, eryngy, ononidis, petroſelini, iuniperi contuſi, & parùm vini albi.

Efficaciora ſeligere optarem in re maximè dubia, quæ magis ſpe, quàm votis conſtare arbitror, vbi de lapide non conſtat, & an iam induratio incipiat, quod adhuc ex accidentibus innoteſcere, dubium eſt; in hoc tamen ſtatu Meyſonerius dixit, *In renibus ex ſale ſimpliciter cum tartareis impuritatibus coagulato, calculum fieri*, & Beuerouicius, *ſuccum lapideſcentem ex quo calculi rudimenta producuntur*; non eſt enim idem quod lapis calculi rudimentum: quoniam eſt illa tartarea impuritas, ſatis calore & cordis ſpiritu coagulata: hæc enim in hoc ſtatu faciliùs diſſoluitur, & nouo ſeri diluuio ſuccedenti aut arceaut natura, vrina ductus, vt in pueris, dum in veſicam præcipitel motu fertur; vnde raros videas pueros lethraſi renum laborantes, frequenter pituitoſos & pingues: attamen iam concreta materia, maiori indiget violentia, & maiori conatu, vt expellenti patet, *& hinc nihil mirum* (quod iam olim antiquitùs notauit Aretæus) *quod ignoratâ causâ, imperitus multa quotidie incuſſum, obtrudat*; alioquin

Pentagoni particularis fol. 86. pagina 77. tomo 61.

laudatiſſima auxilia, quibus pleriqué Medici in tricas ſcholaſticas potiùs iam delapſi, quàm in praxim obſeruatam abutantur, quaré pro arenis & tartareis impuritatibus, à renibus, vreteribus & veſica deturbandis, puluerem laudatiſſimum à Meyſonerio non pigebit audire, de quo hæc iſte auctor, *Vt igitur in compendio multa contrahам, vnicum ad te mitto puluerem, non à me, ſed à ruſtico quodam inuentũ, cuius vſu, nos etiam mirabilia vidimus peregiſſe, & vim remedij ſecuriſſimi mirabilem notauimus, quo vſus ſum in poſterum ex artis legibus, in quam plurimis & mihi pro arcano hactenus reſeruaui*, vt ℞. ſeminis naſturcij Babylonici ʒj. piperis longi penicillum vnicum, & fiat puluis pro vna doſi, huic addo vinum noſtrum diureticum medicatum, quo liberati ſunt multi, huius tamen diuretici & medicati vini, hæc eſt deſcriptio; ℞. radicum recentium æmulæ campanæ, ononidis, petrocellini, an.℥iij. ſummitatum fœniculi, hyſſopi an. m.ij. ſeminis dauci, vrticæ, an.ʒij. ſeminis milij ſolis, naſturcij Babylonici an. ℥ß. baccharum iuniperi ℥iij. florum camomeli p.iij piperis longi in nodulo incluſi ʒiij. cinamomi electi ℥3. contuſis contundendis & inciſis omnibus, in dolio fraxino, nouo, capaci coniiciantur, & affuſis muſti albi, noui, optimi & tenuiſſimi; Lugdunenſibus poculis quatuor; fit vinum medicatum, & doſis eſt ℥ij. aut iij. cum aquis parietariæ, additis vel florum ſambuci, vel violarum, ipſiuſque hyſſopi (cuius hic facultas eſt admiranda) expurgato corpore: illud tamen obliuiſci non licet, quòd priuſquam ad hæc diuretica tranſeas, attendas vt inteſtinorum viæ nõ ſolùm ſint expurgatiſſimæ, ſed etiam vaſa ipſis proxima, & ſi conſequi poteſt, etiam renes terebinthinæ vſu, aut in calidioribus naturis caſſia fiſtulari, eo modo quo diximus in delicatioribus.

Mirabile auxilium.

Vinũ medicamentũ pro hac intentione.

Cautio obſeruanda.

Valeſius de Tharanta, in Philonio, *Expertus ſum* inquit. *quòd ille qui frequenter folia quatuor ſaluiæ ſumit, aut in vino ſubtili temperata, præſeruabitur à lapide. Quidam curatus eſt*, dixit Meyſonerius, *aſſumpto dono Dei in vino ſublimato*, neque enim aliud iſtud remedũ eſſe puto ab eo quod diſcribitur à Gabriele Ferrara, chyrurgo expertiſſimo. *Silua chyrurgica lib. 3. pagina* 280. & quod inſcribitur liquor mirabilis ad prouocãdam vrinam, & precipit, aquæ vitæ, rectificatæ ℔. iiij. fragorum ℔. iij. ſtent in ſole per 25. dies & tertia quaque die ſumatur; doſis eſt cochleare vnum mane; eſt liquor regalis, inquit ille, & multoties approbatus: & ne forte quis hæſitet, quænam ſit illa fragorum herba, legat

Lib. 5 c. 18.

Liquor mirabilis.

legat Matthiolum, *in lib.4. Dioſcoridis, c. 38.folio* 72 t. vbi inquit, *Fragaria vrinam ciet, mundatque renes & veſicam*, & alium adiungit, non minimi, apud me momenti, quod ℞. florum ſambuci recentium, ℔.ij. nucleorum perſicorum ℔.j. nucleorum ceraſorum ℔. ß. diſtilla in balneo mariæ, & huius ℥iij. ſumatur, nam aluum mouet, vrinamque in magna quantitate prouocat.

Hoc etiam quotidie experior incredibili fructu; vt olei auellanarum ℥iij. nucleorum perſicorum ℥j. vini diuretici ſuperiùs adducti & aquæ florum ſambuci an. ℥ij. pro corporis mole quantitate mutata, hortor etiam, vt quantum & quamdiu aſſumere poſſint, ſumant butyri recentis ſolius pillulam ſatis magnam: ſic enim duo contingunt bona; primò trahitur faciliùs & breuiùs facultas hæc emolliens in venas, & ſanguini vniuerſo per longum vſum conciliatur, & ſero, quod ſic ſuſcipit facultatem relaxandi, emolliendi, & reſerandi vaſa; alterum, vt hac cautione, valeat æger genio innocentiùs indulgere, hæc Meyſonerius.

Pro hac intentione hoc etiam clyſtere vti conſulo; ℞. radicum altheæ ℥ij. maluæ, parietariæ an. m.iij. florum ſambuci & camomeli, an. p. iij. coquantur in ℔. iij. decocti omazorum, addita (cum feruere incipiunt) ſtercoris bubuli recentis ℔.j. de cuius leuiſſima expreſſione accipe ℔.j. diacaſſiæ pro clyſteribus ℥j. olei camomeli, amygdalarum dulcium an. ℥iß. & f. clyſter; ſine ſale, vt moretur diutiùs.

Horatius Augenius à Ieſuita hoc auxilium ſecuriſſimum, & valentiſſimum accepiſſe, fatetur ℞. pulu. mille pedum ʒj. aquæ vitæ ʒß. iuris cicerum ℥viij. & ante prandium accipiat, mille pedes tamen ad educendos lapides hoc modo præparantur, accipe aſellorum viuorum ℔. ij. abluantur aqua ononidis & à ſordibus depurentur, deinde vino Hiſpano *dicto Pedro-ximenes* inebrientur, eoque ſenſim affuſo coniiciantur in illas vitriatas, quantò plures tantò meliùs erit, atque hæ ollæ diligenter occluſæ, in furno, à panis coctione calente adhuc, collocentur, vt in puluerem redigi poſſint, & moderato calore exſiccentur: hic puluis rurſum infunditur in vinum Hiſpanicum quantum bibere poſſit, & rursùs exſiccatur, quod ter & quater fiat, ac deinde huic pulueri affunde aquã fragorum ℥iij. ſpiritus vitrioli ʒß. & iterum puluis exſiccatur, & tenuiſſimè contritus in vaſe vitreo ſeruatur & de hoc pulu. dabis à ʒß. ad ʒj. in vino, iure cicerum, aut aquà fragorum.

ILLVSTRATIO XXVI.

Prima & ſecunda obſeruatio, quibus aquè naturæ maieſtas, & artis excellentia miraculis elucet.

PRIMA

Malignæ & ardentis febris, lethalibus ſymptomatis, mirabilis.

O Diuinum naturæ priuilegiũ! ô admirabilis naturæ maieſtas, quæ in omnibus momentis fide caret, vt fortunæ liberalitas fide! quis vmquam fortunæ prodigia admiratur, qui illam humanæ ſolertiæ non tribuat? quis naturæ miraculà, qui miraculis credat? ſed rerum naturalium curſui naturali? Inter naturæ miracula, quæ dudum obſeruaui, vbi naturæ excellentia omnia ſuperauit pericula, fuit anno 1659. initiò menſis Iulij, in honeſta muliere moribus temperata, temperamento ſanguinea, annorum 36. hæc in ſinochum incidit, ex ſanguinis & bilis abundantia, quæ paulò pòſt in ardentem degenerat, malignâ additâ qualitate, cum linguæ ſiccitate & nigredine, calore exurente: ſed adhuc præter intentionem febris accidentia ſuperabant febris intentionem, & conſectaria videbantur alterius principij: nam 4. die (dum ex ſanguine pars tenuis degenerat in bilem, craſſa in melancholiam, vt ſinochis mos eſt) incœpit in brachio ſiniſtrò candens eryſipelas, quod phlecmonis naturam æmulatur, calore puniceo & ſanguineo ad nigrum declinante, inde ambulauit ad pectus, à pectore ad mammas & ad dorſum, & per vniuerſam dorſi regionem ſerpendo procedebat ad ventrem vniuerſum; inde ad brachium dextrum, exinde ad ſiniſtrum, vſque ad manus brachij vtriuſque, ac tandem à iugulo ad vniuerſam faciem; nec inde conſiſtebat, nam dum ad os ſacrum deſcendit, ad femora progreditur, & vtriuſque cruris ita vt iam corpus vniuerſum occuparet, à iugulo deorſum, & dum ſerperet illud eryſipelas, fluxus ventris bilioſus adeo profuſus ſuperuenit, vt vix crederes poſſe ab aliquo auxilio ſuperari, intra ſeptimam diem, erant enim hæc omnia accidentia ſymptomatica, multitudinis & irritationis

nis conſectaria, cum flaua & intenſa vrina, craſſa & prorſus cruda: bilioſa tantùm perſeuerabat diarrhæa, vſque ad ſine ſenſu in lectulo difflueret; ex retinentis potiùs impotentia, quàm impatientia expellentis, & adhuc ſub tam profuſa euacuatione & ſub barbara excretione, quæ licet talis, meritò hanc laudabilem dixeris, quia intus extra, à nobilibus membris ad prorſus ignobilia, vertebatur: tantùm in poſterum malignitas inualuit, & tam magnam vim naturæ corruptela induxit, vt illis excretionibus deſpectis (quæ ægrotum aliter moriturum poterant liberare) prauam, concitaret metaſtaſim, & contra omnes leges & artis & naturæ raptum praui humoris præter opinionem in cerebrum induxit, in vndecimo, vnde ſopor pene inexcitabilis, cum continuo & perenni delirio, quem verè & realiter lethargum poteris nominare, & nihilòminus eryſipelas per iugulum, & faciem ambulabat, intentiſſima febre, ſiti incompeſcibili, & incomparabili empyreumate, abſque vllo leuamine febris, nec accidentium; hæc ad 14. miſeram exercebant mulierem: ad 21. cœperunt hæc omnia mitiora videri, paululum ſymptomatum, domitâ inſolentiâ, & inſolens faſtidium cœpit propitiari, nec ita perenniter illa vrgebat ſitis, ſed fluxus ventris atque eryſipelas adhuc perſeuerabant, nam per altam partem frontis adhuc perambulabat.

Illud notatu dignum obſeruaui, quòd in vnoquoque decretorio, ſaltem in indicante, aliquis ſingularis motus edebatur: illud enim videtur, & à natura inſitum ad bonum vel ad malum, naturam ad excretionem concitari, vrgeri aliquando, ſiue ex virtute diei, ſeu ipſius naturæ, quæ proportionibus quibuſdam indefinitis, ſolet decretoriis diebus, aliquam edere actionem, ſeu vt expulſionem molliatur, ſeu vt ſe ab inferentis moleſtiam tueatur; nam eiſdemmet diebus, natura & morbus concitatur, fatali quadam neceſſitatis lege, ad huius aut illius imperium, ſeu critice naturæ magiſterio, ſeu irritantis morbi violentiâ, ſymptomatis aut criſis ratione, quod multò antea in noſtrâ *Prognoſis fallaciâ* adnotauimus Medico tribunali.

In tam horrendo malo curationem incœpimus non à ſanguinis miſſione ex talo (ſic enim in fœminis incipere, muliebris ſexûs priuilegio, nos docuit Galenus, vt Illuſtratione huic argumento dicata latiſſimè probauimus. præterquam quòd in illa adhuc non deſierant menſes) & potu aquarum cordialium cum confectione iacynthorum, & ſyrupo de acido citri, febrem & ſitim delinire nobis erat in animo, & iterùm ex alio ſanguinem mitti iuſſimus, & ad quatuor vices ſang. miſſione ex talo repetita. Ad noctem frictionibus, & cucurbitulis ſiccis & ſcarificatis alternata ſerie à membris præcipuis reuellere intendimus; dum interim vires reficiuntur alimentis, quę temperent, mediocriter alant, & potu frigidiori, quantùm illa ferebat ætas, ſexûs & caloris exceſſus poſtulabat, ſed numquam in vltimo frigiditatis gradu, ſed ſola proportione ad exceſſum: quarta die exacta, & pluſquam mediocriter corpore vacuato ſanguiſugas venis hæmorrhoidalibus apponere mandauimus, ſed nec inde febris & accidentia ſpem leuationis adferebant, quo decreuimus ad venas ſuperiores deuenire, ac proximè è directo vacuare à venis, quæ communionem habent cum illa regione, vbi prauus ſtabulatur apparatus, iam enim inter alas & inguina, amplius efferueſcere videbatur, & ex vtroque brachio ſanguinem mitti iuſſimus: nam & illud miri erat, vires numquam deficere, ſemper enim in mediocri vigore conſtiterunt, at pluſquam mediocriter corpore vacuato (non eſt enim neceſſe ad hoc, vt ſit poſitum in vltima penuria) cucurbitulas ſcarificatas ſuperiori regioni affigi iuſſimus, cordis nempe è directo, & vicem ſanguinis miſſionis egerunt, bona ſanguinis quantitate extracta: nec interim attemperantibus obliti, ſed graduum exceſſus, proportione ſatis diligenti ſolertia obſeruatâ, & manè & ſerò, longè ab hora cibi largam etiam potionem (vt par erat) præbuimus, & pariter ſolliciti de malignitate inſidioſa, vt de præcauendis etiam accidentibus, quæ in tam magno apparatu ſperare par erat.

Hæc ad ſeptimam diem geſta ſunt, nam per illam profuſa incœpit dirrhæa, ex prauo & maligno humore mille modis fædato, ſed ad vſtionem maximè declinante, vt eſt putrida bilis crocea, ad nigredinem vergens; naturæ & humoris impetum expectauimus, quo humor & natura inclinat, reficiendo vires, & humoris feritatem frænando, eluentibus & attemperantibus clyſteribus, iam ex hordei decocto, ſaccharo, & ouo integro iam ex lacte chalybeato & albo ſaccharo, cum aqua plantaginis & capitum roſarum, iam ex iure pulli cum hordeo & ſaccharo roſato, toto ventre infarcto: iam ex decocto plantaginis, hordei, & roſarum cum ſyrupo roſato, ſaccharo & ouo integro; ſed cum fluxus perſiſteret, vnum ex duobus arguimus, aut in hepate talem humorem generari perenniter, & anteacta hepatis

patis intemperie, aut intra venas magnam adhuc ſupereſſe prauorum humorum multitudinem: quo iterum ex brachio & baſilica ſanguinem extrahere non dubitauimus (ad hoc enim adhuc vires conſtabant) & dedimus in potum de aquis portulacæ, plantaginis an. ℥iij. confect. iacynthorum ʒj. eſſentiæ coralli (ad hoc enim ſingularem ſemper habuit analogiam) gut. iij, laudani opiati g. ij. quo illa fluxus profuſio ſi non in totum conſtitit, ſaltem per longiora interualla, & non tam frequenti irritatione ſollicitabat ægram: in die ſequenti ex brachio contrario ſanguinem mitti iuſſimus, & in illo qui ſequitur ex ſaluatella dextra, pauco extracto ſanguine quieſcere decreuimus: ſuper hepatis reginnem impoſito linteo, ſucco endiuiæ & acero roſaro madido, cum guttulis ſucci agreſtæ, & puluere ſantalorum rubrorum.

Numquam tamen tantùm de morbo & ægrota deſperauimus, quàm in fine vndecimi: nam quando leuatio ſperabatur, longè à ratione alienum incœpit accidens; nempe cataphoricum ſymptoma, hoc enim eſt proprium malignorũ morborum; incœpit enim ægra alto & profundo ſomno inebriari, & non ſanæ mentis eſſe, & ſub hac hæreſi mentis, moderatè deſipere, nugaci potiùs quàm ferino delirio: hoc recens accidens nos coëgit, ſua ſingulari indicatione, noua inuehere auxilia: humorem nempe à capite repellere, communi oxirrhodino, & viribus æqua lance libratis adhuc tulit moderatam ſanguinis miſſionem ex carpo manus dexteræ: & in die ſequenti ad auxilium Arethæi deuenimus, nempe ad cucurbitulam occipiti affixam, & ſcarificatam, omni diuerſionum genere antea celebrato, & continuò ſemper ægrotam excitando, & (quod magis miraberis) adhuc diarrhæa perſiſtebat, abſque vllo leuamine affectus cataphorici, & ſerpebat adhuc eryſipelas ad partem ſuperiorem capitis: erat enim in fronte tumor, ita conſpicuus & tali rubedine fucatus, ac ſi nunc inciperet affectus: quo tandem nos coëgit eryſipelas, delirium, & ſopor, vt vena in fronte ſecaretur, vt ſi tandem hoc topico auxilio à tam præſentaneo periculo leuaretur; ſecatur vena frontis, & ad binas vncias ſanguinis extrahitur; quo tandem (Dei benignitate) ſopor, delirium, & candens cutis eryſipelas omnia remitti incœperunt, & impoſito pullo columbino, per medium diſſecto, noctem leuatiorem tulit; vt in 14. à febre & aliis ſymptomatis leuata videretur; meliùs ad oblara ſe gerebat, nec ſomno premebatur, ac redintegratis cerebri facultatibus (cogitatiua nempe & phantaſia) ad iuſtam œconomiam vertebatur, & licet valde debilis, ſed non extenuata, iam meliùs habere cernebatur, morbi & ſymptomatum continuo leuamine, vſque ad 21. & cum adhuc ventris fluxus (licet per longiora interualla) perſiſteret, ex arte & ſecundùm rationem viſum eſt, à medicamento purganti ſuperſedere; ſed reliquum naturæ commendare, ac illam perfectè à morbo reſtitutam dimiſimus, poſt 21. quo in poſterum breui redintegrata, alias quæ ſalubrinti febre videbantur debiles, euaſiſſe in hac conſtitutione ſuperuixit, quæ poſtea, ſola malignitate derelicta perierunt.

SECVNDA OBSERVATIO.

Parallelus, à naturæ ad artis excellentiam, in D. Alfonſo de la Eſtrella, Equite Hiſpalenſe Nobiliſſimo.

HAud certe minùs eſt artis excellentiæ ttihuendum in hoc caſu, quàm vix credibili naturæ maieſtati. ſunt enim æquè prodigioſa, nec minùs admiranda artis quàm naturæ miracula: hoc facilè dabunt excellentes artifices, docti & experti Archiatri qui ne tantùm lineis, ſed operibus quibus ſe ipſam natura ſuperauit, ingenij acumine, mirabili ſolertiâ, imirantur: ſed longè lateque vltra fidem aliquando excellunt: pleraque enim interdum, in arte obſeruantur, quæ plus habent admirationis quàm fidei, & gloria non tantùm rerum excellentiæ debetur, quæ eſt ingenij excellentis alumna, non fortuitæ, neque vanitati fucatæ, quàm admirabili naturæ maieſtati, vbi cõſtant ad inuicem gloria & maieſtas pro immortalitate conſequenda, quam hæc & illa conſequitur, dum in excellentiæ theatro mutuls certant impetiis.

Sit exemplum huius nobiliſſimæ artis, dum gloriâ ſcientiæ adornatur caſus illuſtris Illuſtriſſimi Equitis Hiſpalenſis, domini Alfonſi de la Eſtrella: vix iſte annis 24. antequam hic recens incœperit affectus, fæmora vſque ad pedes tumentia non indignè ferebat, ex crudo & abundanti ſanguine, congeſto ex vita ſedentaria, crapulæ & voluptati dedita, eſt enim obeſus, craſſus, & corpulentus, natiuo temperamento ſanguineus, ad bilioſam temperiem declinante, vir magnæ præſumptionis, ſpectatæ prudentiæ; & abhinc decem annis illum grauiſſimum ſymptoma adoritur, ſtupor nempe corporis

poris vniuerſi, cum læſione ſenſuum internorum, qui parùm abfuit ab impia & humida paralyſi, ex quo impreſſa labes imbecillitatis ſemper relinquitur in neruorum principio, vti ſolet, vt poſtea ſub ordine præpoſtero cibi, potus, ſeu cuiuſuis exceſſus, relapſum facilè experitur, vt nos bis obſeruauimus, maximè dùm ventriculus crapulâ tentaretur, cum vomitu porraceo & vitellinæ bilis: nam præter ventriculi frigidam intemperiem, laborat in illo hepar, bilioſa & valde excedenti intemperie, dum ventriculi calor crudorum colluuie obruitur, vt inde frequens crudorum multitudo cumuletur; quam cum hepar non valeat in ſanguinem laudabilem conuertere, pituitoſus ſanguis in illo ad tempus dominatur, & aliquando bilis in maiori exceſſu cum ſanguine producitur, prout hæc aut illa præualet intemperies; vt his diebus nos docuit nobilis obſeruatio: nam die 11. menſis Iunij anni Domini 1659. in crure ſiniſtrò incœpit apparere magnum eryſipelas phlecmonodes; fonticuli, antea adaperti, occaſione, quem (duobus nondùm exactis menſibus antea) Andreas Oſorius nobilis Chirùrgus adaperuit, (dimitto an ex noſtro cònſilio, tutum enim non erat, ad crura iam antea tumentia, crudorum colluuiem conuocare, adhuc prætextu præcauendæ paralyſis) ad quod ſequitur ſinochus de genere ardentium, vt ſymptoma huius eryſipelatis, cum apparatu, antea cumulato (licet ſocio cuidam noſtro maligna febris protinùs videretur, ſed iudicio fallitur) nam dum à venis ſanguis iam cumulatus, expellitur ad crura, iam phlecmone obſeſſa quadam veluti criſi, protinùs ceſſat febris, quoniam inflammationis tantùm comes erat, & huius & illius apparatus conſectaria, & non ex ſuccorum putredine maligna, quæ à venis inciperet, ſed partis inflammatæ conſenſu, & verè ſymptomatica.

Sed protracto inde eryſipelate, & ex magno venarum apparatu, amplius humore confluente, & ruſtico timore ſocius ſanguinem mittere valde reformidaret (ne incideret in paralyſim à 20. annis iam exactam) incidit in gangrænæ principium, ſed ſuperficialem, duabus tantùm ſanguinis miſſionibus exactis, vna ex contrario crure, & altera ex brachio, & conſultum inter nos & doctum ſanè Chirurgum, quid agendum? ſocius & Chirurgus, aut crus ſcarificare, aut hyrudines ſuper imponere incipienti gangrænæ, tenaciter contendunt, apparenti gangrænæ vrgentiâ ſeducti: nos è contra ſuperiorem plenitudinem ampliùs deponendum, ne ad partem, illa multitudine, periclitantem tantùm humoris confluéret attractus, vt vlterius ſerperet, & profundiùs penetraret gangræna, & his non obſtantibus imponuntur octo aut decem ſanguiſugæ, & tantùm parti inflammatæ & antea tumenti attraxerunt, vt ſerperet profundiùs gangræna, & his adhuc non contenti, in die ſubſequenti, crus ſcarificare non dubitarunt; quid ergò inde ſequitur? in altero crure aliá incœpit inflammatio, & phlecmodes etiam, & prima in deterius vertitur, & febris nouò incipit de malignarum ſorte, de genere ardentium, cum linguæ ſiccitate, intenſó empyreumate, ſopore comatoſo & delirio ferè inexcitabili, ex prauo venarum apparatu antea cumulato in corpore plethorico, & nòn euacuatio ſuo loco & tempore, & occaſione præpoſteri auxilij, data occaſione, & etiam recentis fluxionis, quæ ad partem læſam cùm periculo irruit & ex vaporibus iam productæ & ſerpentis gangrænæ: poſtea vero egeni & inopes conſilij adhuc ſanguinis miſſionem excuſare volebant, quo adducitur in conſultationem nouus ſocius, qui tantùm ſtetit noſtræ opinioni, vt indicationibus æqua lance libratis, mox ex brachio dextero ſanguinem extrahere conſuluerit, & tantùm febris poſtea inualuit & ipſa inflammatio, vt à ſeptima ad 14. diem nos cogeret, ſepties iterùm ſanguinem mittere febris inflammationis & gangrænæ vrgentia, in eamdem ſententiam protractus, qui antea vnicam ſanguinis miſſionem excuſabant, veriùs formidabant, erat enim gangræna, nòn frigoris nec crudorum, ſed ſanguinis & craſſioris bilis conſectaria; in hoc ſtatu erat iam in 14.

Inde febris continuò exarſit, lingua arida, intenſiſſima ſiti, dum feruor intus alitur, & calido & intemperato hepate, perenniter bilis in venis cumulatur, vnde ex nouo & recenti accubitu bilioſi humoris recens ſerpit eryſipelas in partem ſuperiorem fæmoris, & ſupra tibiæ regionem virulentum vlcus à gangræna relinquitur, & in parte pedis conuexa, ex recenti accubitu, tantùm confluxit & ſanguinis & bilis, vt cum quantitate pituitoſi ſucci antea iam confluxa, nouum gangrænæ minaretur periculum: quo in ſtatu conſultiſſimum duximus, antequam inciperet gangræna, in illa parte pedis, vbi iam cuticula pallida videbatur, partem illam altioribus plagis ſcarificare, vbi bona ſanguinis quantitas iam infecti & putridi extrahitur; ſed nihilominus ad-

hue

huc perſeuerabat ſerpens eryſipelas & humoris confluxio.

Hæc in 16.& in 17. In, 18. omnia cœperunt mitiora videri, minùs intenſa febris,& ſupra rotulam genu,in totum eryſipelas videbatur conſiſtere, & neque vltra ſerpere; imò intenſus calor declinare incipere omnino palam erat; vt & intenſa ſitis, quæ antea immenſam inferebat moleſtiam, & lingua placida humiditate ſui coloris eſſet, & plagæ, quæ gaogrænæ occaſione inflictæ ſunt in iura ferè ad cicatricem ducebantur & quæ pedis conuexa recens erant impoſitæ, pauco, ſed crudo pure ſcatebant, & cruris & pedis tumor qui gangrænam antea minabatur, à ſola multitudine,vt à lignorum congerie calore ſuffocato,inſperatu reſolutione, grauioris mali ſpem fallit & aſſiſtentes & ægrotantem alacri beat lætitia, vt in 19. iam æger à febre liber omnino videretur, ſi non in totum manifeſtâ ſanè leuatione naturæ miraculo æquè certè apponenda, ac artis excellentiæ, vt diuinæ benignitati ſit ſemper honor & gloria.

ILLVSTRATIO XXVII.

De fiſtula in recto inteſtino curata, contra artis præcepta, & ſolita euacuatione ad tres menſes ſuppreſſa, ac inde vita emergente periculo.

Vt diſcat caueatque poſteritas.

ANno Domini, 1657. quarta die Octobris nos fecit aduocare Petrus de Arce,vir quidam nobilis ex Occidentali Iodia mercaturæ occaſione Hiſpali degens;illum inuenimus cum febre, ſi non qualitate intenſa, de malignitate certè ſuſpicioſa: erant enim initiò accidentia febris intenſione ſuperiora: quoniam lingua arida, implacidus aliſmus,& ſupra febris intentionem ſitis,vrina ſi non intentè flaua,paulò minùs craſſa, & valde cruda: ſed de fiſtula, quam iam olim in ano ſuſtinebat, nec memoriam fecit, nec de vllo dolore in illa regione: curationem incœpimus,à ſanguinis miſſione ex talo, nam (licet in media ætate) melancholicus habitu videbatur: ſecunda die, ſanguis ex talo contrario mittebarur: nec inde febris mitior,neque leuior ſitis: tertia die dolor dextro in latere comparuit, & non valde intenſus, cum tuſſi, & ſputo ſanguinis ferè diluti, ad flauum declinantis,ſed nunquam ſpumoſi: nec vlla erat difficultas anhelitus interdiu, ad noctem perexigua; nec malè ſe gerebat ad oblata, febris in eodem tenore, de pulmonis inflammatione ſuſpicari, illud redarguebat, quòd difficilis non vrgebat reſpitatio, quod inſeparabile, huius inflammationis eſſe ſignum dixit Galenus & ratio conuincit, primo reſpirationis inſtrumento olæſo nec in ſputo alba erat ſpuma;de membranarum intercipientium inflammatione, quis poterat etiam dubitare, ſed non erat ita intenſa febris, nec aliſmus implacidus, vt ſolet in hac ſorte inflammationis aduenire, cum pectoris maximo offendiculo, de dolore pleuritico omnia ferè atteſtabantur ſigna, ſed illud erat ancipitis iudicij pulſus duritiem deficere, & difficilem reſpirationem non adeſſe, neque intenſus dolor, vti ſolet eſſe vbi præualet bilis, aut bilioſus ſanguis: quare illud tantùm aſſequitur iudicium, ab illa ſuppreſſione fiſtulæ, prauam humoris fœculentiam ad venas ſuperiores recurriſſe, maximè ex caua deſcendente, ad ſuperiorem hepatis regionem, ac inibi febrem putridam concitaſſe de malignarum ſorte & ardentium, & pectoris regionem etiam occupaſſe, vt tuſſis & ſputum monſtraſtrabat,ideo reuulſoriis ſanguinis miſſionibus ex talo celebratis, & humoribus (quo humor & natura antea inclinabat) conuocatis, & non proficientibus,vt ſuppreſſa vacuatio ad opus conſuetum rediret: ſanguiſugas ani regioni apponere decreuimus, & bona ſanguinis quantitate extracta, fiſtula nihilominus non aperitur ampliùs,vt certè nobis promiſit Auiceña, quandodixit *& cum ſuppreſſio alicuius euacuationis eſt morbi cauſa, eius redditio eſt, morbi medela*: quo febris vrgentiâ compulſi, ad brachia aſcendimus deriuandi & vacuandi gratia, & bis ex eodem brachio,lateris dolentis è directo, ſanguinem iuſſimus extrahere,vbi detractus ſanguis effluxit, vltima corruptione defœdatus, fibris penitus iam corruptis, quo de ægroto in totum deſperauimus; quoniam vbi talis corruptio,in febre maligni moris in ſanguine apparet, deſperata res eſt; hæc geſta ſunt vſque ad ſextum diem; præmiſſis attemperantibus, pectus oblinientibus,paregoricis & expectorantibus: quo in die ægrotus morbi ſeuitiem conſiderans & ſecum alta mente deliberans,nobis dixit(quod non affatur antea) ſe abhinc tribus menſibus, fiſtulam(quam antea permultos annos fluentem habuiſſet)

Sanguis in fibra & ſubſtantia corruptus, quando deſperationē minatur.

buiſſet) nunc habere penitùs obſeruatam ſolitã euacuatione ſuppreſſã; quo audito, illi diximus, Serò medicina paratur; eſt enim iam omnis ſanguinis maſſa prauó ſuppreſſæ euacuationis conſortio corrupta: nihilominus tamen iterùm hyrudines ano adaptare curauimus, vt ſi humór anadrome compulſus ad fiſtulam recurreret, & ſuppreſſam euacuationem procurarent, & ſane viees ſuis adimpleuiſſe omnibus videbatur, quoniam magnam ſanguinis quantitatem & fœdi & corrupti extraxerunt: quã conſideratione ſatis docto Chyrurgo imperauimus, vt partem illam oculis perluſtraret,& tactu exploraret, vt ſi de veſtigio euacuationis aliquid compareret: ac parte digitis compreſſa, aliquid puris extrahit & ſubſequẽti die tuberculum ſuppuratum inuenit, quod aperuit,& iam deprauati puris erat, vt fœdiſſimi omnibus videretur, inde vires penitùs concisæ videbantur, animó linquit æger, noctem inſomnem degit animi deliquio frequenti, ac inſuperabili faſtidio; illud tamen maximè conſiderationedignum exiſtimaui à 7. die dolorem delituiſſe penitus, neque tuſſim ira frequenter exercuiſſe ægrum, fortaſſe viribus iam collapſis, falſa leuatione, quo leuior ex antecedentibus ſymptomatis videbatur, ſed nobis illud falſa leuatione viſum eſt euenire, nempe lateris inflammatione in necroſim verſa, & ab extremo ſenſu ad ſenſationis defectum peruenisse: nec nobis miri erat febrem leuiorem videri, quoniam in tranſitu ab inflammatione ad necroſim calor, qui vſum adaugebat, extinguitur, quò duo euenire contingit, vt febre carere videantur, ſaltem vt facultas ita reddatur debilis. vt arteriam dilatare non valeat, qua imbecillitate videntur febre liberi, & caloris defectu & imbecillitate: cui etiam malo mutuas operas tradidiſſe credimus abſceſſum etiam in gangrænam conuerſum, ex humore corrupto, inibi putreſcente; quo tandem in fine decimi quarti, animam reddidit Creatori, non fine noſtro & amicorum triſtiſſimo dolore.

Falſa leuationis ſigna in pulſu & febris remiſſione.

Ex qua illud tantùm obſecro, elieiatur hiſtoria, quàm periculo plenum ſit, & fatale, ſolitam euacuationem ſineré detinere: ſeu tædio euacuationis medela procurata, ſeu aliter detenta, aut arte aut natura, quod in fonticulis, fiſtulis, fluxu ventris diuturno, aut hæmorrhoidarum, aut in mulieribus in fluxu vterino, iam longiùs protracto, obſeruare par eſt.

Obſeruacion de vña melancholia, morbo que paſsò à mania, complicada con la hypocondriaca.

EN 4. de Otubre de 1666. dia de San Franciſco Don Auguſtin de Ariola, Cauallero de Seuilla moço de 25. años començò à delirar, ſin calentura; ſu complexiòn es algo melancolica con abundancia de ſangre, moço bien mantenido, grieo, *magis intra vitia quàm cum virtutibus*: para ſu curacion llamò ſu padre los Medicos de mayor eſtimacion y credito que auia en Seuilla en eſte tiempo, al Doctor Diego de Valuerde, Doctor Gaſpar Caldera de Heredia, y Doctor Alonſo de Granados: y deſſeando aueriguar la cauſa deſte accidente: lo primero nos propuſieron la ſoſpecha de hechiſos en vna Xicara de chocolate, que eſte Cauallero auia tomado, en caſa de vna Dama, enque tenia dos hijos: y paſando à aueriguar otras cauſas, hallamos, que auia tenido vn peſado diſguſto, ſobre vnas ioyas, que auia preſtado à vna ſeñora monja que ſe las empeñò en cantidad de plata, que deſempeñò ſu padre, por 400. peſſos, en que eſtauan: cuyo ſentimiento, y por no darle à ſu padre, le tuuo con eſte peſar muchos dias: y en ellos ſin ſalir del primero, tuuò otro mas penetrante, y muy del coraçon, porque tratò de embiar à Biſcaia eſtos dos niños hijos ſuios, de 4. años el vno, y tres el otro, cuyo dolor y ſentimiento de apartarlos de ſi, me confeſsò, auer ſido grande: à eſta continuacion de triſteſa y melancolia, ſe ſiguiò otra, conque todo el mal aparato melancolico de las venas engẽdrado ya, y producido por las cauſas referidas, ſe ſubiò a la cabeſa: y fuè que de orden de ſu padre paſsò à vna heredad ſuya à hacer, vnas vendimias y comprar cantidad de moſto, para ſu bodega, en cuyo tiempo y con la continuacion y aſſiſtencia deſte beneficio aſiſtiendo en la bodega del moſto, que heruia, fue tanta la cantidad de vapores del moſto, que recibiò en la cabeça, que todos aquellos dias andaua como atontado, aſſi del dolor de cabeça, como de la turbacion de los ſentidos, en tanto grado, que dixo à ſu padre, acabada eſta funcion, ya de buelta en Seuilla, que tenia como embriagada la cabeça y turbada la viſta y los ſentidos, y que ſe hallaua malo, que temia no le dieſſe alguna enfermedad, conforme la indiſpoſiſion en que ſe hallaua.

Auiendo pues conſiderado en vna de

nueſtras juntas eſtas cauſas, con las ſoſpechas de hechiſos, nos pareciò que no auia accion ni ſeñal releuante en la enfermedad, que excedieſſe el orden natural y comun ni de parte del enfermo, ni de la enfermedad, ni de las circunſtancias que nos obligaſſe à condenar eſta enfermedad por de echiſos, ſino por enfermedad abſolutamente natural, cōſultando para eſto mi libro en el Tribunal Magico en la queſtion: *An detur aliqua ratio differentiæ inter morbos inductos maleficio, & morbos naturales*; y la otra, *De differentia frigidi maleficio inducti, à frigiditate naturali*; adonde procurè con toda ſingularidad, deſcubrir toda ſoſpecha de hechiſos en qualquiera enfermedad que ſea, y en qualquiera humor de que el demonio ſe pueda valer como de inſtrumento, y eſtando eſtos SS. Doctores y yo de vn miſmo color, viendo que ſe continuaua el delirio, ya con riſa, ya con furia, nos pareciò ſer vna mania natural ſin ſoſpecha de hechiſos ocaſionada de aquella melancolia, en que no auia ſingularidad en la imaginacion deprauada, en vna coſa ſola, ſino que la mayor parte era en referir y haeer verſos, que era en lo que mas ſe exercitaua, cuyas eſpecies tenia mas preſentes en la memoria, que nunca perdiò (aunque le enflaqueſiò algo) otras vezes deliraua en coſas de deuocion, à que es muy inclinado y otras ſe enfurecia, pidiendo la ropa y que le dexaſſen leuentar.

Con que auiendo conſiderado profundamente el caſo, nos pareciò que eſta era vna mania que ſe fomentaua del humor melancolico, y ſangre aduſta, producida en el higado, y coaceruada en las venas, ò genero, venoſo adōde padecia alguna aduſtion, y de alli ſubia à la cabeça ya en ſangre, ya en humor aduſto, acre, y mordaz, porque vnas vezes era el delirio con riſa, otras con furia, conforme eſte o aquel imutaua las potencias, o punçaua la ſuſtancia del cerebro y ſus membranas, hacia eſta o aquella eſpecie de delirio, porque para juſgar que eſte era por propria affeccion del cerebro en que ſe requemaua el humor, no auia ſeñal ninguna, muchas de que ſubia. en medio que con la continuacion, el affecto. que auia comencado per conſenſum, ſe auia hecho per eſſentiam, aunque no habitual (que harto lo ſemimos) ayudò mucho à eſte juyzio, que a pocos dias le hallamos vna tenſion y dureſa ſobre el eſtomago, y toda la region del pyloron, con algun dolor, de que juſgamos que no ſolo era el conſentimiento de las venas, ſino deſta region, como quiere Diocles, y no le pareció mal à Galeno, de que yo è hecho vn largo y bien penſado diſcurſo en mi Tribunal medico, *De vtraque melancholia vera & hypochondriaca.*

Ajuſtadas eſſencia, cauſas, y ſeñales deſta enfermedad, ſuſpendimus el pronoſtico, pronoſticando ſolo lo dilatado de la enfermedad por la rebeldia del humor, eſtando muy atentos à la lucha de lo robuſto de la naturaleſa de vn moço con la violencia de la enfermedad, y en el principio de ſu curacion, propuſimos las indicationes generales, conforme las mas ſelectas doctrinas de Galeno 3. *de locis 7. & 1. ad Glauconem cap. de quartana*: procuramos lo primero, traer el vientre facil, que es vno de los remedios que Galeno propone, en el lugar citado, con ſeruicios emolientes y attemperantes, cada ſegundo dia; y lo ſegundo, que con todo cuydado eſcuſaſſemos los remedios calientes, por no irritar el humor ya caliente y aduſto. en las venas, tambien aduertencia de Galeno, *cap. de Quartana, Blandè ſunt tractandi melancholici* (dice) lo tercero, que las comidas fueſſen preparadas con attemperantes, como lechugas, eſcarolas &c.

Y en quanto à las indicaciones eſpeciales, en lo que primero nos conuenimos, fue que el remedio deſta enfermedad en eſte ſujèto moço y ſanguineo, eſtaua librado en muchas euacuaciones de ſangre, aſſi de nueſtra experiencia como de los mas cuerdos y graues modernos que tenemos; aſſi lo aduierte Felix Platero en ſus Obſeruaciones, Hercules de Saxonia, y otros que llegaron en eſte caſo à hacer dies y doſe ſangrias y que ſe deue, con mayor atreuimiento que temor, obrar en eſte caſo, y aſſi con la prudencia, præceptos, y obſeruaciones, començamas à ſangrar eſte Cauallero, dos vezes de abaxo del tabillo, para reueler de la cabeça y deriuar de los hypocondrios: ſubimos à los braços otras dos veſes, para vacuar y reueler del aparato que auia en el genero venoſo, en cuyo tiempo obſeruamos que à tercero dia ſe enfurecia eſte delirio mas, en que le fuimos attemperando con dos onças de lamedor de camueſſas, tres de aqua de eſcorſonera, con 4. granos de piedra bezar oriental, eſcuſando en los principios la confeccion de jacyntos por lo adſtringente de ſus poluos: però reconociendo alguna paſſion en el coraſon à las 4. aquas cordiales añadimos de confeccion de alchermes y jacyntos media dragma de cada vna, y ſeis granos de piedra bezar

zar oriental, cón que ſe mitigó algo eſta paſſion, y la del eſtomagó, y dende el principio començamos à repercutir de la cabeça los vapores y humor, que ſubia; y lo delgado de ló contenido, indicacion bien encareſida de Galeno (13. *Meth.* 21.) però con nueſtros remedios (no de los ſuyos) ni velados con el *hic & nunc* del caſo, precediendo vn bañito de coſimiento de maluas, violetas, lechugas, y cabeçuelas de adormideras, y tal ves meſclada la mitad de leche, tal con leche ſola, y tal cón aqua tibia ordinaria, y à la cabeça le ponian pañitos mojados en el çumo de la que llaman hierua puntera, ô ſiempre-uiua, y otras vezes con aceite violado, papauerino y leche de muger; y en quanto iuſgamos que era neceſſario templar, y repercutir, que ſuè todo el tiempo del principio, y aumento, lo hizimos, valiendomos al meſmo tiempo de ventoſas, yà ſecas ya ſajadas, y de moderados narcoticos en la neceſſidad de ſola media onça de lamedor papauerino, y 3. de aqua de lechugas, y los baños y apoſitos de la cabeça para prouocar ſueño, eran deſpues de comer y cenar, ayudados de los vapores de la cómida.

Però viendo que el caſo era largo de ſu naturaleſa, no cediendo à los remedios hechos, le puſimos ſanguiſuelas deſpues de las ſangrias, cuya euacuacion fuè corta, cón que nos obligò à ſangrar mas de los braços otras dos vezes, y continuar los remedios hechos de ſeruiciales, xaraues, bebidas cordiales, conforme el caſo mudaua de accidentes; y eſtando el cuerpo mas que medianamente vacuado, nos pareciò que los fueros abraſauan las indicaciones de templar, de obſtruir algo, y ablandar el vientre, no en pequeña cantidad, ſino en grande, conforme el conſejo de Hipocrates, y aſſi mandando purificar el fuero ſegun arte, y colado vna y dos vezes con vn poluo de açucar, y vnas gotas de çumo de limon, començò à tomarle por 24. onças y quando menos por vn quartillo, y lo tomò los dias que pareciò, y viendo que no ablandaua el uientre, como deſſeauamos, le infundimos por dos vezes vna dragma de ruybarbo, à medio moler en vna muñequilla 4. de hoja de ſen y vnos granos de anis, y vn poluo de eſpique, y con eſta infuſion obrò copioſamente, y con euidentia le viò purgar tanto por las vias de la orina, con qne reconocimos alguna moderacion en el delirio.

Però tocando el vientre, deſpues, hallamos alguna tenſion ſobre el eſtomago, y region del pyloron, que nos obligò à ſuſpender los fueros, y le ordenamos ſegundas ſanguiſuelas, que con mayor euacuacion tuuieron mejor ſuceſſo, no deteniendo ſu euacuácion haſta que la miſma naturaleſa la detuuieſſe paſadas 4. o 6. horas y para àbrir y reſerar algo eſtas vias, le ordenamos onça y media de lamedor de eſcorſonera, con tres de la meſma aqua y ſeis granos de piedra bezar, y viendo la rebeldia del achaque nos determinamos à ſangrarle de la frente, cuyà euacuacion fuè tan copioſa como la del braço y de alli adelante nos parecio començar à reſoluer algo de las foligines embebidas en las tunicas del cerebro, con atencion à no calentar mas. ſino attemperando ſiempre, con vn coſimiento de maluas, violetas, flor de mançanilla y 4. cabeçuelas de cantueſſo y para eſte fin nos valimos de los pichones, de los redanos de carneró calientes, en aceite de almendras violado, y mançanilla, precediendo eſte baño: y vltimamente viendo lo bien que auia tolerado las euacuaciones ſin deſcaèſerſe, y que perſeueraua el aparato de las venas, y el delirio ya manſueto, ya furioſo: y que en el diſcurſo de ſu enfermedad ſiempre auia comido bien, y dormido algo, nos pareciò neceſſario ſangrarle algo mas de los tobillos y braços, que por todas fueron 10. à 12, euacuaciones, con que minoradò el aparato, reconocimos grande mejoria, en que deliraua menos y eſto por las tardès, eſtando las mañanas muy en ſi, però con alguna falta de memoria, por la debilidad de la faculrad, que tanto auia padecido; con que attemperandole con baños de piernas y de cabeça con ſola agua tibia, ſe mejorò mucho, però pareciendo nos que eſtaua algó obſtruido, el meſentereo, y que el humor y cenifas que auian quedado de lo aduſto, pedia, no ſolò de obſtruyr, ſino attemperarle ordenamos vnos caldos de raizes muy ligeros y faciles, con que ſe reconociò notable mejoria; eſtos tomò por 15. o 20. dias, y ſe componian de vna rayz de perexil, borajas, y eſcorſonera. garuanços negros, y vnas hojas de eſcarola, coſido todo con vn quarto de aue, ſaſonado con ſal y eſpecies de açafran y canela, y culantro no mas: tomado con vnas gotas de limon: con que verdaderamente ſe conſiguiò lo que pretendiamos, però dos coſas nos dieron grande eſperança de que el caſo ſe auia de reducir y curar, la vna que comiò bien todo el diſcurſo de la enfermedad. bien lo aduirtiò Hipocrates en aquellas palabras de las Coacas. *Deliria circa neceſſaria peſſima; hoc eſt circa*

cibum & potum & reſpirationem; lo que aqui no huuo, y lo ſegundo que dormia (excepto algunas noches) de 6. à 9. horas, conſideracion muy de Hipocrates en aquellas palabras, *Phreneticis inſomnia conſpicua, bona*: que à todos los delirios ſe eſtiende: porque el temperamento ſubſtantifico ſe repara con lo alimentoſo, quanto del ſe perdia con la reſolucion de lo caliente y ſeco en el cerebro; y con el ſueño ſe reparaua el temperamento qualitatiuo con la euaporacion humida que prouocaua el ſueño: y con la quietud de los eſpiritus y potencias que en el ſueño eſtan in ocio, y quietud, ſin ocaſion de reſoluerſe con la vigilia.

Y eſtando ya mejor, por vltima conſulta determinamos, el darle baños vniuerſales, aſſi para la curacion como para la preſeruacion que el achaque no boluieſſe, preuinida vna tina en que darlos, fue la diuina Magd. ſeruido de mejorarle, de ſuerte que à los 40. dias ceſsò todo el delirio y ſe hallò tan cuerdo como antes, de muy templadas y modeſtas acciones, deſuerte que antes de los 50. dias de ſu enfermedad nos deſpedimos, dexandole muy bueno: tenia eſte Cauallero dos fuentes, vna en el braço, otra en la pierna, con que quedaua affrancado la mejoria, que à no tenerlas fuera forçoſo y neceſſario el abrirlas para eſte fin: y aſſi ſera prudente conſejo el hacer las à quien no las tuuiere en la meſma forma: conſultosè tambien ſi le pondriamos ſedal abaxo de la nuca para eſte fin y aunque en otro fuera combeniencia, por topico efficas, en eſte Cauallero no nos pareciò neceſſitaua del, y por otras razones que tuuimos ame parecido añadir eſta obſeruacion à las de mis Illuſtraciones, por digna de toda memoria, por lo que ſe deue à los ſeñores mis cōpañeros que obraron en eſte caſo, con la prudencia y attencion que ſuelen &c.

OBSERVATIO II.

De ſuppreſſa vacuatione in parturienti, mirabili auxilio prouocato.

Hiſpali anno Domini 1661. Februarij die 10. nos accercire iuſſit ciuis Hiſpalenſis hora 10. noctis in caſu vrgentiſſimo, vxoris certè nobilis & honeſtæ, hæc enim à partu & breui & felici ad diem 14. feliciter & proſperè proceſſit, & in die 14. incœpit delirare ſine febre, aut illa certè lenta: ab hac die ſuppreſſa omnino lochiorum euacuatione, licet in principio proceſſiſſet & ſatis copiosè: Medici conuocantur & illi certè docti & recta methodo ad artem indicationibus libratis ſanguinem ex talo mittunt & ad 4. vices, & cùm indies ſæuiùs delirium perſiſteret, ſanguiſugas ano imponere præcipiunt, ligaturis & frictionibus ſanguinem lochiorum reuocare contendunt, omnia ſine fructu; hoc in ſtatu nos vocant horâ decimâ noctis, qua hora inuenimus doctum & nobilem Chyrurgum Andræam Oſorio, Chyrurgico artificio ſuprà fidem inſignem, & conſilio inito inter nos; primo Auicenæ ſententiam in medium adduxi. *Et cùm ſuppreſſio alicuius euacuationis eſt morbi cauſa, eius redditio eſt morbi medela*: ſi daretur (dixi) vt quouis auxilio hæc lochiorum ſuppreſſa vacuatio prouocaretur, non dubito quin cederet hoc maniæ delirium, quantumuis iam humor cerebrum occupauerit, aut quæ vteri illuuies conſcendit: nam (vt vidimus) iam ſocij partes ſuas egerunt, nihil proficientes, & ſi valet noſtra interpretatio ad Auicenæ locum, debet ſuppreſſa vacuatio prouocari, ſeu per eandem viam: ſin minùs per loca ſibi valde conſocialia, vbi ipſa ſuppreſſio continetur; nulli dubium erit, ſuppreſſionem in ipſis vaſis vteri contineri, lochiorum non tantùm primæ conditionis, ſed interdum etiam venenoſæ, ex quibus quantumuis parua quantitas aſcendat, & cerebrum validiſſimè percellit, & in grauiſſima diſcrimina ægras mulieres perducit: ideo nobis videtur, 12. ſanguiſugas, circumcirca ora ipſius pudendi, cuius collum conſociatur vtero, circumponere & affigere: nam ſuctu & euacuatione per eandemmet viam & per loca ſibi conſocialia lochia ſuppreſſa prouocabunt; auxilij nouitate & admiratione, annuit doctus & peritus Chyrurgus & in præfato loco octo affiguntur ſanguiſugæ, & magna ſanguinis quantitate implentur, & poſtquam deciderunt turgentes, pars illa fouetur aquâ calidâ, vt vacuatio ampliùs prouocetur, vſque ad ſponte & nullo impoſito auxilio perſiſteret, ex qua hora (teſtor Deum) vt aſſiſtentes adhuc hodie admirantur, mulier incœpit reſipiſcere, parùm & fere nihil delirare, vt 4. diebus non exactis ad mentem feliciter rediret. & per aliquot poſtea dies vſque ad, neſcio quo exceſſu, humor ad cerebrum recurreret, vt delirandi nouam occaſionem daret.

Hæc ſententia deducitur ex Auicenæ verbis 4.1 *cap.* 3. *ad f.* quando dixit: *Cumque ventris conſtrictio, quæ fluere ſolebat, aliquam ægritudinem poſſidere fecerit, illius euacuationis reuerſio ſecundùm plurimùm*

illi

rlli medicabitur ; ſicut ab eo quem conſtrictio ſaniei aurium, vt mucorum nariũ vertiginẽ poſsidere fecerit, eius reuerſio ipsã remouebit; hoc exemplum ad omnes ſuppreſſas vacuationes extenditur, ſicut Galenus dixit, 1. *Acut*, 33. & *lib*. 3. 42. *&* 61. nam ſub vno exemplo cætera ſimilia comprehenduntur; quod etiam confirmauit Hippocrates 5. Aph. 32. quando dixit ; *Mulieri ſanguinem euomenti menſtruis erumpentibus ſolutio quando nempe* ab illius ſuppreſſione oritur : in cuius commentario Galenus *nos etiam naturæ opera. quæ benè geruntur, imitamur*, & ſub hoc etiam exemplo Zacutus *obſeruatione* 105. bajulum ſe teſtatur curaſſe, cui cùm eſſet ſuppreſſa gonorrhæa virulenta, & nec tali venis apertis nec hyrudinibus impoſitis, cùm ſuppreſſa vacuatio reuocari non potuerit, in inguinibus fonticulis excitatis & manantibus vocem amiſſam, quam ex illa ſuppreſſione perdiderat, recuperauit; Trallianus etiam hanc fulcit ſententiam *lib*. 4. *cap*. 1. de ſang. miſſione, & quod magis mirari eſt, quòd in vrgentiſſimo affectu, in angina nempe à ſuppreſſis menſibus orta, tantùm exſectione ex talo (longiſſima à jugulo diſtantia) fidit vt illam imperare maximum & fidele exiſtimet auxilium; ſic in hoc loco legimus; *In muliere autem venas in talo aperui, cùm ipſam menſibus non expurgari cognoſcerem, atque illinc potiùs ei morbi occaſionem aduenire: at duplex ægrotanti commodum ex eo ſubſequutum eſt. nempe conſuetarum vacuationum prouocatio & affectus liberatio*. Quam ſententiam etiam & probat & fulcitur Zacutus *q*. 45. *fol*. 235. & ſi benè memini, *in alia parturienti, cum ſanguiſugas filo ligatas & appenſas intra pudendi ſinum affigere mandauit*, in alio grauiſſimo affectu, quæ lochiis prouocatis conualuit, in deſperata phrenitide, ex deſperatâ etiam ſuppreſſione lochiorum à partu, ex quarum ſuctu larga ſecuta euacuatione conualuit: hæc refert *De principum med. hiſtoria obſeru*. 5.

Fonticuli inguinibus impoſiti.

Huius & illius melancholiæ occaſione alia auxilia expenduntur.

De Auro.

OPtimum pro hac curanda melancholia auxilium, aurum proponit Auicenna *li*. 2. *tract*. 2. *cap*. 78. *Hoc temperatum eſſe affirmat. & cor*, inquit, *innata virtute tuetur, natiuum calorem conſeruat, viſcera roborat. ſpiritus puriſſimos inſtaurat, vnde melancholicis opitulatur, ſanguinem purificat cor tremulum firmat, palpitanti medetur, & tardiacis : hoc repetiti* Auicenna *libro de viribus cordis cap. de auro*: Serapius *tractatu de ſimpl. cap*. 425. Platerus *lib. de ſimpl. cap*. 3. Gilbertus *lib*. 1. *de Alchimia cap*. 30. *&* 31. Matthiolus, Dioſcorides, Quercetanus, Liuinus, Ficinus, Libauius, qui de auro potabili dixere mirabilia, & etiam venenatis prodeſſe, contagioſo, maligno, & peſtilenti morbo : quæ omnia ſequitur Zacutus, *q*. 24. *fol*. 68. *timor*.

De lapide bezuar.

De lapide bezuar Orientali.

PRo eadem melancholia, vt & hypochondriaca, mirificò à Zacuto commendatur lapis bezuar Orientalis, & quod magis mirũ eſt, quod ab eo callidus, & humidus æſtimatur, *In quæſtione* 25. *Virum curaui*, inquit (de admirand, Obſer. 11.) *ſolo puluere lapidis bezuar ſeu ore ſumpto ad grana vj. cum aqua ſcorſoneræ & annulo auri hoc lapide incluſo, & ſacculis cordialibus lapidis puluere, ſeu in tabellis cum ſaccharo, accipiendo vnam mane, & aliam tribus horis poſt cœnam, interdum iure auis, aut aquâ ceraſorum, ad* 40. *dies, quo vir melancholicus conualuit. Nam hic lapis deobſtruit vehementer, vt notauit Garcius ab Orto, & poſt eum experti ſunt Acoſta, Monardes, & Mercatus*, 2. *de morb. mali cap*. 6. hæc Zacutus, *Obſeru*. 10. de huius lapidis qualitate alexipharmaca non dubito à doctis, vti à viris principibus Iudiæ obſeruata; ſed quòd lapidis corpulentiâ non obſeruat hoc ſemper dubitaui.

De auro potabili.

De auro potabili.

A*Lium curaui*, inquit, *ſolo auro potabili, ex tenuiſſima ſcobe & limatura valde leuigati rhodo ſaccharo mixto : aut auri oleo, ad vj. guttulas propinato. & hoc præſidio per menſem ſumptò, fideliter conualuit melancholicus*,

De puluere eboris:

De puluere eboris.

ET alio in loco; *Nullam æquè profuiſſe vidi nec de aliquo feliciorem feci experientiam, quàm ex puluere eboris ſubtiliſſimè triti, ſeu cum ſaccharo mixto ſeu in tabellas efformato ad ℈i. & hanc propinare ſoleo cum vino aqua naphæ aut meliſſæ, aut ſi febris adſit, aut viſcerum calor in aqua roſata ad grana vj. hoc etiam auxilio fœminæ fœcundantur & fœtus retinetur. Obſeru*. 11.

De ſero lactis.

Præter hæc auxilia aliud propoſuit Galenus 5. *Aph*. 64. de quo ita in hoc loco ſcripſi *Serum tamen lactis ſale & melle condientes, quibus hypochondria murmurant*

exibuimus, *&* *iuuantur citata ipſis aluos* & tandem Hippocrates 2. *Epid. ſect.6. in p. Si hypochondrium diſtentum fuerit*, inquit, *comprimere manu, lauare aquæ recedentis à lacte cocto, octo cotilas bibendas dato: non licet frigidum ſit, ob partes nitroſas, aluum ſoluit, & flatuoſum humorem & melancholicum expurgat, viſcerat, roborat, & deobſtruit*, cotila ponderat, ſi vetuſtati credimus, vncias nouem & Hippocrates in hac menſura tribuit ad vncias 80. Vide Zacutum 2. *hiſt.* 109. *dubio* 60. *fol.* 376.

De fonticulo ſuper ipſum lienem.

Hoc vltimo Zacutus commendauit in inueterata melancholia *Obſeru.* 50. retentis hæmorrhoidalibus cuidam ſuperuenit melancholia, & auxiliis omnibus ſine fructu tentatis, fonticulum ſuper ipſum lienem imponi iubeo, & nigerrimo humore in magna copia vacuato, conualuit &c.

ILLVSTRATIO XXVIII.

Ad titulum de Philtris in noſtro Medico magico tribunali, folio 22. De amore naturali, & inducto etiam maleficio.

LVDVS AMORIS.

An detur amoris Pulſus.

Sapientiſſimo, Doctiſſimo, ac Nobiliſſimo viro, Doctori Michaëli del Vilar, primariæ Cathedræ Medicinæ, Valentinæ Vniuerſitatis Sereniſſimæ olim Moderatori, nunc Iubilato.

Carta del S. Doctor Vilar al Auctor.

MVcho ſolicitan las dudas (que releuantes ſobreſalen) la curioſidad y el ingenio, à ſu intelligencia, y mas quando ſe eſconden, en lo oculto de la naturaleſa; v. m. leuantò de punto tanto el amor, que pareçe que ſe remonta de nueſtro entendimiento, y mas adonde buſca la differencia entre lo natural y inducido por algun hechiſo (ſi es poſible auerlo) de aqui ſe reconoce luego otra duda; ſi haçe tal mutacion repentina, en los pulſos del amante (como quieren Eraſiſtrato y Galeno) que ſea propria y particular de aquel affecto amatorio, y no de otro: ſuplico à v. m. ſaque el Dedalo de mi entendimiento, deſte Laberynto: como le à ſacado de otros mayores &c. quardeme Dios à v. m. como deſſeo &c. de v. m. que S. M. B. D. Miguel del Vilar.

Repueſta del Auctor.

YA, jo ſeñor, tengo colgadas las armas, en el templo de la Dioſa Minerua, que ya es tiempo de iubilarſe quien à trauajado lo que yo, en medio de la tarea, de tam preciſas occupaciones tanta edad, y tan corta ſalud, que con iuſta raſon podrè decir, lo que Horacio de ſi miſmo, con el exemplo de Vejanio, en eſtos verſos,

Spectatum ſatis, & donatum iam rude quæris
Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo;
Non eadem eſt ætas, non mens. Veianius armis,
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena;
Solue ſeneſcentem, maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat;

Trauajen los moços aora que entran en la carrera, que no es tiempo decente ni honeſta ya, de auenturar lo ganado: poco me deuen las Muſas, y yo les deuo menos, porque ni ſe an hallado bien con migo ni yo con ellas, en eſtudios entretenidos; porque lo ſerio me à lleuado la mayor parte del tiempo, ſin darme lugar, aun para dilatar el animo, en los eſtudios amenos, que pudieran diuertirme de los penoſos; porque en mi ya obra mas el deſengaño que el guſto, que ya no es tiempo de otra coſa en los poſtreros tercios de la vida, que ſolo deſſeo dedicar à lo que mas importa, que es la ſaluacion, però ſin embargo, para moſtrar que puede en mi mas la promptitud de la obediencia, que el deſengaño, dirè lo que ſiento, lo mas ceñido que me ſea poſible: Dios me quarde à v. m. para que nueſtra edad tenga à quien imitar, y yo à quien venerar &c. Seuilla y Enero 20. de 1660. Muy de v. m. y ſu mayor ſeruidor que S. M. B. Doctor Gaſpar Caldera de Heredia &c.

Inter tot bella prouocatæ fortunæ, in agonis theatro & orbis ſpectaculo, & ipſa

belli

belli licentia, iterùm caput obiicere fortiſſimi animi eſt indicium; peto ô grauiſſime vir, vt Cyrſonẽ Immecum, curſorem agiliſſimũ, æquis paſſibus aſſequar, noſtrum ſentire in hac quæſtione poſtulando: ipſum ora vt paſſibus meis paribus comitetur: nam ego quidem ita celeriter, & expedite currere nequeo, quando tu Cyrſonem currendo ſuperaſti. & parùm differt quò minùs aras tibi ſtatuam, Dialemque & Flaminem conſtituam, niſi quòd te inter mortales agere, quàm diutiſſimè opto, ſed hoc fortaſſe etiam tuæ modeſtiæ obſtabit; hoc tibi recens promitto, quod ſemper aſſerui, ne quid fidei, aut artis omittam in tuæ beneuolentiæ obſequium, an ſperata felicitate non promittam: nam caſus permulti, communi via feliciter ceſſuri, importunâ irritantur prudentiâ, & adhuc deſideratam ſpem fallunt: multa genium, nouitas multa commendat, multa perdit alienæ commendationis liuor: veritatem de more non tacebo, licet furias in ipſo ſucceſſu iam ſecuras, ſubita vltio excipiat; nec ideo remiſſas ſententias dicere par erit, & proprio indignas genio, nec ſi quid acriùs ſtatuerint, illi ipſi in quos dicunt, poſtquam iterùm reſipiſcant, in iuſtam vltionem feruent animos, ac denique ruinâ immerentum exſatient: maiores enim noſtri res ſuas, ad ſæculi, quale tunc erat geniũ, curauere: nobis pro diuerſitate temporum, in quæ incidimus, interdum pro ſalute eſt, à mente eorum & conſiliis abire; vt & profanæ ſuperbiæ putem vbique negligere auitam prouidentiam, & abſurdum reuerentiæ genus eſſe, quod nos perpetuò illorum inſtitutis vellet addicere, nec cum diſcrimine antiquitati parcere par eſt; ſeu illa conditor, ſeu vetuſtas nobilitauerit: non enim Domini noſtri ſunt (dixit Plato) ſed duces antiquitate venerabiles: hoc enim metu, ad fidem, iuſtitiam, libertatem deficere, non impunè probat experientia: vtvt ergo res ſit, in perſecutionis aromate, accenſo liuoris igne, in nidulo meo moriar, & ſicut Phœnix multiplicabo dies, ſeu vt altera lectio, ſicut Palma; hæc oro, vt pro dubiis à te, & ab aliis doctiſſimis viris propoſitis ſufficiant: nam præſentem illuſtrare ſic incipio.

Plato, Dialogo Protagoras, ſeu ſophiſta.

Si ex animi paſſionibus pulſus, tam mira varietate agitantur, & amor vna ex vehementiſſimis ſit, quæ in animæ potentiis ſuperioribus & inferioribus reſident, quid mirum, ſi pulſum amatorium antiquitas obſeruandum proponat, Eraſiſtrati antiquiſſimi Medici teſtimonio, & Galeni obſeruatione fideliſſima; nam depulſu amatorio in Galeno eſt puellæ hiſtoria de prægnitione ad Poſtumum, cap. 6. non enim leones Africa, nec ſerpentes Arabia tanto furore concitatos produxit, ac animum amantis: neque nauem ita tempeſtatibus agitatam, ac hominem amantem; *Furit violentus amor*, dixit Plato, *ac diſcordia tumultu animum ſpargit in diuerſa, nunc pudore, nunc infelicitate ceptorum agitatur, aucupatus furiarum officium:* quam belle alibi ipſi diuinus Plato huius cæcitatis cauſam retulit, *Ceterùm*, inquit, *quoniam omnis amans, erga amatum caligat cecutitque, idcirco noſtri ipſorum amor plerumque nos, noſtris ſoliſque rebus cæcos reddit, quamuis alienis perſpicatiſſimè cernamus*: *Duplicem manticam*, dixit Æſopus, *è collo ſuſpenſam gerimus, alteram quidem ante pectus aliorum, alteram verò à tergo noſtrorum, ex quo fit vt aliena ſemper ſpectemus, propria autem numquam intueri poſſimus*; Galenus ex Platone cur id fiat cauſam nobis aperuit; *Quiſquis enim*, inquit, *amat, cæcus eſt erga rem illam quam amat, itaque ſi nos maximè diligimus, vnuſquiſque noſtrum ad ſe ipſum maximè cæcus ſit: ſi verò alios, in ipſos etiam furor tranſit.*

Lib. de digno ſcendis animi morbis c. 2.

O furioſus amor! quæ te Cypria Dea faſcinauit, vt te inter furoris ſpecies coërceret, mutabiliſne Prothei animam induiſti? metamaphorſeos paſſionum te delineat; lycanthropos in campis, in ciuitate geſtiens, & in omnibus inter ſpem & metum conſtitutus: pugnat cum deſperatione zelotypia, pro amantis victoria, mente ſemper inſtabilis, vt ſine retinaculo nauis à ventis agitata, vt nullibi animi amantis libertas cõparetur: quàm bellè fatidica Dyothima apud Platonem dixit: *Amorem eſſe dæmonem ex copia & inopia genitum, qui verò inopiæ filius eſt*, inquit, *nudus, macilentus, & ſqualidus eſt, nudis pedibus, humilis, ſine domicilio, ſine ſtramentis, & tegmine vllo, ad fores in via, ſub diu dormiens, ac denique ſemper egenus; qui verò copiæ filius eſt, pulchris ac bonis inſidiatur, virilis, audax, & ferox, calidus, ſagax venator, noua quædam machinamenta contexens, prudentiæ ſtudioſus, facundus, philoſophans, incantator, faſcinatorque potens, veneficus atque ſophiſta, neque immortalis omnino, neque mortalis, deficit interdum, & reuiuiſcit, ſubterfugit, nec eſt mendicus nec opulentus, in medio ſapientiæ, & inſcitiæ conſtituitur*, &c. Latiſſimus nobis ſe offerebat campus, & certè amœniſſimus, niſi nos altiora ſpectarent; illud tamen dicam de profano amore, quòd illius triumpho triumphalem currum inſequuntur vinctis poſt terga catenis, & Salomon

Amoris furioſi deſcriptio.

De conuiuio Platonis, vel de Amore.

Qui amo-ris incerum ... tir. lomon iam ſenex, & magnus Alexander, & omnes ferè Principes vniuerſi, & hæc puſilla æſtimans, ſibi ſemper implacidus, vſque ad rigidam niuem faciat exardeſcere.

Chaos Plato amorem dixit in Thimæo, & Chaos Platonici informem mundum dixere, & formatum mundũ Chaos, vt non tantùm hominem, ſed hominem amantem deſignarent: ac *ideò ſolis amantibus periuriis dij dedere veniam: venereum quippe iuſiurandum, nihil valet: itaque tam Dij quàm homines* (dicit Plato) *omnem amanti licentiam præſtiterunt, vt lex noſtra teſtatur*: hanc tamen voluntariam ſeruitutem non dedecori ſeruienti fore; ac ideo iuuenibus ſemper miſcetur amor; quoniam, vt idem Plato dixit, *ſimile ſimili ſemper hæret*; nam ſeipſam pulchritudinem diligit, & hanc propter rationem ſenectutem fugit, eamque amor naturâ odit, quoniam inter difformitatem & amorem perpetua gliſcit pugna, & Venus ingemiſcit; in florentibus enim amor inſedit: ardentes amoris cupiditates in amoris triumpho Petrarcha, quando illius currum ſic depingit;

Amantium periurus quare dij dedere veniam.

Currus amoris.

Igneus eſt illi currus, qui nudus & infans,
Apparet, plenam teli ſfert ille pharetram,
Ex humeris, arcumque manu idem in prælia geſtat;

Quod certe amahtis cupiditatis eſt argumentum, quæ cùm ſpe rei amatæ obtinendæ ſemper accenditur, & propter hoc per ignem Ægyptij amorem intelligi voluerunt, vt notauit Pierius, quia dum aſcendit in pyramidis formam, non quieſcit, donec in centro inueniat quietem: quod etiam Aphrodiſæus in quodam problemate explicuit, *Cur amantium partes, modo calidæ, modo frigidæ ſint*: huius perennis viciſſitudinis cauſam dixit, fore animi perturbationem, inter ſpem & metum conſtitutam: cor enim inter omnia membra in omnibus animi paſſionibus alterationes validiores patitur, quòd cæteris calidius, mediis ſpiritibus, & ſub eiſdem & aliis compatitur. Alatus dicitur puer, quia nihil leuius amante perturbatur: nam lætitiam in illo metus excipit, hunc præoccupat timor, ſequitur melancholia, hanc etiam verecundia expectat, & omnes ſimul inſtabilitas: nám amantis animus in motu paſſionum perenol, in igne vt Salamandra, & moritur & viuit, deceptus à calore, ſeu potius à lumine, à quo vitam accepiſſe videtur: quod etiam Polypi hierogrifico adnotauit Pierius: per illum enim Theophraſtus pauorem & ignauiam intellexit, quæ amatori deuoranda priùs cupido obtulit, ſeu quia colores mutet, ad rei adhærentis colorem, ſeu (vt intellexit Plato) quia ad rei amatæ mores tranſmutantur amantes: vel tandem (vt Pierius) quia Polypus piſcium omnium fallaciſſimus eſt (vt Ælianus dixit) & ob hoc fortaſſe Veneri dicatus, vt in Vincentij Imaginibus inuenitur.

Lib. 46 de ſacris Ægyptiorum literis in facibus.

Quare cor validiores alterationes patiatur.

Lib. 27. de ſacris Ægyptiorum literis Polypus quid denotet.

Per Delphinum, amoris etiam agilitatem in conſiliis intellexit Pierius, quandoquidem, vt ait Ouidius, *Ingenij eſt experientis amor*; atque vbi in hanc ſententiam multa diſſeruit, concludit demùm, *Qui non vult fieri deſidioſus, amet*, vel, per illum amorem intellexit cupidinem in tenera ætate: ideo Veneris ſtatuas pleraſque vidimus, quibus inculptus eſt cupido, qui vel Delphino inſideat, vel alio quoquomodo regat apprehenſum: quæ omnia fere in Pheniſſa Didone Vrgilius expreſſit, iam cæco in ardore furente, & implacabili exterminata odio, quando dixit:

Quid per Delphinum tempus intellexit.

Incipit affari, mediaque in voce reſiſtit.

Poma etiam hieroglyfici amoris affectus notant, in palloris & erubeſcentiæ ſigna, dixit Pierius: nam apud Horatium *Tinctus eſt violâ pallor amantium*, & apud Catullum, *Amans eſt auratâ pallidior ſtatuâ*, ideò fortaſſe dicantur Veneri poma, vt conſtat in Iuliæ Piæ, Auguſtæ, nummo, vbi Dea ipſa cum pomo ſe in manu oſtentat, cuius inſcriptio eſt *Venus felix*, & in alia Fauſtinæ Auguſtæ cum pomo dicata datur: hoc idem in Eunucho Terentius expreſſit.

Sic etiam Pierius lib. 54. Poma quare amoris ſigna.

Nummus Iuliæ Auguſtæ quare cũ pomo dicatur.

In amore hæc omnia inſunt, vitia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum pax rurſus.

Sed meliùs Petrarcha poſtquã varios amoris affectus decantauit, hæc vltimò deplorat,

Summa ſit, inconſtans nimium eſt (heu!) vita in amante,
Eſt audax: eadem magni eſt, & plena timoris,
Paulum dulcis habet, multùm commiſcet amari;

Manu proiicientem fulmina veteres Cupidinem depinxerunt, vt in curia Octauiæ viſebatur, cuius figuræ inuentorem fuiſſe Alcibiadem; dixit Plinius: quia amoris tela vbi maior reſiſtentia, ibi proiiciuntur acriùs, & ictus antequam præuideatur ſentitur, quod etiam dixit Propertius

Lib. 2. Elegiarum.

Antè ferit, quoniam tuti, quàm cernimus hoſtem,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit;

In

Lib. 36. Natural. hiſtoriæ.

In cuius veritatis ſuffragium, refert Plinius, Acuſilaum, marmoream leænam effinxiſſe, aligeroſque cum ea ludentes Cupidines, vt cùm ſit inter animalia leo ferociſſimus, & illo leæna ferocior, vt hæc etiam amoris viribus cedere crederetur, ad cuius pedes hoc ſtat Epigramma:

Omnia vincit amor;

Sed ardere, & non comburi amatores, ſub hieroglyfico Salamandræ, dixit Pierius, quod etiam de pyrali refert Plinius, non ſolùm non comburi, ſed in igne renaſci, & cum à flammis deuralibus abſceſſerit, emori; quod amatori accidit: oſſium medullas edit amor, vnde corpus adeò contabeſcit, vt de eo conqueratur Ouidius:

Fecit amor maciem, & longa internodia crurum:

Sic Plautus de adoleſcente, præ amore inſano, decantauit.

Plaut. Ciſtell. ſc. credo.

Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor, in amoris rota miſer;
Et animor, feror, differor, diſtrahor, diripior, ita nullam mentem
Animi habeo, vbi ſum ibi non ſum: vbi non ſum ibi eſt, Animus.

Phenices etiam amatores, cùm ſe, re amata priuatos cernerent, ſeipſos priuabant cibo, ſic dicente Galeno: *Quemadmodum amantes palmas affici nonnulli perhibent*: Philoſtratus in Iconibus auctor eſt, palmam fœminam atque marem, ita ſe mutuò diligere, vt niſi propè ferantur, atque ſeſe contingant, emacientur, exſiccenturque.

Lib. 6 de locis 5. & Theophraſtus 3 de cauſ. plantarū. c. 20. Plinius lib. 13 Nat. hiſt cap. 4. Baſilius Homilia 5. in Hexameron.

Quid ergo mirum, quòd pulſus harmonia conturbetur, ſi indicibilem harmoniam facit amor, in diſcordi harmonia: huius belli clandeſtini, & furentis tyranni, mille exſtant exempla; Rouſetus in Partu Cæſareo refert, *Quoſdam, præ amore furioſos, teſticulos ſibi amputaſſe, ac alios præ amoris rabie in profundum puteum ſe dediſſe*, & Martinus Acachia, *Amatores tempore dementes fieri, vt cuidam piſtori accidit, qui præ zelotipia, vt vxorem in adulterio deprehenderet, ſi pregnans fieret, ſibi genitalia amputauit.* De alio Valeriola refert, *Quod per omne delirij genus peragrauit*; ac tandem illi omnis inter luctum ibat dies: Aretæus *amantem refert adeo triſtem & languenti animo euaſiſſe, vt inter luctus animam confeciſſet, & alium, quem gaudium à mæſtitiæ orco reuocauit.* Simillimas inſani amoris Foreſtus hiſtorias poſteritati voluit commendatas; Medæa, præ amore inſana, ſeipſam igni tradidit; Lucretius Poëta, præ amore, furioſus occubuit: Iphis ob Anaxartem laqueo ſe ſuſpendit: Cæphalus, amore Piarolæ, Degenti filiæ, ex prærupta rupe ſe præcipitem dedit: Samſonem Dalila, Herculem Deianeira infami veneficio ligauit.

Sect. 4. c. 6.

Comm. ad artem paruam, Galeni.

Lib. 2. Obſeru. 7.

Lib 3. diuturn. paſſ. c. 3.

Lib 10. de cerebri morbis, Obſeru. 29.

Amoris exempla admirāda.

Hæc paſſio ita paſcit ſuauiter, dum ignis intus alitur, vt ſe ab illa excutere nemo velit, imò mortem eligere meliùs patiantur; ſacer enim eſt ignis, credite læſis: per arcum imprimit vulnera formoſi ſupercilij, & cùm ſagitta ferit, per extra miſſionem telorum ſpirituum, qui oculis expirant, & ideo ſagitta Cupidini dicitur, quòd eminùs ſemper feriat, velut ab amati oculis immiſſa, & in amantis oculis recepta: ſunt enim illi, vt etiam philoſophatur Plato, radij quidam tenuiſſimi, qui ex cordis intimò per oculos expirant, vbi vitalis ſanguis dulciſſimus (amoris alimentum) ſedem habet; viaque ſibi (vt Muſcus ait) patefacta, per amantis identidem oculos illapſi, ad intimum, etiam cordi penetrant, & forte naturali quadàm cognatione, & ſympathia; in amante recepti, amandi, imprimunt actionem, per ſpecies quas ab amato receperunt: ſeù aliqua harmonia indicibili, qua ſe ad inuicem inuitantur potentiæ, ne tantùm concupiſcibilis appetitus, accenſoque magis ac magis ſanguine, bilis etiam feruet circa cor inflammata, vnde ſequitur dolor, quem cordi affixum habere amantes profitentur, & ſpes inexhauſta; vnde faces amoris quæ tam continuò, amatorem exercent, vt verſentur perenniter, vt Ixionis rota; quia ſpecies continuò & perenniter impreſſæ quietem non permittunt, quia animam continuò ſollicitant.

Sic Pierius lib 42. de ſacris Ægyptiorū literis.

Spiritus amoris quales.

Quare ſpiritus amātes in amato amorem pariant.

Vnde dolor amantium & ſpes.

Eſt enim amoris affectus, animæ concupiſcibilis paſſio, in hepate incipiens, vbi ille reſidet appetitus, in corde terminata, ſub rationis imperio conſtituta; ſed ab illò ferè ſemper egrediens à pulchri deſiderio & rei amatæ ſimulachro, quadam inuiſibili violentia, veluti funibus aureis attracta, & per aliquem ex ſenſibus externis deriuata; per imaginationem conſeruata, & interdum per communes ſpiritus concupiſcētiam in hepate & corde producens, facit amantem exardeſcere, vt nullibi quieſcat vnde apud Plotinum, *ἐρατὴς à viſione heroa, dicebatur, & ἔρως* apud Platonem, *quia per oculos animo & hepati influat*: *Amor* à Romanis appellatur, à Barbaris *Illiſcus* ab aliis *Diuinum fulmen*, ita vt ferè ſemper rationem non exaudiat, ſed viſis ſimulachris maximè rapiatur: idcircò natura ſui diligens cuſtos, ſitum & naturam iecoris procreauit longè à cerebro, rationis domicilio, diſſitam, ac eius habitationem in eo diſpoſuit: ideo Homerus ſapiens Thiſij amatoris

Amoris affectus qualis & in qua potentia reſideat.

Amoris nomina apud diuerſas gentes.

Quare hepar, amoris domicilium.

Thyſij amatoris ſupplicium quale.

matoris iecur, quia Latonam Deam ſacro & inſano amore deperierat, à duobus vix vnquam ſaturandis vulturibus apud inferos noctu diuque diſcerpi, ac illius denuò renaſci fibras, fabulantur, æterni ſupplicij in exemplum; quod ſanè non à dijs, ſed à ſeipſa amoris execranda fames, miſero in amatore exercet.

Valerius Maximus lib. 5. c. 7.

Antiochi & nouercæ hiſtoria Galen. de præcognit ad Poſthumum c. 7.

Antiochus, Seleuci Regis filius nouercæ Stratonices infinito amore correptus, impium pectoris vulnus piâ diſſimulatione contegebat, itaque diuerſi affectus eiſdem viſceribus incluſi, ſumma cupiditas & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt, ſicut & Boëthij viri Conſularis vxorem, quæ Piladis amore conflagrabat: Echo Nympha Narciſſi amore capta, luctu & merore in ſaxum obticeſſit quæ poſtea aëris & linguæ filia dicebatur, & de Didone Phœniſſa ſic Virgilius canit;

Vincētius, libro de imag. Deorum. Imagine Iouis.

Vritur infelix Dido, totaque vagatur
Vrbe, furens. ——

De ſecunda Amoris differentia.

De amore honeſto & diuino; Pulchritudinis deſcriptio.

Eſt alius amor, qui ſemper intuetur altiſſima, ac pulchrum eſt illius obiectum, eiuſque harmonia delectatur; eſt enim pulchritudo diuina quædam harmonia, quæ mentem ſuauiter allicit, & blandè delinit, & quædam veluti mentis incantatio, quæ per puriſſimos ſenſus, & ſpiritus ſpirituales mentem afficit: illud mentis obiectum fore voluerunt veteres ſapientes, imaginis diuinæ ſimulachrum: in hoc naturali impulſu fertur amor, hoc ad ſui allicit obſeruantiam, per illud æternitatem appetit, ac ideo tandem in id quod appetit transformari deſiderat, *Mauſeoli cineres ebibit Artemiſia, vt in maritum, quem vnicè diligebat, mutaretur*; Alceſtes Pellis filia pro marito amans moritur, in quo Artemiſiam & Orpheum ſuperauit, nam ſi conſequi non valet quod deſiderat, appetit ſaltem quod conſequi non potuit.

Plato in Conuiuio, ſeu dialogo de amore.

De alterationibus amoris honeſti.

Suas etiam patitur alterationes rationalis amor: nam irrationalis non tantùm alterat appetitum, ſed corpoream ſubſtātiam atterit, & conſumit: rationalis verò amor, ſuperiores primò potentias alterat, ac veluti reflexu poſtea in corpus alterationes illæ refunduntur: cùm ergo videret amor, quòd anima in animā non poſſit transformari, neq; corpus in corpus volūtas amantis amati voluntati conatur copulari in idem velle & nolle, vt ſi non in reipſa ſaltem in adhærentia eadem anima videatur; vt meritò dicat Plato, *Quòd amor eſt immortalitatis deſiderium, per communionem idearum. Amantis animum*, dicebat Cato ſenior, *in alieno corpore viuere*; nam anima illic potius reſidet vbi amat, quam vbi animat.

Quare amātis anima, in amati animā transformatur.

Hoc fortaſſe adumbrare voluerunt Romani, quando (vt claram iuuentutem meliore informarent virtute) in gymnaſiis poſuerunt Cupidinem, non ſolum, ſed inter Mercurium & Herculem, vt hieroglyfica imagine deſignarent amorem in medio rationis & virtutis obtinere imperium; quod etiam Athenæus admittit, & exornat Pierius, quando dixit, *fidem bonos ſuſtinet, veritas parit, amor nutrit*, non ob ſolam delectationis harmoniam, ſed quia in ſimiles affectus trahit amor: ideo à Platone pro amore Lyra reponitur, quapropter Amphjoni tribuitur, qui ſponte ne tantùm animalia, ſed lapides traxiſſe perhibetur, ac illis ædificaſſe Thebaidem, vt in Argonauticis Apollonius refert, & in mirabilibus Solinus, *Et Antimonides lyram primò à Muſis Amphioni donatam* ſcribit, *quia dulcedinis harmoniâ, Amphionem ad mare prosectum liberauit*.

Plato citato loco.

Sic Vincētius de Imaginibus Deorū, Cupidinis imagine. Pierius lib. 19 de ſacris Ægyptiorum literis.

Alias amoris differentias inuexerunt antiquiſſimi naturæ indagatores Philoſophi: dicebat Socrates de amore puriſſimo, *Animorum formam magis amandam, quam corpoream, eamque voluptatem, quàm in nobis gignit formoſa facies, transferendam ad longè puriorem, ſed latentem animi ſpeciem*; ſic Plato in Socratis perſona: *nam qui deuiat amor ab hoc fine, otioſum Diogenes vocauit negotium, quòd hic affectus potiſſimùm occupet otio deditos, & malè feriatos, & ita fit, vt dum otio vacant, in rem negotioſiſſimam incidant, nec interim tamen aliquid boni agunt.*

Ideo fortè malus & deprauatus amor à Simone Philoſopho damnatur, ſi Laërtio credimus: nec tantùm pulchrum, vt obiectum reſpicit hic puriſſimus amor, ſed etiam ad alia pulcherrima transcenditi de hoc enim dixit Zacutus Philoſophus, *quiſquis enim docet, admonet, inſtituitque ad virtutem adoleſcentes, vtique verè amat, atque is demùm verus eſt amor, nam qui vulgò dicuntur amare, ſuum venantur commodum, cùm incommodo adamati, & ſe ipſos fallunt, & alios non diligunt*: nam vt dicebat Antiſthenes, Ionica dictione, *Dignus eſt amari, qui bonus eſt, non eſt enim verus & ſincerus amor, ni quem virtus conciliat.*

Obiectum puriſſimi amoris quale.

Ideo fortè olim fuit prouerbium, *Omnia amicorum communia*, quia amor animas copularet & amicorū corpora, *quod quidem* dixit Eraſmus, *Si tam eſſet fixum in hominum animis, quàm nulli non eſt in ore: profectò maxima malorum parte vita*

Quare omnia amicorum cōmunia.

noſtra

noſtra leuaretur: ex hoc prouerbio Socrates colligebat, *Omnia bonorum eſſe virorum, non ſecùs quàm Deorum: Deorum*, inquit, *ſunt omnia, boni viri Deorum ſunt amici, & amicorum inter ſe communia ſunt omnia: bonorum igitur virorum ſunt omnia?* Tantò magis, quantò magis communis amicorum eſt dolor, vt in Græca dictione refertur in Phæniſſis: ſub hoc enim fundamento olim legiſlatores ſtatuerunt Reip. ſtatum, vt dixit Tullius, & Ariſtoteles *libro Moralium* 8. & tandem Plato *lib. 5. de legibus. Nullibi enim*, dicit, *beatiorem fuiſſe Reip. ſtatum, quàm vbi non audirentur hæc verba Meum, & Non meum*; ſed mirum dictu quàm non placeat, imò quàm lapidetur, hæc Platonis communitas: nam & Chriſtus Dominus hanc etiam politicam in infantia Catholicæ Eccleſiæ induxit, Apoſtolorum tempore & exemplo, quod re atque verbo Romanò appellatur, κοινόβιον ideſt cœnobium, nimirum, à vitæ fortunarumque ſocietate, vnde olim dicebatur, *Amicitia æqualitas, Amicus alter ego:* quod etiam Pithagoræ refertur, quem huius prouerbij inuentorem dixit Tullius & tradidit Thimæus, apud Laërtium, ac Gellius.

Offic. lib. 1.

Chriſtus Dominus ſub hoc fundamento Eccleſiam inſtituit.

Lib. 1. Noct. Atticarum c. 9.

Inter hæc amor patriæ honeſtiſſimus eſt: propter illum enim Pompeius Magnus pepercit viro amanti patriæ, adhuc ſumma libertate inſolenti & ſibi inuiſo: in hoc amoris circulo, à ſummo Creatore, qui pulchritudinem rebus inferioribus communicat, in circulo velut catena aurea ſita eſt omnis vniuerſi perfectio, & ex hoc pendet illius conſeruatio: nam ſic omnia entia vniuerſi amore, aſcendunt, & deſcendunt, & mutua & amica conſpirant ſympathia: quoniam id omne quod exiuit ab illa puriſſima & diuina vnitate productum, illud etiam, per reductionem vniuerſi ad vnionem vnitatis reuertitur, qua totum, vt in centro perficitur: ideo communis & particularis amoris delectatio in ipſa vnione conſiſtit, nam delectatio eſt idem realiter quod vnio, ſeu fruitio amantis cum amato, & ſi veſtra Dominatio legere pulchriora de amore deſiderat, per otium animum diuagari permittat in noſtra lectione, *Magico-medico. tribunali, in amore Platonico: Statione 6. titulo 1. & 2. in Aurea amoris catena.*

De amore patriæ ac eius neceſſitate.

In amore ſita eſt omnis vniuerſi perfectio.

Nam cunctis in rebus amorem ipſa natura indidit, & omnis ab amore alteratur natura: nam partes vniuerſi inter ſe amore vniuntur: *Ob imperfectionem enim*, dicit Iamblicus, *Partes vniuerſi & diſſitæ partes inter ſe amore copulantur, quia à propria natura egena ſunt, imperfecta, & informia, ac ideo naturali concupiſcentia, & innato amore, conantur copulari:* quod ſapientes Ægyptij mirabili fabula exornarunt, *qua Panem Deorum antiquiſſimum, ab amore ſuperatum ſuis imaginibus dicarunt:* naturam intelligentes Panem, quæ ſuiſmet operibus delectata, amorem prouocauit ad pugnam, & in pugna victus cedit Amori Pan, vt nihil poſtea abſque illo audeat emoliri: hinc elementorum diſcors conſonantia, amore copulatur: hinc omnem rumpit violentiam elementum, vt ad centrum perueniat: ideo vacuum non patitur natura: amore creſcunt omnia, amore conſeruantur; Platonici etiam, *Animam immortalem, è cælo in corpora mortalia amore captam, deſcendere, tradiderunt, ac ab illis exutam, iterum in cælum remeare,* ac tandem omnes Philoſophi fatentur, quòd innato & inſito amore materia appetit formam, vt nuſquam abſque illa conſiſtat.

De Myſteriis Ægyptiorum, fragmento 4. c. 12.

Sic Vincl. in ſuis lib. de imag. Deorũ imagine cupidinis.

De admirabili amoris conſonantia rebus omnibus inſita.

Hæc ſunt Cupidinis mirabiles harmoniæ, hi naturæ conſenſus, qui in communi rerum conſonantia obſeruantur; in particulari autem corpus vno è tribus modis à potentijs etiam immutatur, ſiue ſit ex vitalibus, ſiue ex animalibus, ſeu ex hepatis tandem concupiſcibili: primò in ſanguinis & ſpiritus motione, cum expanduntur in lætis, vel refluunt in triſtibus ad arcem recurrentibus, naturali obſequio, ſiue neceſſitatem imperante bilem accendit ira, cùm feruet circa cor, mœſtitia totum corpus refrigerat, dum calore influente defraudatur. *Secundò* ob imaginationem & corpus & potentiæ grauiter immutantur: nam horror & metus grauiſſimè conturbant, & hinc imaginatio facit caſum, dum animus & corpus alteratur, & variis paſſionibus affligitur: timore & triſtitiâ, ſi longo tempore perſeuerant, dixit Hippocrates, melancholici fiunt, quia vberior fit inde prouentus melancholiæ: ſpectra enim formidabilis vel iucundi obiecti ad hanc vel illam paſſionem corpus vel inuitum adigunt, & alliciunt.

Corpus vno à tribus modis à potentijs immutatur.

Hæc Hippocratis ſententia, quòd continuò mœrore & triſtitia melãcholici fiãt, & contriſtentur amplius, triplici ratione nos remur euenire; primò, quia facultas animoſa cordis, nempe continua ferendi patientia, ad actiones redditur indies imbecillior, ex illa ſingulari ſympathia, quâ cum debili animali compatitur, dum hæc & illa mutuis certant imperiis, & ſuas adinuicem affectiones pariunt, & communicant; dum ex anima in corpus afflictiones refluunt; ſeu quia reddimur in timore collimando perennes, & triſti-

Triplici ratione hoc accidit.

tia

tiâ exoluuntur ſpiritus perenniter, ad cor ſemper retracti: ſeu dum motibus contrariis agitantur; ſeu tandem dum tenebroſi fiunt, vaporis exhalantis conſortio, quo triſtia imaginantur ſemper, vt inde melancholiæ vberior prouentus, iecoris & lienis intemperie ad ſicciorem verſa, vſtione aut frigore. Quò non ſit mirum ſi magis ac magis melancholici quotidie reddamur. *Tertiò* ex ſubordinatione potentiarum in corpore accidit immutatio; ad nutum enim ſuperiorum potentiæ inferiores obſequuntur, interdum famulantur; facultas loco motiua, ad nutum imperantis mouetur; pulſifica facultas vſu aut neceſſitate augetur aut minuitur; ne tantùm in naturali ſtatu illud accidit, ſed dum præter naturam adaugetur imperium.

De ſubordinatione potentiarũ.

Ideo valida imaginatio animum grauiſſimè conturbat, melancholicis maximè, vbi paſſiones ſub hac hæreſi mentis adaugentur, tantò magis quantò minùs reſiſtit debilis à natura, ſiue deiectus animus: melancholia enim (ſicut vinum) paſſiones adauget, & maximè dum illâ perſiſtunt collimando perennes; hoc indicat euentus & variis exemplis confirmatur; natare in pauimento lectuli, ac ſi eſſet in mare, obnixè poſtulabat iuuenis delirio prehenſus; conceditur à Medico natatio, ac hilari vultu geſtiens conualeſcit ab hac hæreſi mentis.

Hiſtoria imaginationis læſæ.

His diebus melancholicam vidimus, cuius imaginatio erat de ſolo veneficio faſcinata, ac illam vomere imperauimus, & dum neſcio quæ albida vomitu reiiceret, hæc fuiſſe venificia facilè perſuaſimus, quo prudenti fallaciæ ceſſit imaginatio, & in poſterùm facili negotio conualuit; talis eſt imaginationis efficacia talis ſubordinatio & obſequium: Cornelius Rufinus, dormiens oculorum viſum amiſit, cùm id ſibi accidere ſomniaret: Quintus Fabius Maximus à quartana liberatur in acie, & in medio conflictus: *Quando mens humana rem amat aliquam vehementer* (dicit Albertus Magnus) *licet naturaliter non iuuatiuam, ſibi eam prodeſſe certificat, & ex ſola mentis intentione, corpus res illa iuuat, vt ſi quis incantationem ſibi prodeſſe confidat, illum iuuabit*, quod Galenus etiam fatetur & amplectitur. Timor, triſtitia & gaudium, non ſolùm corpus immutant, ſed ad varias & contrarias paſſiones diſponunt, & ſubitò necare aliquando contingit, vnde Socrates, *Incantationem, Verba decipientia rationales animas, appellauit.*

Plin lib 7. c. 50.

Lib. de incantatione & adiurationi.

Illud certò ediſcimus ex Galeni doctrina, quod animi paſſiones illam certè potentiam, immutabunt, præcipuè, prout membrum quo reſident alterant: ſeu illud deturbent à debita harmonia, ſeu deprauata compoſitione, ſeu vnitate perdita, quod non immediate aliquibus contingit, veluti in vitali, quæ alteratur, prout vſus augetur, ſeu minuitur, ab illa paſſione inducta, ſeu prout eſt valida facultas ad inualida, quod eſt proprium ſolius facultatis vitalis; nam in cæteris animæ paſſiones immediatè valent, ne tantùm alterare potentias, ſed illas etiam immutare; patet in concupiſcibili, quæ in hepate reſidet, & in animali, cuius actiones in cerebro elucent, & in cætera membra diffunditur.

Lib de Decretis Hip. & Platonis, à c. 1. vſque ad 9.

Facultas vitalis non alteratur immediatè & quare, vt cætera facultates.

Galeni eſt doctrina, nam concupiſcibilis non immutatur vſu, ſed per ſpecies ab obiecto emiſſas: quoniam actiones naturales à facultate, quæ in temperamenti harmonia conſiſtit, producuntur: ab ſpeciebus tamen determinantur, ad hanc aut illam actionis ſpeciem, ſeu in ſtatu præternaturali, ſeu intra limites naturæ operetur; vt in actionibus animalis potentiæ obſeruatur & Galenus nos docuit: facultatis vitalis exemplum facilè in ira obſeruatur, quæ eſt feruor ſanguinis circa cor, qui auget ideò vſum, quo etiam & facultatem roborat, ideo pulſus magnos & celeres producit, è contra in mœſtitia, quæ paruos & tardos edit, quia calorem minuit, & diſſoluit virtutem, quo & vſum remittit, ſi credimus Galeno.

Lib 5. de Morbis arteriarũ c. 8.

Lib 1 de Naturalib. facul. c. 3.

Horum varia Galeni audiamus exempla, vt peculiarem pulſus amantis alterationem inuenire poſſimus, aër, cibus, potus, exercitatio, & balneum, vnaquæque pro ſua cuiuſque vice peculiari conditione, pulſum mutare valet, ſed non immediatè, vt dicebamus antea: ſic pariter & ira, quæ pulſus magnos edit vehementes & celeres, veluti & lætitia, cuius eſt pulſus magnus, rarus, & tardus. ſi Galeno eſt adhibenda fides, licèt in Græco codice particula deficiat (βραδὺς) & meliùs fortaſſe: triſtitiæ paruus & tardus eſt, & languidus & rarus: ſed recentis timoris celer, vehemens, vibratus, inordinatus, & ſemper inæqualis: ſed antiqui timoris eſt ſimilis triſtitiæ; ſed hæc omnia ſi longo tempore diuturna redduntur, & validè intenſa, dum facultatem atterunt, & diſſoluunt, ſic pariter, & minuuntur pulſus, & langueſcunt.

A quibus pulſifica facultas immutetur.

De pulſibus ad Tyrones 11.

Hæc Galenus ad Tyrones ſcripſit: nos ad Prouectos dicimus; ſed neque in hoc poſſumus regulam generalem præfinire: nam alio in libro dixit, *Ita inæquales interdum pulſus edit, non illos quidem ſua ſponte facit, ſed vbi ad eam adiunctus, aliquis*

2. de cauſ. pulſ. c. 11.

timor

timor ſit: iure enim [illegible] inæquales appatent: cùm non [illegible], ab cauſis diuerſis altetentur, ſed natura contrariis: nam propter vindictæ cupiditatem (ſi ira miſceatur) alti, magni, celeres, & vehementes fiunt: quia verò in timore ſuperat metus accipiendi mali ſpem, illud impertiendi, humiles, languidi, & tardi redduntur; ideò ad cauſæ ſuperantis naturam hæc aut illa conditio inclinat; prout determinatur actio facultatis ab hac aut illa cauſa; ſe ipſum poſtea commentatur Galenus, dum cauſas pulſuum, iræ, lætitiæ, triſtitiæ, & timuris pertractat & recolit, ſed illud tantùm addidit, qui multam mentis perturbationem pariuntur, iure inæquales edunt pulſus; quoniam inæqualiter & ordine confuſo in cor ruunt ſpiritus, qui actiones facultatis perturbant.

4. de cauſis pulſ. 3. 4. & 5. cap.

Hæ omnes animæ paſſiones in amoris affectu concitantur, qui reſidet in corde veluti in radice, nam vitalis facultas, in vitalem diuiditur, hoc eſt in influentem vitam. ſpirituum generatiuam, quibus actuatur vitalitas, ſuu nempe influente calore, & in iraſcibilem ad iniuriæ incurſum propulſandum, ideo fortè animoſa vocatur, & in pulſatilem, vt fornacis attemperetur calor, ne in immenſum creſcat, & comburat, & in ſua quaque huius facultatis differentia alterationes ſingulares contingunt: in hepate concupiſcibilis affectus ſedem habet, & ſi appetitum dixeris naturalem, non errabis: in cerebro omnes potentiæ rectrices quæ ſingulari imperio ſuper iraſcibilem & concupiſcibilem dominantur: ſed tam ſingulari harmonia, vt abſque violentia, ad inuicem, ſeipſas inuitentur: illo generali conſenſu, in naturæ conſeruatiunem ordinato; harum facultatum hiſtoriam Galenus latiſſimè deſcripſit, *lib. de decretis Hip. & Platonis cap 3. vſque ad 10. & lib. de dignoſcendis curandiſque animi morbis.* Contra antiquiſſimum Criſippum, vbi ſingulares cuiuſque actiones proponit, ſed ſingulariſſimam pulſus mutationem amore deprehenſam. Valerius Maximus poſteritati obſeruandam propoſuit; *Antiochus Seleuci Regis filius*, inquit, *nouercæ Stratodices* (licet in Græco codice [illegible] inueniatur, & meliùs) *infinito amore correptus, memor quàm improbis facibus arderet impium pectoris vulnus, pia diſſimulatione contegebat; itaque diuerſi affectus eiſdem viſceribus ac medullis incluſi; ſumma cupiditas. & maxima verecundia, corpus eius ad vltimam tabem redegerunt; iacebat in lectulo moribundo ſimilis, lamentabatur pater, ſed hanc triſtitiæ nubem Eraſiſtrati Medici diligentiâ diſcuſſit, cum Antiochum ad introitum Stratonices rubore profundi conſpiceret, eaque egrediente, pallere, excitatioremque anhelitum ſubinde recuperare animaduerſit, admotaque manu pulſus, modò vegetiori, modò languidiori comperit, ac cuius morbi æger eſſet apertè cognouit, protinuſque id Seleuco expoſuit, qui cariſſimam ſibi coniugem, filio concedere non dubitauit, quòd in amorem incidiſſet, fortunæ acceptum referens.*

Facultas vitalis bipartitur, & quas alterationes quæque patiatur.

Quo membro ſingulæ reſideant facultates.

Lib. 5 Rerum memorabil. c. 7. Antiochi exemplum. de pulſu amatorio.

De pulſu amatorio ſigno peculiaria.

Nec abſimilem (nempe caſum) *Eraſiſtrati comperi.* dicit Galenus, *vocatus ad fæminam, noctu vigilantem, apertè mæſtitiâ laborare cognoui: ſed cauſam neſciui penitùs: cùm verò intraſſet ad ægrotantem fæminam quidam, qui è theatro veniſſet, narraſſetque ſe Piladem ſaltantem conſpexiſſe, ſtatim mulieris vultus & faciei color mutatus eſt, quod cùm viderem, brachio manum ſtatim admoui, pulſumque ſubitò variis modis agitatum inueni, id quod animi perturbati eſt iudicium: talem enim pulſum & qui de re aliqua certant habere ſolent: ſecunda die præcepi, vt quidam nuntiaret Morphæum eâ die ſaltaſſe, & nullam in pulſu mutationem obſeruaui: tertia die hiſtrionem, & non mutauit pulſus, quarta iterum vbi renuntiatum eſſet, Piladem ſaltaſſe, diligenter annotaui pulſum variis modis ſubſultaſſe, atque ita mulierem Piladis amore captam deprehendi: ad hunc etiam modum, alterius cuiuſpiam diuitis ſeruus atrienſis, mihi cognitus eſt, ſimili morbo laborare.*

Deprehenſ. ad poſthumum c. 6.

Quantùm valeant perturbationes & fortes animi paſſiones, vt noſtrum corpus alterent, & inſtrumenta, vbi illæ reſident paſſiones, immittenr, Galenus vel palàm docuit, ne tantùm in præcitatis locis, ſed in libro quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur, & de dignoſcendis curandiſque animi morbis; de ira & furore coërcendo, ac de alterationibus, quæ ex illis contingunr, dixit, *cap. 4.* de aliis perturbationibus *cap* 5. de concupiſcentia & libidine *cap. 6.* de animi libertate comparanda *cap.* 10. vnaquæque tamen harum paſſionum, variè & pro ſua caſuſque vice, mutat pulſus, & omnes ferè in amore concurrunt, quia omnes concitat illius paſſionis vehementia, ſin minùs allicit per conſenſum: non poterunt ergo in pulſu amatorio peculiarem pulsûs conditionem conſtituere, niſi alia diligentiſſima probatio adhibeatur, qualem Eraſiſtratus & Galenus adhibuit, non ex ſola pulſus mutatione, ſed ex aliis, quas illa paſſio allicit in conſenſum, vti deſiderij vehementia, abdita & ſecreta cupido, rubore perfuſa verecundia, continua

A cap 3. vſque ad 12.

Quæ Galenus & quibus in locis de animi paſſionibus obſeruauit.

An in pulſu amatorio ſit aliquod peculiare ſignũ.

 triſtitia,

triſtitia, grauis animi angor, & ſuſpitia ex intimo cordis expitantia, & tandem cordis motum ſubſultare, dum amantis vox auditur, aut immutat præſentia, de his & aliis facta experientia, quibus illa mutatio non contingit, quod ſi ſimul hæc omnia concurrunt, bene poterunt pulſus amatorij differentiam conſtituere: quare concludimus, quòd ſub illa ſignorum ſindrome variis mutationibus, cum ipſa pulſus mutatione obſeruatis, præ alterationibus, quas variæ concitant amoris differentiæ, vt Galeno innotuit, patuit Eraſiſtrato, pulſus amatorius dignoſcunt.

Quæ variant & pulſum amatorium conſtituere & notare.

Concluſio.

Reducere tamen amoris pulſum ad vnam peculiarem conditionem, quæ veram differentiam conſtituat, neque vlla probat experientia, neque ratio, neque ex locis præcitatis conuincitur: nam prout paſſiones librat amor, pulſus etiam librat mutationes; Nam enim in triſtitia parit, in gaudio contrariam: hac enim calorem influentem expandit, illá verò conſtringit & reuocat in cor; concupiſcibilis animæ paſſionis, ab hepate dimanare, vt & motus & arteriarum pulſus à corde Galenus nos edocuit, & animi perturbationes à rectrice potentia, cerebro conſtituta: vnde ſi cor patitur, per varias paſſiones diffunditur, non vnico & eodem influxu, ſed receptione diuerſa, diuerſo modo alteratur & patitur, & ad modum recipientis recipitur influxus, & ſemper vniformiter difformiter; hanc veritatem concordi, veterum & recentiorum ſuffragio, noſtra recepit ætas, nullus enim pulſus proprius & peculiaris ſoli & ſemper amoris eſt: nam talis Galenus dixit animi perturbati eſt indicium, & talem pulſum qui de re aliqua certant habere ſolent, & qui ſcribunt Eraſiſtratum, Antiochi amorem deprehendiſſe, non ex ſolo pulſu fateri coacti ſunt: *Nugæ igitur ſunt*, dicit Galenus, *quod aiunt aliqui pulſum amatoriè moueri, eorum qui vel neſciunt amoris pulſum, nullum eſſe, vel putant, re quapiam animo perturbato, pulſum non immutari*; eadem verba repetit in prognoſticis ad literam.

Lib. de vſu pulſuum c. 4. & 6 de decretis Hip. & Platonis c. 1.

Nõ eſt pulſus ſoli & ſemper amori proprius.

De præcognitione ad ſ. citato loco.

1. Prognoſt. ad ſinem

Solùm quandam animi perturbationem pulſum indicare, & non amatoriè moueri, Valeſius etiam & Langius, multæ doctrinæ & eruditionis viri, Galenum ad literam ſequuntur, & alij complures, vt etiam Foreſtus, *Qui amantibus*, inquit, *nullus peculiaris pulſus reperitur*, & ſuam ſententiam adamantinis adornat rationibus.

5. controuerſ. 14. Lang epiſt. 24. lib. 10. obſeru. 29.

Hoc etiam vnica, ſed validiſſima ratione, fulcitur: quòd taliter alicuius rei eſt proprium, vt illam ab aliis diſtinguat, alteri non debet conuenire, ſub illa ratione, quinimò illi ſoli & ſemper conuenit, & hoc à Logicis proprium quarto modo dicitur, à Medicis ſignum παθογνωμικὸν, quod non tantùm ab actionibus læſis deprehenditur, ſed partis eſſentiam proximè conſequitur, partim ab excrementis propriis, atque germanis, quæ loci affecti ſpeciem cum materia morbum continente delineant, deſumitur, vt patet in pleuritide, & in dyſenteria; ſi ergo pulſus amoris illi ſoli & ſemper conuenit, peculiaris erit, non alteri communis: reducat ergo, qui ſe acutiorem iudicat, cunctas animi paſſiones, quas amor concitat, ad vnam peculiarem pulſus conditionem, & ſi hoc aſſequitur, nos etiam facillimè conuincet & Galenum fortaſſe, qui hoc penitus iudicat impoſſibile: nam mille aliis accidentibus & variis animi perturbationibus, talis pulſus ſolet ſuperuenire, velut timentibus, melancholicis, repentino horrore perturbatis, & rei alicuius nouitate perculſis, repente viſo hoſte, & ſimilibus: non erit ergo tale amoris infallibile ſignum:

Lib. de conſtit. artis Med c. 11.

Nihilominus tamen, quandam probationem facit in amante illa pulſus mutatio, vt cùm aliis ſignis de veritate huius affectus arguat: nempe cum ad amatæ rei conſpectum ſequitur talis pulſus mutatio, & talis perturbatio in amante ad illius viſionem, ſeu ad relatum nomen eiuſque ſimulachrum, vel ſaltem ad illius repræſentationis memoriam, cum aliqua faciei, & corporis conturbatione; verecundia, aut timore; nam illa ſignorum ſindrome cum hac peculiari pulſus mutatione quãdam veluti notitiam ſcientificam conſtituit, quæ de hoc affectu informat intellectum, taliter, vt alteri non poſſit conuenire, ſub illa repræſentationis ratione, licet pulſus pro diuerſitate affectus, diuerſa repræſentet: nam hic in ſigna potiùs ſimul collecta, quàm in ſolam pulſus diuerſitatem, aut in omnia ſimul, nos manuducit ratio, non ſignorum confuſio: ex quibus elicimus nullum peculiare ſignum per ſe ſumptum pulſum amatorium conſtituere, ſed quando in vnum illa pulſus mutatio, & illæ paſſiones conſpirant.

Signorum concurſus vt pulſus amoris dignoſcatur.

Concluſio diſcurſus.

Et quod me potiſſimum in hanc duxit ſententiam & firmiſſimum huius deciſionis extitit argumentum: ille fuit Herophilus, acutiſſimus illius ſæculi Philoſophus, & qui primus artem pulſuum ſcripſit, & ita ſanè disertè, vt à diſcipulis ob ſummam ſubtilitatem fuiſſe deſertum ſcribat Plinius: *lib. 11. Nat. hiſt cap. 37.* & is inter infinitas pulſuum differentias & motuum harmonias, nullam pulſus

amatorij

amatoris conſtituiſſe: nam ſi aliqua eſſet, hanc non prætermiſiſſet, vti neque Galenus qui ferè nihil aliis in hac pulſus doctrina ſcribendum reliquit: attamen ſi verum fari licet, & Senatoriâ grauitate diſſerere, amatorius furor ſupplicio potiùs, quàm remediis indiget; nam (vt dicebat Demetrius Phalereus) *Amori medetur fames, ſin aliter, tempus, ſi nec bis vincatur, laqueus*; nam luxus ferè alit amorem, tempus omnia aut conterit, aut tollit, ſi non antea mitigat: hæc ſi nihil proſunt auxilia, ſupereſt laqueus, vt morbus finiatur ſuſpendio ſeu vt vox Græca ſonat iucundiùs, Ἀγχόνη.

Lib. 31. Nat. hiſt. c. 2. *De fonte Cyſici qui amori olim medebatur.*

Cyſici fons, dixit Plinius, perenniter apud montes illius regionis ſcaturit, cuius qui potant aquas, adhuc ſuſpiratis amoribus obliuiſcũtur, ac ſi huius aquæ frigiditas cæci ignis ardorem deleret & extingueret: ſi non fortaſſe quadam indicibili qualitate id efficeret, vt pleriſque aliis mirabilibus obſeruatur; ô quot malâ fons iſte præcaueret, ſi apud noſtros flueret! aſt licet amor cunctis rebus ſit à natura inſitus, in conſeruationem vniuerſi, cùm æternitas non poſſit indiuiduis conſeruari, communem naturam amore copulauit Altiſſimus, vt perennet rerum ſucceſſione, & quando in ſingularibus amorem delere docuit, non innatum & conſeruantem, ſed corrumpentem deſiderat, ideo ſcribit Plinius, *quòd rubetarum oſſicula, ſiniſtro latere portata, amorem delere creduntur*; ſed alio in loco aliud ſcripſit mirabilius, *quòd in cauda lupi creditur eſſe amatorium virus, & in illius capite remedium, & quòd paruus piſciculus echeneis, amatoriis veneficiis infamis eſt*, ſed dentur hæc, & pleraque alia fabuloſa venerationi antiquitatis, in inſanam & vtilem doctrinam.

Lib. 32. nat. hiſt. c. 5. *Li. 8. c. 22.* *Li. 9. c. 25.*

Hæc (quæ certè fuerunt olim iuuentutis peccata) doctiſſime & nobiliſſime Vir, non multis (*vt ſuo Lucillo dixit Seneca*) ſed ſoli tibi ſcribo; ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus, ne videar gloriam in ambitione quærere, ſed ambitionem in gloria; ne de nobis dicatur, quod de aliis dixit Tullius, *& periit memoria eorum cum gemitu*, ac ſi cum illo, velut in exclamatione, eorum memoria periret, quia nullam ſui reliquerunt memoriam. ludus à ſeriis & grauiſſimis hominibus pro curarum laxitate ſuſcipitur: hoc tamen (licet non tanto viro digno) poterit tuus animus aliquando laxari; ne perenni curarum rotâ agitatus & Senatoriâ grauitate pertenſus faciliùs rumpatur. Fœliciſſime vale.

ILLVSTRATIO XXIX.

De Liuoris Triumpho.

PRæſentium facinora non ſecurè narrantur, nec ſine periculo audiuntur, ſed poſt obitum ſine diſcrimine venerantur, quia cùm vita & corpore ſepelitur inuidia: ideo forte dixit Spiritus Domini *Lauda poſt mortem*; non eſt enim literarum theatro tam admirandum opus, quod per varias fortunæ vices non iactetur, ob diuerſitatem iudiciorum, quia duo ſimilia non adorauit orbis, & qui de proprio iudicio ſuam profert cenſuram de opere laudabili, illam veſtit de proprio iudicio ad ſuæ mentis captum, capacitatis metam, ſeu vt ſibi videtur, & non vt eſt in ſe, & eſt certè infelicitas maior ſub hoc iudicio ſemper periclitari, & teneri ſub illius cenſura, ea ſola ratione quod ſic illud fert tempus, & non candida veritas, ſub obliuionis aut contemptus diſcrimine: nam (per has fortunæ vices) omnia Illuſtrium virorum ſcripta tranſierunt, ac ſi non eſſent capacia melioris fortunæ, ſed dies, qui ambitiones obliterare faciunt, & veritatem rerum nouâ luce exornant (omni ſecuritate) merita Illuſtrium virorum gloriâ coronabunt, adhuc ſub liuentis æmulationis amaritudine, & ſub fortunæ alea: hanc veritatem ſuper omnes comprehendit Philoſophus Schillus, de quo illud refert Clameleon in libro Voluptatis, *quòd cùm iniuſtè eſſet literario carminum certamine ſuperatus, iudicantibus dixit, Tragedias meas dico tempori, vtpote quòd rectè nouit merita & honores, emeritis trutinâ veritatis compenſare, iuſtiùs impartiri: quia priùs finem æmulationibus viuentium imponebat, vt ſequentium iudicij libertas citra æmulationem, candidiora, ad veritatis legem iudicia, proferrent*, & in rei veritate, prudentibus & cordatis hominibus nihil debebat afferre nouitatis, iudicium vaniſſimorum hominum, qui tantùm iudicant de ſcriptorum ſonitu, & ad rerum eſſentiam non tranſcendunt; ideo maior pars laboris immortalis Scriptorum, in fortuna libratur, militat & ſub fortunæ alea; quoniam plerique in plauſu potiùs quàm in meritis præmia meruerunt. alij in vulgo vanæ præſumptionis vaniſſimorum hominum, vt ſe illa intelligere meliùs videantur, hoc & illud ſolidi fundamenti defectu, vt Laberius in his verſibus dixit:

De cenſura ſcriptorum.

T 2 *Conſiſte*

Conſiſtes ægrè, & citiùs quàm aſcendas
decides.

Cecidi ego, cadet qui ſequitur, laus eſt
publica.

Quia cùm communis & publica ſit laus, ſunt etiam communia & publica ſuffragia & honorem aſſequuntur,vt plurimùm qui non merentur nec honorem nec laudem, & eſt in cauſa aut gloriæ alienæ indignatio, ſeu vana præſumptione fucata ignorantia;quæ in lucis carentia tenebras effundit intellectui, ne veritatem videat, & iudicio, ne iuſtitiam & veritatem nouerit; ſed illud emeritis in ſolarium erit, quòd Sol, æmulatione, non defraudatur luce,neque valore aurum,nec veritas merito & æſtimationenam vt Seneca dixit, *Magnus vir ſi cadit, magnus iacet, & ſi contemnitur, etiam ſacrarum ruinæ calcantur, quibus antea grata extitit adoratio*; attamen in hoc eſt ſumma rerum;an ſcripta in ſe gloriam & æſtimationem mereantur, quia licet per aliquot ſpatia obſcurentur; obſcura qua opponitur nube, cum hæc in aëre ſubſiſtat,ſi aër Fauonius inſpirat, nubem aut in totum diſſoluit, aut abire compellit,vt alia & alibi obſcuret: ſi non antea ſolis calor (qui omnia viuificat) illam in vapores conuertit,in aërem diſperdit.

Lib. de conſolatione ad Marciam.

O lubrica rerum humanarum conditio!nam ex alio principio,qui famam poſteris relinquit, pro labore poſtumam, & idealem gloriam,ſine fructu conſequitur, & ſi nos comitatur,nobis,cum vita perit, præſentibus aut poſteris ſcribere, aut ſupra aut infra naturam eſt, ſed ſudorem ambitioni dare, eſt in fide Græca ſecuritatem quærere, alienæ vtilitati humanum & à propria vanitate abſcondere diuinū: ardorem genij in actis poſterorum conſumere, nec honeſtum nec decoroſum erit, neque meretur laudem neque gloriam: ſed temperamentum in honeſta ambitione quærere & gloriæ cupiditate literarum ſtadiis inſudare,eſt certè vtilis & laudabilis labor; quod ſi palmam gloriæ non concilier, erit ſaltem liuoris propugnaculum: antiquorum facinora liuore non decerpimus, quia illorum fumus imitatores,non æmuli:laudes eorum ideo placidè audiuntur, quorum facinora extra liuoris meras metiuntur,quia iam humanam fragilitatem ſupergreſſi,laudabilem memoriam in tuto poſuerunt: nam liuor eſt venenum, quod non operatur vbi deficit calor, ideo ſola impenſa mortis frigiditas valet liuoris ignem extinguere, vt inde cineres compaſſionis exhalent: eſt enim liuor alienæ fortunæ, veræ gloriæ indecens æmulatio ſub falſa hypocriſi mentita,quando maximè vt deprimat, extollit, & honoris alieni exe- cranda cupiditas,dum propria viſcera vti pabulum, quo alitur, conſumit:quare Silius Italicus hanc humanæ mentis chimæram, inter monſtra quæ apud inferos commorantur, connumerat, ſic breuiter deſcribens.

Lib. 13.

Hinc angens, vtraque manu,ſua guttura liuor,

Et fortaſſe quòd maius inter damnatorum tormenta cenſeretur, ſic ponderat Horatius:

Lib 1 epiſt. ad Lolium.

Inuidiâ, Siculi non inuenêre Tyranni,
Maius tormentum.

Sed non eſt animi generoſi, nec magnanimi liuor: nam in ſordida plebe & alitur & viuit; ideo odio debet eſſe generoſis hominibus.

Apud aquas Stygias liuoris triumphus celebratur, dum hæc ipſa ſcribimus,ecce num, cum me à ſomno ſuperatum, ſub dextera manu caput reclinatum, Apollo ſpectaret, ſub variis liuoris cogitationibus agitatum,ſedulò ſiniſtram apprehendens excitauit, beneuolè conduxit;. O Muſarum alumne: dixit,quid mœror iſte vexat? quid tanta diſpendia triſtis exhalas? ſolaberis fortaſſe, ſi nobis liuoris triumphum,qui graui, ſed lento paſſu incipit.contemplaueris:quoniam inter illos qui liuoris triumphum inſequuntur,ignobilem,nec mediæ fortunæ virum, ſpectabis:ſed quem aut præexcelſum aut grande illuſtrat facinus, & præter hos ſuos iam gradientes ſpectas, plures plauſtrum triumphalem ſequuntur,quorum nomina æternitas perlegeret, niſi liuoris infelix æmulatio, illorum nomen obliteraret; cum ergo, in Olympo conſtiterat, me manu apprehendit: vides, inquit,procul & confuſis luminibus barathrum? vides furorem confuſione & rauco clamore confuſionem augens? Harpyas adunco roſtro hominem infelicem diſcerpentes, & Stygiam conuallem, diſpari harmonia conturbantes? ecce, num deſcêdit Thraſius Citharedus,cùm en ſubitò,omnia ad placidam quierem reducta contemplantur: hic læuâ citharam apprehendit & dexterâ animam, ſuauiter inſtrumento reſtituit, vt ſub vmbris, harmoniâ, Euridicis animam venaretur, ſuauitate citharæ, animas deliniuit, tartari poteſtates harmoniâ ſuſpendit,qui deperditam conſortem pia diſſimulatione tradi iubent, admirationem celebriorem fecit poſtulatio in ecſtaſim pluſquam factum rapuit admiratio, rei nouitas pluſquam harmonia, maritum nempe vxorem poſtulare: non potuit enim vxoris deſiderium, in turpio-

Liuoris triumphi deſcriptio.

Orphei liberatio vxorem in barathro quærentis.

turpiorem locum cithatedum perducere, tortores & contorti, nouitate perculſi, immoti conſtiterunt, & Ixionis rota ad poſtulationem conſtitit, obſtupeſcens, & ipſe ſolus ſua & aliorum tormenta patiebatur, vxoris phantaſma deluſus apprehendit, an ſana mente conſtans, vmbram amplectaretur, non vidit; ſed vmbræ ſimulachrum diſparuit: nam infelix protinus amiſſum vxorem deplorauit, vt vterque perditus videretur.

De variis hominum affectus & ſtatibus.

Poſtea verò tacito & confuſo rumore pertranſibant tabifici auari, furioſi, ſqualentes, & pallidi, oculis ſcintillantibus luxuria madentes, triſtes, & conſumpti, & oculis depreſſi, & pomposa vanitate deluſi, vndique deſperati, furias euomentes, & ſtulti, amantes, ſtupidi, reciproca viſione ad inuicem, de amaſiis læti confabulantes, & aulici, credulâ ſpe decepti, adhuc non diffidentes; ac inde ſequebatur furiarum pompoſa conturbatio, nempe deſperatæ mulieres, quarum conditiones ſemper amant extrema, vbi eſt ornatus, ſine fine ambitio: inde incipiebat numerus infinitus ſtultorum, qui ſe ſoli ſapere profitentur, de ſeipſis maximè confidentes, vanitate inflati, ac ſi ſoli afflati ſapientiâ aſſequerentur omnia, nec aliquid cæteris reſtaret ſapientiæ, quia ſit magna ex deſperatione ſecuritas, hos conducebant inuidia & liuor, & funibus aureis abſque vlla violentia trahebant, & hinc falſi hypocritæ, virtutis apparentiâ commendati, exterminata facie, ſe eſſe apud aquas Stygias non credentes, vbi eſt illud virtutis præmium? complorantes, & fraus & malignitas dirigit comitatum.

Et hinc illinc, armigeri & arma furiis & ſanguine fucata, ira & furor vndique circumſtabant: currus inſtat, iam cuius rotas Tyſiphone & Megæra, & Alecto impellebant, & currum ſtrutij & harpyæ conducebant, quorum fræna moderabatur Momus, & fama veri & falſi nuntia præcedebat, inde liuor, ſerpentibus armatus, conglomerato crine, pompâ maieſtuoſa ſuper currum ſedebat, ſicuti Virgilius depingit.

In opuſcu-lis.

Liuor tabificum, malis venenum,
Intactis vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem;
Quid quiſquis furit, inuiditque ſorti,
Vt debet ſibi pœna ſemper ipſi eſt;
Teſtatur gemitu graues dolores,
Suſpirat, gemit, incutitque dentes,
Sudat frigidus, intuens quod odit,
Effundit malâ linguâ virus atrum;
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies tenudat oſſa,
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi,
Nec potus iuuat, aut ſuper Liæi
Nec ſi pocula Iupiter propinet,
Atque hæc porrigat, & miniſter Hebe,
Aut tradat Ganimedes ipſe nectar;
Non ſomnum capit, aut quieſcit vnquam,
Torquet viſcera carnifex cruentus,
Veſanos tacitè mouet furores.
Intentans animo faces Irinis
Lethalis, Tiriique vultur intus
Qui ſemper lacerat comeſtque mentem,
Viuit pectore ſub dolente vulnus,
Quod Chironia nec manus lauaret,
Nec Phœbus ſobolesue chara Phœbi.

Sic etiam Ouidius. *8 Metamorphoſ.*

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nunquam recta acies rigent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum: carpitque & carpitur vnâ,
Suppliciumque ſuum eſt.

Et paulo ante dixerat, inuidiam ſerpentum carnibus ſe paſcere, & Plutarchus longum ſinè opus de inuidia conſcripſit, & magnus Baſilius, admiranda, in quadam concione ad populum: inuidos vulturibus ſimillimos, Heſiodus dixit, in Theogonia, ac Momum Inuidiæ currum moderari aſſeruit, fraudem & malignitatem comitatum dirigere.

Triumphalem currum poſtea ſequebantur, inter Heroas, qui iam humanam ſortem ſupergreſſi, inter homines fuerunt habiti Dij, ſeu magis aſpectabiles: nam primum peccatum in orbem ſuperbia induxit; ſecundum, liuor alienæ fortunæ, vt inter Chaymum & Abelem, orbis illa prima vidit infantia, vt priùs inciperet fatalis hæc liuoris calamitas, quàm vita; ferè nunquam victus Hannibal in Bithinia apud Pruſiam, veneno ſub dolo propinato, occubuit, antea à liuoris veneno ſuperatus. Romani Flaminis calliditatis aſtu, vt *Iuſtinus* eſt auctor: Themiſtocles Athenienſis poſt, à Xerxis arrogantia, Græciam liberatam per tot hominum clades, vitam inter tam magna pericula fluctuantem, non potuit à liuoris incendio vindicare, quin inuidiæ fatis obrueretur, & ſuorummet ciuium; Pyrrhum, toties victorem & Romanam fortunam ſuperantem, vilis vicit inuidia; Cæſaris felicitas, animi celſitudo, & qui victoriis Marcellum ſuperauit, quinquageſies vincens, victus cecidit, ad pedes ſtatuæ Pompeij

Iuſtinus lib 32 hiſt. Plinius Iunior ſe Viris illuſt. Exempla virorum qui admodum liuore perierunt. Plutarch. in Vitam Hannibalis. Pauſanias in Arcadia Petrarch. in Vita Hannibalis. Sabellicus Æneade 5. lib. 7. Appianus

peij

In Triumphis. Eutropius lib 4. Engelbus in chronic. Cornelius Nepos de Viris illuſt. Naucler. parte 1. gen 59. Vergomâte lib. 7. Adonis Viennenſis ætate 5. Beroldus ſuper Suetonium in Vita Domitiani c.10. Bruguerius ſuper Mãtuanum p. 3. Plutar in vita Cæſaris: Suetonius l. 1. c 7 Sabellicus p. 2. Æneade 6. lib 8. Nauclerus p 1 gen. 62. Cuſpinianus & Appianus in bello Cimbri lib 2. Dialogo 10 de Rep ſeu de iuſto.

pei, quem ipſe ſuperauit) Senatorum inuidia. Ælij Seiani felicitas ſub Tiberio per vicos & plateas ciuitatis Romanæ.ab inuidia ad ſummam infelicitatem verſa eſt in miſerã ſa morte: Socratem ſapientiæ opinio faſcinauit, ac liuor veneni poculo damnauit vocatus ab Athenienſibus in iudicium,ob defenſionem veritatis diuinæ, vnius tantùm Dei, contra mores maiorum, ac ideo morti damnatur, Ariſtippus Platonis, & Socratis vitam liuore & inuidia, falſo vitiis maculauit, clarus Cato, hominum ſeueriſſimus, Portiæ familiæ princeps,optimè de Rep.emeritus, quadraginta quatuor vicibus ab inuidiâ in iudicium delatus eſt, hæc fortiſſimo Beliſario,& fideliſſimo tam benè de principe emerito, ante (crudele nefas) quàm vitam, oculos poſtulauit, & mendicantis vitam miſerabilem egit,& cæcus & mendicus miſeram deplorauit fortunam, & tandem Plato; *Herus Armenius*, inquit, *alios apud inferos vidit qui currum liuoris ſequebantur* (huius triumphi ſpolia) *inter quos animam quæ olim Orphei fuerat,ſe vidiſſe teſtatur, cygni vitam odio muliebris generis eligentem, nolentem ſcilicet ex mulieribus, à quibus occiſus fuerat,renaſci, & animam Ajacis Thelamonij leonis vitam elegiſſe, fieri hominem fugientem, dum armorum iudicium,olim datum,mente reuolueret: ac Vlyßis animam vltimam ſortem elegiſſe teſtatur, ac præteritorum laborum memoria priuati hominis non curioſi vitam elegiſſe, eamq; vix tandem, alicubi iacentem,& neglectam, ab aliis reperiſſe, dicentem, non aliam ſe vitam electurãm, etiam ſi ſortem primam nacta eſſet, vt liuoris iniurias deuitaret.*

Dial Hippias Maior ſeu de pulchro.

Ac infiniti alij triumphum ſequebantur, vincti poſt terga catenis, in armis & pace clari: liuor enim carpit generoſos, non carpit viles inuidia:ideo fortaſſe dixit Periander, *Præſtat inuidioſum eſſe,quã miſerabilem*: nam *Alta petit liuor, perflant altiſſima venti*, dixit Ouidius illud etiam vt effugeret periculum Plato dicebat,*Verumtamen ſemper priſcos homines præferre recentioribus conſueui, vt & viuentium inuidiam & defunctorum indignationem vitarem*;talis eſt enim liuoris execranda fames, vt felici nec infelici adhuc parcat inuidia, ſed omnia vt vorax depopulatur ignis.

Vlteriùs attende, dixit Apollo, en adſpicis & Herculem Lædæ filium, pugnantem cum ſeptem capitum Hydra, ex qua vnâ trucidatâ,ſemptem pullulant:hic eſt extremus labor, & qui Lædæ filium illuſtriorem fecit: nam Hydra eſt liuoris imago, quæ adhuc ſuperata reuiuiſcit, amputata repullulat, ideo forte Pierius de ſacris Ægyptiorum literis,*per hanc Hydræ figuram, Inuidiam ſignificari dixit, quòd eſſet hic illius Iouis filij vltimus labor: quam* vt aduertit Horatius *ſub finem debellauit, & hanc finxit, è paluſtri ſordidoque cœno pullulare,* quod non niſi in abiecto vilique animo, inſit, & radicetur: ac proinde Ouidius *Inuidiam in imis vallibus latitare confinxit*:nec illud eſt inferius ſe inferiorem iudicare,quando de alio ita ſentit magnificè,vt ſit liuoris capax:nam vt dicebat Lipſius, *qui alteri inuidet, hoc ipſo inferiorem ſe oſtendit,quia apud humiles dumtaxat homines habitat, & in altos dirigitur liuida illa Dea,virtuti enim vt Gloria comes, ſic & inuidia. ſed hanc adeo non curat, vt vix cernat,* ideo fortè dicebat Plato *Inuidia triſtitia quædam, & lætitia eſt iniuſta: non ita graue malum, ſi liuor & obtrectatio paſſim bonorum operum impedimenta non eſſent, aut venena; minuti enim qui ſe attollere non valent, volunt etiam alios & factis cum obſtare non poſſunt, conantur linguis, & ſpargunt leuia iſta tela,atque id eminùs vt Parthi fugientes,nam comminùs non ſe componunt, ne rectis oculis ſplendorem noſtrum intueantur; liuor enim hodie & malè dicendi libido, ita iam apud ignobiles inuauit, vt parùm ſeriò, bonus videatur, niſi qui conuitiis ſectetur, modeſtè bonis.*

Lib 16. titulo de Hydra.

Centuriâ 1. epiſtola 14.

Sed quàm magnum ſit liuenti ſupplicium, ipſe liuor,& quàm altè in animum deſcendat, ſatis lepidè ponderauit Martialis, dum ſuo Principi loqueretur:

Lib. 4. Epigr. 27.

Sæpe meos laudare ſoles, Auguſte, libellos,
Inuidus ecce negat: non minùs ergo ſoles.
Quid quod honorato non ſola voce dediſti,
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterũ nigros corrodit liuidus vngues,
Da, Cæſar, tanto tu magis, vt doleat,

Sed guſtum & Amorem mutare, aliquando idem dixit Martialis vt ſe ab hac liuoris peſte tueretur, & ab illius moleſtia reſpiraret; ſed irridens Procillum.

Epigram. lib. 1 116.

Quædam me capit inuide Procille,
Toto candidior puella cygno,
Argento, niue, lilio liguſtro:
Iam ſuſpendia ſæua cogitabis:
Sed quandam volo nocte nigriorem,
Formicâ, pice, graculo,cicadâ.
Si noui benè te, Procille, viues.

Hoc vnum amuletum habet liuor,liuoris cauſam abſcondere, & non plauſibilem aliquando videri, & fortunam celare, & ſi (ſi ita fari licet) fatuum aliquando æmulari, & videri, liuorem benè ferre, & patientia liuentis animum compenſare: nam qui in huius orbis theatro commoratur, pro neceſſitate illius perſonam induat,

De liuoris amuleto.

duat, quæ magis ad propriam vtilitatem & conſeruationem conducat, quàm ad gloriam & æſtimationem, haud periculis vacuam: ſin minùs neceſſitati ſeruiat, & interdum oſtreum imitetur, quod rori

Oſtrei exemplum.

cæli aperitur, & in beneficij gratitudinem gemmam retribuit, extra concham expellit, ne cedit in prædam piſcatorum:

Dauidis exemplum.

Dauid dum adhuc pauper, veſtitur fatuâ velut deſipientiâ, vt Rex Achis inuidiâ nudetur, ille ad oculos iſtius transformatur, ſed non à vera & debita prudentia pro tempore librata, ſed ad illius neceſſitatem mutatur, vt videatur alius.

Ioſephi exemplum.

Fera liuoris peſſima deuorauit Ioſeph (ô execranda fames! quæ virtutis auxiliis efferatur) cuius iuſta modeſtia, neque impietatem neque fratrum inuidiam, valor nec ſapientia valuit demolliri, ſed quis vnquam de impio liuore triumphauit? ſi Heroûm ceruices ceſſerunt in ſpolia huius infandi mali; dicas, quæſo, qui valorem oderunt, & virtutem, quodnam odij ſimulachrum vt obiectum ſibi propoſuerunt, ſibi odiſſe reor; deluſi ſub hac hæreſi mentis: nam virtutem odiſſe nemo poteſt, quæ ſi bona eſt, erit neceſſariò pulchra, & ſi talis eſt obiectū amoris & non odij; ſed illud nobis videtur quod Pictor eſt liuidus, qui aut malignitate, aut boni ignorantia, aliorum virtutum imagines

Pictor eſt liuidus, & quomodo.

obſcurat, ſub illa malignitatis vmbra, fucato virtutis zelo, perfectiones adimit, & impia quæ imponit, confingit, & mox in aliis vituperat, quæ ipſe nefanda manu, delineauit, vel impia intentione abſtulit: hoc ita magnum, non ita grande malum, ſi quam fecit imaginem aliis ſpectandam nō proponeret, vt illis fuerit odioſa. *Bulla vitrea olim, ante currum triumphalem ferebatur*, dixit Pierius, *ac ſi eſſent in illa auxilia incluſa, quæ aduerſus inuidiam pollere credebantur, vt olim infantibus ingenuis mos erat*: nempe breuitas & fragilitas vitæ, & quam veloci curſu tranſit gloria,

Lib. 41. de ſacris Ægypt. literis.

quo etiam termino præfinitur inuidia; *Iactantia comes inuidia* dixit parœmia, quo certè admonemur, ne quis inſolentiùs iactet, vel fortunæ munera, vel naturæ dotes, ne, quando Nemeſis exaudiat, auferatque, non intempeſtiuiter, certè vſurpabit illud quod dixit quidam Poëta:

Poſſideat tacitus, ſi quæ adſunt, munera Diuûm.

LIBER SECVNDVS

OBSERVATIONVM ET ILLVSTRATIONVM

EX ARETÆO, PAVLO, TRALLIANO,

ET EXPERTISSIMIS. NEOTERICIS.

Obſeruationum, & Illuſtrationum illuſtrior alia Illuſtratio.

HVius magni & antiqui Auctoris & aliorum ſelecta auxilia, vetuſtatis auctoritate comprobata, vt & nobiliora præcepta, ideo ſeligere decreui, & noſtris recentioribus ſuperaddere, ne ægroti auxilio, aliquo ſummo in diſcrimine profuturo, fortaſſe fraudarentur; vt ſi aliquod magnum auxilium, aut neceſſaria fortaſſe reſolutio, minori felicitate (vti ſolet) in conſultationibus fluctuaret, ancipiti fortuna patrono deſtituta, hoc ſaltem ſolaretur aſylo antiqui practici & decorati viri, cuius ſaltem auctoritate ex fortunæ defectu ſolaretur: non multùm enim intereſt quàm multa præcepta teneas, ſi ad manum non habeas vrgenti neceſſitati, & præſenti occaſioni neceſſaria, nam gladiator in arena capit conſilium, vt Medicus in conſultatione, vt & conſiliarius, ideo hæc digniori aſteriſco notanda & præſenti occaſioni digniora propoſuimus.

Libertatis neceſſitas in conſultatione.

Illud tamen ſemper clariorem fecit conſulentem, & magnum eſt certè ſcientiæ emolumentum in nullius verba iuraſſe, quantumuis auctoritas ſuadeat, ſi recentibus circunſtantiis gliſcit: animi enim generoſi eſt, ſumma libertate, de varietate opinionum, ac de veriori ſententia, iudicare: ſunt enim aliqui viri ita ſeruiles animo, vt captiuantes intellectum, prorſus genio & ingenio adimant libertatem, vt arbitrij gloria omnino videantur deſtituti, & maximè ſi prauis opinionibus imbuti conſeneſcant, vt nullo poſtea ingenio nec obſeruatione, nec luce clariori doctrina ab illis euellantur, ſub alieno imperio ſemper pupilli, & ſemper Pythagoræ diſcipuli, & ſi aliqua antiquitas neglexerit, aut poſteritas conniuentibus oculis pertranſiuit, auctoritas inflata indignatur, ſi ex recentioribus aliquis de aliquo nouiter inuento gloriatur: ac ſi verum non eſſet (quod Tacitus prædixit) vt quod exemplis tuemur & in exempla erunt: tam cara enim fuit, & veteribus veritas, vt cum Ariſtoteli Platonis ſententia diſpliceret,

Ariſtotelis de veritate tuenda.

dixit in 4. Ethicorum Præſtat, atque adeo oportet etiam ita nos veritati addictos eſſe, vt pro illa vel noſtra ipſorummet decreta euertere non dubitemus, cùm vtraque cara ſint: tum pium eſt, antiquiorem habere veritatem, *& ne nos, à veritate deterreat fragilitatis timor, Galenus* de Vſu reſpirat. cap. 1. *hæc addidit*, Audendum eſt, *inquit*, & veritas indaganda, quam & ſi non ſemper aſſequamur, omnino tamen propiùs, quàm nunc ſumus, perueniamus.

ILLVSTRAIO I.

De melancholia, furore, & mania.

ARetæus *lib. 1. chronicorum cap. 5. de melancholia* ſic alloquitur: Atra bilis in acutis ægritudinibus, ſi in ſuperioribus apparet, opidò quàm mortifera eſt. ſi ad interiora deſcendens erit, non valde valeat diſcrimine: in tardis autem longiſque morbis, ſi ad aluum bilis atra decurrit, in tormina, iecoriſque dolorem finitur; mulieribus verò purgatio vice menſium aducnit. ſi in cæteris abeſt mortis periculum: at ſi ſuperiùs vt puta ſtomachum, ſeptumue tranſuerſum petit, inſaniam parit, quam Græci melancholiam nominant (eſt enim hæc alia melancholiæ hypochondriacæ ſpecies, harum partium conſenſu) eſt autem animi angor in vna cogitatione, defixus atque inhærens, abſque febre; mihi profectò melancholia, μανίας (quæ Latinè furor dicitur) initium atque pars eſſe videtur; viri ſanè furore & melancholia corripiuntur: ſed mulieres deteriùs quàm viri furiis agitantur; ſunt auari, ſed non multò plus ſimplices prodigi, multa largientes, ne virtute animi, ſed morbi varietate; atque iſtorum multis ſenſus ac mens vſque adeo ſtupore fatuitateque capiuntur, vt omnium ignari, ſuiquemet immemores in morem beſtiarum vitam degunt; ſama eſt ex iis quampiam inſanabiliter ſe habentem, cùm puellam deperiret, Medicis nihil proficientibus, ab amore fuiſſe ſanatum (vt de Seleuci Regis filio Valetius Maximus narrat) ego verò ſuſpicor, cum ab initio in puellam exarſiſſe, inde triſtem & languenti animo quòd ea non potiretur, euaſiſſe, ſuiſque popûlaribus melancholicum viſum eſſe; hic verò nec amorem in ſe nouerat; at iſte, vbi puellæ amatæ ſe coniunxit, mœſtitia receſſit, ira & animi languor diſcuſſus eſt, gaudium triſtitiam deleuit & mens amore medico ſanata eſt. Celebre eſt exemplum de amoris auxilio.

Melancholiæ definitio.

Melancholiæ affectus.

Historia melancholici.

De Furore.

ET *lib. 1. cap.* 6. ſequenti, ſic furorem deſcripſit, eſt mentis alienatio diuturna vacans febre; ſpecies vtique infinitæ ſunt; ingenioſi namque ac dociles; aſtronomiam diſcunt ſine doctore, philoſophiamque poſſident, à nemine traditam; poëticam quoque velut à Muſis infuſam norunt; aliquid enim & in morbis emolumenti præbet docibilitas. Rudes atque indocti homines, hoc malo circumuenti, grauia pondera ferunt, figulariam exercent ac fabrilem, aut lapides celant; prætcrea & viſa quædam aliena ipſis gignuntur; timebat enim quiſpiam ne vaſa olearia procidcrent: alius non bibebat, ſe laterem exiſtimans, ne humore diſſolueretur pertimeſcens: carpentarius quidam olim fuit, qui cùm domi eſſet prudens operator, ligna benè metiebatur, ſcindebat, complanabat, clauis iungebat, aptabatque in domo exſtruenda, ſobrius cum exactoribus operum verſabatur, paciſcebatur pro laboribus, iuſtam mercedem poſcebat; porrò iſte in loco, vbi arte ſua fungebatur, mente conſtabat, at ſi in forum quandoque diſcederet, inſtrumenta deponens, primò ſuſpirabat, dein egrediens humeros conſtringebat, poſtea cum è ſeruorum fabricæ locique illius conſpectu abiiſſet, tum penitùs inſaniebat, & furore rapiebatur; quod ſi ad eundem locum celeriter recurriſſet, iterum ad ſe redibat, & tantùm mentis habebat quantùm locus protendebatur (talis eſt interdum cognatio locorum cum morbis & hominibus) cauſa morbi huius in capite præcordiiſque continetur: modò vtroque membro pariter laborare incipiente, modò altero modo inuicem lædente; verùm præcipua furoris & melancholiæ ſedes viſcera ſunt; itaque ſi magnum & malū, promptiori ingenio ſunt, ſenſibus acutiores fiunt, ſuſpicioſi, iracundi, mœrentes, cum in ſeuerum & tetricum fûror vertitur, cum verò ad hilaritatem inclinat, læti & alacres ſunt.

Species furoris & historia rara.

De melancholia hypochondriaca.

ET ad veram hypochondriacam procedens *in lib. 2. chronic. cap.* 6. ſic affatur: ſtomachus à pituita & bile patitur, nonnunquam enim in atram bilem, quam Μελαγχολίαν Græci vocant, id genus ægrotantes inciderunt, talem vtique ſtomacho imparticnte, animæ affectum eſſe oportet, verùm homines compatibilium membrorum ignari, in quibus hæc grauiſſima vitia fiunt, ſtomachum eſſe cauſam opinantur; magnum autem ad ea quæ dico probanda teſtimonium, *Cordis contiguitas eſt, vbi omnium principatus collocatur* (*Galenus ob vas breue*, dixit, *quo ſtomachus cordi communicatur*) in medio enim pulmone cor ſedet, horum autem medium ſtomachum contingit, ambo verò dorſo inſerta ſunt: propter hanc itaque cordis viciniam, & dolor ille excitatur,

De cordis & stomachi consensu.

De cordis situ.

tatur , quem cardialgiam vocant Græci, & reſolutio & morbi melancholici, & vlteriùs hæc magis patiuntur ſapientiâ & laboribus dediti : hæc vtique ipſis eruditionis amore bona comparantur; à quo enim diſciplinæ amore non auocet: à parentibus , à fratribus à ſeipſis vſque ad mortem; iis igitur corporis macies adeſt; decolor facies & iuuentâ ſeneſcunt, & ob contemplationem ſtupidi habentur, animo autem ſeueri non ridentes, immites ſunt, ſtomachus quoque iis male erga cibum affectus eſt.

Qui magis hanc patiuntur melancholiam.

De horum affectuum curatione.

DE horum affectuum curatione tandem, ex profeſſo tractauit *in lib 1. de cura diuturnorum, cap.* 5. Num ſanguinem detrahere expediat, inquit, deliberatione indiget melancholicis, in iuuenili ætate & veris tempore detrahendus, vt à iecore, ſi oportet (à ſaluatella nempe) id enim viſcus ſanguinis fons eſt , cedenda eſt, inquam, licet graciles & ſanguinis inopes, ſed per vices, non conſertim; nam ſi pluſquam decet ſanguinis effuderis; natura cibi penuriâ de propria ſede delabitur ; poſt purgationem lauetur (in balneo etiam Galenus conſentit 3. *de locis* 7.) vini paululum bibat : cucurbitulam iecori & ventriculo ac eius ori admoueas (nempe ſcarificatam) nempe hæc detractio multò quàm ſectio venæ opportunior, tergis quoque inter ſcapulas cucurbitulam affigito, ſiquidem eo loco ſtomachus adhæreſcit : atque ſi alimentum vires inſtaurauerit, caput radendum, cui poſtea cucurbitula affigenda eſt (nempe in ſummitate capitis) huius enim morbi prima inter alias in capite cauſa eſt (in melancholia nempe per eſſentiam) at ſtomacho potiſſimùm ſuccurrendum eſt, cùm & ipſe malè habeat , & in ipſo bilis atra reſideat (nempe in pylori venis) igitur abſynthij ſuccum, ab exiguo incipiens ad fabæ magnitudinem, aſſiduè deuoretur : verùm ſi ab coërcitis menſibus , aut hæmorrhoidibus irritandi ſunt loci, & aliquid ſoliti excrementi profundendum (hyrudinibus nempe) adhæc cucurbitulam mediis corporis partibus applicato, iecori videlicet affigens; *Sed maturanda negotia ſunt , & celeritas adhibenda ; quod ſi corpus totum occupauerit ſenſus & mentem, ſanguinem, bilem, neruos etiam corripuerit, & ipſa inſanabilis efficitur , & alios morbos inſerit neruorum diſtentiones, reſolutioneſque*; quæ ſi à melancholia proueniunt , ſanationem vtique non ſuſcipiunt : nempe ægroti omnes ſanari non poſſunt; Medicus enim Deorum potentiam anteiret, & iſtis addit Paulus *lib.* 3. *cap.* 14 Admouendæ etiam ſunt capiti hyrudines.

An ſanguinem mittere in hoc affectu conueniat.

Cucurbitula tergo quare.

Capiti cucurbitula quando affigenda.

Abſynthij ſuccum.

Quãdo inſanabilis morbus.

De amore inſano.

INter has melancholiæ ſortes inſanus adnumeratur amor, ac deueneficio & philtris inſamatur; cùm ſit ferè ſemper naturalis , velut in hoc exemplo. Cum Philippus Macedoniæ Rex puellam infinito amore deperiret, Olympiæ vxori perſuaſum, hanc philtris maritum obligaſſe, & ideò illum in amorem traxiſſe : quo illa fecit in colloquium accerſire puellam , adductam verò cùm formæ & morum elegantiæ & ſuauitate excellere videret, depoſita ſuſpitione philtri , exclamauit, *Tu in te philtra habes, vade formoſa puella.*

Hiſtoria amoris de philtris infamati.

Tam varia, tam diuerſa, & tam peregrina accidentia in hac & illa melancholiæ ſorte obſeruantur, vt hæc ſuam potiùs indaginem ſollicitent , quàm auxilium, varia poſſunt diuerſæ partes patientes concitare, ſed non illa ignota, quæ ſæpiùs occurrunt: quod meo ſaltem iudicio humoris malignitati tribuendum exiſtimo, ex qua non ſola immanitas reſultat, ſed varietas cum aliqua extra humoris qualitates primas vires exerant, & penè indicidibilia concitent accidentia ex alio principio orientia , nempe extra primas & ſecundas qualitates : nam ſæculentus hypochondriacæ melancholiæ humor non tantùm ſortitur vſtionem, ſed malignitatem peculiarem etiam quæ ex hac vſtione aut maligna putredine reſultat, & cùm malignitatis ſint tam diuerſæ vires, & operationes, non eſt mirum, ſi tam diuerſa concitet accidentia , neque hoc paradoxum oportet antiquitatis auctoritate illuſtrare; nam vbi domina præſidet & dominatur ratio, noſtra maiori auctoritate nunquam eget auctoritas, quando nec inopinabilibus nec euidentioribus illis defuit , nec honeſta defenſio neque decor; præterquam quod adhuc ex neotericis hanc ſequuntur ſententiam Platerus & Sennertus quantumuis ſymptomatum varietas tueri poſſit pro varietate apparatus & partium quæ in hac melancholiæ ſorte patiuntur , pro humoris vſtione & abundantia , & fortaſſe diuerſa intemperie: nam dum ſolum patitur meſenterium , mitiora comparent accidentia, ſi ventriculus, hepar, & lien, trahuntur in conſenſum grauiora; ſi tandem cor

De horum accidentium cauſa.

Quæ accidentia malignitati tribuenda, & quæ ſola melancholia.

Vbi ratio auctoritate non eget.

longè

Quando mitiora aut grauiora appareant accidentia.

longè maligniora, quod etiam Aretæus aduertit, ſi cerebrum, accidentium confuſio admiſcetur,& ſecundum malignitatis gradus hæc & illa accidentia intenduntur; ac ideo velut in hydra, vno capite amputato,ſeptem repullulant.& hæc eſt ratio quare interdum à frigidis lædantur, & leuentur à calidis, aut è contra,pro contra-operantiæ latitudine ventriculi, hepatis, aut lienis, ſeu prælapſa intemperie, inueteratione, aut longa ferendi patientia.

Cor grauiſſimè pati in mania exiſtimat Senertus & vitales ſpiritus in caloris exceſſu, longè à ſe recedere, vnde coniſcit, quòd illi nudi iaceant, & frigori reſiſtant, & temeritatem & audaciam exinde prouenire & in hos aſſentimur.ſed non in nuditatis patientia, & inſenſibilitate, hanc enim potiùs à potentiarum animalium diſtractione & lapſa intemperie & animalium ſpirituum reſolutione prouenire exiſtimamus,cùm corporis ſenſatio aut illius defectus potiùs animali potentiæ & illuſtrationi ſpirituum tribuatur, quàm cordis animoſæ.

Quare cor patiatur in mania, & quibus deprehendatur pati.

Curationis Illuſtratio.

De ſang. miſſione diſceptatio.

INter magna generoſa auxilia, quæ diſcors aula illuſtrium Virorum illuſtrare coëgit, primò ſeſe phlebotomia obtulit, quam plerique formidant, ſiue propter orbitatem ſpirituum, quæ ferè ſemper melancholicis adeſt, ſeu animi deiecti, ſeu ne defraudetur calor,quo ipſa melancholia delinitur & ad longam ferendi patientiam expetitur; ſed hanc litem dirimit, & affectus diſtinctio, melancholiæ qualitas, corporis abundantia aut penuria, ſymptomatum vrgentia,& prout aut; hæc aut illa membra grauiter patiuntur; nam in omnibus vbi præeſt melancholici ſanguinis apparatus, & intra venas abundantia,verè eſt ſanguinis miſſio celebranda, ſed non eſt æqualis in omnibus neceſſitas :.nam vbi præualet melancholici ſanguinis aut ſolius melancholiæ frigitas, vt non tantùm ambitum corporis vniuerſi infrigidet, ſed membro principalia ad lapſam diſtemperiem trahat forte habitualem, tunc neque ſang. miſſio nec aliqua ſanguinis vacuatio vſui eſſe poteſt, nec auxilio, quoniam tunc natura & commodo defraudatur à quo leuatio ſpectabatur, & eſt expreſſa Hippocratis in Coacis ſententia quando dixit *Refrigeratis ſanguinem non detrahes*. Excepto quando macies eſt praui ſanguinis nutriendo inutilis conſectariâ : tunc enim

Cautio neceſſaria.

praui ſanguinis ſarcina, in vtili depoſita ſolet redintegrari hepatis æconomia, vt in poſterùm ſanguis vtilis alimento reddatur. & in hoc ſtatu non ſola ſang.miſſio, ſed ſanguiſugis hæmorrhoidibus applicitæ præſentaneum ſolent eſſe auxilium:vt nos alio in loco Galeni exemplo, & Ætij hiſtoria comprobatum reliquimus.

At verò in mania ſeu vera melancholia,vbi malignitas præualet vſtionis,Plateris & Senerti conſilium amplectimur; hæc ſunt illius verba. *præcipuum ad curationem melancholiæ & maniæ remedium venæ ſectionem eſſe cenſet Platerus,ſcribitque ſe longa obſeruatione didiciſſe innumeros hac ratione ſanatos fuiſſe, à Chyrurgis quibuſdam & aliis qui hiſce morbis ſanandis operam dabant, qui vigeſies & ſexageſies quoque venas tundendo inſanos penitùs & melancholicos, ita reſtituerunt, vt poſtea ſani adhuc longam vitam vixerint* : quod nos etiam teſtari poſſumus in D. Auguſtino de Ariola, ſic perinde vidiſſe præmiſſis ſemper alui purgationibus. vt in noſtra Obſeruatione Hiſpano idiomate diximus; ſed iam talo,iam brachio vena ſecta,iam vtraque ſaluatella, iam in ſaphæna inter minimum & ſecundùm digitum, & tandem vena frontis præmiſſis hyrudinibus ano applicatis:ſic etiam Crato,trium Imperatorum Medicus ex ſententia Montani operatur adhuc in melancholia,quam in maniam timet degenerare poſſe : illa tamen ſit cautio, ne ſemel & confertim vacuetur, ſed per vices etiam repetitas; monent tamen alij,dixit Senertus, vt ſi ſanguis primò ſubtilis appareat, craſſus poſtea, in his vena in talo aperiatur & quando ſæpiùs venam aperire non licet : cuius apertionem in hoc morbo maxime vtilem eſſe docet experientia, reuellit enim à capite promptiùs & ſanguinem craſſiorem ad inferiora tendentem facilè vacuat : nec ſuperior plenitudo te detineat in vena tali ſecunda,nam promptiùs & ſecuriùs per has venas craſſus & feculentus humor vacuatur, quàm per ſuperiores, & ſucceſſione ſanguinis vacuati, illa ſuperior plenitudo deponitur.

Superior plenitudo etiam per tali venas vacuatur.

Aliud generoſum auxilium eſt purgatio, neminem latere iudico, leuioribus & benignioribus medicamentis, plus conſequi paulatim, quàm valentioribus ſemel, iſtis enim vt plurimùm exaſperatur humor,& ferociorem concipit vſtionem, febrem concitant, quam nec difficulter poſtea compeſcueris, & (quod hæc omnia ſuperat) humorem circa cor bullientem efferueſcere facit, & acutiorem melancholiam concitant,& maniam,& licet

De purgatione medicium.

plerique

plerique conſulant, ab his ad fortiora tranſire, hoc noſtri conſilij non erit, benignis enim plures ſanatos vidimus, neminem fortioribus, & in huius iudicij teſtimonium ſcribit Crato *conſilio* 174. ſe nunquam vſum fuiſſe lapide laſuli, nec ſcammonia, fortaſſe nec elleboro, licet multos ſe ſanaſſe profiteatur, & hæc eſt fortaſſe ratio, quare Solenander *ſectione* 5. *conſilio* 22. confectionem hamech maximè reiiciendam putet, in huius melancholiæ curatione. quia potius farragine auxiliorum conſtat, & longè diſſimilium, qua humores confundit & conturbat & empyreuma in poſterum relinquit: quod etiam Rondoletius antea confirmauit ſua Pharmacopæia: conſuluit Fernelius & ſeuera cenſura: & tandem Steegheius, *lib.* 1. *pract. med. cap.* 4. Ob contrarias actiones & inter ſe pugnantes medicamentorum, quibus conſtat: mirabolanis nempe adſtringentibus, ſcammonio, coloquintida, & aliis & in noſtri iudicij confirmationem Meſues in his purgationibus 4. regulas conſtituit. 1. Vt non ſemel, nec conſertim cum labore & moleſtia, corpus euacuetur, ſed moderatè, & per interualla; 2. Vt medicamenta purgantia non multùm recedant à gradu lenientium, ſeu in qualitatibus manifeſtis, ſeu occultis. 3. Vt purgantia ſemper cum humectantibus miſceantur, & in forma liquida propinentur; 4. Vt purgantibus ſemper miſceantur roborantia, & vt partes principes tueantur, & vt ſpiritus etiam roborentur; vt confectio Alchermes & ſimilia.

De confectione hamech iudicium Solenandri.

Meſues iudicium in purgandis melancholicis.

Et inter præparantia primas tenet (non ſunt enim humores melancholici abſque longa præparatione humoris & viarum, purgandi) ſyrupus de ſucco pomorum dulcium & ſcorſoneræ, cum ſimilibus aquis additis, forte granis lapidis bezuar orientalis, quod valde temperatus pro qua intenſione (quia ſæpe obſtructiones adſunt) Crato, in huius melancholiæ curatione & commendat & laudat ſuccum centaureæ minoris (nempe rapontici recentis) vt ex eo cum ſaccharo fiat ſyrupus, de quo ad tempus cochleare accipiat; ſin minùs radicem vino infundi conſulit 24. horis, & poſtea de huius colatura ad ℥j. propinetur ante cibum & cœnam, & ſi ventriculus cruditate abundat, parum oximelis miſceatur; aliter enim in ſola ſiccitate humoris melancholici, acetum aridis membris nocet, & vbi nerui aut vterus maximè patiuntur.

Oximel quibus noceat & quibus proſit.

Chimicis etiam auxiliis non eſt omnino deroganda fides (de purgantibus loquimur) & maximè ſi illorum violentia chimico artificio temperatur; ideo aliis non proficientibus, inter multa hoc ſeligere placuit: vtpote hypochondriacæ melancholiæ aut maniæ magis accommodatum. ℞. ellebori nigri m. j, roſ. rub. m. ß. cariophyllorum contuſorum ʒvj. infundantur in ſpiritu vini, vt emineat per 3. dies, poſtea colentur & filtrentur, & diſtillentur ad craſſitiem mellis, hinc fæces combutantur, & phlecmate, ſeu aquâ ſeparatâ, ſal extrahatur, & huius ſalis ℞. ʒß. croci ʒj. ambaris griſij ʒiß. lapid. bezuar orientalis ℈j. cryſtalli præparati ℈j. & cum aqua ceraſorum accipiat ʒß. & per 15. dies ſeu cum aquâ ab illis extractâ: hoc enim auxilio, inquit Penotus, *pag.* 186. ſanguis à melancholia depuratur, retardatur ſenectus, & blandè melancholia expurgatur.

De chimico elleboriſmo laudato.

Inter accidentia quæ ſolent priùs ad ſe curationem trahere in mania, eſt longum peruigilium, quia ne tantùm vires atterit, ſed ducit ad retorridum & extremum maraſmum; omnes conſulunt ſemper à leuioribus in hoc caſu incipere & nos vtimur ſyrupi papaueris ℥ß. cum tribus aquæ lactucæ & hanc regulam vt plurimum obſeruare oportet, ſed non ſemper: ex Galeni ſententia 5. *Methodo*: nam extremis vti licet, ſi ad extremum nos perducit vigilia, & in hoc ſtatu. vti poſſumus ſyrupi papaueris ℥j. aquæ lactucæ ℥iij. laudani opiati (eſt enim opiatorum correctiſſimum) gut. iij. vſque ad 4. ſin minùs phylonij ʒß. aut ℈j. & in mania & melancholia Cardanus ſe ſolis ſoporiferis potionibus & lotionibus ac vſu cryſoliti intra octauū diem melancholicos curaſſe ſcribit; ſunt enim in hoc caſu embrochæ & pedum lotiones, frigidarum herbarum vtiliſſimæ, ſed in ſomniferis illud eſt priùs prudentiâ librandum, quòd pleraque ex illis, licet ſomnum inducant, ſpiritus conturbant, & potentias diſtrahunt à quiete, vt potiùs euigilare faciant, quàm ſoporem inducant, & malum contumacius reddunt, vt ſolet hyoſchiamū, ſolanum furioſum, & opium, ſi abſque correctione propinetur. Quare illa tantùm ſeligere conſulimus quæ & ſomnum conciliant, & potentias cōtinent in quiete, & coërcent & detinent ſpiritus, vti ſolet mandragora, cuius radices ſi vino concoquantur, vt ad ℥ij. propinetur, ſomnum placidè conciliat, ſed ſuper omnia laudanum opiatum & alia quæ nos antea diximus correctiſſima, in tractatu *de opij qualitate & vſu*, & poſt embrochæ vſum, capiti imponatur, & ſuccus ſemperuiuæ ſeu ſuccus ſedi, ſeu eorumdem aquæ, ſeu decoctum ſolani & papaueris.

Iudicium de opiatis auxiliis.

Cardani iudicium.

Quæ ſoporifera eligenda & quæ vitanda.

Solent

Intemperies cordis & cerebri lapſa quomodo corrigenda.

Solent etiam affectus melancholici, morâ & contumaciâ, intemperiem tam lapſam membris principalibus inducere, cordi nempe & cerebro, ſæpe habitualem, vt maiorem curam ſollicitet illius debellatio & correctio, & viarum apertio, quàm ſola delirij infelicitas; qua in linea duo conſideranda venimus & aperientia & lactis ſerum, aperientia potiùs potabilia & humida eligenda putamus quàm chalybeata deſiccantia, hæc enim potiùs adaugent intemperiem, ſiccitatem inducunt, quàm aperienda vtilitatem afferant, maximè in aridis ægrotis & vbi vſtionis empyreuma præualuit, & his iura diuretica eligimus, ſeu ius pulli ſaccharo roſato, rapontico, & ſeminibus diureticis maioribus infarcti, ad 15. & ad 20. dies, dummodo ſingulis ſex diebus lenienti medicamento repurgetur, vt ſyrupo cichorij cum rhabarbaro, Fernelij epocimate, aut ſolutiuo perſico.

De aperitiibus auxilius lex obſeruāda.

Iudicium de ſeri lactis quantitate ſumenda.

Quod attinet ad ſerum, Sefiertus ad tres libras eſſe bibendum iudicat, deambulandum poſtea, vt ad corporis penitiora ſe inſinuet, & obſtructionum cauſam per aluum & vrinas deducat; neque eſt magna ſeri copia pertimeſcenda, inquit, nam ſola illa copia per aluum & vrinas deiicitur; in minori vero nihil præſtat, non me latet, in magna quantitate Hippocratem ſerum conſuluiſſe, ſed nos qui in opere practico quotidie verſamur, adhuc ſtomachum non vidimus, qui tam ſeri quantitatem innoxiè ſuſcipiat, aliis enim venter inflatur, anxiè diſtenditur, alij vomitu reiiciunt, quod capere non valent, & aliis obſtructiones auget, quando ſuper cruditatem cruditas cumulatur, quod nuper experti ſumus in ciue Hiſpalenſi præcitato; quare ad lib. j. & ſtomachus capit & commoda ſperata conſequimur, & ſi placet, in illa ʒiij. foliorum ſenæ infundatur cum ℈j. aniſi aut coriandri ſicci: Zechus ſero admiſcet ſuccum cichorij aut pomorum & in magna quantitate conceſſit & ad 15. dies & teſtatur mirabili effectu.

In illa etiam quantitate aquas acidulas & thermales commendat, vtpote quę lienem & venas meſeraicas aperiunt, ac ſine moleſtia omnis generis vitioſos humores per aluum copioſa educunt: quod nos etiam poſſumus experientia teſtari de aquis illis acidis, quæ 15. milliaribus à Corduba deportantur; nam ibi tales & ſponte naſcuntur; ſed non eſt tam latus & prodigus ſtomachus, qui illam quantitatem vna vice ſuſcipiat, & cum vtili ad ℔. j. illam ſæpiùs propinauimus, ſed obiter aduerto, talem ſitim in matrona ab illarum vſu derelictam, vt poſtea nobis non parùm negotij facceſſerit, ad illam compeſcendam; quare illarum vſus vtilior videtur, vbi abundat cruditas, quam à ſiccitate valde extenuatis & vſtione etiam exſiccatis.

De aquis thermalibus indicium.

Aduertēda vnda.

De melancholia ex vteri conſenſu aut aliarum partium.

At ſi melancholia foueatur, aut ortum habeat principalem ab vteri conſenſu (& idem intelligimus ſi ab ſtomacho, hepate, aut liene) vterum reſpicientia & analoga, debent purgantibus & aliis auxiliis miſceri, cum in illo ſit putredinis minera: pro qua intentione, hoc præparatum vinum aptiſſimum videtur, ℞. vini albi ℔.iiij. aquæ artemiſiæ, matricariæ an. ℔. j. dictami Cretenſis, pulegij, calaminth. an. p.j. ſabinæ, rad. rubeæ an. ℥. j. galang. cinam. macis, ſem. dauci an. ʒij. infundantur per diem & colat. adde chalybis præparati ℥iiij. & vaſe obturato ſeruetur, & addatur confect. alchermes ʒij. & de hac colatura accipiat ℥iiij. & per 9. dies & ſi forte abhorreat talem infuſionem, hæc omnia in B. M. diſtillentur, & faciliùs illi diſtillatio capietur, aromatiſata guttulis eſſentiæ cinamomi, aut ſuccini ad iiij.

Diſtillatiō pro hac intentione.

Ad mēbrā roborandā auxilia.

Ad roboranda poſtea membra, longa ferendi patientia delecta, de hoc vtatur puluere, aut forte in tabellis ad ægrotantis libitum. ℞. pulueris ſmaragdi, iacynthi, margaritarum, coral. præparati, eboris, boli orientalis, manus Chriſti, lapidis bezuar oriental. an. ℈j. & f. puluis ſeu confect. Alchermes & triphera perſica & ſaccharo albiſſimo f. tabellæ ad ʒi. quæ cum aqua ceraſorum aut vino propinetur; vel fiat diſtillatio & forte gratior erit. ℞. cornucerui ℥j. meliſſæ, m. j. cardus ſancti m. ij. baſilicæ, mentę, ceterac. florum cordial. & tunicellæ an. m. ß. anthos. lauendulæ an. p. j. ſem. baſilicon, coriandri, aniſi, citri an. ʒj. macis, ſantal. ligno aloës cinam. cariophyl. an. ʒiij. & contuſa macerentur in vini maluatici ℔. j. aquæ bugloſ. & borag. an. ℔. ij. meliſſæ. lib. j. & f. diſtillatio in balneo & dentur ℥iij. ſyrup. violarum. ℥j.

De pyrotico & ſetone in bregmate.

Solet mania ad talem deſperationem ægrotos perducere, vt ad ſui auxilium deſperata ſollicitent, & grauiorum morbo; his omnibus peractis & dulcis aquæ balneis, ſi adhuc affectus renitatur. Gicinerius *tract.* 11. *cap.* 9. refert hiſtoriam cuiuſdam fœminæ maniâ laborantis, cui cauterium potentiale ſincipiti applicuit, quoad cranium conſumpta caro eſt, & poſtea aperuiſſe trepano, ac illam perſanaſſe: ſed nobis mitius videtur auxilium ſetonem in bregmate affigere, & diu conſeruare manentem, vt expiret melancholicus humor, qui maniam conſeruat.

Illuſtratio obiectionis ſuperiùs adductæ, & illius vltima ſatisfactio.

SVperiùs dubitauit quidam doctus, quia ad talum nullus venarum truncus deſcendit, nec à porta, nec caua deſcendenti, ideo in melancholia vbi in meſenterij venis ſanguis coaceruatur, nullo modo auxiliari poſſe ſectio venæ tali, nec adhuc hæmorrhoidibus prouocatis, quia internæ nullam communionem habent cum externis; ſed quia huic dubio doctiſſimè ſatisfacit Sennertus ad literam placuit illius ſententiam adducere; in huius melancholiæ curatione, Venæ ſectionem quod attinet, inquit, cùm humores morbi cauſæ in venæ portæ ramis conſiſtant, ſi eæ eodem modo vt venæ cauæ rami paſſim in corpore aperiri poſſent, commodiſſimè per eas cum ſanguine vitioſo humores vacuarentur, verùm ea commoditas non datur, nec vllus portæ ramus ad extrema corporis pertingit, niſi hæmorrhoidalis ad inteſtinum rectum, hic ergo ſi aperiatur, affectum hunc feliciſſimè curat, cum vitioſos humores in venæ portæ ramis collectos euacuet; verùm hoc Riolanus dubitat; nam ſanguis qui non peccat vacuatur, & qui peccat retinetur, ni natura ſua ſponte hæmorrhoidas eas aperiat, aut certè humores eo protrudat & conſueta vacuatione expellat: cùm enim hæmorrhoides duplices ſint, internæ à vena portæ & externæ à vena caua ortæ, non ſine cauſa quæritur, aut vtræque ſeu à natura ſeu arte apertæ, idem in hypochondriaca affectione cōmodum præſtent: pleræque hæmorrhoides externas cum à ramo epigaſtrico proueniant, parum commodi in hac affectione afferre poſſe ſtatuunt. etenim Fabricius Aquapendente, deſperationibus chyrurgicis de hæmorrhoidibus vbi prolixe & diligenter ea tractat, ſtatuit (& res ita ſe habet) dari duplices hæmorrhoides, alias à vena lienis, alias à vena caua, quarum illas alij internas, has externas nominant, à magno enim venæ portæ ramo, qui ad lienem fertur, quaſi ab eius medietate oriri propaginem effatu dignam, & rectà per meſenterium ad inteſtinum rectum deſcendere, eique retrò magis versùs coſyngem inſeri, & tandem oris ſuis in inteſtini huius finem deſinere, atque has eſſe hæmorrhoides à portæ, ſeu lienis vena ſcribit.

Lib. 3. p. 1. ſect. 1. c. 5. fol. 481.

Anatomia vtriuſque hæmorrhoidū.

Similiter à venæ cauæ & arteriæ magnæ propaginibus, quæ in magna cauitate abosſe ſacro, & coxendice efformata producuntur, duos effatu dignos ramos ad anum, ſeu muſculum inteſtinum rectum cingentem, ſpintera dictum, deſcendere, & vnum in dextera, alterum in ſiniſtra parte, & ita illas retrò potius & parte poſteriori inteſtini, has verò potiùs ad latera inferi docet, atque venas illas è porta antiquis notas, has verò à caua ignotas eſſe ſcribit, ea de cauſa quòd cum hæmorrhoides quæ à porta proueniunt, ſanguinem craſſum, nigrum, & fæculentum euacuent quæ vero à caua plerunque tenuiorem & ſeroſum, antiqui ſaltem hæmorrhoidum, quæ craſſum ſanguinem euacuant, morbiſque melancholicis & à liene & à vena portæ ortis proſunt mentionem faciunt, vt ex Galeno conſtat, & Fabricium in hoc etiam ſequitur Riolanus, ac proinde per illam portæ cacochymiam, per has venæ cauæ plethoram vacuari exiſtimat, & propterea Medicos reprehendit hæmorrhoidibus addictos, quòd dum externas hæmorrhoides aperiunt, purum ac tenuem ſanguinem extrahunt, craſſum & impurum intus relinquunt, atque hoc diſcrimen itidem antiquis ignotum eſſe exiſtimat.

3 Aph. 4. 6 Aph. 11. 12 21 47 & 48 & 2 ad Glau. 6. Epid. com 3. & 6. tomo 8.

Verùm & ſi quæ de hiſtoria hæmorrhoidum diligenter à doctiſſ. hiſce viris ſcripta ſunt, veriſſima eſſe concedimus, atque hoc etiam admittimus, externas non ſatis commodè aperiri, ad humorem melancholicum euacuandum, niſi ſponte à natura aperiantur: ſunt tamen quædam, quæ hiſce opinionibus deſideramus; ſit igitur finè, vt originem externarum hæmorrhoidum à vena caua prodeuntium, antiqui ignorauerint (quod tamen in medio relinquimus) ipſi tamen externas nullo modo ignorare potuerunt, vtpote quas oculis obuias habuerunt, ex quo ſequitur alterum, per hæmorrhoides externas, etiam atros & alios vitioſos humores, qui circa lienem & hepar colliguntur, euacuari; cùm enim antiqui has hæmorrhoides non ignorauerint, interim aſſirment, vt ex locis antea allegatis patet, per hæmorrhoidas euacuari hepatis materiam fæculentam, bilem atram, hæmorrhoidas eſſe maximum melancholiæ remedium, & ab atræ bilis fæculentia vexatis eſſe bonas, lienem induratum ſanare, facilè hinc patet, experientiam ipſam eos edocuiſſe, atros & alios vitioſos humores circa lienem & hepar in venæ portæ ramis collectos, per eas vacuari; itaque ita ſe habere quilibet, qui volet in praxi quotidie obſeruare poterit: ſi enim in eos qui ex hæmorrhoidibus commodum percipiunt, inquirat, omnes ferè hypochondriacos eſſe animaduertet, ſi porrò quærat

Concluſio huius dubij.

rat vitæ hæmorrhoides fluant, internæ an externæ, in pleriſque externas fluere, ægriſque etiam hypochondriacis commodum afferre; internas verò rariùs aperiri, ac proinde per illas non ſolùm plethoram, ſed & cacochymiam & viroſos humores euacuari intelliget: licet verò etiam interdum tenues quidam humores & ſanguis rubicundus per eas euacuari videatur, tamen is non purus eſt, ſed ſeroſus & ſalſus, ac icòr etiam ſine ſanguine profluit; colliguntur verò in venæ portæ ramis, non ſolùm humores craſſi & nigri, ſed etiam ſæpè ſeroſi & ſalſi.

Etſi verò à diuerſis venis hæmorrhoides internæ & externæ ortum habeant, tamen quia eidem inteſtino recto inſeruntur, communicationem quamdam horum vaſorum eſſe, & oſculis ſibi mutuò occurrere & ex hæmorrhoidibus internis humores vitioſos externis etiam communicari, & per eas effundi res ipſa & quæ quotidie circa ægros accidunt, loquitur; cùm videamus affectibus hypochondriacis laborantibus hæmorrhoidas etiam externas fluentes plurimùm prodeſſe: cæterùm reliquos venæ cauæ ramos incidedndi nulla eſt neceſſitas, niſi forſan plethora ſimul vrgeat & magna pars materiæ vitioſæ venæ cauæ iam ſit communicata & circa hepar adſit, tùm enim venam in brachio aperire vtile eſt; ſi verò à menſibus ſuppreſſis malùm originem habeat, venas in pedibus aperire, vt & menſtrua prouocare, vtile eſt, quod & in iis facere non incommodum erit quibus hæmorrhoides ſuppreſſæ ſunt.

ILLVSTRATIO II.

De Epileptiâ.

ARetæus *lib. 1. chronic. cap.* 4. ſic alloquitur de hoc fatali morbo: Interdum ſecundâ fortunâ euehit, vt per ſuccedentem prouectiorem ætatem abigatur, quando ſimul cum formæ dignitate euaneſcit: ſed & tam quoſdam abiens deformes affecit: pueros quoque pulchritudinis Inuidia perdit, aut manum inutilem reddens, aut faciem torquens, aut ſenſum aliquem prorſus auferens, quod ſi malum hoc penitùs inſederit, atque radices altiùs egerit, neque ipſum Medicus, neque ætatis mutatio ſubmouent, ſed cùm ægrotante viuit atque commoritur. Inſuper morbus iſte membra oculoſque conuellens ac diſtorquens, dolores ciet; Interdum & mentem in furorem adigit: triſte medius fidius eſt ipſius inuaſionis ſpectaculum, turpis eius deſinentia: at ſi diu permanet, neque per intermiſſiones citra noxam degunt, torpentes, abiecti animo, mæſti, hominum aſpectum conſuetudinemque fugientes: neque ætate procedente mitiores fiunt, vigilant per quietem, multis formidoloſis imaginibus terrentur: cibum ſumere faſtidiunt: ſumptum malè conficiunt, decolores facieque plumbea ſunt: ob ingenij ſenſuſque tarditarem ægre diſcunt, auditus hebet, aures tinniunt, capiti bombi inſonant: lingua in ſermone perplexa eſt, aut titubat, vt ex vi morbi aut acceſſionum vulneribus: tùm enim ob conuulſiones neruorum, motum, linguâ in ore variis modis torquetur: rationem quoque vſque eò morbus conturbat, ac deiicit, vt prorſus denique infatuentur; atque horum omnium cauſa eſt, cùm humiditate frigiditas &c. Et Trallianus *lib. 1. cap. 15.* ſi initiò neglecta fuerit, inquit, frequenter qui ea detinentur, commoriuntur: quibus addit Senertus, Infantes admodum parui, & mox poſt natiuitatem epileptia correpti, raro euadunt.

De epilepſia Aretæi iudicium.

Tralliani & Senerti iudicium.

De Curatione.

IDem Aretæus *lib. 1. de curat. chronicorum cap.* 4. ingentibus medicamentis, inquit, atque valentiſſimis in morbo comitiali opus eſt, venæ autem & quæ in cubito, & Frontis recta, ſecandæ ſunt, cucurbitula admouenda: non eſt autem vſque ad animi deliquium detrahendus, ciet enim morbum, deliquium animæ; opus eſt etiam ignem capiti inferre, proficit enim In primis, os perforare vſque ad ſecundam laminam, peropportunum autem remedium eſt, cucurbitula (nempe occipiti affixa & ſcarificata) adhibenda etiam ſunt compoſita ex viperis antidota & mithridatica: nonnullos vidi homines hauſtum cruorem bibentes: ô ingentem neceſſitatem, quempiam ſuſtinere malum malo piaculo depellere (& his addit Senertus ſanguinis humani potus vt venenum maniam concitare, nouimus) vitam autem degere oportet in regionibus calidis & ſiccis, ſiquidem res frigida atque humida hic morbus eſt.

De ſanguine humano auxilio.

Duo in epileptia animum acrioribus ſtimulis explorant, & conſenſus varietas & morbi radicatio: expendamus ergo neruorum paria, per quæ conſenſus ad cerebrum defertur, & ſecundò meatus, per quos cerebrum etiam valeat expurgari,

De paribus neruorum per quos conſenſus poteſt adueniri.

dum patitur per idiopathiam. Triginta ſeptem paria neruorum inuenerunt veteres anatomici; ſeptem à cerebro orta, triginta ab ſpinali medulla; nunc recentiores quadraginta, ſe inueniſſe dicunt, decem à medulla oblongata, intra craneum triginta ab ſpinali medulla extra craneū producta; tres ſunt cerebri meatus, quibus

De meatibus cerebri, per quos expurgatur.

à cerebri excrementis cerebrum expurgatur: primus eſt ſatis capax, in poroſa & fungoſa ſubſtantia, vbi ſpiritus animales generantur, continentur, mouentur & ad membra inferiora expanduntur; alij duo ſunt excrementis excernendis deputati, qui glandulosâ ſubſtantiâ muniuntur, quæ à cerebro excrementa exſugunt, & in infundibulum, cui glandula pituitaria ſubſtracta eſt, deſinunt, & ad corporis caloſi latera duo ſuperiores ventriculi cerebri, tenui quodam corpore, quod ſpeculum lucidum dicitur, inferius diſtincti expanduntur; ab horum tergo apparet fornix, ſub quo tertius vētriculus ex prioribus prouenit, in quo duplex meatus inuenitur, anterior qui in palatum deſinit, infundibulum dictum, quod finitur in oſſe ſphenoides, vbi plexus retiformis, ſeu rete mirabile aſſiſtit: cerebello etiam ſuū ventriculum recentiores tribuunt.

Sol Meth. c. 3.

Reuertamur ad cerebri conſenſum; non tantùm per communes vias ſit conſenſus, inquit Rondoletius, ſed per neruos ſextæ coniugationis conſentit epilepſia; conſentit etiam per venas & arterias

Per quas alias vias ſit conſenſus.

quæ à vena portæ aſcendunt, & exteriori ventriculi tunicæ inſeruntur: vnde etiam materia ad caput aſcendit: à liene per arteriam magnam: à renibus per venas & arterias, à pulmone per aſperam arteriam, ab vtero per vaſa ſibi conſocialia venarum & neruorum, vt etiam à ſepto tranſuerſo, & per venas ipſius meſenterij.

Quare autem epilepticis ſomnus & torpor accidat, non ſolùm ab exolutione ſpirituum accidere conſtanter iudicamus

Torpor & ſomnus quare epilepticis accidat.

ex importuno corporis motu delaſſato: ſed ex mixtione, ſeu maligni humoris, ſeu vaporis, qui epilepſiam concitauit, qui cum ipſis ſpiritibus miſcentur, quo torpidi redduntur, ſeu ad motum inepti, donec malignitas impreſſa euaneſcat; ſi non dicimus quod cerebri ventriculi ex inæquali actione compreſſi, exitu ſpiritibus denegato, faciunt oriari potentiam vſque ad illa ventriculorum compreſſio in quiete redeat ad ſtatum, quem poſſidebat antea.

In pueris ergo, vbi cautiori prudentia, noſtram opem ſollicitat accidentis ſæuitia; Tralliani conſilio operandum exiſti-

Lib. 1. c. 13.

mo: *Quod ſi infans eſt*, inquit, *vel etiam lac aſſumit, nihil moliendum eſt, neque agendum quantum ad curationem attinet: ſubſequens enim ætas & calor augeſcens ſuperfluam in capite humiditatem replentemque ipſius ventriculos diſcutit* (ô vtinam ſic ſemper, eueniret, ſed contrarium ſæpius experimur, accidenti altiùs radicato) attamen iuuare nos curamque habere oportet, vt lac nutricis benignum ſit, & excrementis liberum: nam quod vitioſum

De lacte nutricis eligendo, & quibus notis vitioſū à laudabili diſcernatur.

& craſſum eſt, valde ſolet naturam impedire (quæ ablatis impedientibus medetur) fiet autem probi bonique ſucci, ſi nutrici animum adhibeas & exercitiis vt ipſa mediocriter exerceatur, & cibis boni ſucci vtatur; ſi igitur lac fuerit tenue, paulum ipſum craſſum facere conuenit, ſin craſſum, extenuare quibuſdam, quale eſt fæniculum, anetum, aut aniſum, eruca, ruta, aut porrum: omnia autem hæc dum viridia ſunt, aſſumantur: nam ſicca cum magis ſunt acria, plus vteri vaſa aperiunt, & nimis ſanguinis menſtruorum vacuationes incitantur, quo nihil

Nutricem menſtruari eſſe certò graue malū, & venere vti, & impregnari.

eſt deterius: nam hinc neceſſe eſt etiam lac imminui, dū ſanguis purgatione decreſcit; quare etiam Venus nutricis pueris lactentibus eſt nocentiſſima, quippe lac hinc tenue & fœdi odoris fieri neceſſe eſt; ſin autem contingat etiam concipere, adhuc multò pernitioſius, ac cauendum eſt, ne illa omnino nutrix puero mamillam porrigat, ſed alia potiùs quærenda eſt, quæ lac habeat benignum.

De aqua theriacali epilepticis, apoplecticis, vertiginoſis. & paraliticis vtili.

SI verò iam habitum contraxerit epilepſia, & auxiliis ſine fructu tentatis ad reliquias in cerebro conterendas, & malignitatem humoris coërcendam, hæc theriacalis aqua eſt vltimum auxilium. ℞. florum primulæ veris, roris marini, maioranæ, betonicæ an. m. j. ſpecierum diamuſci dulcis, & diambræ an. ʒvj. confect. anacardinæ ℥ß. cubebarum, ligni aloës, nucis muſcat. cariophyl. piperis longi, carpobalſami an. ʒj. rad. acori ariſtol. rotund. & pæoniæ, iridis, an. ℥ß. granorum iuniperi ʒij. ſem. ſileris montan. aniſi, fæniculi an. ʒj. aquæ primulæ veris, betonicæ, & ſaluiæ, an. ℔. j. infundantur diebus 8. poſtea diſtillentur in cineribus calidis, & f. aqua, cuius cochleare accipiat, vel ſolius, ſeu cum ſpiritu vini, & ſi humoris frigiditas præualet, hæc omnia infundantur in ſpiritu vini cum aqua ſaluiæ & betonicæ & diſtillentur; vel fiat ſequēs puluis ex Quercerano. ℞, nucis muſcatæ,

macis.

macis, zinzib. cariophylorum, galang. ſem. fœniculi, aniſi, rutæ, carui, thuris, ſaluiæ cinam. an. ℥ij. lapid. bezuar orientalis ℈j. ſacchari, ros. tabulati, ad pondus omnium. & f. puluis & detur ℥j. aut aqua ſaluiæ. Hi etiam pulueres in catharro frigido & cerebrum corroborant & reliquias atterunt.

ILLVSTRAIO III.

De omni ſoporoſo affectu; ac de ſapientium Υ'πνοτοκα *virtute.*

SOporem induci, primo ſenſorio ligato, & ab extrema frigiditate, animales ſpiritus narcotica virtute torpentes, & immobiles reddi, communis eſt ſententia, vt ab opio & omni opiato auxilio; ſed recens obſeruatio rem altiùs nos expendere cogit: vidimus enim in conſtitutione peſtilenti Hiſpali anno Domini 1649. inter multos & diuerſos ægrotos, non paucos altiſſimo ſopore oppreſſos, & quod magis eſt, ſiti inexhauſta, aridiſſima & nigra lingua, & calore adurenti exhauſtos, vt omnia potiùs (præter malignitatem) intentiſſimum calorem teſtarentur, quàm ab extremo frigore narcoticam virtutem; hoc idem & in aliis malignis febribus obſeruauimus, vidimus etiam à veneno alias calidiſſimo ſoporem concitari: vt etiam ab ſpiritu vini, & vino vetuſtiſſimo & à prima ceruiſia; ab accenſis carbonibus calida & ſicca exhalatione inebriari, & etiam verti in apoplexiam; alia ergo virtus narcotica præter frigiditatem in iſtis ſopientibus inuenitur: nam, vt Aretæus dixit, bonus magiſter eſt experientia.

Sopor & torpor an à malignitate inducatur, & quomodo.

Sed quomodo malignitas & venenum in cerebri ſubſtantiam & ipſam ſpirituum animalium fabricam, ſoporem inducat, nemo ad practicam reduxit; nam illam Senertus ad occultam qualitatem reduxit: nam quando ſpiritus, inquit, aliqua vi narcotica non rectè mouentur, ſeu inepti ad actiones redduntur, & etiam ſequitur apoplexia, vt ab opio & opiatis à veneno aut malignitate febris narcoticam vim habentibus: nam malignitas etiam vim narcoticam imprimit, aut ex humoribus in corpore genitis, aut veneno: fruſtrà verò laborant, qui horum effectuum cauſam, ex ſola frigiditate deducere conantur, & hinc fit, vt & ſi apoplexia in paralyſim deſinat, tamen in huiuſmodi hominibus ratiocinatio & memoria vix priſtinum vigorem, recuperet, ſed hebetes & torpidæ illæ actiones, præcipuè ſenibus relinquantur; quod accidit, non tam quòd frigida & humida intemperies cerebro inducitur, quàm quòd à vapore narcotico mala & torpida diatheſis cerebro & ſpiritibus imprimatur.

Lib. 1. p. 2. c. 32.

Hanc etiam ſententiam ſequitur & defendit Nardus Antonius Rechus & Ioañes Terencius Lynceus *de Plantis Indiarum*, narcoticam virtutem non tantum frigidis addeſſe, ſed & calidis etiam, vt ſpiritui vini & veneno, & in opio, mandragora, & aliis opiatis, ob aliam virtutem à frigore diuerſam, ſed penitùs ignotam: & licet in noſtra Illuſtratione *de opij qualitate & vſu*, hanc omnino ſententiam reiurauimus, nunc illam altiori iudicio expendere, prudentiùs videtur.

Quercetanus alia incedit via, vti chimici ſolent, à communi recedere; dicit enim, hos malignos vapores, aliàs calidos & vrentes, vitriolatos eſſe, & habere virtutem & vim coagulandi, conſtringendi, & coarctandi, qui nebulas & exhalationes in cerebrum euectas ſubitò in glaciem vertant, quod an ſit poſſibile aliis iudicandum relinquimus.

Nos verò tam diuerſas & penè indicibiles actiones, in veneno maligna qualitate, in opio, & ſpiritu vini quotidie repullulare vidimus, at cuinam ex illis narcoticam virtutem tribuamus, penitùs ignoramus: in hoc enim ſi quo in alio medicinæ principio, aut practico præcepto, eſt certè iudicium difficile: aut enim iſta maligna qualitas narcoticam virtutem detulit ex craſſis & viſcidis humoribus, ſumma corruptione defœdatis, dum ab illis reſultat, & præter corrumpentem narcoticam virtutem tulit illorum ſuccorum magis conſocialem, at ſic primum ſenſorium obligari contingat, & ſpirituum fabricam torpentem reddere, vt etiam in vino aut illius extracto, in ebriis contingit, non ſola corpulentia, vt nos alibi diximus; ſed quare hoc in corde aut vitali ſpiritu non accidat, quis nos ſecuros reddet: ſi iſta qualitas à tota ſubſtantia operatur, cui nec calor neque frigus reſiſtit; aut ſecundò hanc actionem imprimit, dum hæc maligna qualitas extremam corruptionem ſpiritibus aut cerebro inducit ex qua lucidus calor & color, qui in vigilia ægrotos conſeruabat, poſtea obſcuri & tetri & craſſi, & omnino inhabiles vigilando redduntur, & inde ſopor ſequitur; ſeu tertiò dum talis malignitas inter deterrimas alias actiones, quibus vitæ nexum diſſoluere intendit, hanc etiam induceat ſpiritibus & cerebro, vt illos penitùs

Quot & quàm diuerſis actionibus operetur malignitas.

nitùs atterat, conſumat, & exoluat, in quibus vigilia libratur, cuius loco iugulandi impotentia inducitur potiùs quam in expergiſcibilis & altus ſopor; aut vltimo quia ipſos ſpiritus vehementer conturbat, & à ſeipſis alienatos reddit, vt indebite & ſenſui communi & phantaſiæ applicentur, quo non vigilia, ſed mentis ſtupor oriatur, aut ecſtaſis, quorum contagio certa diſpoſitio fortaſſe indicibilis in cerebro inducitur, ſeu vt illorum tranſitus præpediatur, ſeu vt illæ potentiæ diſtractæ ceſſare à proprio munere contingat; quænam ergo erit inter iſtas illa virtus narcotica; qualis ſit ego aſſerere non audeo.

ILLVSTRATIO IV.

De Apoplexia.

VTcumque ergo ſit apoplexia, eſt omnium corporis partium reſolutio, cum motus & ſenſus priuatione, ſed ad præſagij iudicium Galenus 2. *Aph.* 42. quatuor gradus conſiderare docuit, quoniam ſi reſpiratio ordinem ſeruat, debilis eſt apoplexia & hæc in paralyſim deſinit, fortaſſe ob virtutis vigorem; ſi verò lenta, inæqualis, inordinata, & intermittens, hæc eſt vehemens; ſi magna, violenta, cum ſtertores & ſpuma circa os apparet, non tantùm fortis, ſed deſperata eſt; 2. *Aph.* 43.

4. gradus apoplexiæ ad præſagiũ conſiderãtur.

De Curatione.

ARetæus *lib.* 1. *de curat. acut. cap.* 4. æquale ſanè adiutorium (inquit) vtpote magno affectui, magnum remedium miſſio ſanguinis eſt: modum autem coniectare difficile eſt: nam ſi pauló plus detraxeris hominè planè ſtrangulaſti: ſi minus detraxeris quam cauſa poſtulat nihil magni permagnum auxilium contulerit, adhuc enim cauſa permanet: ſed partiri euacuationes, magis conuenit; ſcindenda autem vena in concauo cubiti (nempe communis) à ſalubribus ramen partibus ſanguinem haurire oportet. Ceterùm ſi frigiditate multa, torpore, & ſenſuum abolitione hominem occupante, minimè ſcindenda videatur, ſubluenda aluus eſt, ſublutio planè acris eſto: interim igitur, roboratis viribus, purgatorij medicaminis, quod ſacrum vocant, integra potio danda eſt, & æger in lecto ſupinus collocandus (nempe ne ſuffocetur) & agitandus ſenſim qui ferunt geſtantibus vomere etiam maximè excitat: at miram habet vim ad reſolutos caſtoreum, & illitum cum aliquo oleo, ſed longè potentiùs eſt, ſi cum mulſa potui detur, portio verò ſit ad ʒi. ſeu ad ʒß. cùm morbus autem diu trahitur, & caput in cauſa eſt, cucurbitula occipitio affigenda, & ſanguis largiter hauriendus, plus enim quàm venæ ſectio proficit, & vires nequaquam labefactat; ſed priùs inter ſcapulas inanem cucurbitulam admoueas, vt in contrarium eius quæ in occipitio eſt ſuccos reuellat: ſpes autem vnica omnium pariter reſolutorum ſeparatimque ſingularum partium eo vitio laborantium in oleum inſeſſio fuerit.

De ſang. miſſ. conſideratio.

De purgationis tempore.

De virtute caſtorei in apoplecticis.

De cucurbitula occipitio affigenda.

De balneo olei.

Celſus *lib.* 3. *cap.* 28. *de ſang miſſ.* ſic alloquitur: ſi omnia membra vehementer reſoluta ſunt, ſanguinis detractio, vel occidit, vel liberat, aliud curationis genus vix vnquam ſanitatem reſtituit, ſæpe mortem tantùm differt, vitam interim infeſtat. Poſt ſang. miſſionem ſi non redit & motus & mens, nihil ſpei ſupereſt, ſi redit, ſanitas quoque conſpicitur, & ad ſanguinis miſſionem vires non actionum animalium ablatione æſtimandæ ſunt, ſed quales ante inuaſionem apoplexiæ erant; ſi enim tum ſatis fortes æſtimabantur, etiamnum permittunt: non enim ſunt in eſſentia debiles, ſed per aggrauationem, quod ad ſang. miſſionem coindicat, & nulla poteſt maior vrgentia illam indicare, & in ſumma vrgentia ſuperior vena ſecetur: non enim tum agitur de oppreſſa vacuatioue prouocanda, ſed de ſummæ vrgentiæ ſuccurrendo, ac poſtea, ſi inducias præſtat, de reuulſione illius quod fluxurum de ſuppreſſa vacuatinne timetur, & per horas partiri ſang. miſſionem oportet: ſic enim humor & magis commouetur, & vires magis ſetunt: poſtea vena frontis ſecetur, aut vena narium, ac vltimò cucurbitula in pupi capitis aut in occipitio ſcarificetur, & ſi adhuc his non cedit, venæ iugulares aperiantur tranſuerſim: ſic enim non difficulter coaleſcunt, ſi bolo armeno pilis leporis, & oui candido medeantur, & aqua apoplectica in os infundatur cum guttulis eſſentiæ ſuccini.

Celſi iudicium.

Quæ vires æſtimandæ ad ſanguinem mittendum.

Per horas partiri ſãg. miſſionem oportet.

ILLVS-

ILLVSTRATIO V.

De Lethargo.

EST altus ſopor cum febre & continuo delirio alta obliuione; a cerebri inflammatione, irrigatione, aut vehementi commotione.

Aretæus, *lib. 1. de curatione acut. cap. 2.* ſic curationem inſtituit veternoſi affectus: ſi alteri morbo (inquit) vtpote phrenitidi, ſuccedat veternus, venam non ſoluit, neque aliunde multum ſanguinem educito (quia vires nempe ex antecedenti morbo ſunt attritæ) ſed ventrem ſubluito (clyſtere nempe) non ſolùm ſtercoris educendi cauſa, ſed etiam vt à ſuperioribus partibus reuellatur, & à capite deriuetur. multo ſale & nitro, optimum verò ſit ſublutioni, caſtoreum inſpergas imum enim inteſtinum veternoſis frigidum eſt & ad excretionem emortuum: quod ſi ſuo pro ingenio, veternus incipiat, corpore pleno ſanguis detrahendus eſt. Si pituitæ aquoſæ, aut aliorum ſuccorum purgare opus eſt: ſi nerui doleant, ſed multò magis ſi extrema frigeſcant, caput ceruicemque caſtoreo cum anetino oleo inungito, atque irrigato: quin etiam ſpinam ſicyonio aut veteri oleo perfundito: ſi primarius affectus ſit, cucurbitulam applicare oportet, poſtquam verò interualli temporis ſenſus purgati fuerint, capitis vertici applicabis, quandoquidem ea parte vacuare ſine virium moleſtia poſſumus: ſi manus & caput contremiſcant, caſtoreum ad ʒß. ex mulſo, cyathis tribus bibendam dato, ad plures dies: ſin bibere non poſſit, in imum inteſtinum infundatur, idque per plures dies faciendum; nam præter alia bona firmi atque robuſti nerui efficiuntur, & habitus ad calidum ſiccumque permutat, morborumque conſtitutiones conuertit: optimè perficit etiam, ſi in nares inſpiretur, ſuper alia ſternutatoria: bonus autem magiſter eſt experientia: opus eſt verò & ipſum periculum facere, timor enim & cautio imperitiæ cauſa eſt, ideo caput radendum, ſpongiis fouendum, & ad vſum acrium deueniendum, vt tapſia aut ſinapi.

De caſtoreo in veternoſis.

De cucurbitula capiti applicanda.

De clyſtere ex caſtoreo.

An timor an audacia præferenda

Senertus *cap. de lethargo* neque in purgando, inquit, cunctabundus ſit Medicus, cùm materia ad caput ruens valde vrgeat, & conſultius ſit eam vacuare, dum in motu eſt, quàm dum in capite firmata, & ſedem ibi fixit, & omnino periculum in hoc morbo aliquid peculiare permittit, & vt Serenus habet, Medici hæc potiora putant, quam dulci morte perire.

Ad excitandum à profundo ſopore aut apoplexia accipe aceti acerrimi ℔. ß. ſem. nigellæ, rutæ. & caſtorei an. ʒß. & hæc affundantur ſuper laminam ferri ignitam, & fumus per os & nares ſuſcipiatur, & ſi caput à pituita topice expurgare oportet, ſuo loco & tempore, accipe linteum rotundum, quantum palato affigi poſſit & illiniatur balſamo fino, & ſuper balſamum imponatur folium nicotianæ ſiccæ, vt adhæreſcat, aut inſpergatur puluere tabaci validi & ad palatum ægroti affigatur, nam validiſſimè attrahit pituitam à cerebro, ſed os apertum conſeruetur, vt expurgare valeat pituitam attractam; ſed aduerte quòd proprium ſoporis alexipharmacum eſt caſtoreum: vnde ſi ad bibendum cogi poſſit. ℞. caſtorei ʒß. oximelis ℥j. ſquilitici ʒiß. aquæ ſaluiæ ℥ij. & ſucci conſolidæ maioris ʒiß.

Excitantia à ſomno.

Soporis alexipharmaci proprium eſt caſtoreum.

Nec illud prætereundum duximus, ea quæ vulgantur narcotica, vt opium, mandragora, &c. Vt & pleraque alia quæ maligna qualitate ſoporem inducere creduntur, non à frigore, ſed ab excedenti calore, ab aliqua ignota qualitate ſoporem concitare, & ſi hoc vti verum amplectimur; aut attemperantibus frigidioribus, aut alexipharmacis medendum exiſtimamus: vt & inebriatis ab ſpiritu vini & vino generoſo. Hoc etiam confirmatur, hoc Turcarum auxilio, quòd apud ipſos dicitur Amphion & alio nomine Bongelie, de cuius qualitate & vſu, apud Turcas diſſeruit Scaliger *ſect. 1. exercitat.* 175. & Vuterius *lib. 3. de præſagiis dæmon. cap.* 18. Senertus *lib. 1. p. 2. cap. 6.* & in hoc omnes conueniunt, Amphion & Bongelic nihil aliud eſſe, quàm opium vulgare, quod iter facientes aſſumunt; vt hilariùs tempus perdant, feſſique redeuntes ſuauiùs dormiant: ferunt enim ſe poſt eius vſum ſibi ſomnia iucunda obiici, & choreas pulcherrimarum virginum ſibi videri per ſomnia, & non quod illis vires neque animos addant, vt plerique dixere: ſed in hoc Amphione calorem præualere exiſtimant, non frigus, & Senertus, à qualitate nobis prorſus ignota & occulta, illa concitari exiſtimat.

In ſopore oppreſſo à praua qualitate quid agendum.

De qualitate Amphion & Bongelic Turcarū, de illius vſu, & quare illo vtantur.

Si ergo ſecundùm prædictam diſtinctionem æquilibrantur cauſæ, debent etiam auxilia interna & externa librari, communia & topica, prout caloris aut frigoris ſe monſtrant accidentia; nam in maligna & peſtilenti alexipharmaca & ſpiritus & natiuum calorem roborantia, quæ cerebrum reſpiciant, debent eſſe auxilia: in cerebri inflammatione, ſua peculiaria

De auxilio ſopientium ſecundùm caloris aut frigoris exceſſum.

culiaria in practicis docentur; ex irrigatione frigidæ & putridæ pituitæ, vt Aretæus docet, in aliquo tamen debemus à Medicis vulgaribus differre; indifferentia nempe auxiliorum, & notitia iuuantis & nocentis, antequam nos ipſa de euentu edoceat; maximè in cerebri & capitis morbis, vbi non eſt leue peccatum; nam Galenus 2. *de compoſ. med. ſecundum locos cap.* 1. & Ætius *Tetrab.* 2. *ſerm.* 2. *cap.* 46. hæc cerebro & capiti infeſta eſſe docent, ſemen cannabis, lini, erucæ, ſinapi, dauci, cœpæ, baccæ iuniperi & dactyli, ideo ſemper in cerebri affectibus vitanda: nempe in capitis dolore, quoniam illum augent: vt etiam viricis ſemen & abſynthij ſuccus, lactis potus, glandes comeſtę, oliuæ nigræ, arburi fructus & eruum, mirrha, thus, & hederæ corymbi, & præter iſta in lethargo & phrenitide ſunt etiam vitanda lentiſci fructus, crocus, peuſodarium, ciclaminus ſicca, & viua pota, & ſtyrax, iſta quia mentem perturbant, vt etiam hyoſchiamus & opium non preparatum; Vega damnat columbas, & has etiam Valeriola improbat, ſtricta aluus ſolet caput vaporibus replere, quod & inedia etiam obſeruatur, fortaſſe efferatis vaporibus & caput aſcendentibus: inter alia verò, quæ & caput roborant & cerebrum confirmant, ſunt auellanæ non maximè vetuſtæ, nuces iuglandes, ſchenantum, ſtecados, maiorana, & pimpinella, caſtaneæ à pleriſque laudantur: magnū capitis & pedum conſenſum Senertus ſe obſeruatum docuit, dùm in calida intemperie lotionibus vtitur, & ſi ſeminis pſyllij muſcelago capiti applicetur, ad prouocandum ſomnum, in preuigilio aceto extrahatur, ſed eo planè conſilio ne rumpatur; quia in ſuperficie eſt frigida & humida, intus verò ignea & acuta.

Quæ auxilia capiti infeſta & contraria, ſunt.

Capitis & cerebri roborantia.

De conſenſu pedum & capitis.

ILLVSTRATIO VI.

De cerebri commotione, ac eius accidentibus, ac omnibus quæ valent cerebro euenire.

SOlet interdum ex caſu, percuſſione, aut ſubito & vehemen terrore, abſque eo quòd cerebri ſubſtantia rumpatur, aut lædatur, vaſa, quæ cerebrum circundant, vt in rete mirabili, rumpi, aut lacerari, vt fiat inde venatum nauſioſis fortaſſe ſuper vomitus, & ideo obſtrui & comprimi meatus cerebri extrauaſato ſanguine aut in grumos concreto, vt ſpiritus exitus intercipiatur, quo ſit vt ſopor aut apoplexia ſuperueniat, aliquando paralyſis; idem etiam (noſtra ſaltem ſententia) aduenire exiſtimamus ex nimia plethora, quo ad vaſa, vt etiam rumpatur ex nimia diſtentione aut venæ aut arteria cerebri, vt idem etiam affectus ſubſequatur; vidimus enim in hoc aut illo caſu in grauiter oppreſſis, viuentibus adhuc, aut poſt mortem, magnam ſanguinis quantitatem per os aut nares deiici, & expelli, ab illo extrauaſato ſanguine, quod etiam in phlegmone cerebri, aut tumore duro accidere par eſt, & abſque eo quod illa vaſa rumpantur, poſſunt ſolā plethorâ ita vaſa diſtendi, vt ſanguis ab his vix capi queat, vt cerebri ſubſtantiam ac meatus non pororum tantum, ſed cauitatem ita grauet & comprimat, vt illa, anguſtiora reddat, quàm valeat aut vitalis ſpiritus ex corde aſcendere, aut animalis ad inferiora deſcendere, ſeu liberè in cerebro moueri, & in neruos influere, & hæ ſunt veræ interceptiones & occluſiones venarum, quas Hippocrates dixit *in* 4. *Acut.* dimitto communiſſimam cauſam, quando in baſi cerebri tanta humiditatis copia cumulatur, vt mollior laxiorque redigatur, vt ita concidat in ſeſe, vt ventriculorum cauitates & ſubſtantiam comprimat ſola repletione, ſeu mollificatione, quo non valeant ſpiritus trāſire, & ſi benè memini, nos etiam alibi diximus hoc idem accidiſſe, ex ſola diſtenſione vaſorum, à nimia flatus illuuie ſubitò irruente, velut in catalepſi & catocho, ſi vaſa ita diſtenta comprimi non valeant, vt facultas attrahat aut expellat: illud etiam ab hac vltima cauſa nos remur euenire, dum nempe nimia melancholicis humoris ſiccitate, ſeu à cauſis aliter exſiccantibus, cerebri vaſa ſeu venæ aut nerui & arteriæ corrugata, concidunt ad ſeſe, vt tranſitus ſpiritibus liber non concidatur, quæ ſanè cauſa aliam à præcedentibus curationem optat, humectantibus nempe & temperatis, non frigidis vt irrigationibus capitis, lacte, oleo violarum, balneis ſimilibus & ſimili dicta in rebus naturalibus & in non naturalibus.

De cauſis diuerſis commotionis cerebri.

A ſiccitate cerebri alia cauſa à prædictis diuerſa.

Non tantùm ob has præfatas cauſas cerebri commotionem fieri Galenus adnotauit, in commentario illius Hippocratis ſententiæ 7. *Aph.* 58. ſed ob externas cauſas, dum nempe animus ita valde conſternitur, vt omnes cerebri potentiæ ferientur, ob vehementem etiam animi paſſionem & ſubitum timorem, à tonitrui & bombardarum ſonitu, aut ab aliis vehementibus cauſis, quia virtus animalis retracta in cerebrum ſimul cum

Ab animi paſſionibus quomodo cerebri commotio inducatur.

ſpiritibus

ſpiritibus & ſubito retractis, nec ſenſus operentur, nec potentiæ rectricis valeant edere actiones, deſertis ſpirituum organis: ſeu ſpeciebus illa turbatione conturbatis: nam vbi cerebrum concutitur, ſeu aliqua vehementi cauſa alteratur, non ſolùm commouentur & conturbantur ſpiritus, ſed & cerebri partes à naturali ſitu dimouentur, & meatus cerebri etiam concutiuntur, quinimò & vaſa, per quæ illi excurrunt: ad cerebrum tendentia, & per illius ſubſtantiam ſparſa, vt nerui etiam comprimi & contorqueri valeant, & aliquando rumpi, ſi maior accidat violentia & maximè ſi ſanguis ad cerebri ſubſtantiam refundetur: quòd ſanguis per os & nares aliquando effuſus conreſtatur; faciliùs & ſecuriùs hæc cerebri commotio obſeruatur, ſincipiti percuſſo quàm alia capitis parte, fortaſſe quòd propinquior cerebro, vt etiam adnotauit Hippocrates in Nerei hiſtoria, cuius ſigna proponit per hæc verba; *Pulchra erat Virgo, Nerei filia, & ferè annos nata viginti, cui à fœmina ludente, lata manu ſincipat percuſſum eſt: ac tum quidem oculorum caligo corripuit, & ſine reſpiratione erat, cumque domum perueniſſet, illicò febri vehementi correpta & capitis dolore tentata eſt, cum faciei rubore, ſeptimo autem die ad aurem dextam pus graueolens, aliquantulum rubrum, cyatho vno amplius prodiit, meliuſque habere & allenari viſa eſt, rursùs innaleſcente febre in ſomnum propenſa erat, neque loqui poterat aphonos, faciei pars dextra contrahebatur, difficultas ſpirandi & conuulſio cum tremore erat, & lingua impediebatur oculuſque ſtupidus factus eſt, nono mortua eſt.*

In hac hiſtoria Hippocrates omnia ferè recenſet accidentia, quæ ſolent in hoc fatali morbo euenire: ideo à variis Fabricij, Hildani, Valeriolæ, & Dodonæi hiſtoriis ſuperſedeo: illud tantùm notatu dignum exiſtimaui; vt ſi quando leuatio ſperabatur, accidentia grauiora incipiant, hoc eſſe ad deſperationem: nam ſi mox ad ſe redeant & loquuntur, maior ſpes elucet, quia cerebri meatus explicari eſt indictum: nec de alia cerebri læſione ſuſpicari par eſt: ſi verò poſt hanc leuationem, grauiora ingraueſcant ſymptomata, aut magnam arguit cerebri læſionem, aut illius venarum ſuper vomitum & certam nauſeoſim extrauaſati ſanguinis diruptis circa cerebrum vaſis: illud enim indicat febris acuta fortè inflammationis conſectaria, delirium, ſopor inſuperabilis, mentis ſtupor, quæ vt plurimùm excipit apoplexia, ferè ſemper paralyſis, vt Hippocrates, dixit 7. *Aph.* 14: cæcitatem etiam obſeruauit Fabricius & fatalem conuulſionem, & ille & Hippocrates: ſi læſio extrauaſati ſanguinis opticos adoritur: aut principium ſpinalis medullæ; ſi cerebri ſubſtantiam concipit inflammatio, minatur ſphacelum, quem mors excipit; in nono virginem periiſſe Hippocrates obſeruat, quoniam decretoriis mutationes fiunt ad mortem vel ſalutem; nos in ſeptimo aut 4. fatuum aliquem euaſiſſe obſeruauit Senertus.

Cent. 1. obſeru. 11. & cent. 1 obſeru 9. & 36. Valeriol. lib 3. obſer. 1. & 8. Dodon. obſeru. med. c. 12.

Accidentia quæ cerebri commotionem ſequuntur.

Huius affectus regularis & coacta curatio.

CVrationem conſulit ſeu regularem, ſeu coactam, affectus magnitudo & vrgentia, aut affectus præſumptio; in quo aut ſecura eſt ſalus ſperabilis, aut graue damnum timetur; ſiue fit in plethora, magna contuſione, aut vehementi caſu, ſeu furioſa aliqua paſſione, quare in regulari, inter indicationes, quæ primo occurrit eſt maxima reuellendi neceſſitas ne ſanguis magis ac magis ad cerebrum confluat, iam ſanguine oppreſſum: non tantùm à malleolis ſang. miſſione repetita, ſed hæmorrhoidalibus ſanguiſugis applicatis, licet nunqam antea fluxerint, & hoc eadem die, non tantùm æquali auxilio præſumptæ multitudini, ſed etiam vrgentiæ in celeritate ſuccurrendi: excepto in extrema vrgentia (hæc enim eſt coacta curatio) quando hunc ordinem interturbare cogit, vtcumque methodus præuertatur, veluti in profundo ſopore, & anaudia, cum vehementi febre, motibus conuulſiuis, quæ iamiam minantur apoplexiam: quoniam in hoc caſu non tantùm ex cæphalica, ſed naribus, aut fronte eſt ſecanda, ante regularem illam reuulſionem à methodo generali commendatam: de repellentibus interim non obliti, nam par nos neceſſitas vrget reuellendi ac repellendi in Galeni ſententia 13. *Meth.* 21.

Regularis curatio.

De curatione coacta.

Si verò à baſi cerebri, tanta humiditatis copia cumuletur, aut ex nimia flatuum illuuie ſola diſtenſione vaſorum adueniat affectus, ſeu ſola ſiccitate humoris melancholici, aut à cauſis aliter exſiccantibus, tunc cautiùs eſt agendum, in reuulſione & deriuatione, quod tantùm Medico commendatæ prudentiæ committendum verè exiſtimamus: contrariis nempe pugnandum, non vtvt ſors tulerit ſed prout petit aut lapſa intemperies, aut inſulſa humiditas, & debilitas huius nobilis membri: quæ etiam prudens conſideratio extenditur ad vehementes

Curatio à nimia humiditate cerebri, ſeu à flatibus.

mentes animi paſſiones, ſeu caſus vehementes, vbi retractos ſpiritus expandere eſt vltima neceſſitas : nam tunc clyſteribus valentioribus eſt reuellendum potius cucurbitulis & frictionibus, interdum hyrudinibus ano impoſitis, & cucurbitulis ſcarificatis.

De capiti cerebro applicãdis. Poſtea eſt de capite radendi cogitandum, dum hæc aut illa auxilia vacuantia & reuellentia imperantur & caput oleo roſato aut myrthino admixto inungendum, aut ouo integro cum oleo ros. omphancino; aut in emplaſtri forma cum prædictis oleis & farina hordei & fabarum, & parum lactis muliebris: quod ſi illis æger non reſipiſcat. Pareus venam in pupi capitis ſecare commendauit, quæ ſuper lambdoc idem excurrit, ex ore & naribus ſpiritu cohibito: ac deinde ſub lingua & venam frontis ſecat, vt iam cõmotus ſanguis fortaſſe educatur, ne extra vaſa putreſcat; hæc debent imperari à 3. ad 4. diem poſtea verò reſoluentium & tenuantium aliquid admiſcere oportet, vt coagulatus ſanguis diſſoluatur: quod hoc nobili emplaſtro conſequemur, ℞. farinæ fabarum, hordei, florum camomeli, & ros. an. p. j. oximelis ℥ß. ſucci abſynthij ℥ij. coaguli leporis ʒiß. olei ros, ſatis ad emplaſtrum, & decocto cum ſpongia etiam foueatur: ℞. rad. altheæ, ciperi, ſquinanti, ros, calam. aromat. faluiæ. maioranæ, betonicæ, ſtecados, an. m. ß. & poſtea imponatur hoc emplaſtrum : ℞. furfur: farinæ hordei, fabarum, lentium, ros, myrtil. an. ℥j. calami aromat. camomeli, melilot. an. ℥ij. nucum cupreſſi ℥ß. olei roſat: & camomeli, an. ſatis, & cum cera f. emplaſt. & ſi amplius tenuare & reſoluere deſideras. ℞. gummi hederæ ℥iij. reſina ℥ß. olei ros. ℥ij. terebenth. ʒiij. ſucci ex foliis hederæ, & germinibus ℥iij. farinæ fabarum ℥ij. ceræ ſatis ad emplaſt. neque diſplicet pulmonem arietis applicare, aut columbi recenter mactati.

Vena in pupi capitis quando ſecanda ſub lingua & in naribus.

De reſoluentibus & diſſoluentibus grumos, ſanguinem coherentem.

Si verò à cranei compreſſione ſit ſuſpitio, adhuc ſine fractura in infantibus cranium ſolet eleuare, hoc emplaſtrum. ℞. reſinæ pini, ceræ flauæ, an. ℥iiij. terebenth. clectæ, gummi elemi an. ℥iij. olei ros. ℥ij. amoniaci ℥iß. farinæ volatilis. ℥j. vini nigri adſtringentis ſatis ad emplaſtrum; vel ℞. maſticis terebenth: an, ℥j. gummi elemi ℥iß. colophoniæ, reſinæ pini, an. ℥ß. amoniaci ʒj. ſucci betonicæ, conſolidæ maioris & minoris an. ʒj. ſucci apij ʒvj. vini odorati, ℔. ß. bulliant ad vini conſumptionem & colat. adde olei maſticis & ceræ ſatis ad emplaſtrum, ſeu ad ceratum, & verè cranium depreſſum ad priſtinum ſtatum reducitur, & hæc etiam auxilia paucis ferè mutatis ad capitis contuſionem valent & etiam cum cranei fractura: quòd ſi ſola contuſio in pueris apparet, primò imponatur ſtuppæ, albumine oui & aceto roſato maceratis, ac poſtea hoc emplaſtrum. ℞. pulu. ros. fol. & baccarum myrthi, an. ℥ij. farinæ fabarum, hordei, an. ℥j. abſynth. betonicæ an. ℥ß. ſem. cumini ʒj. mellis albi ℥ij. & cum vino nigro f. cataplaſma, cui adde olei ros. & camomeli an. ℥j. vt reſolutio maior comparetur.

Ad ſubleuandum cranium depreſſum in pueris.

Ad capitis contuſionẽ hæc auxilia.

Ad inſomnia moleſta auxilia. Solent à ſomno inſomnia vehementer hominem delaſſare, vehementes affligere; huius afflictionis auxilium eſt hauſtulum aquæ frigidæ ſumere, quo vapores & cerebrum etiam temperatur, & ſi amplius vexat, vti hypochondriacis, qui ſomnium, ne ſomnient, fugiunt; de hoc puluere detur ʒj. aqua ceraſorum. ℞. ſmaragdi, hiacynth. margarit. coral. an. ℥ß. ſacchari albi ʒij. in calidis cum aqua lactucæ, frigidis in aqua tiliæ aut ceraſorum.

In ſomniorum cauſas. Hoc ſolet euenire, quia in ſomno phantaſia malè cohærentia coniũgit, minus perfecta actione : nam illa ſeu vera intuetur, iiſque fidem adhibet, neſciens ſe dormire : nam licet ſit primum ſenſorium ligatum, vt ſenſus externi videantur quieſcere, phantaſia tamen liberè operatur, & de illis iudicat, quæ vigilando peragit, ſenſerit, & cognouerit, dum illa ſpectra, ſeu vera intuetur, vnde rectè dicitur, quòd ſomnia ſunt, dormientium deliria, & deliria vigilantium ſomnia : nam ſub hac hæreſi mentis vtraque potentia operatur, vnde orta parœmia Per febrem ſomniare : ſunt enim ſomnia naturalia quædam viſa in ſomno apparentia, ſeu aberratio imaginis circa phantaſmata per ſomnum oblata, ab ſpeciebus in memoria vigiliâ derelictis, quæ ab aliqua ſpecie excitarur. vt dixit Claudianus.

Somniã naturalia quæ.

Omnia, quæ ſenſu voluũtur vota, diurno
Tempore, nocturno redit amica quies.

OBSERVATIO.

De obſtructionibus antiquis hypochondriacæ melancholiæ, ad quas ſequuta eſt atrophia, & an in illis chalybis vſus conueniat; & thermarum.

IN hoc Hiſpalenſi theatro his diebus atteniè obſeruauimus ex hac obſtructione tres ægrotos, nullo proficiente auxilio periiſſe; nobilis quædam mulier chalybis vſu, magis de magis quotidie atrophica

trophica deuixit, Doctor etiam Ildefonſus de Granados, nobilis Medicus Hiſpalenſis, ex antiqua obſtructione meſenterij & melancholico affectu, qui magis vergebat ad mirachiam quàm ad melancholiā atrophiâ incœpit laborare, & poſt chalybis vſum & iuris diuretici, neſcio quo conſilio, aquam bibere cœpit cuiuſdam herbæ, quæ apud Hiſpalenſes dicitur Paſote quod ex validioribus diureticis eſſet, hoc enim conſtat experientiâ validiſſimè vrinam prouocare, cùm ſit calida circa 3. & ſicca in 2. & ſeri colliquatione vrinam ducere: ſed ex hac potione, in febrem ardentem incidit arida lingua, ſiti incompeſcibili & calore vrenti, quo atrophiâ & febre intra diem 20. animam reddidit creatori, & anno præcedenti 1660. D. Ioañes de Frugillo ciuis Hiſpalenſis ſub hac obſtructione melancholica cœpit atrophiâ etiam laborare & profundâ turbari melancholiâ & dum à peritioribus Medicis mederetur, quantùm ars & prudentia permittebat, ab ægroti querelis & rebelli naturâ mali profundiùs impreſſi, ſuperati, potum thermæ ſulphureæ illi conſuluerunt, & cum penè extinctus eſſet innatus calor, non cordis tantùm, ſed partium etiam ſolidarum potum ſimilium aquarum ſuperare non valuit, ac etiam ſub extrema atrophiâ occubuit Septembris die 28. anni Domini 1661. quod etiam alio nobili ciui Hiſpalenſi accidiſſe audiui, qui Marcus de Landa dicebatur, ex potu aquæ, quæ dicitur apud noſtros de Bornos: in primo & ſecundo caſu chalybis vſum, extremam ſiccitatem induxiſſe, in humore Impacto calidæ & aduſtæ melancholiæ, vt obſtructione preſſiores efficeret, mihi non eſt dubium, valido exercitio & ſiccitatis chalybis. vnde magis ac magis quotidie adulta eſt atrophia vſque innatus calor marceſceret, alimenti defectu, ne tantùm cordis ſed etiam partium ſolidarum, vt euerſa temperies, formæ præexiſtenti eſſet incompatibilis: in 3. & 4. caſu aquæ mineralis thermarum, parem ferè cauſam inuenio, & quare nec obſtructiones etiam ſuperentur, & vt puſillus calor, ex antecedenti atrophia penitùs extinctus diſſipetur, ſi non aquarum multitudine obruatur: nam aquæ ſulphureæ verſus ſiccitatem excedunt; ac nimio etiam calefaciunt & pondere mineralis & multitudine potionis (nam ad 3. & 4. libras propinatur) obſtruentis humoris ſiccitatem adaugent, hepatis intemperiem inducunt (nos enim vidimus aquam de Aſpa, ſitim inexhauſtam reliquiſſe, & febriculam, quæ ſummâ difficultate poſtea temperatur) qui-bus obſeruationibus edoctus in poſterum decreui commendare (vt diſcat caueatque poſteritas) vt chalybis & ſcoriæ vſus & mineralis aquæ tantùm propinentur in principio harum obſtructionum, dum frigidus adhuc humor præualet, ſiue humiditate, ſeu ſola ſiccitate copulatus, antequam humoris aduſtio intentioni horum auxiliorum reluctetur, apertioni nempe, tenuationi, & reſerationi: nam poſtquam humor obſtructionibus impactus induruit, aut vſtionem & nimiam ſiccitatem aſſequitur, non cedit, & ſecundò antequam innatus calor calore & atrophia ita ſit exolutus, vt ferre non valeat horum auxiliorum actionem, qua debent & valent in corpus operari: nam licet ſint talia auxilia à morbo indicata, & ab illius cauſa, adhuc reſtat an ſit poſſibilis illorum executio ex parte radicationis morbi vlteriùs producti, & ex parte virtutis, quæ debet auxilij efficaciam tolerare.

Sunt enim quidam morbi ſtatus, ſunt certi denique gradus adeo iam progreſſi, qui non valent, nec ab ipſa naturæ maieſtate, nec ab artis excellentia ſuperati, hectica ſebris in principio difficilis cognitionis, facilis curationis eſt, dixit Galenus, ſed quem iam maraſmus occupauerit, hunc nec ſanare tentaueris: epilepſiam, ſola ætatis mutatione docta natura ſuo contrario auxilio medetur, à nitroſa nempe humiditate ad ſalubrem ſiccitatem temperie conuerſa, ſub illo modo ſubſtantiæ diuerſo, quem cerebrum ætatis mutatione conſequitur; ſi verò ætatis mutatione, victus, & regionis hoc illud beneficium non conſequitur, & annum 25. iam attingit, moritur epilepticus, nullis proficientibus auxiliis: quia habitum indelebilem epileptica labes iam contraxit; hæc doctrina non tantùm veritatem aſſequitur Hippocratis oraculo, & à Galeni etiam commentario. ſed ab experientia & obſeruatione tantorum ſæculorum in cancro & in ſcirrho hæc eadem obſeruatur doctrina; nam ſicut lapis ex compacta materia humidis non diſſoluitur, ſic nec induratus ſcirrhus, quantumuis Chymici dubia ex dubiis eliciant: quod in iam confirmatis monſtrat experientia, de cancro vlcerato iam olim ſententia inualuit, cancros vlceratos non curabis. quia inualidis auxiliis non cedunt, exaſperantur validis. Si ergo ad talem gradum vſtionis aut ſiccitatis obſtructionis humor iam attingit, non reor his poſſe auxiliis mederi.

Dicet aliquis, nos nimiò ſcrupuloſè damnare hæc auxilia valida & nobilia,

in

in quibus huius curationis libratur ſpes vnica, quia vti dixit Galenus, *nullum eſt remedium quod tam magnificè proſit quod aliqua ex parte non noceat*, & ſic certè nos etiam cenſemus, ſed hæc ſententia (vti aliæ indefinitè prolatæ) confundunt & non docent: nam terminum læſionis non conſtituit, vltra quem tranſire non conueniat; ideo forte Galenus in libro 5. Methodi. læſionis terminum præfiniuit in auxilio, quando dixit, *Sin ex vigiliis & viribus reſoluendis ad mortis diſcrimen æger tendat, tunc tempeſtiuè huiuſmodi medicamentis vtare* (nempe narcoticis) *ſcilicet non ignarus, corporis habitum non nihil ex his lædendum, ſed hanc læſionem potiùs eligendam remur, quàm vt homo pereat*: cùm mortis periculo Galenus hanc læſionem comparauit quod ſi illa quæ corpore relinquitur, ſit ex illarum ſorte, que tempore & auxiliis poſtea valeat emendari, ne tantùm Galenus, ſed prudentia conſulit, hanc potiùs eligere, quàm ægrotum in manifeſto vitæ periculo dimittere: *ſatiùs eſt enim anceps remedium experiri, quàm nullum*, dixit Celſus; ſi verò quæ relinquitur noxa, ex illo propinato auxilio, nec tempore nec auxiliis valeat emendari, hanc noxam eligere Galenus non conſuluit, nec ratio ſuadet: manifeſtè colligitur ex illa dictione, *non nihil*, hoc eſt parum, quod valeat in poſterum reſtitui: nam ſi ex relicta noxa, mortis periculum ſubiret, nulla neceſſitas cogeret illam eligere: hoc enim eſſet in auxilio non vitari periculum, ſed mutare.

Ideo experientia & obſeruatione nunc edoctus, vſu chalybis & thermarum in his obſtructionibus antiquis atrophicos redditos hos ægrotos, hanc obſeruationem libuit poſteritati dari, vt cautionem in illa poſteritas ediſcat: ſed adhuc reſtat, an terminus valeat præfiniri, in obſtructionibus antiquis, tam hypochondriacæ melancholiæ, fortaſſe meſenterij aut alterius loci, quem tranſgredi non liceat, vt ex arte chalybis & thermarum vſus imperetur; fateor & ingenuè fateor, quod interdum agentis violentia ſuperat indiſpoſitionem paſſi, at breuiori tempore operetur, quod alias longiori minori efficacia non valeret, ideo non ſit mirum, ſi inculcatus humor, ad atræ bilis naturam vergit, quod inſuperabiles illas obſtructiones efficiat, in breuiori tempore: vt vſum horum auxiliorum permittat, aut impediat, ideo vbi melancholia obſtructionibus impacta, atræ & venenoſæ naturam induit, ſeu inueteratione, ſeu quia talis in hepate producitur, ſemper ſolet horum auxiliorum vſum impedire, ſeu quia morbus illis ampliùs efferatur, ſeu quia innatus calor extinctionis periculo laborat, quia directè illorum indicationi opponitur: innatus enim calor, vſtione & veneno, in membris principalibus, vt & in ſolidis membris, continua repaſſione facillimè exoluitur, & quod aduſtu humor, in lapidoſam duritiem concreſcit, dum humidum exhalat; ſi vero à ſolo craſſo & frigido humore, ſiue de melancholiæ, aut pituitæ craſſioris ſorte, tales obſtructiones fouentur, cum tali membrorum imbecillitate, vt actiones diminutæ aut deprauatæ eluceant, ſaltem cum virtute mediocri, tunc horum auxiliorum eſt occaſio thermarum, nempe & chalybis. & in tempore harum obſtructionum illud propoſitis ægrotis obſeruauimus, biennio exacto & virtutis defectu & atrophiâ, ſub hoc & illo auxilio periiſſe: ideo videtur ſecundùm rationem intra annum obſtructionem & atrophiam confirmari, aut breuiùs aut tardiùs ad diſpoſitionem patientis libratâ reſiſtentiâ, & ſi talia ſunt, imperanda auxilia ante annum exactum imperentur; quando ſpes elucet poſſe obſtructiones horum auxiliorum ope ſuperari.

Si ergo in obſtructionibus melancholicis ab inculcata aduſta & craſſa melancholia, præfatis validiſſimis auxiliis exaſperatur morbus, & ægrotos ad atrophiam ducimus, quæ nullis poſtea auxiliis medetur, quid nobis ſpei reſtat? ægros dimittere abſque miſericordia & ruſtico timore inhumanum videtur infamare auxilia, abſque ſpe ſalutis, non commendat prudentia; quod nobis in hoc caſu prudentius videtur, eſt aliqua ſeligere auxilia ab illo virium, & morbi ſtatu indicata, quæ ſi valde non proſint, nec metam aſſequantur, ſaltem euidenter non noceant, & cætera tempori & exquiſitæ dictæ commendare,

Quare abſque noxa & cum vtili; 3. aut 4. quoque die ℨi. harum pillularum accipiat. ℞. aloës roſatæ (vti antea diximus) ℨij. bdelij, vino albo diſſoluti, ℨiß. maſtichis ℨß. muſcilag. altheæ ℨj. fol. ſen. polipod. quercini & agarici trociſcat. Puluere cinamomi, aſperſi & vino infuſi, an. ℨiß. & cum terebenthina, oleo amig. diſſoluta, fiat maſſa, & poſtea aliquot cochlearia accipiat, de ſyrupo ex ſucco centaureæ recentis (quod eſt noſtrum raponticum) cum ſaccharo parato, & aromatiſetur eſſentiâ ſuccini aut cinamomi: nam temperat, deobſtruit. & roborat omnia viſcera principalia; ſin minùs radix in vino infundatur, 24. horis cum paſſulis noſtris longis, vſque ad rubeſcat.

& de

& de colat. accipiat ℥j. ante cibum & cœnam: ſerum lactis etiam præparetur, ʒij. ſenæ electæ & ʒj. rhabarbari & colatura aromatiſetur puluere cinamomi aut illius eſſentiâ & colaturam bibat ad 20. aut 30. dies ad ℥iiij. vtitur etiam conditis cordialibus cum puluere ſuccini præparati, & ellenij eſſentià extractà, ad ℥j. & quod magis mirari eſt (quod antea diximus) quod lapis bezuar. orientalis ad g. vj. & prouocat vrinam & deobſtruit, in aqua cordiali ſcorſoneræ & illa maxima cura ſit, vt laxitas in ventre conſeruetur, pillulis ſupra dictis, aut olei amig. dulcium, recentis ad ℥ ij. cum guttulis olei terebenthinæ, & ventriculus oleo roborante foueatur, vti antea deſcripſimus: nam illius imbecillitas eſt fatalis in hoc morbo calamitas, vt ſanguificatio hepatis deprauata, ob hydropis periculum; cui etiam periculo occurrimus tabellis aromatici roſati diarhodon, & infuſione margaritarum; vinum vnius anni chalybeatum, cum ſaccharo magnum ſolet eſſe auxilium, ſed vinum abſynthites ſuper omnia valet, & ad ventris duritiem arietis omentum oleo amigdal. dulcium calefactum, temperat & emollit, vt pulli & catuli per medium diſſecti, nos viuos etiam adaptamus; ſin minus & hoc vnguento vtimur. ℞. olei amig. dulc. recent. ℥iiij. medullæ cruris vituli ℥ij. labdani ammoniaci & bdelij aceto diſſoluti an. ℥ß. puluer. margaritarum, rad. iridis, cappararum & altheæ an. ʒß. maſtichis ʒß. ſummitatum ſquinanti, ligni aloës an. ℈j. vini abſynthites ℥iiß. ferueant ad vini conſumptionem & in fine adde terebenthinæ & ceræ rubræ ſatis ad vnguentum; vnguento aragon & marciaton cum oleo lumbricorum è vulpino etiam vti licet, addito puluere lumbricorum terreſtrium, vino lotorum & ſiccatorum: ſi cum cera etiam f. vnguentum.

Duo reſtant auxilia in mea ſententia maximè profutura; nempe balneum aquæ dulcis, lactis capræ, aut vaccæ tertia parte addita, ad 20. ſeu ad 30. dies ſub ordine communi, qua propinatur hecticis, ſed in temporis electione, ſit in vere, in æſtate & autumno, antequam ſub hyemis rigiditatem puſillus calor extinctionis periculo laboret: nam vſtionis temperat acrimoniam & humectando humoris duritiem lenit, vias laxat, ne innatus calor atrophiâ & alimenti defectu penitus extinguatur, & lactis aſinæ vſus, reficit, humectat, temperat, penetrat, & per vrinas & aluum ſuperflua expurgat, nec obſtructiones auget, vt lac capræ & vaccæ, & ſi æger pereat alimenti defectu, lac muliebris poterit propinari.

Præter alia aperientia auxilia, hoc mihi efficacius auxilium videtur, & clementius, ſi peractis euacuationibus generalibus propinetur.

℞. Corticum rad. cubebarum, cort. fœnicul. graminis & capparorum, an. ℥ß. florum borag. end. ſcolopendriæ & capil. ven. an. m. ß. ſem. melonis & cucurbitæ conquaſſatæ an. ʒij. aniſi ʒj. fiat decoctio ſecundum artem in aqua hordei, quod ſat ſit ad lb. ij. coletur, & deinde. *Remedium efficacius pro hypochondriacis.*

℞. Limaturæ chalybis puluerſatæ, ℥viij. extinguatur ignitus ſexties in prædicta colatura, & abiecto chalybe adde. ſacchari quod ſat ſit, & f. ſyrupus.

℞. Prædicti ſyrupi chalybeati ℥iiß. huius decocti aperientis ℥ij. ℞. rad. petroſellini, ononidis, an. m. ß. cicerum rubeorum p. j. florum cordial. p. ß. & f. decoctio in aqua communi in lb. ij. ad medias. *Doſis.*

Et ſingulo mane accipiatur ad 20. dies plus minuſue pro neceſſitate, & cum exercitio moderato ad principium defatigationis indefeſsè.

ILLVSTRATIO VII.

De Phrenitide.

CONtraria ſoporis eſt phrenitis; de hac Aretæus *lib. 1. de curatione Acutorum cap. 1.* ſic alloquitur; ſi mentis alienatio vna cum febre incidat, vena in cubito ſecanda eſt: verùmtamen audacius vena ſoluenda eſt, ſi à præcordiis non à capite morbus oriatur: nam caput potiùs à corde trahit quàm aliis diſtribuat; igitur ſi membrum hoc affectum ſit, venam cubiti ſecare non conuenit (ſed illa nempe quæ promptiùs à corde trahat, à capite reuellat) quippe in iis vitiis inanire vaſa oportet à quibus non modica noxa prouenit; quibus peractis, poſtea priùs refectis viribus, cucurbitula vertici capitis affigenda eſt, ſanguiſque hauriendus, aliâ ſiccâ priùs impoſitâ: cæterùm ſi in ſyncopam prolabatur, in ſudorem homine liqueſcente, tunc cura delirij poſthabetur & tunc vnicum ſubſidium vinum eſt: celeriter enim ſubſtantiam alendo inſtaurat. *In paraphrenitide à vena tali incipiendum.* *De cura accidentis coacta.*

In mea ſententia ſatis patet, ſi delirium incipiat & foueatur à febre, quæ eſt vera cordis paſſio, quod in hoc caſu, vt Aretæus dixit, venam in cubito ſecare non conuenit, ſed in talo, & quia venæ inferiores inaniuntur à quibus noxa prouenit, & quia efficaciùs à capite reuellitur,

antequam noxam immedicabilem concipiat, habituali nempe intemperie, à qua ſorte nunquam detur regreſſus, nempe antequam confirmetur: nam ſi magis vrget quod eſt in capite receptum, quàm quod aſcendit, nulli dubium erit à loco proximiori vacuandum, à vena nempè brachij, & hæc mihi videtur huius loci vera interpretatio.

Potiones in quibus largius propinandæ. In hoc affectu vtpote calidiſſimo, & febribus vrentibus Matthæus de Gradi aduertit, & verè ſanè quod potiones non parca manu propinentur, ſed ad ℥x. ex aquis, ſyrupis & iulepis, aut emulſionibus: aliter enim minori quantitate ad membra præcipua non penetrant, & fortaſſe in humorem vertantur, quem attemperare non valent, & de ſemine pſylij aduertit, quòd pro calidis cerebri affectibus aceto extrahatur, ſed ea cautione, ne rumpatur, quia in ſuperficie eſt frigida & humida ſubſtantia, intus verò ignea & acuta.

ILLVSTRATIO VIII.

De Cephalæa.

ARetæus *lib. 1. de curatione diuturnorum cap. 2.* purgato corpore, inquit, à vena frontis recta ſcindatur, hæc enim eſt opportuniſſima ſang. detractio, deinde capillis nouacula detractis, cucurbitulam priorem vertici affigito, alteram inter ſcapulas vacuam, & eam quæ in vertice affixa eſt liberiùs ſcarificato, quo ſanguis vberiùs attrahatur, & partes profundiores incindantur: remedia namque ad oſſa penetrantia cæphaleam iuuant, & errhinis & colationibus præcedentibus, poſtridie ſanguis è naſi interioribus detrahatur, facilis enim eſt ac copioſus ſanguinis curſus.

Capitis doloris vaporibus curatio: nempe à carbonibus accenſis. Quòd ſi ex vapore metallorum aut accenſi carbonis, aut flatuum importuna illuuie capitis dolor, ſine fine conturbet, puluerem zedoariæ ad ʒß. in vino aut aqua betonicæ accipiat; vel de hoc electuario etiam ad ʒß. ℞. nucum iuglandium an. m. ß. contundantur, & ad ignem miſceantur cum melle deſpumato, quibus adde theriacæ magnæ ʒij. zedoariæ, cariophil. macis. an. ʒj. & f. elect. & ſi à carbonibus accenſis ad liberum aërem transferatur, & parùm aquæ vitæ accipiat, aut aquæ meliſſæ, aut vini cum ℈j. theriacæ, & ſi ad vomitum inclinet, accipiat aquæ nucum raſanis diſtillatæ ℥vj. oximelis ℥j. ſalis tartari gut. iiij. & ſternutatoria imponantur ex pyretro, caſtoreo, & tabaco & oleo rutæ, & ſaluiæ nates illiniantur, & clyſteres fortiores etiam imperantur, cum omni reuulſionum genere; ac poſtea de hoc balſamo per vices accipiat, ℞. aquæ ceraſorum & meliſſæ, an. ℥ij. aquæ vitæ, cinamomi ℥ß. eſſentiæ ſuccini & ſulphuris an. gut. ij. theriacæ magnæ. ℈j. lapid. bezuar oriental. gut. iij. extracti ellenij ʒß. nam fumi craſſitudinem tenuat, malignos ſpiritus diſſipat, & vitales inſtaurat, & animales; cordi robur addit, ac poſtea pectus & ſpina fricentur, vt ſ. ℞. olei angelicæ. & rutæ. an. ʒß. eſſentiæ ſulphuris gut. iij. theriacæ magn. ℈j aquæ vitæ ʒß. *Sternutatoria quæ la.* *Balſamum ſingulare ad hoc.*

Obſeruatio in dolore capitis per conſenſum, ſcitu digniſſima, licet raró occurrat.

FIeri poteſt, vt capitis affectus, ſeu alterius loci, cum alterius partis aut loci affectu inualeſcat, & cum eo leuetur, nec ideo ab illa parte per conſenſum afficiatur: nam poteſt accidere, vt ex eodem foco & eodemmet fonte materia in partes diuerſas ſimul influat, & in parte mittente nullus dolor, nec aliquis affectus innoteſcat, aut percipiatur, vt Hippocrates accidiſſe notauit Ageſiæ, filiæ, cui cum doleret coxendix, aſthmate premebatur, *6. Epid. ſect. 3. text. 4.* & dolore ſedato etiam leuabatur ſuſpirium, & cum nullus daretur conſenſus inter pectus & coxam, ſuſpicari par erat, ab eodem loco in vtramque partem humorem confluere, & eodem etiam tempore diſſipati: iam confluxio eſſet à cerebro, iam ab vtero; & ideo cum duo affectus ſimul incidunt, oportet diligenter attendere an à capite, an ab alio loco ſit conſenſus, licet Galenus in huius ſententiæ Com. dicat, tuberculum in pectore mulieris raptum eſſe, & inde expurgata anacatharſi materia, hoc aſthma quieuiſſe, ſed leui coniecturâ) nam in enixa potiùs ſuſpicari par eſt, ab vteri ligamentis coxendicem, & aſthma, à pectoris cum vtero conſenſu, prouenisſe, & maximè non benè lochiis expurgatis, quæ vtrũque affectum producebant: vtrum accidens etiam quieuiſſe lochiis expurgatis: eſt enim parturientium vterus, omnium malorum occaſio & radix, & maximus genitalium cum pectore conſenſus, vt eſt etiam ſententia expreſſa Galeni in præcitato loco. *Vterus malorum omnium occaſio eſt, vnde conſenſus genitalium cum pectore.*

ILLVS-

ILLVSTRATIO IX.

De Vertigine.

ARetæus *lib. 1. chronic. cap. 3.* cùm morbus (nempe vertigo) augeſcit, inquit, tunc ribiæ ſoluuntur, atque humi repunt, nauſea fit atque vomitus pituitæ, biliſue tam atræ, quàm flauæ: quando flaua per vomitum reiecta, furor enaſcitur, atra verò melancholia, ac pituita exeunte, morbus comitialis efficitur (nempe quando vertigo altas iecit radices) omnium quippe morborum talis conuerſio eſt.

Quæ mala vertiginē ſequantur.

Cauſa immediata eſt motus ſpirituum; hanc motionem parere ſolent & flatus & humores intra & extra cerebrum geniti: ſed alia eſt magis occulta cauſa, nempe vaſorum & meatuum cerebri anguſtia; nam ſi ſpiritus animalis per loca impedita moueantur, retrocedunt, & in hoc retroceſſu fit motus circularis & hoc magis accidit quando cerebrum valde debile eſt, & ſpiritus valde calidi & mobiles.

De meatū cerebri anguſtia, & occulta cauſa vertiginis.

De Curatione.

IN huius affectus curatione Aretæus *lib. 1. de curatione diutur. cap.* 3. poſt euacuationes (inquit) deinceps capitis remedia ſubiungenda ſunt, vena frontis recta aut naſi venæ vtrinque in angulis ſecandæ, cucurbitula vertici affigenda, arteriæ inſcindendæ ſunt, caput radēdum, rubrumque faciendum (nempe ſynapiſmo ex tapſia & ſinapi) pituita è naribus per ſternutatoria, aut ex ore vacuanda: vomitus à cœna prouocandus veratro: nam præexercendus eſt ſtomachus vehementioribus vomitoriis; caput irrigandum roſaceo cum aceto, cui incoctum ſit ſerpillum aut hedera.

ILLVSTRATIO X.

De Paralyſi & reſolutione neruorum.

ARetæus *lib. 2. chronicorum cap.* 7. Paralyſis, inquit, motus tantùm fere eſt, actioniſque defectio, quòd ſi ſolus tactus deficiat (rarò autem id euenit) potius anaſthesia, id eſt ſenſus abolitio nominatur, hoc in omni membro accidit: ego ſanè ſtomachum etiam inteſtina & veſicam, oblongumque inteſtinum vſque ad principium, id eſt anum, idem vitium pati exiſtimo: *ſed interiora membra reſoluta latent, obſcuraque ſunt*: ſed licet dextra cum dextris conueniant, ſiniſtra cum ſiniſtris, verùm ſi caput primò in dextra patiatur, ſiniſtra, ſi in læua dextra neruorum reſolutione laborant: hoc ideo euenit quod neruorum initia permutata ſunt, neque enim dextri nerui in dextras partes ſecundum rectum vſque ad extremum progrediuntur, ſed ab initio enati protinùs ad oppoſitos tranſeunt, ſe inuicem in figuram huius literæ x, quam Græci chiaſmon vocant, permutantes; morbi huius pareſis cauſæ progredientes ſex enumerantur, vulnus, percuſſio, refrigeratio, cruditas, venus, vinolentia; cæterùm & animi immodicæ perturbationes vt repente incuſſi pauores, timores, animi conſternatio, & mœror, præterea & in pueris terrores interdum inopinatum, atque ingens gaudium, item riſus vſque ad mortem implacabilis, neruos reſoluere conſueuerunt: hæc vtique morbi prima initia ſunt, ſed vltima atque potiſſima cauſa eſt ingenitæ caliditatis refrigeratio quando ab humiditate aut ſiccitate iniuriam patitur, ab hac verò magis quàm ab illa ſanatu difficilis læſio eſt.

Quæ membra paralyſim patiantur. *Quare dextra parte patiente in ſiniſtra paralyſis adueniat.* *Sex cauſæ paralyſis numerantur & multa alia.* *Paralyſis à ſiccitate quare.*

Galenus 4. *de locis* 4. narrat à pulmonia in paralyſim ægrotum incidiſſe, non à frigida, ſed à calida cauſa; Trallianus *lib. 1. cap.* 6. quendam ex mœrore in paralyſim incidiſſe, ex melancholia teſtatur; Paulus *lib. 3. cap. 28. &* 43. paralyſim ex colica ortam fuiſſe, tranſlatione humoris biliofi; Fernel. *lib. 5. de part. morb. cap.* 3 à febre intermittente paralyſim ortam refert, motu febris & rigoris compulſam: Saxonia *lib. 1. cap.* 40. ex inflammatione oris ventriculi, rapto abſceſſu, ſubſequutam paralyſim, Rondoletus *li. 1. ſui meth. cap.* 32. negat à melancholia aut bile poſſe paralyſim oriri: Ludouicus Septalius, in paralyſis curatione, vrinam prouocantia ſudoriferis præfert: Senertus negat à neruis poſſe ad vias vrinæ humorem penetrare; vt exinde appareat, quomodo adhuc inter claſſicos pugnant vota cum votis, conſilia cum conſiliis.

Paralyſis à calida cauſa quādo & quomodo adueniat.

De paralyſi à cauſa calida, ac eius curatione.

TRallianus *lib. 1. cap.* 16. cauſam reſolutionis effectricem, inquit, magna ex parte internoſcere licet ex craſſo, viſcoſo,

ſcoſo, frigido, interdum etiam terreſtri melancholico humore conſtitui; ſciendum autem eſt, vitium hoc ex qualitate calida & ſicca proficiſci, vbi calida intemperies ſanguinem & humores nimiū totre fecerit, & procedit: at ſi non copia, ſed qualitas potius cauſa fuerit morbi effectrix, vbi ſimul ſiccitas cum caliditate infeſtat, refrigerantibus ſenſim & humectantibus potionibus & cibis vtendum magis conſulo, vt cremore typſanæ, aut auenæ, aut chydro, inter olera intubus, lactuca &c. at ſi fieri poſſit citra vinum, æger degat, *aut bibat aquam frigidam cum vino*, & vlterius: talibus igitur purgans aliquod medicamentum præbere commodum non eſt, vniuerſa namque ipſis inimica ſunt, præſertim hiera: nam præterquam quod nihil iuuant, ſiccitatem neruorum adhuc magis augent: noui ſane ego quemdam, reſolutionem ex mœrore, multa ſollicitudine & inediâ expertum, deinde ſumpta hiera adeo læſum, vt totus ipſe immobilis fieret, & propemodum interiret, niſi in contrarium mutatus fuiſſet, & humectantibus omnibus tum potionibus, tum cibis, & aliis quæ temperatum ipſum reddidiſſent, vſus fuiſſet, maximè verò balneis compluribus, vnctione ex hydreleò, mutatione aëris temperati, & omni hilaritate: etenim triſtis, erat ad iram procliuis, à medicamento nimiùm excitatus, & quia flauam bilem collegiſſet: hac ratione ſi qualitas fuerit (præſertim intemperies) calida, vitari debent cibi acriores, adhuc autem magis quæ medicatam virtutem purgantemque obtinent: nam præter id quod nihil inueniant quod ex corpore vacuent, magis adhuc aliam intemperiem generant.

Quando paralyſis eſt frigidis & humectantibus curanda.

In cauſa calida non eſt omnino purgandum & quare. Hiſtoria & in hoc caſu.

De Paralyſi linguæ & conuulſione, ac huius curatione.

ARetæus *li. 2. de curatione diuturnorum cap. 7.* per phorceum inſtrumentum, inquit, ex æquo diuerſum, deduces: ſanguiniſque ex ſubiectis linguæ venis detractio competit, cucurbitulę etiam circa priorem dorſi vertebrā agglutinatę apophlegmatiſmata & per nares purgationē concitabis: vtendum præterea caſtoreo eſt; ſi verò ex colico paralyſis adueniat, motus deficit, ſenſu tactûs incolumi: interdum abſque vllo remedio medetur, alij leuioribus remediis: præcipua verò inuenta ſunt, id quod ex populo nigra aut quod ex abiete concinnatur acopon: plures verò medicamenta, quæ robur inſerunt, & mediocriter refrigerant, iuuerunt.

Paralyſis à colico dolore quomodo medenda.

ILLVSTRATIO XI.

De contrafiſſura in capitis ictu.

OCcaſione huius contra paralyſis ex latere contrario, nobilis contentio inter nos cōcitatur (ingenij, non voluntatis) & nobilem virum chyrurgiâ clariſſimum Licentiatū Andream Oſorio, qua de cauſa etiam contrafiſſura in capitis ictu à contrario latere concitetur? ego in hac fui ſententia, hoc accidere dum aër, in diploe vocata, hoc eſt in meditullio cranei, ſeu inter vtramque laminam concluſus, vehementer ex ictu agitatur, & ad latus contrarium impellitur, vnde fit vt loco alteri alliſus caluariæ ſolidæ, ipſam perfringat, aut rumpit, vnde accidit quædam ſpecies fracturæ in parte oppoſita; licet Paulus, illud ſemper non in parte contraria obſeruari, exiſtimet, ſed in alia capitis, quæ magis debilis inuenitur, quantumuis Hippocrates in parte oppoſita hoc obſeruari dicat, & non tantum oſſa, ſed venulas dirumpi ſe obſeruaſſe teſtatur Amatus Luſitanus. *Cet. 6. cur.* 110. & in confirmationem noſtræ ſententiæ hæc gentilitio idiomate viro doctiſſimo ſcripſi.

Al licenciado Andres Oſorio, doctiſſimo y expertiſſimo Cyrujano.

V*M. me reſponde no auer viſto el caſo en tantos años como à curado en Seuilla, y juzga impoſible que vna coſa tan blanda como el aire, aun impellido, pueda haçer eſta contra fiſura; à lo que reſpondo que el aire impelido de la ſubita violencia del golpe en la cabeſa, haga coliſion en la parte contraria, en que ſe recibiò (como ſuccede en el vidro esferico) lo tengo por mas que probable, y no quiero para eſto valerme de ſola mi auctoridad, aunque pudiera, porque es penſion inexcuſable de los que biuen, no merecer el autoridad de los què ya paſſaron, porque deſtos miramos los ſcriptos ſolos, y de los que biuen los defectos perſonales, que no eſtan tal oluidados como los de aquellos que acabaron las emulaciones con la muerte.*

Paulo Ægineta *lib. 60. cap. 90.* diſputa aduerſus Soranum, no ſer poſible reſurtir el golpe en la parte contraria de la cabeſa, à quien ſigue Guidò. Vidio Vidio, y Gabriel Falopio, probando que el vſo de las ſuturas, es ſolo para que recebido el golpe, en el gueſſo, no paſſe la fiſura de

Auctores noſtra ſententia.

la

la ſutura, porque no ſe comunique al gueſſo contiguo, paraque queden indemnes y ſin leſion los demas gueſſos contiguos, y no paſſe de aquel termino la leſion, lo que tambien enſeño Galeno 9. *de vſu partium, cap.* 17.

Y otros enſeñados y guyados de la experiencia, dicen que recebido el golpe, reſurte en la parte contraria de la cabeſa, y el capitan deſta opinion fue Hippocrates *in libro de vulneribus capitis, in proæmio.* Cuyas palabras ſon eſtas: *Frangitur caluaria ſub vulnere, alia parte quàm vbi plaga eſt.* Deſpues de Hippocrates Sorano (auctor antiquiſſimo) ſiguio eſte meſmo parecer, *lib.* 8. *de affectibus cap.* 4. y Cornelio Celſo *lib.* 8. *cap.* 4. y Galeno *in comm. citato, & lib.* 6. *Meth. cap. vltimo,* Auiceña *Fen.* 5. 4. *cap.* 3. Nicolo Florentino, Ioañes de Vigo, Andres de la Crus: y todos eſtos combienen, en que puede auer fractura en la parte del craneo contraria à la en que ſe recibiò el golpe; y en la verdad Ariſtoteles 1 *de generat. text.* 58. dice que *en los affectos externos mas credito ſe à de dar à la experiencia que à la razon.* Deſta ſe valiò Amato Luſitano *cent.* 3. *curat.* 42. quando dixò que el lo auia viſto y curado, no ſola la ſangre extrauaſada por vena rota, ſino por fiſura del craneo en la parte contraria.

Quando & in quibus experientia ſuperat rationem.

Conuencido deſta experiencia Daniel Senerto, *lib.* 1. *p.* 1. *cap.* 24. *fol.* 234. auiendo conſiderado las dos razones referidas, la de las ſuturas y la que tengo por mas probable, dice eſtas palabras en confirmacion de mi opinion: *Dum enim aër* (dice) *in craneo ex ictu commouetur, & per totam cranei ſubſtantiam fertur, vbi in concurſu cranei, parti oppoſita alliditur, renitens frangit: nam licet ſuturæ probibeant continuationem fracturæ ad proximum os, vt vera in alio oſſe fractura peculiaris fiat, probibere non poſſunt, non tamen neceſſarium eſt, vt contrafiſſura ſemper fiat in parte oppoſita, ſed ſatis eſt ſi fiat in alia, quàm quæ percuſſa fuit.*

Quare aër rumpat, ne detur vacuum.

Y à la inſtancia de la blandura del aire, reſpondo, que aqui no obra el aire como aire, ſino como impelido de la violencia; *Ne detur vacuum*; nec illud miri erit verſato in arcanis naturæ, quando aër ſphærico in vitro & vaſe figulino obturato, impulſus, ac ictum impellentis finditur à contrario ictus: quia ne detur vacuum quærit exitum, & debiliori loco, quâ datâ portâ ruit, ſin minùs, findit, vti ſolet aër concluſus in viſceribus terræ, quando aut calefactus, aut valde tenuatus (quod ictus vicem gerit) ampliorem capacitatem optat, quæ ſi non datur, rumpit, findit, & quatit montes & deiicit quæ intus opponuntur, & hoc ne detur vacuum, vſque exitus detur, furenti violentiæ; ſic pariter nos etiam in ictu capitis ſphærici accidere exiſtimamus.

Eſto he dicho, Señor, no porque no eſtime mas ſu opinion de v. m. (con menos bozes) que la de todos los referidos, ſino porque medico que no le moſtraria quien huuieſſe dicho que el aire impelido podia hacer contrafiſura, y paraque lo vea, lo eeñi en eſte corto papel.

ILLVSTRATIO XII.

De Conuulſione.

DE tetano Aretæus *lib.* 1. *de cauſis & ſignis acut. capit.* 6. dum huius mali atrocitatem ponderat: in humana calamitas eſt, inquit, iniucundus aſpectus, triſte intuenti ſpectaculum, & malum inſanabile: ob inuerſionem autem, vel ab amiciſſimis hominibus non agnoſcuntur: votum quoque illis qui adſunt, priùs impium, nunc honeſtum efficitur, ægrum vitâ fungi, quo vnà cum vita doloribus & acerbis malis liberetur; quin etiam neque Medicus præſens, neque aſpiciens, ad vitam, aut ad doloris leuamen, aut ad figuræ emendationem quidquam opis afferre poteſt, nam ſi mẽbra dirigere velit, viuentem ſanè hominem diſtraxerit, diſcerpſeritque, igitur victis à morbo, nihil vltra ſubueniens, contriſtatur dumtaxat, hæc verò eſt Medici magna infelicitas.

Grauis tetani ponderatio.

Et *lib.* 1. *de curat. acut. cap.* 6. *in huius affectus curat.* Poſt epiſpaſmata, inquit, ex ſemine lini, fænug. vtilis fuerit cucurbitula occipitio ab vtroque ſpinæ latere adhibita, ſed parcè flã ma accendatur, nam quę ab labris cucurbitulæ fit compreſſio doloris & conuulſionis auctor eſſe ſolet; iis etiam & caſtoreum in mulſa dato.

De auxilius.

Paulus *lib.* 3. *cap.* 19. *&* 20. ſi crura ſint conuulſa, inquit, cucurbitulas applica coxis & poſtremis ſpinæ vertebris, ſi manus primæ dorſi & thoracis, ſi labrum, palpebra, aut lingua, occipiti, & primis ceruicis vertebris: in tetano ceruici appone, & vtrinque ad ſpinam & pectori & præcordiis renibus & regioni veſicæ: ſed diligenter attende, ne tendonibus muſculorum cucurbitulæ affigantur, ſed muſculorum principio vel medio.

Senertus, ſi fortis eſt conuulſio partis nobilioris aut totius corporis eſt, ad purgationem feſtinandum materia etiam

De purgatione Soterri iudicium.

nondum parata, ſemperque caſtoreum purgantibus miſcendum; Auiceñ: pro topico laudat renes pingues arietis aut hædi & in parte affecta detineri iubet, quo exſiccentur, & omentum arietis oleo vulpino & lumbricorum calefacto; ac poſtea balneum ex oleo & lacte, & omnia pariter humectantia & anodina laudat, quod & Paulus in tetano commendat, ſed non diu immorentur, ne vires reſoluantur, vel addito decocto carnis vulpinæ cum herbis carminantibus & ſale, ſeu pro fomento partis ſingularis, ſeu pro balneo, & interim caſtoreum mulsâ diſſolutum propinetur, vel aqua ſaluiæ: aquâ hirundinum diſtillata cum vino maluatico, & in hoc reor maximè iuuare puluerem Ioañis de Vega occidentalis Indiæ, quia maximè prodeſſe nouimus in rigore quartanæ aut tertianæ, ſi cum aqua ſaluiæ calida, aut electo è chocolate propinentur: nam tenuat, reſoluit, & neruos roborat, maximè in cauſa frigida & in rigore hyemis, non tantùm in hac cauſa, ſed ſi à flatuum craſſorum illuuie oriatur conuulſio: nam puluis eſt circa 3. gradum calidus.

De balneo ex oleo & lacte.

De puluere Ioannis de Vega occidentalis Indiæ.

ILLVSTRATIO XIII.

De Angina.

ARetæus *lib. 1. de ſignis & cauſis acut. cap. 7.* duæ verò ſunt eius ſpecies, inquit, aut enim inſtrumentorũ ſpirãdi phlecmone eſt, aut ſolius ſpiritus in ſeipſo cauſam habentis effectus: patent phlecmonis ſigna exertâ linguâ, alteri autem generi contraria eueniunt, inſtrumentorum collapſio, ſtrangulatio vehemens, vt ipſimet in pectore latentioribuſque partibus circa cor atque pulmones abdita eſſe videatur inflammatio, anginam hanc appellamus interiùs vrgentem & angentem; ego verò exiſtimo ſolius ſpiritus vitium eſſe, praua conuerſione ad calidiſſimum ſicciſſimumque conuerſi, nulla corporis parte inflammatione laborante; horum ſigna ſunt: pectus & cor ardent, frigidi aëris deſiderium eſt, & admodum exiguum ſpirant, donec demùm intercluſo ad pectus aëris tranſitu ſtrangulentur, nempe cum pulmoni vitium facilè communicatur, hi verò permutatione moriuntur; *nempe ad pulmonem febres ignauæ oriuntur, molles, nihil proficientes,* & *cap. 9. ſequenti*, de vlceribus gutturis carbunculoſis, ſic alloquitur: Id genus vlcera aptè vocãtur, peſtifera ſunt, lata, caua, quodam concreto humore albo, aut liuido, aut nigro ſordentia, ſi altiùs deſcenderit, ſcarſit, cruſtam circum veniunt, dolor, excellens inflammatio, & venarum dolor velut in carbunculo. & exiguæ raræque puſtulæ hiſque aliæ ſuperuenientes in vnum coaleſcunt, inde latum vlcus efficitur; ſi in os depaſcendo ſerpit, columellam erodit, in collum febribus fætore & inediã conſumpti intereunt, *Si in pectus, eodem die ſtrangulat,* pulmo enim & cor. neque talem odorem, fæditatem, neque vlcera, neque ſanioſos humores ſuſtinent; nam velut igne exuſta vlcera cùm ſint, à calido præterea ſpiritu incenduntur, raucitas adeſt, vox nihil ſignificat, atque hæc in peius ruunt, *Cùm ſubitò in terram collapſis anima deficit.*

De ſignis anginæ ab ſpirituum inflammatione, & cõuerſione ad igneam naturam.

De vlceribus gutturis carbũculoſis.

Et *lib. 1. de curatione acutorum cap. 7. &* 8. ſic anginam docuit curare. Prima inflammatione tonſillarum alia iſtis locis collapſis, & ſubmiſſis efficitur vt interna inflammatio ad cor vſque pertinere videatur; *Huic quam celerrimè occurrendum eſt*, ſi crapula præceſſit, ventrem ſubluito: ſi tenuis victus ſcindere cubiti venam expediet, & latior ſectio, quo maiori cum impetu copioſiorque ſanguis emanet, facienda eſt; haud ignobile quoque adiumentum præſtat, *Si ad animi vſque defectum ægrum perduxeris, ſed nedum anima deficiat:* ſi verò lingua ad palatum reflectat, ipſius venas reſcindito; at verò qui arteriothomiam tentarunt, non ſanè experimento rem comprobaſſe videntur, quippe citiùs ex vulnere pereunt; cùm vulneris ora in vnũ coaleſcere nequeant: quòd ſi ſtrangulatio inualeſcat, cucurbitulæ occipitio aut pectori agglutinentur, & iſtarum aliquæ incindantur; ſi ægro cruſtoſa vlcera ſint (hæc *in cap. 9.*) illitiones acrium medicamentorum faciendæ ſunt: aliter enim nec vlcera quieſcunt, neque cruſtæ in ſuperficie fiunt; ſed medicamentis igne ſimilibus, quo depaſtio coërceatur, & cruſtæ decidant, vtendum præcipio: celerrimè enim vlcera depaſcentia ſerpunt, atque hominem perimunt.

De curatione inflammationis gutturis.

Non eſt tentanda arteriothomia, & quare.

Ad carbũculoſa vlcera auxilia.

ILLVSTRATIO XIV.

De Catharro.

INterdum catharrum fouet potius vaporatio à partibus remotis elata, quàm ipſa cerebri intemperies: quæ conuertit alimentum in prauam ſucci conditionem quare in primo caſu ad mali occaſionem attendere priùs oportet,

portet, in ſecundo ad ipſam capitis diſtemperiem, & conſiderandum an à ventriculo, hepate, liene, vtero, an à toto aſcendat, & iis membris eſt priùs occurrendum.

In catharro ſuffocãte adhuc à cauſa frigida eſt ſãg. miſſio imperanda. Secunda conſideratio eſt, an ſuffocanter irruat: nam in hoc caſu etiam à cauſa frigida eſt ſang. miſſio imperanda: hæc eſt Mercati & Senerti ſententia, ſic etiam experientia docuit; ſi materia per palatum ad pectus fluat, non per maſticatoria eſt diuertenda, ſed per errhina, ſi ad oculos & nares per maſticatoria; inter quæ ſemen nigellæ primas tenet; vt ℞. aquæ maioranæ, ſeu infuſionis nicotianæ ℥ij. ſucci betonicæ ℥j. ſem. nigelæ ʒß. nucis muſcatæ ℈j. & illud in progreſſu vaporum aſcenſus prohibere oportet hoc condito: ℞. condit. roſ. ℥ij. boli armenl. ℈j. margarit. præparat ʒß. ſacchari ſatis ad tabellas.

Decocta ſarſæ & chinæ in catharro frigido. In catharro frigido diuturno; ſi alia non valeat, decocto ſarſæ & chinæ ſudare oportet, additis capitalibus herbis, & hoc ceratum capiti imponatur. ℞. labdani, gummi æterni, iuniperi, thuris, ſtiracis, calaminthæ, mirrhæ; an. ʒß. & f. cerotum.

In catharro calido auxilia. In catharro calido addantur carcotica, vt diacodium, laudan. opiatum, cum ſyrup. papaueris, & pillul. de cynogloſſa, maſtichis, & olibani an. ℈j. & ad expectorandum materiam in pectore collectam, ℞. ſyrup. de hyſſopo ℥iij. loch de ſolilla ℥ß. oximelis ℥j. aut ſchilitici ℥ß. miſc. ſed maximè valet eſſentiæ ſulphuris gut. iij. miſc.

Trallianus & Galenus conciliantur. In capiti applicandis non conueniunt Galenus & Trallianus: nam Galenus commendat emplaſtrum de tapſia ad fluxiones capitis reuellendum in ſuſpicione & periculo typſis Trallianus caput frigidis & humidis lotionibus attemperare capitis diſtemperie docet, ſed hoc & illud conſilium aut temperat vrgentia, aut ſola attemperandi neceſſitas.

ILLVSTRATIO XV.

De dentium dolore.

IN cauſa calida, abſque dentis putredine, os colluere aquâ niue refrigeratâ eſt certius auxilium; ſeu aquâ roſatâ 3. parte aceti, addita: vel ſucco plantag. & ſemperiuæ, vino abſtero mixto; vel ℞. fol. quercus, plantag. hederæ, rad. tormentillæ & vrticæ an. ℥j. coquantur aqua chalybeata, & vino adſtringenti & os colluatur.

Solenander aquâ ſolani cum oleo vitrioli vtitur; vel ℞. raſuræ ligni Guaiaci, corticis quercus an. ℥ij. rad. prunellę ℥ij. coquantur ad ℔. j. ad collutionem. Item aqua ex tunis diſtillata, cum oleo vittioli eſt mirabilis.

In cauſa frigida coquantur in vino folla betonicæ, ſaluiæ, maioranæ, ſtecados, ſem. nigellæ, & rad. pyretri an. ℥ij. guaiaci limati, ℥ij. & f. collutio. Et ſi eſt cauitas in dente corroſo, tangatur illa oleo vitrioli, aut ſulphuris, ſola cauitas vel illa tepleatur hac maſſa pillularum. ℞. laudani opiati gut. iij. ſpiritus vittioli gut. j. filonis ℈j. & f. maſſa, vel ℞. ſtiracis calaminthæ, piperis albi, coſti, opij, ſem. hyoſchiami an. ℈ß. & cum vino f. pillul. vel ℞. opij ℈ß. ſucci hyoſchiami ℈iiij. corticis mandragoræ ʒiß. florum camomeli ʒj. croci ℈j. infundantur in vini ℔. j. aquæ roſ. ℥iiij. aceti ℥vij. bulliant ad 3. & colatura in panno lineo dentibus applicetur. *In cauſa frigida auxilia.*

ILLVSTRATIO XVI.

De affectibus thoracis, de pleuritide.

DE pleuritide, Aretæus *lib. 1. de curatione acut. cap.* 16. ex omnibus peius eſt, ſi ſputum cruentum deſit (nempe ex ruptura venæ) delirant enim & nonnunquam comate occupantur, & intra 7. dies ſyncope moriuntur: at ſi in 2. hebdomada ſputa incipiant, aut mala ingraueſcant 14. die pereunt, & ſi in pulmonem tranſitus ſit, repente homo ſtrangulatur, & ſi hunc dum effugerit & intra 20. non moritur, in pectore ſuppuratum euadit; hæc profectò ſi morbus ad perniciem tendat, eueniunt: at ſi in meliùs vergat, ſanguis è naribus erumpit. *De variis terminationibus pleuritidis prauæ.*

Senertus antiquam illam quæſtionem recenter ſuſcitauit, an vena ex eodem latere ſecanda, an à contrario, & anatomia & ratione probat in plethoricis priùs à latere contrario reuellendum, ac poſtea è directo, & omnes qui de illa ſcripſerunt adducit, antiquos & recentiores, & Arabum ſequitur & tuetur ſententiam, de contrario latere, & vltimò adducit obſeruationem Cæſaris Scaligeri, quæ eſt certè mentione digna, in Com. ad libros Hippocratis de Somniis; quare ille à contrario latere ſemper ſang. miſſionem imperet, & apud doctos Hiſpalenſes ferè ſemper mos eſt, in principio ſanguinem ex talo mittere, ſed ſemper è directo.

De pulmonariis.

Quare in morbus pectoris non eſt ſanguis mittendus ad animi deliquium

ARetæus *lib. 2. de curatione acut. cap. 1.* non ad animi deliquium, ſang. miſſio fiat, inquit, ſtrangulatum enim auget, cæterum, ſi vel paululum reſpirauerit, tum ſupprimendus ſanguis eſt, ſi prævaleant flatus poſt venæ ſectionem, deorſum verſus trahere nitro, melle, cata, & terebenthinâ liquidâ conueniet.

De ſanguinis reiectatione.

De narcoticorum neceſſitate in hoc caſu.

IN *cap. 2. ſequenti.* Verùm ſi ſit èroſionis modus, neque per adſtringentia vlceris ora cogantur, ſed vulnus dehiſcat, neque ex compreſſione in vnum redire valeat, ſanguinem atque calorem coagulare & congelare neceſſe eſt: nam iſtorum concretione immobilitateque profluuium coërcetur.

De vaſorum pulmonis anguſtia, leuium arteriarum obſtructione & tuberculo.

HÆc omnia ſola pulſus inæqualitate dignoſcuntur, & reſpirationis læſione, tuberculum ſola pulſus inæqualitate: nàm reſpiratio non mutatur, niſi dum malum augetur, quin cùm natura fuligines expellere conatur, & anguſtia non permittit in hac pugna. natura vt moleſtum expelat, variis reſpirationum mutationibus id operari tentat: vſque ad defatigata extremam tentet celeritatem.

De iure galli veteris in hoc caſu.

In hac anguſtia poſt alia auxilia pectoralia, tenuantia, & incidentia, ius galli veteris omnes implet intentiones & vias meliùs abſtergit. vt ℞. gallum antiquum eius ceratum, & in eius ventre impone ſem. carthami ℥j. polyp. ʒvj. paſſulas ℥j. ficuum. ℥j. ſem. aniſi. fæniculi, an. ʒij. agarici ʒiij. turbid. ℈j. Zinzib. ʒij. cinam. ʒj. coquantur ad carnis ſeparationem, & ſi placet adde glyciriſæ, hyſſopi, ſatureg, an. ℥ß. & in portione iuris adde mannæ ℥ß. mellis ſquilitici ℥j. miſc. vel ℞. ſucci ſchilæ crudæ ℥iii. mellis ℔.ß. coquantur ad ſpiſſitudinem & adde floris ſulphuris ℈j. & cochleare accipiat, in hoc caſu & hydtope pulmonis & tuberculo.

De purulentis & empyricis.

Per quas vias ſe vacuant expurgari empyrici.

ARetæus *lib. 1. de curatione diuturn. cap. 11.* ſub intercepto viro inquit, in viſceribus iecore, liene, renibus, per veſicam, in mulieribus etiam per vterum tranſitus datur; nempe cuidam ego aliquando abſceſſum laxioris inteſtini dextra in parte prope iecur diſſecui, multumque inde puris effuſum eſt: multumque per renes & veſicam, ad plures dies immanauit, & ſanitatem homo adeptus eſt, verùm ſi ad ſuppurationem veniat inflãmatio (in thorace nempe, omnia maxima fiunt, parùm ſpuunt, cum maiori tuſſi, & ex violento abſceſſu imprimis pituita fertur bile infecta ad nigredinem vergens, poſtea cruenta ac pinguis pituita, ſi proxime rumpenda, ſpeciem carnis habent; ſi iam dirupta ſit, ſtrangulatus diſcrimen impendet, ſi multum ſubitaneumque pus emanauit, ſi pedentim ſanatur.

De ſignis empyematis.

Per aluum per vrinas, huic etiam puri via datur, ſed ad renes & veſicam tranſmutationes meliores omnibus ſunt (quià nempe per emulgentes à pectore breuior via eſt) quibuſcumque ab oſſe pectoris ad ſternon purulentia fit, tardè abſcedit, ſed minimè nocet; ipſius verò habitus colliquationes prauæ ſint, breui enim tempore ſuppurant. lienis iecur & pulmo interceptum celeriùs quidem pus ducunt, ſed periculoſa & mortifera ſunt.

De Aſthmate.

Aretæi iudicium de aſthmate.

LIb. 2. chronic. cap. 11. idem Aretæus. At ſi cor etiam viriatum ſit, cum ſpirandi difficultate, nunquàm diutiùs vita produci poteſt; hoc enim loco ſpirandi viuendique initium eſt; pueri faciliùs liberantur; nam ipſorum natura in incremento eſt, quæ valentiſſimè calefacere poteſt, viri & ſi non facilè hoc morbo capiantur, citiùs tamen capti pereunt.

De Hydrope pulmonis, & Aſtmate antiqua:

ACcipe pulueris de mechoan inſuſi in aqua vitæ ʒj. guttæ gammæ ʒß. ſucci rad. iridis, vel ſambuci ℥ß. hæc infundantur in decocto liquiritiæ & gentianæ ad ℔.ß. 24. horis, & de hac cochlearia accipiat; Doringius mirabilem diſtillationem docuit; ℞. rad. calami aromat. elenij an. ℥iiij. ruſci ℥j. cortic. & ſem. ebuli an. ℥ß. florum ſambuci p.j. agrimoniæ m.j. rad. iridis Florent. ℥iß. inciſa & contuſa cum hepate & pulmone vituli ſemiaſſi, infundantur horis 24. in aqua apij, cotulæ fætidæ, an. ℔.iij. vini Rhenan. ℔.ij. & f. diſtillatio ſuſpenſa in alambico corticum citri, in nodulo ligati, ℥ß. & in aſthmate antiqua

antiqua fiat ſyrupus. ℞. rad. elenij, polipod. vino albo maceratorum an. ℥ij. paſſul. coriath. ʒß. ſebeſten. n. xij. farfaræ pulmonariæ, ſaturigiæ, calaminth. an. m. j. foliorum tabaci, n. j. glycyriſæ ʒij. ſem. vrticæ, bombicis, an. ʒiß. coquantur in mulſa ad remanentiam ℔. iß. & cum ſacchar. f. ſyrupus cui addatur olei ſulphuris ℈j. & ſumatur.

De Raucedine antiqua deſperata.

HIc ſyrupus maximè commendatur. ℞. eriſimi recentis m. vj. rad. elenij, tuſſilaginis, recentis, glycyriſæ an. ℥ij. borag. cichorij. capil. ven. an. m. iß. florum cordial. anthos, ſtecados, betonicæ. an. m. ß. aniſi ʒvj. paſſul. ℥ij. coquantur in hidromelle & aqua hordei ad ℔. iij. ſucci eriſimi ℥vj. & colat. adde ſacchari ſatis ad ſyrupum.

Hoc Lobelius teſtatur, deſperatam raucedinem curaſſe; pro hac & tuſſi antiqua fiat hæc diſtillatio; ℞. veronicæ, ſcabioſæ, an. m. j. marrubij, m. ij. capil. ven. hyſſopi, fragrariæ, meliſſæ, an. m. iij. rad. iridis. angelicæ, eryngi, glicyriſæ an. ℥j. mirrhæ ʒij. croci ℈ij. piperis albi, ʒj. caricarum, n. viij. ſchilæ præparatæ ʒij. paſſul. ℥iii. ſem. lini, fænug. an. ʒiij. ſucci nicotianæ. ℥j. infundantur in ſpiritus vini ℔. vj. aquæ fragariæ, ſcabioſæ. an. ℔. j. aceti, ℔. ß. diſtillentur in B. M. & capiat ℥ij.

ILLVSTRATIO XVII.

De Syncope.

ARetæus *lib. 2. de cauſ. & ſign. acut. cap. 3.* rectè Medicus & vulgus, inquit, huic affectui nomen indiderunt. Dij veſtram fidem (hoc eſt opem deſideramus) ecquid enim maius ecquid celerius ſyncopa? (nempe vi & potentia) ecquodnam aliud nomen ſignificantius? quid verò cordi ad mortem vitamque capitalius? neque ſyncopam cordis ægritudinem eſſe, aut vitalis in eo poteſtatis detrimentum non credendum eſt: tanta eſt mortis celeritas & talis morbi ſpecies.

[Margin note: …lius celeriter roborā…tibus.] In hac vltima exolutione. ℞. ambaris griſij. ʒß. manus Chriſti ʒij. margarit. ʒß. lapidis armeni & boli oriental. an. ℈j. lapidis bezuar oriental. ℈j. vel cũ ſaccharo f. tabellæ. vel pulu. ſumantur in ouo ſorbili, aut chocolate, vel cum condito citri, aut florum borag. & ſucco pomorum f. elect. ſeu fiat hæc diſtillatio pretioſa, ℞. florum lilij conuallium m. ij. roſ. m. vj. lauendul. m. j. borag. bugloſ. an. m. ij. ſaluiæ, maioranæ, hyſſopi. roris marini, an. m. iij. meliſſæ, mentæ. an. m. j. cinam. cubebar. ſtiracis, calaminth. an. ℥j. macis, piper. longi, cardamoni, nucis muſcatæ cariophyl. an. ℥ß. inciſa infundantur in vini maluatici & aqua roſ. an. ℔. ij. digerantur triduo & lento igne diſtillentur & in roſtro capitelli ponatur ambaris & galræ, an. ℈j. in ſindone rubro, & dentur cochlearia per vices ſeu in chocolate miſceantur. & ſi his addatur pulpa caponis & perdicis, aut veruecis, efficacior erit ad ſyncopem, præcauendam.

ILLVSTRATIO XVIII.

De Ventriculi morbis, de Vomitu.

CElſus *lib. 1. cap. 3.* vomitiones luxuriæ cauſa fieri non oportere confido: valetudinis cauſa experimentis credo: commoneo tamen, ne quis qui valere vult, hoc quotidianum habeat: quibus humor tunicis adhæret. non vomunt, niſi ingeſto cibo, aliter nauſea moleſta eſt & pertinax; ſi ex melancholia non ſurſum prouocatur, ſed clyſteribus reuellatur.

De Attritione ventriculi.

EST mirabilis in Galeno hiſtoria *lib. de præcognit. ad Poſthumum, ca. 11.* in Antonino Imperatore, qui cum ventris torminibus & profluuio in nocte vexaretur, æſtuante ventriculo, quem Galenus vnguento nardino cum lana ventriculo appoſito perſanauit, & vino Sabino propinato cum pipere, quem etiam affectum refert Petrus Dayrus *lib. 11. pract. cap. 9:* in viro quodam nobili, cùm cænaſſet, totus frigidus factus, pulſu pene contracto & obſcuro, vt vix perciperetur, & tali anhelitus compreſſione & anguſtia, vt præfocari etiam videretur, quem etiam oleo nardino ventriculo appoſito & piperis ʒj. cum vino exibita perſanauit; nos etiam in nobili Regis Conſiliario, D. Ioãne Antonio de Mendoça Hiſpali ſimilem affectum perſanauimus, qui cùm cardiacâ etiam vexaretur, fluxu ventris, difficili ſpiritu: clyſteribus impoſitis ex iure auis, oleo roſ. ſaccharo, & catholico oleo nardino, ventriculo appoſito, & pullis columbinis viuis adhuc, ventriculo adaptatis & ad tempus etiam repetitis, & vino abſyn-

[Margin note: Triplex hiſtoria ex…]

abſynthites propinato, cum puluere aromatici roſati, feliciter & breuiter conualuit.

De Singultu.

SI à materia maligna in tunicis imbibita hoc generoſum auxilium à Senerto proponitur, in puluere, aut tabellis. ℞. ſem. aneti, cardus ſancti, citri, an. ℈j. meliſſæ, corticis citri, an. ʒß. corall. galangæ, macis, cinamom. an. ℈ß. margar. ſmaragdi. an. g. viij. cornu cerui. lapid. bezuar an. ℈ß. & f. puluis, ſeu cum ſacchar o aquâ ſaliuæ diſſoluto f. tabellæ, vel cum ſyrupo de cortice citri electuarium, & detur ad ʒj. vel ſumatur aquæ theriacalis ℥ß. vel theriacæ ℈j. cum aqua ceraſorum.

Conſiderationes ſingultus. Dein conſiderandum, an in febris initio ab excrementis primę regionis & ventriculi oriatur; nam tunc aut vomitu, aut leni pharmaco medetur, vt materia effuſa vacuetur: ſi à materia in tunicis impacta cum febris vehementia purgare non licet, ſed lenientibus & ſoporem inducentibus, vt muſcilaginibus ſyrupi papaueris & aqua lactucæ; ſi ſtatu dum criſis inſtat, inſpectare finem oportet, ſi iam febris temittit, purgare licet, ac poſtea humoris acrimoniam obtundere typſana emulſione 4. ſem. frigidorum, portulacæ, eidoncorum, papaueris, lactucæ, & ſimilium.

De Colera.

VNde tantus humor ad ventriculum fluat, non dubito aſſerere, ex violentia cauſæ colliquari, & corrumpi, & natutam ideò irritare. Aretæus *lib. 2. de curatione acut. cap.* 4. Vinum, inquit, propinandum exiſtimo, celetiter enim ſurſum petit, vt retrogadum humorum fluxum coërceat: cætetùm, ſi omnia euenit & nihil retinet ad calidas potiones & cibaria recurtendum, nonnullis enim hæc mutatio vomitionem compeſcuit, calida verò calidiſſima ſunito; ſin horum auxiliorum nullum proficit, cucurbitula inter ſcapulas affigenda eſt, atque infra vmbilicum: verùm aſſiduè cucurbitulæ mutãdæ ſunt, ſic etiam conſuluit Raſis; & ſanguis cryſtallo vti conſulit præparato, ad ʒß. cum aqua portulacæ; aut plantag.

Calida quando ſumenda in colera.

Cucurbitula quando.

Senertus tamen de colera tulit iudicium; Aretæus *lib. 2. de ſignis & cauſis acut. cap.* 5. à toto, inquit, in ventriculum & inteſtina ruit (nempe humor) vitium acutiſſimum, vomuntur aquæ ſimilia: initio facilis motbus eſt, dolore vacans; poſtea tenſiones in ore ventriculi & gula & tormina & ventre; ſi magis ſæuit & augeſcunt tormina, anima deficit, membra reſoluuntur, cibos abhorrent, animus conſternatur; poſtea nerui tenduntur; muſculi conuelluntur, digiti incuruantur, vertigo oritur, ſingultiunt, vngues liuent, algent extrema, totum corpus rigore concuritur (motibus nempe conuulſiuis) ſi malum ad vltimum venit, ſudore perfunditur, atra bilis ſupra & infra ruit, & conuulſione veſica impedita lotium cohibetur, mors demùm ſequitur, doloribus plena & miſeranda.

Aretæi iudicium de cholera.

Signa lethalia quæ.

De Cæliaca.

ARetæus *lib. 2. de cauſ. & ſign. chronic. cap.* 7. præterea, inquit, & totus homo debilis redditur, quia corpus non alitur, vnde longus morbus, Cęliacum quem vocant, efficitur, Latinè Ventricularis, ob concoquentis caloris imbecillitatem friguſque ventriculo: cùm liqueſcit quidem à calore alimentum; ſed non concoquit calor, porrò ſi in incremento morbus ſit, materias ab omni corpore in ventriculum rurſus adducit, tunc ea iam eſt corporis colliquatio, os aridum eſt, ſuperficies ſquallida, nihil ſudant, ventriculus non nunquam vt ab ardenti carbone peruritur, alias tanquam à cryſtallo conglaciatur: interdum verò ſanguis in extremo vitæ diſcrimine conſtitutis, in deiectionibus flauus defluxit, purus, non permixtus, vt venæ oſtiolum patefactum eſſe videatur: acredo namque venas exedit; longiſſimum & difficulter curabile vitiũ eſt; ſi deſit, iterùm inuadit, per circuitus igitur morbus iſte reuertitur.

De colliquante cholaca.

Signa liquationis.

De *Voluulo, & Ileo.*

ARetæus *lib. 2. de ſig. & cauſ. acut. cap.* 6. Multi quidem, inquit, vi torminum tepente interierunt: aliis inteſtinum ſuppurat, deinde (nigricans, tùm & putrefactum excidit atque ita deficiunt, quibus mors inſtat, frigidum ſudant, vrina difficulter exit, anus arctè conſtringitur, & 2. *de acut. cur. cap.* 5. Verùm ſi morbi cauſam inflammationem eſſe inuenerit, venam in cubito magna ſectione aperiat, quo multus ſubitò ſanguis, inflammationis alimentum vel vſque ad animi deliquium effundatur, etenim hoc & ſedandi doloris & ſtuporis ac ſenſus priuationis initium eſt; hoc idem conſulit Paulus *lib. 3. cap.* 43. vbi ſe vidiſſe teſtatur colicum peſtilentem; cæterùm ſi neque dolor

Signa lethalia voluuli.

In inflamm. ſang. miſſio ad animi deliquium & amplo foramine.

temittit,

remittit, neque flatus nec ſtercus deiicitur, purgatorium pharmacum, quod hieram vocant, neceſſariò dandum eſt; aut enim cum bile & pituita pharmacum vomitu expellitur, aut deſcendens ſitum, dura ſtercora, pituitam, bilem, mali tormenta ſecum ducit.

Si clyſter non admittitur, aut mox obiicitur, fruſtrà fortioribus clyſteribus pugnamus: nam Ætius decocto molliente vtebatur, aut ex olei ſolo, & ſpongiá ſucco ciclaminis calente, & ventri mollientia & humectantia adaptabat, & fotibus & balneis ex ſimilibus herbis, & Matthæus de Gradi ſolis clyſteribus ex iure & oleo amig. dulcium: his enim fibris inteſtinorum laxatis, præuerſus inteſtinorum motus ſedabatur: nos etiam clyſteribus non inſiſtimus, ſed in ſang. miſſione ex brachio & ſanguiſugis ani extremitati adaptatis.

ILLVSTRATIO XIX.

De Dyſenteria.

INteſtinorum vlcera, alia ſunt ſuperficialia, alia ſerpentia, ſphacelum inducẽtia, & mortifera; in his vlcerum paſſionibus circum roſæ apparent, & in his ſtillationes ſanguinis longiores cernuntur, alia inflammatione tumentia & doloroſa: alia quæ oris tumentibus aſpera ſunt, inæqualia, calloſa, & vix medicabilia: vlcera etiam in ſuperficie in ſuperioribus quidem inteſtinis tenuia, bilioſa, inodora excernunt, ieiuni autem inteſtini excrementa puriora ſunt, crocea mali odoris, ab inferiorum autem inteſtinorum vlceribus aquoſa, tenuia, ſine odore feruntur: ſin profundiora vlcera ſint, ſanioſa effluunt, ſubrubida, vinoſa, aut inſtar loturæ carnis, & hæc modò ſola, modò cum ſtercore, ex profundioribus autem vlceribus, ſed inferioribus cruenta manent, craſſa, pituitoſa, carnoſa non valde pinguia, ramentoſa, vtpote quæ ab inteſtinis abraduntur, quin etiam & inteſtinorum integræ partes commixtæ ſunt; excernuntur quoque & albida, craſſa, mucoſa, adipis conciſæ ſimilia, humore circumfuſa, hæc vtique à recto inteſtino oblongo feruntur, nunnunquam ſanè mucoſa, tantùm vellicantia, crebrò ſurgere cogentia, ſed quæ deiiciuntur valde pauca ſunt, *Teneſmus* huic vitiò nomen eſt, à cæco autem carnes longè rubicundæ & grandes excernuntur, in ipſo enim profunda ſunt vlcera. Cruor etiam craſſus, fæculentus emanat, ſed hæc cæteris fædiùs olent; cæterùm poſtquam ſerpunt & exedunt vlcera, & nullo remedio vllo in loco coerceri poſſunt, à ſuperioribus quidem non ſolùm exquiſitè bilioſa, ſed & crocea ſpuma vicem vini referentia, nigra, iſatidis & porri ſuccum repræſentantia, ante-dictis craſſiora, atque inſtar putredinis graueolentia, deiiciuntur: at ſi inferiora inteſtina vlceribus eraduntur, guttæ cruoris atræ, craſſa, carnoſa, rubida, grumoſa, interdum nigra, multis modis variantia, olida non ferenda, per ſedem expelluntur, humiditatũque exitus inuoluntarij fiunt; nonnunquam oblongum quidam, pluribus diſcretum, inſtar ſani inteſtini deiicitur, & ignaris rei ſuſpicionem præbuit inteſtini, & ita res ſe habet: tunicæ enim ac ventriculi geminæ ſunt, & altera alteri vbique ſuperiecta eſt: igitur cùm earum connexiò diſſoluitur, interior tunica ſecundùm longitudinem abſiſtens foras egreditur, exterior ſola intùs manet, & carnoſa efficitur, & cicatrice ſolidatur, ſaneſcuntque homines, & noxâ ſoluri viuunt: interdum & pleniori inteſtino purulentus abſceſſus efficitur, nulla nouitate ab aliis, cuius eadem medicatiò eſt, nonnunquam ex laxo inteſtino aqua multa, dyſenteriæ modo profluit, idque plurimos ab hydropico morbo liberauit; itaque collectim dictum eſt: ſi vlceratio ſuperficie tenus fuerit, ſiue ſupra, ſiue infra, febrem non habet, nec dolorem, & victus ratione ſaneſcunt; vidi etiam cruentam leuiſſimo auxilio mederi: ſi vlcus altiùs deſcenderit, in ſuperioribus quidem mordacia tormina & acria ſunt; ſi in inferioribus vlcera ſalubriora, quia magis carnoſa: ſin caua & depaſcentia, ſuperioribus graſſantur, febres acutæ viſceribus demerſæ, & omnia grauiſſima ſunt, ad mortem vſque, & huiuſmodi calamitates, inferiorum inteſtinorum corroſiones communes ſunt, & dolores ſub vmbilico inferius, vbi vlcera ſunt, percipiuntur: verùm ſi ab inteſtinis cruor erumpit, ſi ex magna vena & arteria exeat, matura mors aduenit, vt etiam Paulus aduertit *lib. 3. cap. 42.*

De varietate vlcerũ inteſtinorũ & de, curandique ſignis.

De vlcerũ differentia & ſinus ab tachetis.

An tunica inteſtinorũ deiiciãtur.

Abſceſſus in inteſtino efficitur.

Aqua hydropicorũ per inteſtina etiam vacuatur.

Quæ magis ſalubria vlcera, quæ lethalia.

In dyſenteria Aëtius & Trallianus ſanguinis miſſionem conſulunt. Donatus & Antonius Lullius, Cæſar Claudinis ſcribit, ſe iuratò affirmare poſſe, in dyſenteria ſui temporis epidemica, complures hoc præſidij genere præſeruaſſe, & citiùs ſanitati reſtituiſſe, ita Mercatus conſulit & Senertus & omnium auctoritatum ſuperior ratio: nam reuellit, deriuat, & vacuat, quod fluxurum à venis ad inteſtina timetur. In hepatica exhibeatur puluis hepatis

De ſang. miſſione, qui conſulant.

De hepatica.

hepatis lupi præparati, ad ʒß. in condito roſ. cum granis ij. laudani opiati,& ſi hepar ſeroſa humiditate abundat, infundatur rhabarbarum in aqua roſ. & cinamomi,& propinetur, ſiue in potione,ſeu ſaccharo roſato, additis gut. ij. eſſentiæ vitrioli in teneſmo hoc his diebus datum eſt experiri,aliis non proficientibus auxiliis, clyſterem communem imperaſſe, ad fæcis intus adſeruatas educendas, & cùm multa ægrotus excreuiſſet,illa excrementa tranſitu vlcus eluiſſe, & mundaſſe in tranſitu per illa læſa loca, vt exinde ægrotus conualeſceret, quo in illam opinionem veni; ſi leni medicamento hæc illa excrementa prouocarentur,hoc idem auxilium conſequuturum, ſaltem ſi per clyſteres retenta excrementa educantur, & hoc non eſt, humorem ad partem læſam ducere, quod Auicenna vehementer docuit præcauere.

De teneſmo obſeruatio.

ILLVSTRATIO XX.

De Iecoris inflammatione.

ARetæus *lib.* 1. *de cauſis & ſignis chronicorum cap.* 13. Intus & extra,inquit,interdum prominet inflammatio, peritonei verò interminata duritia eſt, & extremitatis proceſſu neutiquam cernitur, porrò ſi ad anteriora ſubit abſceſſus,longè Medico natura præſtat, aut enim ad veſicam, aut ad inteſtina pus conuertit, verùm multò innocentior eſt ad veſicam via: at ſi extra feratur abſceſſus, ipſum non ſecare vtique malum eſt: nam ſi permittatur inciſio, à pure iecur eroditur, nullaque mortis dilatio eſt; ſi ſecare autem malis profluuij ſanguinis periculum inſtat, ſtatimque hominem perdi contingit, nam ſanguinis è iecore profuſio coërceri nullo modo poteſt, igitur ſi aliquando ad ſectionem venire coëgeris vſtorium ferramentum candens, perſpicuumque ab igne, accipito, & vſque ad puris locum introducito, idem enim tibi & ſecat & comburit, verùm ſi ad inteſtinum pus effunditur,ex aluo primùm aquea feruntur, poſtea ſicut loturæ carnis interdum cruentum virus,aut concretus ſanguis fertur, & bilis flaua, ſincera,aut porracea, & *poſtrema interitum afferens nigra bilis*; optimum verò eſt,per lotium criſim fieri: hæc enim ſecurior eſt, minuſque maleficus puris exitus; vtraque enim via & ipſum hydropicum morbum tollere conſueuit, licet vtrâque cohibitâ moriatur hydropicus, interdum & nimis profuſâ.

Abſceſſus hepatis ad vrinas aut inteſtina vertitur, ſed melius ad vrinã.

An ſecandus & vrendus abſceſſus ad extra prominens.

De hydropis periculo.

Et *lib.* 2. *de curatione acut. cap.* 6. Per hæc auxilia, inquit, mitigato morbo, cucurbitula macis applicetur, vt omni parte hypochondrium circumdetur, atque illius conſcindenda cutis,vt multùm ſanguinis effundatur, nonnullis autem hyrudines quàm ſcarificationes magis placent: nam eius beſtiolæ morſus magis penetrant.

De vſu cucurbitulis & hyrudinibus.

De *Inflammatione venæ cauæ deſcendentis.*

ARetæus *lib.* 2. *cap.* 8. *de curatione acut.* Quòd ſi venter ſanguine plenus ſit, inflammatioque fiat circa venam, ſi magna ſit, celeriter hominem tollit ignis acer & mordax, qui ambabus cauitatibus accenditur, paucuſque dumtaxat foris apparet (nempe veluti, in typiria) æger verò ſeſe comburi exiſtimat, at egregius Medicus frigidam liberaliter citra noxã propinare poteſt, ſed longè tutius ardore venâ cauâ oriente: quod ſi illam vomitu expellat,alia non opus eſt, ſin minùs multâ frigidâ vomendum eſt, malum eſt enim ſi nihil aut per ſudores,per vrinam, aut ventrem effuderit.

De aqua frigida potu.

De Ictero.

ARetæus *lib.* 1. *de cauſ. & ſig. chronicor. cap.* 15. Difficile vtique in acutis malum eſt,quia non ſolùm ante 7. apparens, ſed etiam poſt 7. infinitos necauit; rarò autem ad extremum febrem benè iudicauit, ipſe verò haud facilè diſcutitur: neque vitio iecoris tantummodo prouenit; vt nonnulli exiſtimant, ſed & ventriculus & lienis & renis & laxum inteſtinum in cauſa ſunt, à laxo inteſtino & ventriculo arquatus prouenit, vbi concoquendi facultas in vetriculo & laxo inteſtino quod Græci κῶλον nominant, læſa fuerit: nam & in collo concoctio efficitur, & ab ipſo alimentum in iecur digeritur, igitur ſi aliud alimentum iecur ſuſceperit, proprium quidem elaborat, & conficit, alienum verò demittit: ſanguis enim qui diſtribuitur, coli ceſſationem atq; inertiam retinens, in omnem partem labens, eam diſſeminat: in collo autem cruditas ipſius bilis effectrix eſt: hunc ergo in modum ab omnibus viſceribus arquatus oriri poteſt, non modò ab iis quæ iecori eſcam ſuggerunt, ſed etiam ab iis quæ à iecore ſuſcipiunt; neque enim per canales dumtaxat ſenſiles, ſed multò copioſiùs per halitus natura per omne corpus alimentum diſtribuit; qui à toto in totum, natura

Ante 7. & poſt 7. malum eſt ictorum.

Quomodo à ventriculo & inteſtinis aduenit.

Per quas vias natura alimentum diſtribuit.

natura ipſos per ſolidas ac denſas partes digerente diſcurrere facilè queunt; gignuntur igitur halitus bile infecti, & corpus vbi inſederint, colorant: nempe per aluum laborante colo, non fit albida excretio: iecur enim in creandis ſuccis nullam noxam patitur, exitumque bilis ad inteſtina patentem habet: habitus quoque corporis, ad morbum regium citandum ſummopere efficax eſt; nam ſi ad ſingula obeunda munera calidum, fatigatum, laſſatumque fuerit, ipſum quidem in acre atque igneum vertitur, humiditates autem omnes in bilem abeunt (nempe in ambitum diſperſæ) ignis enim operâ amara & bile infecta ſunt: vtique ſi nullius viſceris calefactio euidens fuerit, plerumque ſine noxa arquatus eſt, ſed diuturnior ſi perſeuerauerit, atq; inſuper viſcus inflammatione vexatum fuerit in aquam intercutem & malum còrporis habitum vt plurimum deſinit, plerique & ſine aqua intercute colliquati interierunt.

Abſque hepatis noxa quomodo icterus oriatur & ex corporis habitu.

Et quare in hydropē vertatur.

ILLVSTRATIO XXI.

De Hydrope.

ARetæus *lib. 2. de cauſis & ſig. chronicorum cap.* 1. Aqua inter cutem, inquit, quam Græci *hydropem* vocant, iniucundum aſpectu vitium eſt, & toleratu difficile: ab ipſo enim perpauci liberantur: idque ſelicitate quadam, ac Deorum potius, quàm artis auxilio, maiora enim vitia ſoli Dij medicantur: nulla quippe pars eſt noxâ carens, quæ vel modicam naturæ opem ferre poſſit: nam aut in viſcere primario morbus deliteſcit, totumque in malum habitum conuertit, aut omne corpus ingruente peſtilentia, in malum ſuccum, viſcera permutauit, quando ſibi vtrique viciſſim mutuas tradunt operas, oportet enim Medicum, in hoc morbo totum hominem permutare; quod per Iouem neque Diis ipſis facilè fuerit.

Quare hydrops incurabilis.

Et 1. *chronicorum cap.* 1. Quare chronici difficulter curentur, inquit, diuturnarum ægritudinum dolor multus eſt, tempus colliquationis longum, & medicatio inſtabilis, nam laborantes æquo animo ferre, vſque ad finem non audent: quin etiam ſi æquo animo ferunt, in victus ratione nimis longa delinquunt.

Quare chronici difficulter curentur.

In hydropis curatione Paulus *lib. 3. ca.* 48. cæterùm in tympanite & purgatoria, & quæ totum corpus colliquant, tollātur, & quæ efficaciùs vrinam cient: quæ verò flatus attenuare & diſcutere poſſunt, intus & extra vtenda, & cucurbitæ leues aſſidue toti ventri affigantur: qui verò hydropem aſcitem habent, ſi nō relatis ceſſerit auxiliis, ad perpunctionem reducantur, quæ nulli alij hydropi conuenit.

In tympanite quæ auxilia eligenda, & quæ vitanda.

Inter ſectiones ad educendam aquam ſcroti apertionem magis laudat Platerus, quem ſequitur Maſarias & Fabricius, *Cent. 1. obſeru.* 48. nam ſiue in abdomine, ſeu in cruribus fiat, gangrænæ periculo laborat, vt aduertit Septalius *lib. 7. animaduerſ.* 56.

Scroti apertio eligenda non alia.

Alia tamen ſunt priùs auxilia tentanda, inter quæ primas tenet, vinū ſequens, diſtillatum pro diuitibus. ℞. rad. ebuli. cucum. ſilueſtris, ſambuci, & floribus illorum an. m. j, hepatis lupi & vituli præparati an. lb. ß. dialacæ, theriacæ, mithridat. trocis de abſynth. eupatorij, rhabarb. an. ℥ß. in vino & aqua vitæ infuſis, diſtillentur, & capiat ℥ß. additis diarrhodon & aromat. ros. an. ʒi. eſſentiæ ſulphuris in aqua diſtillata ℈j. vel cum ſyrup. de eupatorio fiat conditum, de quo accipiat ʒj. in vino agrimoniæ, & in hoc aut illò addatur oculorum cancri præparati ʒß.

Vinum distillatum optimum.

Si verò hydrops repentè oriatur à cauſa colliquante, frigidis temperatis & potu moderato vtendum, ſed aduerte quòd à renibus, inteſtinis, & veſica colliquatione etiam fieri.

De hydrope à cauſa colliquatiuâ.

Pro ventre tumido Galenus emplaſtro cochlearum vtitur: vel ℞. emplaſt. de aſtanita, ſtercoris columbæ, aceto macerati an. lb. ß. ſulphuris viui, ℥j. nitri ℥ß. pulu. rad. iridis, elenij, bacchar. lauri, aneti. florum camomeli an. ℥ß. ſem. naſturcij. ʒij. coquantur in vino ad craſſitudinem, deinde adde mellis ℥ij: ammoniaci ℥ß. terebent. ℥iß. ſucci ebuli, ℥ij. ſoldanellæ ℥j. farinæ fabarum ℥ij. & f. cataplaſma, & ad tumidum ſcrotum flat euaporatio in ſella perforata ex ſimilibus herbis vino coctis & crura lauentur aquâ marinâ, aut ſalsâ, cui decoquantur ebuli, ſambuci, lauri, iuniperi folia, aut radices: vel lixiuio ex cineribus vitis, aut ſambuci: ſed aquæ thermales in omni hydrope prodeſſe monſtrat experientia, & ratio, vt etiam in ictero ab obſtructione antiquata.

Aquæ thermales in hydrope ſunt extremum auxilium.

ILLVSTRATIO XXII.

De Calculo & vlceribus renum.

ARetæus *de chronicorum curat. cap.* 3. Vt innata calculorum fæcunditas, inquit, ad ſterilitatem commutetur, fieri non poteſt, non ob ſolam corti-

Quare calculorū fœcunditas emendari nō poſſit.

gendi intemperiem, impoſſibilitatem, ſed quia mala conformatio emẽdati non poteſt: faciliùs enim vterum concipiendo fœtui inhabilem quis reddat, quàm calculis generandis aptos renes à calculorum generatione prohibeat; itaque ſi calculi vrgeant, præterea non feratur vrina & inteſtina torqueantur, venam malleoli, quæ rectà affecto reni oppoſita ſit, incidito: nam ſanguinis e renibus effuſiones calculorum diſtrictiones relaxant vaſculorum autem inanitio phlegmonem ſoluit (& addit Paulus velocem excretionem facit) nonnunquam & ſicca cucurbitula calculorum vexationem ſubſtulit: optimum autem fuerit, ſi ſuper inflammationem ſcarificaueris; cæterum ſi hæc te faciente adhuc remanent calculi, in oleum hominem demittito, id enim ſimul omnia præſtat: nam tepor relaxat, lentorem affert, acrimoniam verò ad excernendi promptitudinem irritat: hæc ferè omnia Paulus imperauit *lib.* 3.*ca* 45. nam poſt alia ſigna dixit & ſiccatus ſanguis hircinus & cicadæ ſiccæ ſine alis & pedibus & lapis iudaicus, in vino mulſo calido, in balnei ſolio dentur, & quæ ex ipſis parantur compoſita medicamenta, quin & traglodites, paruus paſſerculus, colore inter cineritium cum virore pallido, hic totus ſale ſeruatus & crudus aſſiduè comeſtus & calculos per vrinam expellit & de cætero generari vetat, & illius cinis cum mulſo.

Auxilia calculum diſturbantia.

De balneo ad calculi.

Pauli auxilia.

De paſſerculo traglodite.

De veſicæ affectibus.

ARetæus *lib.* 2.*chron.cap.*4. veſicæ morborum nullus placidus eſt, quippe acuti inflammatione, vulneribus, conuulſione, febribuſque auctis, interficiunt: vlcus verò & abſceſſus & reſolutio aut lapis magnus tolli nequit: neque enim potione aut medicamento frangitur, aut circumteritur neque præ noxiam exciditur: opus enim eſt & tenuis veſicæ partes ſimul cædere, ſi verò aut eodem die hominem perdit, aut paucis diebus conuulſionibus febribuſque conſumit; niſi excidatur autem, præter vrinæ concluſionem doloribus febribuſque, aut liquationibus homo contabeſcit, quòd ſi veſicæ inhæret calculus ex colliquationibus pateſiet, ſed neque dolorum, neque grauitatis expertes ſunt: licet vrinam expeditè reddant: ſin minùs & vrinæ difficultas accidit: *omnes verò calculos ex ſabuloſis vrinis ſubſidentiiſque deprehendes*, & quod iſtis virilia ſæpiùs attiguntur: *ſanguinis effluuium eſt ſæpè mortiferum.* ab eo enim grumi creantur, lotij ſuppreſſio & matura mors, quamuis enim ſanguis flauus & tenuis ſit, neque concretus, veſica tamen longo tempore congregat, ac eadem calefaciens & elixans cogit conpiſſatque, atque ita grumus efficitur *& vrinæ inter clutio mortifera*, his accedit dolor, ignis ſacer, lingua arida, & ab his delirantes moriuntur, & *lib.* 2.*cap.*10, ilia dolor ponderoſus infeſtat, nerui conuelluntur, tremunt, horrent, deſipiunt; verùm ſi ad hæc vlcus accedat, aut inflammatio, mors celerrima inuadit: præterea medicamentis venenoſis & cantharidibus, aut bupreſte, & neumaticis veſica deucitur & tota aluus maiorem vim patitur & in peiorem ſtatum delabitur, nonnumquam & ſanguinem veſica effundit, grumi verò & phlegmone minatur exitum: refrigeratio enim & extinctio caloris ingeniti ſequitur, quæ *necroſis* Græcè dicitur, & quæ ea comitantur mala id genus facilè hominem tollit.

Qui affectus veſicæ non curentur.

An lapis conteratur auxilius.

De adhæreſcente calculo.

Inflammationis ſigna.

An cantharidibus vitiatum ſit.

Inter auxilia, puluis millepedis maximè commendatur ad ʒj aquæ vitæ ℥ß. iuris cicerum ℥iij. Cardanus per catheterem In veſicam immittere conſulit aquã ex cinere ſcorpionum, & ſic lapidem frangere & expellere iudicat, & hanc patat petrocellini radice lapidibus cancri, ſtercore columbino, & parietariâ aquâ aut vino infuſis.

Cardanus cinerem ſcorpionum lapidem frangere exiſtimat.

De veſicæ caruncula lege Amatum Luſitanum. *Cent.* 4. *curatione* 19. vbi collytium & emplaſtrum inuenies pro carunculis conterendis mirabile, & præſeruationem poſtea à carunculis.

Ad vrinæ ardorem aquæ acidulæ à Senerto & aliis maximè commendantur, quia per ventrem & vrinam acres humores expurgant, quod nos teſtari poſſumus in hypochondriaca melancholia, nobilis Hiſpalenſis D. Franciſci Eminente: ſed lac capræ, aut aſinæ, recens mulctum, aut ſerum, maximè acrimoniam contemperat, vt & euulſiones 4. ſeminũ frigidorum.

De vrinæ ardore.

Aquæ thermales acidæ commendãtur.

ILLVSTRATIO XXIII.

De affectibus vteri.

De fluxu muliebri.

PAulus *lib.* 3.*cap.*63. fluxio vteri totum corpus expurgat, ſed tali ſpecie eſt quod vacuatur, quale redundat: aliud eſt rubicundum, velut ſeroſus ſanguis, aliud album à pituita, aliud pallidum ab amara bile, aliud aquoſum: ſi verò purus ſanguis, diligenter aduerte, an aliqua

aliqua eroſio ſit in vtero cum vlcere, aut inflammatione, aut ſine illa: proinde toti corpori opitulari oportet; danda ſunt etiam vrinam mouentia & fluxu immodico cucurbitulæ ad mammas apponendæ: infus & extra vterum adſtringentia immittenda.

De Vteri inflammatione.

IDem Paulus *cap.*64. vteri inflammatio an ex partu, aborſu, plagâ, ſuppreſſione menſium, frigiditate, inflammatione, oritur: ad hanc ſequitur febris acuta, dolor capitis, ac tendonis & baſis oculorum, iuncturæ manuum, digitorum, & colli detractio, & declinatio ad contraria, ſtomachi conſenſu affectio, oſculi vteris occluſio, pulſus parui, & ſi fortis eſt: totus pulſatorio modo dolet, ſi totus eſt inflammatus, ſi pars ſola circa illam partem, vt ſi poſterior dolor circa lumbos ſupprimuntur ſtercora recti inteſtini cõpreſſione: ſi anteriores ad pectinem, vrinæ ſtillicidium & difficultas, veſicæ compreſſione: à lateribus inguina tenduntur, & crura grauantur & ſtupent; ſi fundum inflammatum fuerit circa vmbilicum, dolor cum tumore, & ſi circa oſculum, circa ſupernum ventrem dolent: & digito immiſſo durum ac reniteus oſculum occurrit ſang. miſſio ex brachio, poſtea ex talo: topica pro inflammationis ratione; ſi in abſceſſum vertatur: ſigna intêduntur, inordinati horrores & pondus; perfecta ſuppuratione remittunt: rupto abſceſſu, ſi ad veſicam pus delatum fuerit, lactis potu vtendum, & cucumeris ſemen bibendum, ſi verò ad inteſtinum clyſtere eluendum; ſi verò ſanus, graueolens, velut ab vlcere depaſcendo ſerpente adſtringentius ſit infuſum, ex myrtho, palmulis, & lenticula.

Signa diuerſa vteri inflammati.

Abſceſſus ſigna & curatio.

De Vteri vlceribus.

ET *cap.*66. ſi vlceratio expoſita ſit, per inſtrumentum patet, ſin aliter ab excrementis & dolore ad lumbos & vmbilicum: nam inflammato vlcere paucus, cruentus, aut fæculentus cruor exit: ſi ſordidum, copioſior ſanies, neque tanto dolore, ſi depaſcendo ſerpit, graueolens, niger, vehementiori dolore: purum verò ſi eſt vlcus, humor paucus, æqualis manat; ſi eſt inflammatum, frigidiora infunduntur, ſi ſordidum, typſanæ ſuccus cum melle aut tetrapharmaco cum mulſa; fænugræci, aut malua cocta, aut vt magis expurgetur marrhubio, aut croco cum lacte muliebri, cerato roſato, & adipe anſerino, & dolore vehementi, decocto papaueris in paſſo diluto.

Signa pro vlceris ratione diuerſa.

De Vteri ſtrangulatione.

ET *cap.* 71: ſopor grauis, mentis emotio, crurum retractio incipit; mouetur autem morbus ſecundum circuitum vt comitialis; repleto videlicet vtero, aut ſæminaria, aut alia materia, vtero putrefacta, quædam repente in acceſſione pereunt: pulſibus denſis, interdum intermiſſis, reſpiratione obſcura, deinde penitus intercidente; graueolentia ad nares, cucurbitas quoque affigere oportet ad inguina, ad imum ventrem cum multa flamma, & leues, & cum ſcarificatione: ſi verò prolongatur acceſſio, quæ flatus ducunt; commoda ſunt, per infuſa & clyſteria, ſternutatoria adhibeantur ex caſtoreo: ſi remittit acceſſio, vomitus prouocetur, & poſt 7. hiera purgetur, & caſtorei potu cum aqua artemiſiæ vtatur, aut cum mulſa; inſeſſus autem aut peſſi molitariis aſſumantur: à venæ ſectione initio facto ad purgationem tranſire per hieram oportet: poſtea etiam aquarum naturalium balneis vtendum.

Signa diuerſa.

Balnea thermarũ etiã animi hari valde iſterico.

ILLVSTRATIO XXIV.

De Coxendico morbo.

PAulus *lib.* 3. *cap.* 77. cauſa huius eſt craſſus & pituitoſus humor articulationi circa coxam impactus: dolor circa nates, & inguina, vsque ad genua, & pleriſque ad pedem; ab initio poſt clyſterem venam ſecã in brachio, repetita detractione: ſi verò poſt tempus æger ſe obtulerit (nempe dum iam humor non fluit, ſed ſolus impactus vrget) à malleolo circa crus affectum, detractionem facies: ſi multus dolor, antidoto philonij vtendum; inſuper fomentum ſicco adhibeatur, euacuat enim mucoſa, & aliquando ſanguinem: cucurbitis etiam vtatur ad coxam, multâ flammâ, & ſcarificatione; aliquando etiam hyrudinibus: poſtea ad vacuationem per purgationem veniendum, per hieram colochintidis (nempe ſedata fluxione) vomitus à rafanis multum prodeſt: dropax adhibeatur, (muſcido nempe reddito membro) balnea naturalia his commoda ſunt, poſt balneum dropaces: ſi verò nulli ex relatis cedat, quãdoque in ſuppurationem vertitur

Sang. miſſio vnde celebrãda.

Topica quãdo applicanda.

Purgatio quando imperãda.

Et balnea naturalia.

tur & quandoque laxatis neruis colligantibus, coxa ex articulo luxatur : oportet igitur diuturna facta affectione articulum vreretribus aut quatuor locis & vlceru per plures dies conſeruare, vt ne cicatrix inducatur.

Quãdo articulum vrere conueniat.

De Artritide & Iſchiade.

Purgatio an in principio imperanda.

AN in principio purgare Senertus : ſi metuamus, inquit, materiam magno impetu ad partem ruituram, eſt ſtatim purgatio imperanda in principio, quę non tantùm humoris moueat, ſed vacuare poſſit : huius etiam ſententiæ eſt Septalius : ſi verò dolores minuantur & paroxiſmus leuior fiat, poſtea purgare licet : commodiſſimum verò eſt ſtatim in principio purgare : nam antequam humor ad partem ruat, facile aliò auocatur, difficillimè tamen, ſi iam impetu ruit, & hoc ſi abſque febre ſit, & purgantia in principio paulo validiora eligi debent : nam leuia humores commouent & non purgant, cũ decubitus periculo, & dum purgant, loca dolentia defenſiuo tueantur, ne facilè cõmotum humorem recipiant.

De aliis auxiliis.

Vomitoria reuellunt, maximè aſſuetis: ſudorifera auxiliantur in pituitoſis, decocto ſaſſafras, ſarſæ. & chinæ : Foreſtus refert, ſe ægrotum curaſſe decocto radicis lappæ maioris, vel ℞. ſarſæ ℥j. ſaſſafras ℥ß. radicis caryophyllatæ ʒj. ſantal. citrini, ʒij. poſt infuſionem fiat decoctio ad medias, & accipiat ℥iij. topica ſunt pro humoris ratione adaptanda, & narcotica in neceſſitate. Perfuſionem aquæ frigidæ Hippocrates commendat. 5. Aph. 25. Sed hoc ſolis robuſtis competit, & ſanguine plenis. Chymici ſales commendant in vino diſſolutos, vt ammoniaci ſublimati, & tartari; vel ex hac diſtillatione panni imbuti applicētur: ℞. cancrorum fluuial. n. viij. granorum iuniperi m. j. mirrhæ, thuris, an. ℥j. vini optimi. lb. j. & diſtillentur.

Pars affecta quando vrenda.

In iſchiade attrahentia & reſoluentia magis proſunt, dum trahunt intus foras, ex Hippocrate 5. Aph. 60. pars affecta vrenda, inquit Celſus, *lib. 4. ca. 20.* vltimum eſt, inquit, hoc auxilium & efficaciſſimum tribus, aut quatuor locis ſupra coxam impoſitum candenti ferro, vt poſtea vlcera fluant ichoribus & de hoc puluere, quotidie ʒj. accipiat. ℞. ariſtolochiæ, gentianæ, rhapontici, camedrios, camepiteos an. ℥j. & fiat puluis. Theriaca & alia calida, ait, ſoli frigido humori applicentur, conſulit Aëtius : non in calidis. Crato *epiſtolâ* 125. aduertit ſudorifera è ligno guaiaco crebrò exhibita humidum

Sudorifera ex guaiaco humidum radicale abſumunt.

radicale abſumere, ac ideò cautè ſumenda; *ſed ad tartaream & induratam materiam diſſoluendam, ſal tartari in aceto pannis applicandum conſulit & commendat.*

Thermæ maximè proſunt.

Poſteà articulos roborare oportet lixiuio è fragi cineribus, vino & alumine an. ʒij. thermæ etiam vacuant tartareos humores & roborant articulos : emplaſtrum diacalcitis commendat Solenander. *ſect. 4. conſil. 25.*

Cautio in his aſſiduè curandis neceſſaria.

A grauiſſimis morbis liberant artitrici dolores; dum à nobilibus ad partes ignobiles humores euocant, & retentus humor & membris roboratis mortem accelerant, vt interdum commoditas ſit dolores pati, vt Cardanus aſſeruit; vt plurimùm materia ; quæ fluit ad articulos ſalis naturam refert, vt chymici loquuntur, ſeu ex bile, pituita, à melancholia decidat, ſeu à capite fluat, vt voluit Fernellius, ſeu ab impuritatibus ventriculi, hepatis, aut lienis, ſeu à venoſo genere ad articulos à facultate expultrice expellatur, aut à debili recipiatur facilè ; à collo etiam per meſenteriacas arterias ad truncum, & hinc ad articulos deferri hanc etiam impuritatem nouimus.

A colico dolore quare artheticus fiat.

Cautio de thermis maximè notanda.

De thermis etiam hoc nouiter experimur. neminem integram ſanitatem accepiſſe, ſi morbus iam altas iecit radices: ſolis enim prodeſt recenter ab arthritide vexatis, maximè corpore exactè vacuato; vt quæ ſuperſunt reliquiæ abſumantur, & articuli etiam roborentur: hoc enim potentiùs quàm alia medicamenta valent thermæ, quia fundunt, diſſipant, & roborant, ſi temperatus ſit eorum vſus; ſi verò corpus impurum ſit, ac multis vitioſis humoribus ſcateat, thermæ eos colliquant & fundunt, vt ægri interdum deteriùs euadant, & plus nocent quàm iuuent : illud nos etiam & his diebus vidimus, ſi artritis habitualis ſit, ex partis intemperie & imbecillitate contracta, quòd illa non corrigitur thermis, licet aliquid humoris diſſipetur ex impacto, vidimus enim Gallum quendam artriticum à thermis, retractis ſuris vtriuſque neruis, & paribus doloribus reuertiſſe.

ILLVSTRATIO XXV.

De Lumbricis.

QVia non eſt tam valida prudentia quæ puerorum cõtumaciã valeat ſuperare, ideo auxilia ſub varia figura occultata nos oportet ſeligere, & laudabili ſolertiâ decipientia : ad hoc enim

enim maximè conducit gut. ij. eſſentiæ vitrioli in magnam aquæ quantitatem infundere, & potandam dare & ad vermes expellendos. ℞ caſſiæ, ℥iij. mannæ ʒij. & cum ſyrupo de acido citri miſceantur, & gratum reddetur, & vinum ſic paretur. ℞. rad. zedoariæ. dictami cretenſ. an. ʒij. corallinæ ℥ß. rad. angelicę ʒij. fol. abſynth. ʒiij. infundantur in ℔. j. vini & de colat. accipiat ℥i. & in puluere ſic paratur auxilium. ℞. corallinæ, lumbricorum terreſtr. in vino ſiccatorum & in puluerem redactorum, cornu cerui vſti præparati, ſem. aniſi ſaccharo conditi & fæniculi an. ℥ß. ſacchari candi ad pondus omnium, & capiat ʒi. vel fiat diſtillatio. ℞. ſantonicæ ℥iiij. cornu cerui ℥ij. florum perſicorum ℥j. aloës hepaticæ ℥ß. abſynthij viridis m. j. infundantur in aqua filicis graminis, aut fol. perſicorum & abſynthij an. ℔. ij. & bis diſtillentur, de hoc accipiat ℥ß. vel f. tabellæ, aut ſyrupus, addito ſaccharo. & ſi fluxus ventris, aut febris adſit, additis ſemine portulacæ, oxâlidis, coriandri, mirthæ an. ʒß. ſucci omphacij, aut citri an. ℥iß. & ad ventrem fiat vnguentum. ℞. ſucci abſinth. foliorum perſicorum, fellis tauri an. ℥ß. olei petrolei ℥ß. ſemin. coriandri & aloës an. ʒj. amig. amarar. & rutæ an. ℥j. vini abſynth. ʒij. ferueant ad ſuccorum conſumptionem & eum cera f. lenimentum.

Auxilia magis ſelecta.

ILLVSTRATIO XXVI.

De Hydrophobia.

IN morſu canis, aut felis, plus interdum nos angit melancholia de futuro euentu, quã vulneris inflicti, & dolor & periculum, ideò aliqua ſunt inquirenda ſigna quæ nos ſecuros reddant de futuro ſucceſſu, quædam prudens experientia (in ſimili non in eodem caſu) mihi viam aperuit, & conſilium huiꝰ ſecuritati; nobilis & honeſta filia Petri Reinelis; dum ſitiret, aquam in poculo argenteo è manu ſeruæ bibit & à primo hauſtulo implaciditatem ſenſit in ventriculo, & (dum per gulam tranſiret) acrimoniam, quo in medio potionis ſubſiſtit, & aquam poculo derelictam in argenteo vaſe ſeruare imperat, & ſub hanc turbationem nos acceſſiri iubet, & in varia diſtractus in ancipiti anceps, me ſollicitat ſecurius conſilium, ac protinùs aquam in vaſe derelictam obſeruo, & colorem argenti & aquam inuenio velut cæli cæruleam, & argentum fucatum colore cæruleo ſaturato, velut lapidis laſuli, aut lapidis lyppis: quibus veneni ſuſpitione aucta, canem domeſticum mihi adduci iubeo, & ore adaperto aquam in vaſe derelictam per os canis infundo, quo in breui ſpatio canis in gyrum variis motionibus agitatus expirauit ac ita hæc veneni ſuſpitio, in veneni certam probationem ceſſit.

Hiſtoria de veneni ſuſpitione.

Sic pariter explorandum exſtimo, illam ſuſpicionem futuræ hydrophobiæ, an canis qui momordit, ſit rabie deprehenſus, an aliter ſit, & an perfectè ſanus, ſic explorare licet: accipe nuces communes & benè maceratas & contritas, & illas ſuper vulnus impone & per diem & noctem ſuper vulnus adligatas conſerua, ac poſteà aut gallo, aut gallinis proiicies; ſi enim canis rabidus erit, ſi non eodem in die, quo ſubſequitur peribunt: ſin minùs, nullam ferè noxam patientur; alij ſanguinem ex vulnere colligunt, & adſeruant, & pane aut farinâ placentulam confingunt, aut macerato tritico, & gallinis obiiciunt, ac poſtea, vt in antecedenti, periculla obſeruant, ſeu panem vulneri affricari iubent, vt conſulit Auicena & Raſis, ac altero cani deuorandam obiiciunt, & obſeruant, an comedere renuat, aut olfacere, ſeu an comedat, abſque tædio nec auerſione: nam ſi canis eſt rabidus, illè euadit rabidus, ſin minùs abſque noxa euadet.

Exploratio canis rabidi.

Sed ſecuriora ſigna ex ipſo cane qui momordit venantur, ſi ille & rabiei ſigna præ ſe tulerit, & in aquæ formidine, & ſaliuâ continuò fluente, oculis ſcintillantibus, & ſi nec domeſticis, nec ignotis in mordendo pepercit. Nihilominùs tamen inflictum vulnus eſt ſumma attentione curandum, & virus euocandum, quantùm ſedula diligentia tulerit & artis magiſterium, à perito chyrurgo, vti cauterio actuali ſuprà vulnus vt fonticulus conſeruetur, ſaltem ad 40. dies, aut hoc emplaſtro, vtatur. ℞. pulu. cancrorum fluuialium, allij; mentæ. gentianæ, ariſtoloch. rotundæ an. ℥iij. baccharum lauri, boli armeni an. ʒj. ammoniaci, galbani; an. ʒß. ſinapi ʒij. olei veteris ſatis ad emplaſtrum, & ad intus de hoc puluere ſumat ʒj. in vino generoſo. ℞. alyſi, pului cancrorum, verbenæ, ſaluiæ, plantag. polypodij, abſinth. mentæ, artemiſiæ, meliſophyli, betonicæ, hypericonis, centaureæ minoris, an. ʒj. ſanguinis miſſio in hac ſuſpicione non conuenit, ne diffundatur venenum, ſed illo iam diffuſo, ſi petiit accidentia, celebretur; ideo neque purgatio in principio poterit poſtea conuenire; ſed per multos dies accipiat theriacæ aut

Signa canis rabie deprehenſi.

De curatione vulneris inflicti.

Morſu à tarantula curatio.

mittidati ʒß. in aqua cera ſotum; hæc omnia conſerunt etiam demorſis à tarantula, cum ſpiritu vini & eſſentia roris marini & cinamomi: ſed nullum muſicæ & tripudio eſt æquale auxilium, quia illa violenta motione venenum diſſipatur.

ILLVSTRATIO XXVII.

De Fluxu chyloſô.

VSque adhuc illa generalis opinio inualuit, fluxum ventris chyloſum eſſe adeò difficilem & periculo plenum, quia corpus defraudatur proprio alimento, ideo quod venæ meſeraicæ à vena portæ ortæ, obſtructæ, penitùs obſeratæ, chyli commeatu præpedito ad hepar illum peruenire non permittunt, quo fit vt irritata inteſtini expellens, ſiue corruptione, ſeu ſola multitudine, illum deſidendi frequentia expellat; in hac opinione, vti cæteri noſtri temporis Medici, abſque præiudicio alterius indaginis ſteti, vſque ad Aſeli Anatomiam vidi, accuratam certè & longè veriorem de lacteis venis, de illarum origine, officio, & vſu; nam inter alia illam certè differentiam conſtituit, quòd hæ lacteæ venæ, ſolùm chyli delationi ſeruiant, meſeraicæ verò nullum chylum ſuſcipiunt, ſed ſanguinis fæculenti & craſſi receptioni ſeruiant, vt ab illis per illas quas conſtituunt hæmorrhoidales expellatur, quando ſe natura ab illo exonerari ſatagit.

Sunt enim lacteæ illæ venæ ab aliis venis & arteriis diſtinctæ & partes vnius trunci, & alias in numero excedunt, quia plus chyli ad totius corporis prouidentiam hepati, quàm ſanguinis inteſtinis ad illorum nutritionem debetur. plures tendunt ad inteſtina tenuia, pauciores aut nullæ ad craſſa, cum in tenuibus alibilium ſuccus contineatur, in craſſis verò ſola excrementa, & illa potiùs chyli diſtributioni, hæc excretioni ſeruiant; illorum inſertio in inteſtina ſatis manifeſta eſt: vbi autem origo & principium, ſeu truncus & caudex ſit, non ita patet, quia tamen omnes inſeruntur pancreati & in eo coëunt, & miris anfractibus & gyris toto eius corpore ſunt intertextæ, indeque deorſum tum ſurſum ad hepar apparent porrigi; rationi conſentaneum putat Aſelius earum originem eſſe, in pancreate: inſeruntur autem iſtæ lacteæ venæ in omnia inteſtina, etiam in duodenum, & plurimùm in gracilia inteſtina, præſertim in ieiunum, & nulla in ventriculum: hiant

De lactearum venarum anatomia, officio & vſu.

verò hæ venæ in inteſtina inſtar hyrundinum, ſpongioſis capitibus quæ radicum officium obtinent, quæ in ipſam inteſtinorum capacitatem ſeſe penetrant: deſinunt autem in cruſtam, qua inteſtinorum gracilium tunica oblinitur, rugoſam: progreſſus earum, vt de illo Aſelius diligenter ſcripſit, ab inteſtinis per meſentereum, obliquo ductu, inter duas tunicas, partim ſeorſim à vaſis reliquis, partim cum illis vna, modò recto ductu modò eadem deſcendentes, per plures glandulas in pancreas vſque perferuntur: ab eo rurſus maioribus iam ramis per portæ latera, quam quibuſdam locis corollæ inſtar, ſiue anuli incingunt, ambiuntque, miſſis quandoque etiam in cauam propaginibus in iecoris caua ſubeunt indæ illatæ in hepar ipſum, & deciſæ in minutiſſimas fibras, veluti capillamenta quædam in eius carnem quaquauerſum, tamdiu diſſeminantur, dum prorſus obliterantur: vnde lacteæ iſtæ venæ, chylum deuehunt, reliquæ meſeraicæ ſanguinem diuerſo fini: illæ vt ſanguis fabrefiat, iſtæ vt per hæmorrhoidales expurgetur; actio enim lactearum venarum eſt chyli ad hepar diſtributio. quod ex ipſo ſenſu patet, qui chylo eas ſcatere docet, & chylo eſſe plenas, ſine miſcella ſanguinis, & quemadmodum reliquæ venæ ſanguinem, ita hæ chylum conſeruandi ne corrumpatur vim habent, ſeruiunt huic actioni valuulæ, quas habent, quæ impediunt, ne quod ſemel attraxerunt, refluat ad inteſtina: ſanguinis autẽ in hepate generatio craſſiorem partem à ramis venæ portæ, ſubtiliorem à cauæ radicibus excipi, ſtatuit Gaſpar Aſelius, ac ideo per illas interdum expurgari craſſum & fæculentum vt quotidiana docet experientia abſque vlla chyli portione, quia per has venas nulla ſugitur, vti per illas lacteas.

Lacteæ venæ ſolo chylo deferẽdo deputãtur, meſeraicæ verò ſanguini melancholico expurgãdo.

Si ergo tantùm chylus ab inteſtinis per lacteas ingreditur, in illis conſeruatur & ab hepate ſugitur, vt fiat alimentum corpori neceſſarium, manifeſtè conuincitur quòd illis tantùm obſtructis, fluxus chyloſus accidit: nam licet meſeraicæ etiam obſtruantur, licet diuerſa cauſa, alius affectus inde oritur, pro ſanguinis fæculenti recurſu, putredine, malignitate, aut multitudine prædiri, cuius accidentia omnes ferè hypochondriaci experiuntur.

Ad curationẽ quæ conſiderãda.

Et ad curationem quantùm attinet, non dubito alias ſuggeri indicationes à chyli obſtructione, ac à ſucco melancholico fæculento mille modis fædato: nam lactearum obſtructionem, ſeu à chyli craſſitudine fieri, ſeu à frigido & craſſiori ſucco, non dubito, dum non perfectè chylus

chylus elaboratur, & in crudum degenerat, nam ſi per has venas nullus ſanguis defertur, purus, neque fædatus, credibile non eſt, obturari à ſanguine nec adhuc melancholia laudabili, aut vſta; licet non repugnet ab illo, qui à meſeraicis ad inteſtina refluit, poſſe obſtructionem, non tantùm fieri, ſed conſeruari; qua cautione reor, ſanguinis miſſionē à nullo principio eſſe in lactearum obſtructione indicatam, neque ab impacto, nec à refluente humore, niſi ab alio principio, corporis nempe pleni & ſanguine turgentis. In purgantibus tamen, & in aperientibus, par eſt in vtroque neceſſitas, nempe validioribus, aut aliter, prout impactus humor altas iecit radices: nam fluxus non deſiſtit, dum perſiſtit obſtructio: illud tamen aſteriſco notauimus, & cautum eſſe volumus, ne in obſtructione lactearum venarum, vbi humidi præualent ſucci, aperientibus in iure, aut alia humida potione vtamur, ſed in forma ſicciori, vt pillulis, pulueribus, conditis, & ſimilibus, aut aliis etiam chalybeatis, in vino, iure cicerum, aqua graminis, aut ſaxifragiæ &c.

An in ſolo chylo lactea obſtruantur, an etiam ab aliis humoribus.

An ſang. miſſio conueniat la-ctea obſtructis.

Obſtructio eſt omnino tollenda.

Cautio neceſſaria.

SELECTA OBSERVATIO.

In febre virginea, obſtructionibus hepatis, lienis, vteri, & ventriculi, inſignis ac digna certè, vt omni ſcrinio, omni cado, & omni muſæo inſcribatur.

Filia noſtra, Hieronyma Iacinta Caldera & Heredia, religioſæ obſeruantiæ Monialis Regalis monaſterij ſancti Clementis, anno Domini 1662. Februarij menſis initio, incœpit ægrotare ex febre ſatis valida continua, quæ notæ tertianæ typum æmulabatur, ex miſcella craſſorum cum biliosis ſuccis: quotidie acceſſiones erant ſatis validæ & non pro ratione mēſtrualis purgatio: in quæ incidit ex proſpera ſalute, curationem incœpimus à ſanguinis miſſione ex talo repetita, poſtea cùm adhuc vigeret apparatus ex brachio; ac tandem ſanguiſugis hæmorrhoidibus appoſitis, ſyrupis & aquis inſcidentibus & attemperantibus, & febris nihilominus eadem intentione perſiſtebat: ſanguis ex ſaluatella mittitur, ſero caprino ſæpius repetito temperatur; irrhina cruda, ſemper intēsè flaua, & cùm obſtructiones prædictorum membrorum quotidie magis eſſent conſpicuæ & in hepate magis, vbi non ſola obſtructio, ſed tumor manifeſta duritie cernebatur; vnde hydropis timor ſi veteribus credimus; quo factum eſt, vt corpore purgato, ad validiora aperientia, deuenire nos cogeret neceſſitas; erat enim iam febris ſymptomatica ſolius obſtructionis conſectaria; ideo à iure diuretico incœpimus, ad plures dies vſu continuato, & febris ſemper eadem extenuato corpore, & creſcentibus indies obſtructionis ſignis, palpebris oculorum inflatis, pedibus tumeſcentibus: quo ad validiora aperientia deuenire conſultiſſimum duximus: ac ideo corpore exquiſite purgato, talem ſyrupum perſcripſimus. ℞. corticum radicum cichorij & cort. fœniculi, graminis, capparorum an. ℥ß. florum borag. end. ſcolopendriæ, capil. ven. an. m. ß. ſem. melonis, cucurbitæ conquaſſatæ, an. ʒij. aniſi ʒj. fiat decoctio in aquâ hordei ſecundùm artem ad ℔. ij. coletur, ac deinde accipe limaturæ chalybis puluerſatæ ℥viij. extinguatur ignita ſepties in prædicta colatura, & abiecto chalybe adde ſacchari quod ſat ſit, vt f. ſyrupus, de quo accipiebar ℥ij. decocti cicerum & rad. cichorij ℥iiß. & cum præ imbecillitate, non poſſet exerceri, frictionibus & calentibus pannis exercitij vices implebantur, & interim tuſſis à capitis diſtillatione frequens erat, ſed per conſenſum ventris inferioris, & tumor hepatis nihil remittebatur, & lenta febris perſiſtebat, vt timor eſſet ne tranſiret in hecticam, quibus omnibus ad limam & lineam redactis, & curationis difficultate ſuperata, in nouiter excogitatum auxilium deuenimus (non quod ſit nouum auxilium, ſed in hac morbi ſorte & febris retinentia ad praxim nouiter tractum) nempe vt duo fonticuli alter in crure, alter in brachio aperirentur; quibus miraculi inſtar intra mēſem ægrotam vidimus reſtitutam, à febre liberam, ab obſtructionibus liberatam & viribus redintegratis ex liuido & pallido colore, ad alacrem & viuidum mutatam, & ex anorexia & inſuperabili faſtidio valde extenuata, iam cibum concupiſcere cœpit: quo 14. die menſis Iulij per ſex menſes nulla die febre deficiente, redintegrari cœpit, & altas morbi radices ſuperare; quod nobis fundamentali ratione viſum eſt fonticulis potiùs adſcribendum quàm cæteris auxiliis, quoniam perenni illa vacuatione obſtructiones illæ, cachecticus habitus, & habitualis intemperies, quæ illis prauis ſuccis fouebatur, illis etiam perenniter attractis & expulſis (quæ

erant vera impedientia ne validâ naturâ mederentur) omnia breuiter euaneſcerent, ideo hoc auxilium in hac febre virginea & rebelli obſtructione viſcerum (maximè hepatis) volui commendatum.

CONSVLTATIO HISPANO IDIOMATE.

Si en el Sereniſſimo Principe Felipe Proſpero, en edad de 3. años combiene, hazerle fuentes, para curarle y preſeruarle de vn accidente, de Alfereſia.

HAblarè en eſte caſo, ſi no con enteras noticias de las cauſas deſte accidente en el Principe, quãto lo permitiere las que tengo, de lo que à padecido dende que naciò: y para aueriguarlas ſupongo lo primero, que à padecido vn affecto cutaneo, à que comunmente llaman Areſtin.

Supongo lo ſegundo, que ò eſte affecto es heredado y comunicado, de ſus padres, y que en ſu primera formacion quedò impreſſa eſta labes, o en el higado, que produciendo ſemejantes humores à ſu infeccion ſe eſparcieron al ambito del cuerpo, o en las partes delineadas de la facultad formatris, *in ſemine derelicta*, y ſuſtentadas de la ſangre, de cuja infeccion, facilmente repululò eſta excrecion, en las miſmas partes, alimentadas deſte mal alimento; o quando ſin ſer hereditario, ſe produxeſſe de las humedades nitroſas de ſu temperamento, y la miſma naturaleſa lo arojaſſe al ambito del cuerpo, por defender los miembros principales de ſemejante infeccion y hicieſſe ſemejante affecto.

Supongo lo tercero (lo que es muy veriſimil) que eſte affecto cutaneo o Areſtin, retrocedieſſe (como lo auemos experimentado varias vezes) à las partes internas, y hallando mas reſiſtencia en el coraſon, y menos en el cerebro (que los niños tienen mayor vigor en là facultad natural, y menos, en la animal) facilmente ſe reſibiò (lo que retrocediò) en el cerebro, y ſiendo nitro, acre, y mordas, junto con el mal aparato, humido del temperamento de vn niño, concitò el accidente epileptico de que tenemos noticia, aunque no del numero que le repitiò, eſto toca à la preſuncion del affecto cutaneo que pudo retroceder: y lo que pudo ocaſionar eſte retroceſſo, conſiſte en la diferencia de las cauſas.

Pudò ſer la vna el frio externo natural del tiempo, que ſuele romper por el mayor abrigo, y mayores defenſas.

La ſegunda es, el auer curado el Principe, deſte affecto; aun con las mayores attenciones, aſſi en el ama, retificando ſu leche, como en la miſma perſona, con los remedios mas ajuſtados à vno y otro fin; y no pudiendo la naturaleſa conſumir las reliquias deſta mala labes, ni arojar à las partes externas, como ſolia, ya cororoboradas, con el tiempo, o con los remedios, pudò de aqui ocaſionarſe el retroceſſo: o de la llenura y abundancia del humor de las venas, tomando differente camino, como Galeno lo aduierte, en el *libro 1. de Nat. humana, cap. 22. & 2. de Nat. humana, text. 5. de inf.* con el exemplo de los dolores de gota: que curados o roborados los miembros ignobles, ſuele retroceder lo que à ellos corria, à los mas principales, de que vimos la fatal experiencia y digna de grande ſentimiento, en el Señor Cardenal Eſpinola, que curado de lòs dolores de gota, que padecia 22. anos auia, à los 27. dias de ſu curacion, de lo que retrocediò, le començò vna calentura de tanta malicia que al 21. le acabò.

Por otras cauſas ſuele retroceder en los affectos cutaneos, o atrahido o impelido, ya del calor demaſiado del cerebro, o de la importuna curacion de ſemejantes affectos, ya porque irritada la naturaleſa de la ſobrada abundancia en cuerpos llenos, hace vn rapto opinado al cerebro, de que ſe ocaſionan eſtos y otros graues affectos: cum ſuccediò, *Ancheti filio ex mora in balneo, qui vnctus ad ignem, factus eſt epilepticus, ex ſola plethoria abundantia*, como dixò Valles. 7. Epid. 42.

Auiendo pues entendido, que el Principe hiriò vna ves de pocos dias nacido, y que paſsò tiẽpo, haſta que eſtos dias le boluiò à repitir el meſmo accidente, juſgo ſe fuè diſponiendo aquel mal aparato de la mala diſpoſiſion, ya contrahida en el cerebro, ya de nueuos excrementos producidos della, con que repitiò eſta ſegunda ves: ſino precediò alguna cauſa externa, de que yo no tengo noticia, dexo los varios conſentimientos de que puede venir, y de que ai tantas hiſtorias en Galeno, como letras en ſu *libro de puero epileptico & de morbo ſacro*, que no es mi animo amontomar hiſtorias, ni leer de oſtentacion, ſino ceñirme à lo poſſible

que

que pudò ocaſionar eſte accidente en el Principe; però lo que mas ſuele manifeſtar eſta ò aquella cauſa, es, quando ſon mayores, y mas perſeuerantes los mouimientos epilepticos, o quando el ſueño o ſopor que ſe le ſigue, es mayor: porque de mas de que Aureliano y Auicena tienen per mas peligroſa lo del ſueño: y con raſon: la que ſolo ſe ocaſione de la qualidad irritante, ſin duda tendrà menos aparatò, y la vna y la otra conduce mucho, à la duda propueſta; nò diſputò aora ſi ſe puede hacer de ſangre, porque en los niños mas es de preſumir, ſe hace de excrementos acres y mordaces, que de ſangre.

Però lo que mas agraua, o minora el peligro y el temor en ſemejantes caſos, es ſi el accidente ſe concità de cauſa *per eſſentiam* en el cerebro, ò de conſentimiento de otra que le embia; porque es ſin diſputa, que es mas graue *la per eſſentiam*, y menos *la per conſenſum*; conſideracion no menos importante, para la determinacion de la duda propueſta.

Varias veſes he penſado, porque cauſa ſalen los niños de algunas familias ocaſionados à eſte accidente de Alfereſia, mas que otros, que vemos paſſar todas las edades ſin tocarles: y en lo que todos los doctos aſſientan, es que en aquellos ſe produce, vna diſpoſiſion epileptica en el cerebro, de la qual ſe produce aquel genero de humor, o excremento, ya venenoſo, como quiere Senerto: ya viſcido, acre, mordas y eſpumoſo, como Mercado, y otros varones doctos, quiça por la variedad de alimetos contrarios, y orden præpoſterò de biuir de ſus padres; però aunque en algunos ſucceda aſſi (como lo iuſgo) yo conſiderando profundamente eſta diſpoſiſion, por lo que è obſeruado en algunas familias, me à parecido, no ſola diſpoſiſion natiua, o adquirida de los mantemientos, ya de la leche del ama, y otros excrementos acres y mordaces, ya de alguna mala calidad indicible que ſube de otras partes; ſino que eſto procede, *de la mala conformacion de partes en el cerebro, particularmente, en el accidente que comiença per eſſentiam, y reſiſte à todos los remedios, aun à los mas racionales.* Y eſta conformacion, es vno como ſeminario, de vapores y materias acres, y tiene tal aptitud; no ſolo en la ſubſtancia, ſino en las membranas y gueſſos del cerebro que con qualquiera irritacion o de la leche de la ama, o de crudeſa o excremento del cerebro o eſtomago, o de algun humor mouido por la deſtemplança de las partes que padecen la tal conformacion ſe concita mas facilmente, en eſtos que en los que no la tiene; y eſta no es preciſo que ſea en todos, ſino en algunos de tales y tales familias, como lo vemos; y a eſte penſar me à mouido, el ver que en la caſa de Medina Sydonia, no ſolo los hijos del Duque Don Manuel, ſino los del Conde Don Gaſpar ſu hijo y de mi S. D. Ana de Silua, ſalieron caſi todos ſeñalados deſta enfermedad, de tal ſuerte que ſino fue el Conde ſu hijo que oi viue, cinco hijos ſe le murieron de Alfereſia: y todos o recien nacidos, ò poco deſpues; con que no todos es poſible peligraſſen en ſola la diſpoſiſion y deſtemplança del cerebro, con analogia à ſemejante humor, o excremento.

Mueueme à eſto lo ſegundo, el ver que los accidentes de gota en los que padecen dolores ya hereditarios, ya por accidente, no los padecen por ſola deſtemplança o mala diſpoſiſion de aquellas partes, ſino por mala conformacion natiua, con que naçen, o deſpues ſe va poco apoco produciendo, conforme crecen los accidentes, o ſe minora el humido radical de las articulos en ſus ligamentos y membranas, con que adquieren otro modo de ſubſtancia, que es la mala conformacion que digo.

Y ſi me preguntaren qual ſea y en que conſiſte eſta mala conformacion de partes, y qual el modo de ſubſtancia que en ella ſe adquiere, dirè lo que obſeruè en vna niña de los Condes de Niebla (ſir viendo yo eſta caſa) naciò de todo ſu tiempo eſta S. no flaca ni deſualida, ſino de buena proporcion de carnes y à las 24. horas ſe muriò hiriendo, procurè con attencion mirar el cuerpo deſta niña, y hallè en la parte alta de la cabeſa los dos gueſſos que forman las dos ſuturas coronales) la ſagital y tranſuerſal) tan ſeparados el vno del otro, que cabia medio dedo entre los dos, y las dos ſuturas tam abiertas y manifieſta, que al tacto y à la viſta ſe manifeſtaua ſu ſeparacion, y la cutis vera de aquella parte tan delgada, blanda, y poroſa, que cedia al tacto, ſin reſiſtencia alguna, de que iuſgè que las tunicas internas del cerebro que le circundan y abrigan, eſtauan de la meſma ſuerte humidas, y mal formadas, de cuya mala conformacion, ò por la penetracion del aire, o por el modo de ſubſtancia, o por la ſobrada humedad nitroſa, o excrementicia de aquella parte, ſe ocaſionaua el morirſe los niños deſta illuſtre y generoſa familia; hallè en otros los gueſſos del occipicio de la meſma ſeparados, las ſuturas abiertas, y mal formadas, de que he iuſ-

gado

gado auer en los que padecen eſte accidente, no ſolo diſpoſition, ſino la mala conformacion de partes que he obſeruado.

Y cierto que ay coſas tan eſcondidas en lo oculto de la naturaleſa, que no ſufren otra demonſtracion que la que à poſteriori ſe mueſtra à los ſentidos, o al juizio humano; ſino decimos, que deſta mala conformacion reſulta (que las ſegundas calidades no ſon productiuas de otras) alguna calidad irritante, que mueua la facultad expultris, à expelerla, como de la mala conformacion de los articulos reſulta otra dolorifica, que informando la potencia ſenſitiua hace el triſte ſentimiento del dolor.

Aſentados pues eſtos principios, vnos como probables, otros como infalibles, reſta aueriguar dos coſas: la en que tiempo, con la mudança de la edad, ſe puede y deue eſperar el remedio deſta enfermedad, obrado por la meſma naturaleſa, o por el arte: y lo ſegundo, en qual de los dos caſos, con mas breue eſperança de remedio, ſe puede eſperar el de las fuentes, en el Principe: ſi en el que tiene ſu cauſa per eſſentiam en el cerebro, o en el que ſe ocaſiona *per conſenſum* de alguna de las cauſas referidas; ſi atendemos à lo que Hipocrates obſeruò en ſu edad y con ſu grande iuyzio, hallaremos, que dilatò eſta eſperança haſta los 25. años: por ventura porque con el calor que cada dia ſe augmenta y perficiona, conſume y gaſta aquel mal aparato, de ruines humores, engendrados en la niñes; o no bien expurgados los que ſacò del vientre de la madre; lo que confirmò deſpues en el 3. de los aphoriſmos, quando dixo, que las enfermedades de los niños ſe iuſgan y terminan: en 40. dies, en 7. meſes, y en 7. años, *& ante pubertatem*; en que ſe ve claro y ſe colige con euidencia, que el peligro de vn accidente, tan agudo como eſte, no ſe deue fiar de tan dudoço y dilatado remedio, como el que eſta librado en la dilacion de dias, meſes, y años, y mas quando ſabemos con quanta breuedad ſe ſuele hacer per eſſentiam, y contraer habito indeleble al ſegundo o tercero accidente: bien experimentado lo tenia el muy docto Luys de Mercado, quando lo temiò al primero, y yo lo tengo bien experimentado, y viſto poco dichoſos ſucceſſos, en la confiança de la dilacion dudoſa.

Y reſpondiendo à la ſegunda duda, juzgo que el conſentimiento de qualquiera parte que ſea o del ambito del cuerpo, tiene librado ſu remedio mas en las fuentes, que el affecto per eſſentiam en el cerebro: es clara la raſon, porque las fuentes o ſon intercipientes, o reuocantes, ò atrahentes de lo que corre, o eſta diſpueſto à correr: razones que no militan en lo que ſe fabrica *per eſſentiam* en el cerebro.

La duda mayor es, ſi eſtas podran aprouechar en eſte caſo vltimo, en que el affecto ya tiene ſu rays en el cerebro; aqui es adonde an perdido pie los mas doctos y mas graues varones: porque ſi las fuentes ſe hacen à los braços, eſtas vacuan del todo, pero no lo contenido en el cerebro; y con la continuacion de lo que reſueluen de eſpiritos, enflaquecen mas aquella parte noble, y poco aſiſtida de calor, y la diſponen à peor aparato, y no remedian lo preciſo de la neceſſidad: y ſi la fuente o el cedal es en la nuca, por ſer parte mas proxima, en que ſe ſuele y puede deponer eſte mal aparato, engendrado ya en el cerebro que es lo mas racional que à conuencido los maiores iuyzios, por aquella regla politica que *ex duobus malis minus eſt eligendum*; en eſte caſo he obſeruado dos peligros, el vno fue en Don Melchor de Guſman, hijo ſegundo del Duque de Medina Sydonia, Don Manuel, que auiendoſele hecho eſta fuente en la nuca, por dicha cauſa, por vltimo remedio le dementò de ſuerte, que no quedo en aquellas attenciones que ſe deuen à vn claro juyzio: ya fueſſe porque ſe enflaqueciò el cerebro con la continua euacuacion: ya que por eſta cauſa ſe iuntaſſen mas ſobra, de excrementos, con que los eſpiritos y las potencias ſe offuſcaren cada vno en ſu obra: ya que confundiendoſe las eſpecies en ſu repreſentacion, con aquella meſcla, repreſentaua las coſas depravadamente: el otro peligro fue, que auiendoſe echo otra fuente à la nuca à otro niño (conuencidos de las razones dichas) al tercer dia le ſobreuinieron vnos mouimientos conuulſiuos, de que muriò; bien que eſto pudo tener la cauſa en la impericia del artifice, o en la vecindad que tiene eſte lugar de la nuca con el principio de los neruios, de que ſe puede comunicar facilmente el daño, o del fuego o del cauſtico.

Però *adhuc* reſta vn caſo en que ſe deuen y pueden hacer fuentes, aunque el accidente no ſea per conſenſum partis particularis, en braço o en pierna, quando el aparato particular del cerebro (aunque ſea *per eſſentiam*) ſe fomenta del aparato vniuerſal de vn cuerpo lleno y bien mantenido, tal, como lo pinta Hipocrates,

tes, en el exemplo referido del hijo de Anchetis, à quien ſuccediò la epilepcia, de la pletoria, y abundancia vniuerſal que ſe comunicò al cerebro; pero en eſte caſo, en los cuerpos adultos ſe deuen hacer vna al braço, otra à la pierna, y en los niños tentar primero con la del braço, para affiançar la preuencion, porque conſtan de menor aparato, y ſe reſueluen mas facilmente, y enflaqueſen; y tendra en eſte caſo la raſon fuerça de ley, quando ſe huuieſſe detenido alguna euacuacion conſueta, ya de fiſtula, o llaga, o excecion que la naturaleſa del arte huuieſſe fabricado, otra qualquiera de las que la naturaleſa tiene por aliuio de lo ſuperfluo, conforme la ſentencia de Auicena y Galeno, *Et cùm ſuppreſſio euacuationis eſt morbi cauſa, eius redditio eſt morbi medela: ſeu per eandem viam, ſeu per aliam ſibi conſocialem*, como yo lo interpretè en otro lugar y lo que auemos obſeruado en caſos ſemejantes nos aſegura del temor y del peligro de enflaqueſer el ſujeto, aunque ſea de vn niño con las fuentes: porque la naturaleſa, al paſo que retiene lo neceſſario ſolo permite vaciar lo ſuperfluo.

Com. 2. de Nat. hum. text. 5.

Yo no he tenido entera noticia de la ocaſion que tuuo el Principe para tan graue accidente, con que me à ſido forçoſo diſcurir con las doctrinas generales, para ſacar la mas aiuſtada concluſion, à la neceſſidad de ſu remedio, y juſgo no ſera muy difficil ſacar la de lo dicho: en medio que podemos decir los eſtraños? no con las noticias de los Doctores proprios que an aſſiſtido, reconocido, y curado el achaque preſente, de que ſe duda ſi ſe deuen y pueden hacer fuentes, aſſi para ſu curacion como para preſeruacion de tan peligroſo accidente; y mas en vna vida en que eſta librada la ſalud publica y concordia deſta Monarchia.

Lo en que todos conuenimos os, que no ſe deue paſar ninguna de las edades ſin alguna curacion; conſejo es de Galeno en el *de puero epileptico* en que hace tanto caſo de la miel ſcilitica y del exercicio, que le pareçe que con eſto ſolo no neceſſitò de fuentes, el que curò; o por lo menos ſe deue conſiderar el clima o ſitio de tierra contrario al accidente y ſemejante al temperamento del que padeçe, para mudarle à el; por ſi la mudança del clima le cura con menos peligroſo remedio.

Sea pues la primera concluſion deſte diſcurſo, que en todos aquellos caſos en que eſte accidente tuuiere conſentimiento, o de euacuacion à excrecion detenida (como antes decia) ò de plenitud y abundancia, o de parte mandante al cerebro, ſe deuen hacer fuentes en braço o pierna, ò en ambas partes (conforme al juyzio de los Doctores que aſiſten) para curar y preſeruar eſte accidente, en el Principe, que es el caſo ſingular de que ſe trata; porque demas de los diſcurſos y razones, principios y preceptos, que lo aſſientan en buena medecina, es caſo de ley, expreſſo en Galeno, *libro de morbo ſacro num* 10. eſtas ſon ſus palabras. *Et quibuſcumque pueris exiſtentibus erumpunt vlcera, in caput & in aures, & in reliquum corpus ac qui ſalinoſi fiunt, ac mucoſi, ij ipſi, proceſſu temporis faciliimè degunt: hic enim abit & expurgatur pituita, quam in vtero expurgari oportebat, & qui ſic purgati fuere, comitiali, ſiue ſacro morbo, non prehenduntur*, &c.

De aqui ſaco yo la concluſion: *ergo* ſi eſtas ſon las cauſas de peſte, accidente ſe produçe y ſe conſerua, ſi la naturaleſa no le cura, prouocando las tales euacuaciones detenidos, o en tan largo tiempo, que antes, el niño pereſca à manos de ſu violencia, deue el arte anticipar el remedio, antes del peligro: pues ſe vè claro, que ſi prouoca las tales euacuaciones, con ellas, ſe libra de tan graue y peligroſo accidente, y no ay otro de que poder fiar eſta ſeguridad, que el de las fuentes, o de la mudança de ayres y de ſitios, o de climas y de tierras contrarias à la enfermedad y ſemijantes al temperamento del niño que padeçe; ſi no es poſible curar lo actual y habitual con ſu proprio remedio; bien executoriada dexò eſta verdad Galeno, ſi no en el miſmo, en ſemejante caſo, quando dixò: *Satiùs enim eſt, vt humores praui, relictis principalioribus partibus in ignobiliores ferantur, quàm quod ab ignobilioribus in principes impellantur, aſpeximus enim ſæpe in iis qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij erant, quod repulſis ab artubus humoribus, eò delatis, illi in principem aliquam partem contendentes, homini interitum attulere; cui ea ſola relinquebatur ſpes ſalutis, ſi iterùm poſſent ad ortus reuelli*. De cuyas palabras ſe colije con euidencia, que o ſea retroceſſo de excrecion, à las partes internas, o de abundancia del todo, o de conſentimiento, el Alfereſia. *Ea ſola relinquitur ſpes ſalutis*, ſi ſe puede llamar y reuocar eſte humor, à parte o ignoble, o con la euacuacion, afiançar otro mouimiento, contrario al que la naturaleſa auia tomado mal y con peligro del enfermo.

Com. 2 in lib de Nat. hum c. 5.

Sea la ſegunda concluſion, que adonde

de el cerebro padece *per propriam affectionem*,, ſin conſentimiento de otra parte, que las largas experiencias y obſeruaciones nos an moſtrado, y los maiores juyzios no an hallado otro, medio que deriue y vacue lo contenido, en la parte que la fuente o cedal en la nuca, abaxo de la primera vertebra, que es adonde ſe termina el extremo decliue del cerebro, y ſe junta con el principio de la ſpinal medulla en que ay vna manifieſta cauidad, por adonde ſe expurga lo excrementicio y ſuperfluo de aquella ſubſtancia, deſpues de allimentada de lo vtil (no ſolo por la cauidad anterior) eſta ſentencia es de Cornelio Celſo, *lib.* 3. *cap.* 23. eſta ſigue Iachino, Rondelecio, Montuo, Eraſto, Mercurial, Mercado, Zacutó. *Obſeru.* & *quæſt.* 16. y à mi me parece, que *Meliùs eſt anceps experiri remedium, quàm nullum*; y mirando las raſones de los que ſiguen la contraria ſentencia, que ſe deue eſcuſar eſte remedio en el Principe, hallo ſu defenſa en los encombenientes que antes repreſenté, y en lâ eſperança que el tiempo y la mudança de la edad podra remediar el accidente con menos diſpendio de fuerças, y con mayor ſeguridad: y en la curacion que ſe puede haçer en eſte caſo; però contrapeſadas las raſones del peligro, la inobediencia de vn niño, lo venenoſo del humor, y la facilidad de habituarſe la debelidad de la parte, y poca reſiſtencia, me parece preponderan eſtas, à aquellas raſones, aunque ſolo pudo tener eſta ſentencia vna defenſa juſta, ſi ſe huuieſſe obſeruado con irrefragable juyzio (por las cauſas antecedentes) que eſtos dos accidentes en el Principe tuuieron por cauſa vnica, vna crudeſſa de eſtomago, de que concitaſſen, ſin alguna de las otras cauſas: porque en eſte caſo los fuentes antes enflaqueſerian mas eſte calor y eſta indigeſtion, y le diſpondrian à nueuos accidentes, y no ſacarian lo contenido en el eſtomago, que eſte es el caſo que cura Galeno en ſu conſejo *de puero epileptico*, cum la miel eſchilitica y coroborando el eſtomago, vacuando lo crudó, y preſeruando con el exercicio, y non fuentes.

Eſte es mi ingenuo ſentir, ſaluo meliori iudicio &c. Principis anno 3. Maij die prima, anni Domini 1661.

Doctor Gaſpar Caldera de Heredia.

De calido innato, & an dentur naturales ſpiritus. Obſeruatio.

PRæceptor noſter, Antonius Ruys de Ochoa (nunquam ſine veneratione nominandus) Salmanticæ in prælectionibus ordinariis, acerrimè defendit, ac nobis opinionem tradidit, nullos eſſe naturales ſpiritus, nec in ipſa ſanguinis officina, adhuc producto ſanguine, nec alia deinceps carne regenerata, quia illorum munia (inquit) calor inſitus & naturalis efficit, vt nec illorum indigeat auxilio, & quia Galenus loquitur in dubio de illis ſpiritibus, quãdo dixit, *Et ſiqui ſunt naturales ſpiritus*, ac illud grauiſſimis rationibus tuetur, vt vir certè acerrimi ingenij, & nos hac etiam opinione imbuti, ab illo ſcientiarum Emporio diſceſſimus; re tamen poſtea altiùs collimata, illud tyrocinium, ſeueriori ſententiâ & accuratiori & noua lectione, & doctrinâ docuimus; fateor tamen & ingenuè fateor, quod nec illa nec iſta ſententia, valet à priori demonſtrari; pleraque enim adhuc latent in arcanis naturæ, vt ingenio quantumuis perſpicaci non pateant; illa maximè, quæ ſenſibus imperuia, occulto artificio, natura ſoli obtulit fallaci coniecturæ penetranda; ſed hoc illud nullo ex alio principio promptiùs aſſequemur, quàm ſi vtriuſque actiones, caloris nempe innati, & naturalis ſpiritus pro ſua cuiuſque vice perpendamus.

ILLVSTRATIO XXVIII.

De caloris innati viribus & natura:

ILlud omnem litem excludit, in principio generationis, vtrumque ſemen & matris ſanguinem, ad primam formationem concurrere, & omnia ſimul cum influxu cæleſti, vim quandam caloris generationi conuenientem impartiri, & hanc etiam in poſterum durare, vt cum facultate formatrice munia neceſſaria in hac formatione obire poſſit: nempe vt ſeminis calor augeatur, ac foueat complexum ſeminis vtriuſque.

Hic igitur calor excitatus à calore cæleſti, intus in ſemine agit, & per omnes partes ſeſe ita diffundit, atque ſeſe inſinuat, vt vita priùs animans oriatur, quàm ille calor deſerat, nam adhuc extinctis

his

his corporibus & ſanguinis & ſeminis & in aliam naturam tranſmutatis, ſolidis in membris hunc calorem remanere ſentimus, illius ſaltem veſtigia, adhuc primâ ſubſtantiâ mutatâ; hic igitur calor, qui à vi ſeminis, virtute cæleſti roboratus, eſt expreſſus, & membris ſolidis infitus, ad extremum vſque ſpiritum durat, ſed ſpiritui naturali ita commixtus eſt (licet humidior & calidior ſit) vt nullo modo ab illo valeat ſeparari; ideo fortè veteres promiſcue, de vtroque loquuntur, quod verè anſam dedit, vt eadem videatur actio vtriuſque, quia ſpiritus naturalis in calore innato, veluti proprio ſubiectô inſedit.

Hæc eſt calidi innati ſubſtantia: temperamentum eius in ſumma moderatione conſiſtit, ideo eſt naturæ conſeruatrix, Galeni eſt ſententia: ideo forte in lib. de marcore, & 5. Aph. 22. illum *Naturam vocat, & vim generandi, conſeruandi, augendi, ac nutriendi* in calido & humido veluti in ſubiecto inſedit, ideo Galenus aquâ & aëre conſtare dixit, dum ſeminis naturam conſiderat, ex quo & ipſe oritur, & arctiſſimè cum ſpiritu naturali copulatur, ideo non ſit mirum, ſi Hippocrates illos non diſtinxerit quando etiam Galenus in 5. Simplic. *innatum calorem ſpiritum vocauit.*

1. de decretis. lib. de ſalu. dicto de cauſ. pulſ. & 1 Aph. 14.

1 Aph. 14. & 14.

4. Aph. 37. Nunc eius actiones conſiderare placuit. primò ex Hippocrate & Galeno conſtat calorem innatum eſſe formam membrorum, ſeu partium ſolidarum, & animæ ſubſtantia à Galeno dicitur, quia membra omnia propria virtute conſeruat, ac diſponit ad calorem à corde influentem ſuſcipiendum, quo geminatur, & virtus conſeruatrix, cùm ſingulis corporis partibus vitalitatem communicet & propriam conſeruet; hic etiam prolificam virtutem tuetur, atque in ea maximè exaltatur. vt in propria domo: patet quòd ea deſtituti; prorſus dicantur frigidi, ſiue à maleficio, aut naturâ, & augmentum producit & conſeruat, in quantum humido conueniens eſt, ideo ad extremum vitæ ſpiritum corpus nutritione conſeruat, vſque pabulum ita ſiccum reddatur, vt formæ conſeruandæ ſit ſubiectum inhabile, ſiue incompatibile: habet etiam virtutes miniſtrantes; nec vnquam eſt in otio ſeu à labore vacuus, ſed omnibus coctionibus præeſt, donec ad conuenientem formam nutrimentum deducat, ſaltem nutritioni aptam, in conſeruationem corporis vniuerſi, & ſingularum partium, & ſi forte alimenta deficiunt, ſeipſum conſumit, ac partes marcore afficit: ex quibus etiam illius oritur excellentia, quando idem Hippocrates calorem innatum, ignem cæleſtem dixit, fortaſſe quod in iuuenibus, ſiccitati coniunctus, igneam vim ſortitur & ardentior eſt, aliter ac in pueris; quia in ſubiecto magis conuenienti, humido ſcilicet, minus ardet & præſtantiores efficit naturales actiones.

Sed an innatus calor patiatur in febribus acutis, an in chronicis leuibus, plerique dubitarunt: in valde peracutis nulli dubium erit, quia humidum furioſâ violentiâ abſumunt, in cæteris autem ad proportionem, ſiue durationis, ſiue intentionis; quando nempe calor, proximus extinctioni redditur, Galeni eſt ſententia, ſiquidem ſolidæ partes quæ vim morbi ſuſtinent, maxime atteruntur, attamen vbi ſoli ſpiritus, ſiue influens cordis calor afficitur, parùm ſiue leuiter patitur, ſed nequaquam corrumpitur: illud eſt argumentum quòd poſtea facilè inſtauratur, ſic pariter de humoribus philoſophandum reor, dummodo putredinis gradus prorſus non confundantur, nam profunda & maxima putredo, idem efficit quod furioſus calor, moderata aut remiſſa pro actionis viribus: de ſpirituum putredine poſſibilitatem cum ipſo Ariſtotele concedo, effectus tamen non vidiſſe profiteor. 4. Aph. 37.

ILLVSTRATIO XXIX.

De Naturali ſpiritu.

HÆc de calore innato, ad ſpiritus naturales reuertamur, ac illorum originem, temperaturam, ac mirabiles actiones perpendamus, ne otioſus labor videatur. Galenus 1. *Aph.* 15. membra ſolida ſpiritu conſtare dixit, diſtincto nempe ab innato calore, & diſertè ſanè, 5. *de ſimplic. med. facultatib.* hunc ſpiritum dixit fundamentum, fontem, & originem ſpiritus vitalis & animalis, expreſſus in prima generatione à ſemine & ſanguine materno, non ſolùm quæ generationi ſeruiunt, inditus à natura, verùm partibus omnibus calori naturali ita vnitus, vt ab eo cognitione potiùs, quàm reipſa diuelli poſſit, & ſicut omnis ſpiritus eſt lucidus, æthereus & mediæ ſubſtantiæ, ita hic ſpiritus eſt aëreus, calidus, & humidus, & à cæleſti virtute, in noſtro corpore illuſtratus, ſicut aër, qui lucem & claritatem accipit à corpore cæleſti, non tamen ita lucidus & aëreus, vt vitalis ſpiritus, nec ita vt ille vitam inſpirat,

Z ſed

ſed fouet, & iuuat ad portionem ſuam; expirat enim ex ſemine & ſanguine quædam aërea ſubſtantia, & vis quædam cæleſtis, quæ eſt velut patrium omnium forma & vegetatio: ideo quò membra perfectiora ſunt, perfectiores ab illo edere actiones par eſt, & quò illo magis ſpiritû abundant puriori & defæcatiori, & Galenus acriter contra Platonem pro hoc ſpiritu pugnat, quando plus de aërea quàm de aquea ſubſtantia participare dixit, & ducit argumentum ex eo quòd moderato calore potentia, quam vegetatiuam dicimus (cuius naturalis ſpiritus eſt inſtrumentum, ac ſine quo animal nec vegetari, augeri, nutriri, nec generari poteſt) alio modo ſuas edere operationes non valet, & hæc eſt illa potentia, quæ non tantum præeſt ſanguinis generationi, in hepate, ſed etiam chyli in ventriculo, aliiſque omnibus coctionibus & cõuerſionibus in partibus diuerſis, ſolidis, carnoſis, ſpermaticis, quod abſque vllo ſpiritu (vt aliæ potentiæ ſuo appropriato) perficere non valet: nulla enim abſque vllo inſtrumento operatur; denique nihil vitam habet, quod non ſit hoc ſpiritu præditum.

Diſtinguitur autem in modo operandi, & ſola ratione à calido innato: nàm dum concoquit, diſtribuit, retinet, & expellit, calor naturalis dicitur, mediante potentia: dum verò palpitat, mouet, naturalis ſpiritus: ideo Galenus 8. *de Placitis*, motum arteriarum non tantum cordi & vitali tribuit ſpiritui, ſed inſito & innato calori, quo debilitato, obruto, vel exhauſto, flatus ſuboriuntur; quare licet naturalis ſpiritus non ſit vitalis, anima eſt præcipuum illius inſtrumentum, vt præſtantiores edere valeat actiones in vitali labore, & ſicut animalis ſpiritus à cerebro elaborationem & perfectionem accipit, & vitalis à corde, ſic etiam naturalis ab hepate, & ſicut illi cæteris partibus communicantur, vt ſuum munus adimpleant, ſic iſte. & ſicut aliis eſt corpus tranſpirabile, ſic & illi: quid enim aliud eſt quod dixit Ariſtoteles 2. *de generat. animalium* (*Ineſt in ſemine quod facit vt fœcunda ſint ſemina*) quàm illa virtus naturalis ſpirus, & non ſolius naturalis caloris, quæ elemento ſtellarum correſpondet? ex iis perſpicuum eſſe exiſtimo, in ſolidis corporis partibus ſpiritum, in ſpiritu calorem innatum, atque in his naturam & facultates naturales conſiſtere: calorem autem qui ſpiritu ipſo copulatur, cùm nuſquam ſeorſim poſſit conſiſtere (ſicut lumen & calor ſolis) verum accidens eſſe planè confiteor, ſed diuinum & cæleſte à temperamento diuerſum, verùm cælitùs cum ſemine in corpus tranſmiſſum: natura enim illa, quæ interuentu caloris & ſpiritus in materia conſiſtit, puriſſima eſt certe, & cæleſtis ſubſtantia, conſeruationi corporis vitæque conuenientiſſima, & prorſus neceſſaria. Finiatur diſcurſus quòd iſta neque noua, nec inania, nec figmenta recentiorum ſunt (vt plerique dixerunt) ſed à veterum doctrina à natura perita & ab ipſa ratione librata, quæ ſummâ beneuolentiâ accipiantur oro. *De natura.*

Hic ergo innatus calor, & hi naturales ſpiritus, penitùs obtuuntur & ſuffocantur, aut exoluuntur & diſſipantur, in corde, cerebro, ventriculo, hepate, aut in toto: ſuffocantur à multitudine, ne tantùm cruditatum, crapulæ, vini, & ordine præpoſtero, ſed à diminuta, aut deprauata etiam coctione, ſiue nutritione, hepatis, ventriculi, aut vniuerſi ambitus, vbi prauorum ſuccorum congeries cumulatur, vt in febre ſyncopali, humoroſa cachexia, hydrope, & ſimilib[illegible]: diſſipatur & exoluitur ab vrenti calore, ſeu à malignitate, vt in ſyncopali minuta, & vtroque cauſone, exoluenti ſudore, ſeu in maligna & peſtilenti febre, ne tantùm ab intenſo calore, ſed ab extraneato: quomodo autem ab onere angenti liberetur, & vrentis & maligni caloris violentiæ obſiſtere poſſimus: ac quomodo valeat roborari, inſtaurari, & (vt vitam tueatur) conſeruari, per affectus dicemus, qui exinde ſequuntur.

De thermarum vſu & propinandi ordine; Obſeruatio.

QVia prædictis in affectibus, ex iis qui ſequuntur, neceſſitas thermas propinandi nos cogit, ideo ordinem prius proponere decreuimus, ne eadem toties repetere cogamur; prius corpus vniuerſum vacuabis, ad humoris ideam, & affectus vrgentiam; tertia die aquam ab ſcaturigine calidam ſumere imperabis, à libra vna, vt citiùs penetret & hoc in lecto ſtragulis coopertu ægroto, ſaltem per duas horas, abſque vllo ſudore, ac deinde per cameram facies ambulare, & ſequentibus diebus aſcendendo ad libras 2. 3. aut 4. ſed aduerte quod ſolet primo die flatus excitare & tormina in ventre, quibus ſuccurres clyſtere carminante, aut ſuppoſitoriis, donec membra aſſueſiant thermis: nec ideo deſiſtes, ſed perges in hoc potu, & ſequenti die eadem hora (mane nempe) libras duas accipiet & ita

procedes

procedes vſque ad libras 3. vſque ad per diem aluum ducat: ſolent enim thermę per aluum & vrinam vacuare, & hac mẽſura purgabis quantum abſterſione & mundificatione opus ſit, quod tibi vrinæ monſtrabunt, quam ſingulis diebus inſpicies, & vbi ex diminutione renes mundatos noueris (in paſſione renum) ſeu dolores ſedatos, tunc ad conſolidantia tranſibis: vbi verò octo vel decem vicibus mẽſura purgante vſus fueris, diminues ſemper libram, donec thermas in totum reliqueris, & ad renes conſolidandos, hac potione vteris. ℞. liquiritiæ paſſularum, plantag. myrtil. iuiubar. ſemin. frigid. & aniſi an. ℥ß. fiat coctio ad medias & colat. adde trocis alcechengi ʒß. loturæ boli Armeni & maſtichis ℥ß. ſyrup. viol. ℥ij. & ſi balneare conueniat, fiat, non ex neceſſitate, & ſi aluus omnino detineretur ſoluatur pillulis de aloë roſato cum terebinthina, lota aquâ maluarum, & ſi fortè ob nitroſitatem viæ excoriantur, accipiat muſcilaginem cidoneorum. & pſyllij in aqua roſarum & per ſyringam immittatur: corpus tamen & inteſtina oportet vacuare, ne ſuperfluitas impediat actionem thermarum, terebinthina cum rhabarbaro & ſucco liquiritiæ & cinamomo, & ſi forte relinquitur intemperies renum, & hepatis fortaſſe, cum ſucco portulacæ, & liquiritiæ, aquâ fragorum diſſolutis medetur, & optimo ſuceeſſu.

Si verò ad alios affectus ſe thermarum neceſſitas extendat, vt ad articulorum, epileptiæ, catharro, & ſimilibus, ſub hoc etiam ordine thermas potare, aut etiam balneare conueniet, & vt infra dicetur.

De vtilitatibus & virtute ſuccini, Obſeruatio.

QVia paſſim hoc etiam inuenies auxilium, virtutes illius priùs placuit delibare. Primò fiunt pulueres ſuffumigatorij aduerſus peſtem: habet enim vim congulandi, conſtringendi, illinendi, exſiccandi, & comminuendi, & in potu fluxum ſanguinis ſiſtit fluores alui, & fluxiones vlcerum, capitis diſtillationes & faucium, & tonſillarum vitiis medetur, viſcera toborat vt exolutiones etiam cordis, medetur epilepticis, paralyſi, cordis tremori, imbecillitati ventriculi, hepatis exolutioni, ictericiæ, nephriticis, calculo, & dyſuriæ, abortui auxiliatur, & omni veneno reſiſtit, propinatur in pillulis, paſtillis, in omni læſione ventriculi, & humores præſeruat à putredine, & etiam dolori ventriculi medetur, citat capitis affectus, renes & matricem expurgat, oculis confert, & ſub hac deſcriptione propinatur; ℞. ſuccini ſubtiliter puluериſati ʒß. maſth. ʒß. aloës opt. ʒx. agarici albi, ʒij. ariſtol. rotund. ʒj. & cum ſyrup. abſynth. f. pil. & detur ʒj. poſt cœnam, in hac aut illa paſſione; ſed oleum ſuccini eſt valentioris efficaciæ & virtutis occultæ, in quo mirabiles vires etiam obſeruantur in epilepticis, paraliticis, ſpaſmo, & ſuffocatione matricis, ac tandem fætum in vterò corroborat; ex his plurima nos edocuit obſeruatio, plura etiam tradidit obſeruata Andreas Aurifabrius, Medicus Vratiſlacenſis.

Nulli tamen auxilio ita fidendum reor, vt ſemper promiſſis ſtare teneamur, in tanta temperamentorum, conſuetudinum & hominum differentia, ſi non etiam climatum; climata enim regionum diuerſa, ac diuerſæ viuendi rationes, ac hominum temperies quæ vt climata, ſunt etiam diuerſæ, ſolent materiam auxilij præſcribere, & ne tantùm præſcribere, ſed mutare: in noſtris enim regionibus, quæ occidentem vergunt, aliæ ad meridiem, auxilia fecerunt, & iis regionibus gentilitia, quia illis ſymbolica: in iis ſanguinis extractiones, vtcumque celebrentur, noſtris ſemper præſentaneum attulere auxilium; in regionibus verò quæ ſub Septemtrione frigida illa experiuntur climata, tantùm abeſt vt ferant ſang. miſſionem, vt rariſſimè illam iis hominibus imperare contingat, adhuc à doctiſſimis viris, ne tantùm pueris, ſed adultis, neſcio an conſuetudine, an ab experientia: ſic etiam apud noſtros in alta Carpentania, quæ eſt ſub ſeptemtrione minorandi conſuetudo inualuiſſe video, & ſic auxilia pro climatum ac regionum conditione & tempetie mutari experimur, quia ſub illis etiam videntur & homines diuerſi: ideo non eſt à ratione alienum, auxilia quæ profuerunt aliis, alios lædere, fortè non adiuuare.

ILLVSTRATIO XXX.

De Peſte.

DE Peſte Hiſpalenſi diximus, quantùm permiſit illius ſingularis energia, ſed quia vnaquæque, quæ nouò adoritur, noua fert accidentia, ideò hæc etiam illuſtrare viſum eſt. Illud primò aduerte in præſeruatione, quòd pura corpora debent in eodem ſtatu conſer-

 uari,

uati, impura ab impuritatibus liberari: nam in iis aromatica nocent: nec iis ſunt vehementer calida, propinanda (vt nos experti ſumus) quoniam ebullitione eius humores ad caput aſcendunt, deliria & lethargi ſequuntur, febris augetur, debilitatur natura, & redditur expellendo inepta; alia conditio eſt contagioſæ febris & verè peſtilentis, & alia febris particularis, ex ſolo venarum apparatu, quare ſola contagioſa eſt verè peſtilens, & in hac primò eſt prouocandus ſudor, & cor roborandum, vt contagium, quod per os & per poros attrahitur, mox foras pellatur, antequam maligna corruptio ſe diffundat vlterius, & iſtæ febres *Publicæ* appellantur, illæ verò *Priuatæ*; & niſi ſubitò ſuperetur, aut tollatur venenum, ſubitò hominem tollit, ideò ſola expulſio, meatuum apertio, & cordis roboratio, illi ſunt præſentanea auxilia, ideo initiò detur, ad ſudorem prouocandum. ℞. ſemin. napi & citri an. ʒj. cornu-cerui, oſſis de corde cerui an. ʒß. Zedoariæ ℈j, miſc. & f. puluis & in aqua ſcabioſæ & ſyrupo ſcordij detur ʒß. non ſemel tantùm, ſed in cibo & potu, & in maligna puncticulari etiam propinetur; vel ℞. feminis cardus ſancti ʒj. ſem. napi ℈ß. aquæ veronicæ & cardus-ſancti an. ℥iß. & f. emulſio & colaturæ adde ſyrup. de acido citri ℥j. margar. præparat. ℈j. cornu-cerui vſti ℈ij. & f. potio ſudorifera, & ſæpe repetatur; illud tamen monitum volui, quod aquæ diſtillatæ in vaſis æneis, ſpiritus & virtutem herbarum amittunt, & ſtomacho nocent, ideo conſulo vt vitro diſtillentur.

Quo differat peſtis à febre peſtilenti.

De aquis diſtillatis.

Illud tamen obſeruatione notaui, vt ſi in materia aduſta, aut craſſa, aut tenaci dominatur contagium, quod hoc comitantur apoſtemata, bubones, & antraces: ſi verò in tenui materia, nempe bilis, & ſanguinis puncticulæ, maculæ, & excretiones rubræ, aut nigræ, quæ vt plurimùm letaliores ſunt, & hoc eſt ſignum putridæ peſtilentis, cuius vera antidotus ſolis Deo eſt nota; antiqui Medici pauca de bubonibus & apoſtematibus ſcripſerunt, ideò omnia peſtis ſigna expreſsè, notare penè eſt impoſſibile; initio lenta ſeminaria penè decipiunt; nec in vena ſecunda præcipitari iubeo, ſed ſola in plethora & ſang. vitioſi abundantiâ; at verò contagio ex aëre impreſſo, vbi nulla talia ſigna ſunt, plures hoc modo tolli, quàm ſeruari vidimus, potiùs infamato auxilio, quàm laudato, & in his tutiùs eſt, à clyſtere mox ad antidota confugere, vbi morbus à ſolo contagio eſt, à ſola nempe inſpiratione, quoniam ſanguinis miſſio, in hoc caſu, venenum intus vocat, maximè poſt horam 24. nec mox ab erumpente bubone ſanguinis mittendus eſt, ne naturæ motus impediatur, niſi id conſulat magna venarum plenitudo, ſed contra venenum pugnandum, maximè dum etiticè expellit.

Purgatio duo habet pericula, & quòd nullo purganti medicamento, peſtis ſeminarium eiicitur, & impuris corporibus repentè vires deiicit, veneno & humore commoto, & hæc eſt etiam Ioannis Cratonis obſeruatio: quibus etiam addidit, ſcribit magni nominis Medicus, eum qui mature his tribus vtatur auxiliis, *Clyſtere ſimplici, venæ ſectione, & antidoto, certò ſeruari.*

Vomitus leuiter prouocetur; diſtillatione nucum viridium, ſcabiuſæ, verbenæ, ſolani, ſemperuiui herbis aceto, aut ſucco citri maceratis & diſtillatis poſtea ſudor etiam hac potione prouocetur, qua veneno obſiſtimus: ℞. aquæ tormentillæ, cardûs-ſancti, an. ℥ij. theriacæ ℈ij. lapid. bezuar orient. gut. iiij. terræ ſigil. boli Armen. an. ℈j. camphoræ gut. iij. aceti roſ. parùm, vel extracti angelicæ ℈ß. ſed in auxiliis camphoratis aduerte, quòd capiti dolenti, nocente peruigilio; illud tamen attende, quòd niſi virtus naturalis roboretur, non ſeruatur expulſio tantopere neceſſaria, in qua omnis libratur ſalus; hoc puluere ſeruari à Cratone accepimus. ℞. ſacchari candi ʒiij. zinzib. ʒij. camphoræ ʒj. & f. puluis; detur in ouo ſorbili, aut aqua cardus-ſancti: nam camphora eſt tenuium partium, calefacit cum calidis, cum frigidis refrigerat, ad hoc etiam electuarium eſt mirabile. ℞. rad. dictami, tormentil. an. ʒß. ſuccini albi ʒj. camphor ʒß. hyacinth. præparat. folia auri in ſucco limonum diſſolut. an. ʒj. theriacæ ʒß. & cum ſyrupo ſcordij f. conditum: nam auri & gemmarum diſtillationes ſunt meræ impoſturæ, hæc pueris & prægnantibus poſſunt & debent concedi, vt & in aſſuetis ſang. miſſio hoc etiam puluere vti licet. ℞. terræ ſigil. boli Armeni, cornu-cerui vſti, tormentillæ, margarit. an. ʒi, fol. auri n. iij. ſacchar. roſ. tabulat. ℥iij. & à 4. ad 7. menſem poteſt concedi theriacæ ℈ij. ſpecierum liberantis ℈iß. & in phiala aquarum cordial. vitrioli gut. iij. addantur; in ſiti deſperata, in bubonibus, illud etiam licuit obſeruare, quòd ſi rubent, aut pallent, aut citò maturantur, alacri ſpe beant Medicum, & ægrotum, & his gallina viua applicatur vt foras auocetur, illud vidimus ceſſiſſe infæliciter, ante maturationem aperiri, attrahentibus tamen adiuuetur natura, ſi lentè operatur, & leniatur dolor, vt promptè

Sudorifera auxilia.

Aduertentia.

De camphora.

De glandularum extractu.

pte

ptè matûretur; hoc attrahit & lenit : ℞. ammoniaci aceto diſſol. ℥j. olei liliorum, ceræ, & viſci quercini, ſatis ad emplaſtri aur ſcabioſa contuſa cum vitello oui & ſale; carbunculo rana viua applicetur, aquâ calidà lota & ligata : ſeu puluis bufi theriaca & mithridato, in ſucco ſcabioſæ, additis nucleis auellanarum & ficubus contuſis.

Caro ſi corrumpatur, cauterio auri ſiſtitur, aquâ vitæ & ſale; mundificantur vlcera ſucco ſcabioſæ terebenthinâ, vitello oui, croco, & oleo vitrioli, omnia tamen complet hoc ſarcoticum : ℞. mellis deſpumati lb.ß. mirrhæ, aloës, ſarcacolæ an. ʒiß. pulueriſata ſubtiliter cum melle agitentur & tandem puluis aſpergatur. Qui carnem generat & producit, ℞. litarg. ſcoriæ ferri, centaureæ. mineris, aloës, thuris, maſth. an. ʒj. & f. puluis.

ILLVSTRATIO XXXI.

De quartana, & tertiana notha, extenſa.

IN ea ſum ſententia (dixit Crato) medicamenta purgantia fruſtra in principio adhiberi : verè tamen affirmo, me magni hominis virum, ſolo vſu enematum, ægrorum curaſſe, & illis maximè prodeſſe, qui initio paroxiſmi tormina pariuntur, & ſi dolenti loco fomentum adhibeatur, ego autem In quartana ſolùm decoctum raparum tribuo, Guaineri conſilio, cum butyro & ſaccharo primâ aquâ coctionis abiectâ, & aliam affundo, vt coquantur donec defluant rapæ, inde ſuccus exprimetur & cum butyro recenti propinatur, additis cariophyllis, & matutinâ horâ concedo quinque nucleos perſicos mundatos, & ad 1. dies, & ante acceſſionem tribuo decoctum vini, cum herba clinopodio nec ſiccantia nec calefacientia concedo: vomere conſulo, quando facilè vomunt & articulis applicare iubeo radices vrticæ contuſas; aceto maceratas : nec diſplicet parùm theriacæ ſumere : cordi etiam illam in aqua lauendulæ diſſolutam applicari iubeo: thermas non omnibus. ſed illis qui ventriculi roboratione egent : ſed longo morbo afflictis ego non illam afflictionem adderem. Hæc dixit Crato.

In inueterata autem quartana, duplex auxilium experiri non dubitaui & benè ceſſit, in extenuata muliere lac capræ conceſſi, & conualuit & in alia balneum dulcis aquæ imperaui, dum cruditates non adeſſe cognoui: vbi coquebantur camomillum, melilorum, ruta, & ſtecas; huius etiam ſententiæ Cratonem fuiſſe inuenio, & vbi maximè abundat ſeroſa humiditas (vti ſolet) ante acceſſionem imperaui potionem etiam ſudoriferam vt, ℞. aquæ lupulor. ℥j. fæniculi ℥ij. fumar. ℥ß. aceti, vini albi ʒiij. ſyrup. ſcorſoner. ℥ß. lapid. bezoar. gr. iij. quod ſi non ſudet, ſub pedibus veſica aquâ calidâ plenâ imponatur, & potio calida poſtea elect. accipiat borag. & ſcorſoner. & ex Siluio: ℞. pulu ſeminis hipericon. ʒij. cineris caluariæ humanæ ʒj. & cum agrimoniæ calida propinetur, vel ℞. condit. borag. ℥ij. theriacæ ʒij. de cortice citri ℥j. pulu. lætificant. & elect. de gemmis an. ʒij. & cum ſyrup. epithimi f. opiata.

Et pro tertiana extenſa, dum aliqua coctio incipit apparere, de his pullul. accipiat. ʒj. ℞. aloës ſucco reſolut. imburæ ℥ß. rhabarbari pulu. cinamom. inperſi ʒj. agarici vino infuſi, cum pulu. zinzib. ʒj. ſalis gem. & maſth. an. ℈ß. & cum ſyrup. perſico fiant pillul & poſtea accipiat aquæ cuſcutæ diſtillat. ℥iiij. cui infundatur agrimon. & abſynth. p. ß. trocis abſynth. ʒß. & hipochondria hoc etiam vnguento foueantur. ℞. olei amig. dul. ℥iij. vini abſynth. ℥ij. abſynt. roſ. camom. corticũ cappar. an. ℥j. coquantur ad vini conſumptionem & ſi tandem à febre tabidi reddantur ægri, his morſulis inſtaurentur. ℞. ſem. papauer. albi ℥ß. pineorum recent. ℥iij. 4. ſem. frigid, an. ʒj. ſem. lactuc. ℈ij. hæc infundantur aqua roſ. & f. emulſio & expreſſionis accipe ℥iiij. ſacchar. lb. ß, diatragacant. frig. ʒj. & f. morſuli, & dentur ante cœnam & potum.

ILLVSTRATIO XXXII.

De Catharro.

IN catharro debet conſiderari humoris defluentis conditio, an calida, acris, & mordax, tenuis, an craſſior; ad quod membrum decumbat, & an generetur in cerebro, an alibi conſcendat à ventriculo, ab hepate, an etiam à genere venoſo, per ſeptem præcipuè vias catharrum à capite deſcendere Hippocrates nos docuit, ſi vniuerſam illius lectionem perluſtrare placuerit, per aures, oculos, nares, palatum, per venas & arterias, per dorſi vertebras, & ſpinalem medullam, ac tandem per neruos & tendones : materia tamen quæ

Per quas vias catharrus dilabatur.

deſcendit, aut eſt cerebro genita per congeſtionem, nempe aut intemperiem, aut alibi tranſmiſſa, & cum grauat aut irritat, à cerebri expellente detruditur: ſpecies affectus in hoc aut illo membro à practicis varie expenduntur, per ſignum membrorum, in quæ humor decumbit, ſiue fit ad oculos, ad pectus, ad articulos, quæ ſi vitare non poſſumus, vt impetum ſaltem declinemus oportet. eſt etiam humoris conditio perpendenda, an calida, acris, & mordax, an frigida & humida ſtupefaciens, vt illius effectus perpendamus: à calore enim agente in humidum vapores eleuantur, & ad cerebrum velut ad alambicum feruntur (ſi non forte ab ipſo colliquantur) cumque ab eo ſuperari aut per vias communes expurgari non valeant, nec per cutim exhalant in partes inferiores dilabuntur, intemperie adhuc cerebro derelicta: quare tenuis incraſſanda & craſſa tenuanda & intemperies etiam moderanda; catharrum exſiccat fumus ſtiracis, ſuccini albi, cum ſaccharo carbonibus immiſſis capite ſerico tecto: vel fiat pileus his pulueribus inſperſus. ℞. ros. cariophyl. ſem. nigellæ. cort. citri, cinamom. nucis muſcat. an. ℈ij. ſtiracis calaminth. gut. iiij. moſchi & ambaris an. gut. ij. ij etiam orbiculi ſub lingua geſtentur. ℞. ſem. papaueris albi, portul. lactuc. coriand. præparat. an. ʒj. nucis, maſt. thuris, an. ℈ij. ſtoracis, calamint. ʒß. ſucci glicyris. ℈j. & cum dragacant. infuſo, aqua ros. f. orbiculi, & ſaccharum ros. cum bolo Armen. & ℈j. rhabarb. deglutiatur, & ſi in pectus deſcendat, ℞. decocti raparum ℥iij. butyri recentis ℥ß. ſacchari ℥iij. in catharro verò ſuffocante ſtatim ſanguis mittatur, & veſicatorium commiſſuræ coronali imponatur ex fermento, cantharide, & acero, & detur loch de ſchila cum oximelle & ammoniaco, ſi materia eſt valde craſſa; ſin tenuis, pillulæ de cinogloſ. & diacod. album ad ℈j. ad ſiſtendum etiam & incraſſandum, ℞. boli Armeni oriental. præparat. ℥ß. & cum aqua tuſſilag. aut viol. & muſcilag. tragacant. f. orbiculi. Vel ℞. ſucci cardus ſancti & liquirit. an. ʒj. gummi ammoniaci ℈j. & cum oximelle f. orbiculi, & ſumantur ante ſomnum.

In catharro ſuffocante.

Hic etiam puluis in vino albo ad ʒj. (in cauſa frigidiori) catharrum ſiſtit. ℞. oſſium in fornace combuſtorum ℥j. cinamom. ʒj. boli Armen. terræ ſigillat. cornu cerui vſti, an. ℈j. ſacchari albi ad pondus omnium. Hæc etiam caput, & ventriculum roborant in cauſa frigida, vt etiam puluis ligni guaiaci & chinæ ſi ad modum electuarij ſumatur, vel ex illis & condito de cortice citri f. elect. & detur ʒß. & capiti raſo cerotum imponatur ex ſandaraca & labdano, ſuturæ coronali. & in cibo & cœna vinum abſynthites propinetur, & ſi à ventriculo fouetur, mane cum theriaca recenti propinetur (corpore iam purgato) vina etiam ſaccharo dulcorata debiliora fiunt: ſuffumigentur lintea capitis aliquo aromate: lotione pedum vtatur, cum herbis capitalibus lixiuio decoctis & lac amigdal. cum ſeminib. frig. præbeatur ante ſomnum, & elect. de pomis dulcibus, & bolus Armenus ſub lingua catharrum ſiſtit. Materiam diffluentem exſiccat decoctum ſaſſafras & chinæ, & in cauſa etiam frigidiori ex mithridato, ſtecade, & betonica cum condito cichorij f. conditum; de quo cochleare accipiat, & ſi his omnibus non cedit, thermæ iuuare poſſūt, ſtillicidio & potu: aures & tempora inungantur oleo nucis muſcatæ, aut balſamo & ſi repente irruit, accipe fermenti ℥j. ſantal. ʒiß. & aceto ſubigantur & capiti imponatur. & in phtiſis periculo veſicatoria illis miſceantur. Hæ rotulæ ſunt intercipientes catharrhum. ℞. boli arm. præparat, gummi Arabici, tragacant. an. ℈ij. ſem. papauer. ʒi. nucis muſcatæ toſtæ, ʒß. ſacchari pinidij & candi, an. ℥j. & cum muſcilag. idoneorum, extracta aqua ros. f. orbiculi & coriandro præparato vtatur, & ſi in pectus cadit, ex decocto raparum, abiectâ aquâ, ſuccus exprimatur, & cum ſaccharo & butyro recenti fiat ad modum loch eſt enim morbis pectoralibus mirabile, & fiat hordeatum ex cremore hordei & dactylorum coctis, additâ emulſione ſeminis papaueris ad ℥j. ſyrup. papauer. & viol. an. ℥ß.

ILLVSTRATIO XXXIII.

De Aſthmatis omnibus differentiis.

VBi hic affectus inueteratur, redditur pulmo imbecillior, vt nec alimentum conficere valeat, & magis excrementis abundet: piruitâ etiam detentâ magis tempore craſceſcit, quia halitus calidi, à corde exeuntes, pituitam deſiccant, & viis oppletis cor incaleſcit amplius, flatus etiam accidenti occaſionem pariunt; ſed per interualla, vt & cibus immodicus ventriculo extenſo inde ſepto compreſſo; an caput à ventre accipiat, quod diſtillat, conſidera, an ab hepate, & genere venoſo, an à renibus non

tiè

titè ſerum trahentibus, quo recurrit ad caput, & inde ad pulmones: paroxiſmus etiam mouetur ſecundùm humoris motum, ſeu veſpere, aut mane, interdum ira eſt etiam fluxionis occaſio, aut concitatus morus; interdum dum cibus concoqui incipit in ventriculo, nam tunc vapores aſcendunt, & dùrat, donec calor flatus & vapores diſſipat, ideò mane ſolent leuiùs habere: pituita etiam vetuſtate concreſcit, veluti in lapillis, & morbum prolongar, & caloris naruralis defectus, quia inde dererior & infeliciot fit concoctio, & recurrentibus cauſis ſymptomata recurrunt.

In adſthmate hoc eſt primò cauendum, ne dentur fortia vacuantia, ne commotâ mareriâ fluxiò augeatur, immò ſæpe leues purgationes iuuant: illud etiam moneo, ne materia educatur, niſi tenuata ephracticis, quæ non ſint nimis calida, & vt frequenter venter inferius vacuetur, vt materia ſubſtrahatur, & extra paroxiſmum, nondum feruet materia, illud etiam docer experientia; nihilo meliùs pectoris & pulmonis vaſa dilatari, quàm ſanguinis miſſione, aut hæmorrhoidibus prouocatis.

Hoc oximelle priùs materiam tenuare oportet, vt expectorantibus cedat. ℞. hyſſopi, origani, marrubij, pulegij, veronicæ, ſcabioſæ, card. ſancti, an. m. j. rad. iridis ℥j. agarici albi, ʒiij. zinzib. ʒß. coquantur in aqua & aceto æqualibus, mellis ℔. ß. coquantur iterum, & deſpumentur, & de hoc cochlearia accipiat, deinde accipiat diaireos ℥ß. olei aniſi, aut cinam. ℈j. & ſupetbibat de aqua hederæ diſtillata cum ſyrupo de hyſſopo, & tandem poterit deuenire ad decoctum guaiaci per plures dies, vt ℞. limaturæ guaiaci ℥iiij. coquatur in ℔. iiij. aquæ ad medias, ſed aduerte, vt hoc ſit corpnre iam purgato, aliter enim prauos humores in corpus vniuerſum deducit; ius galli veteris poterit etiam propinari, in quo decoquatur hyſſopus, ſaluia, camedrios cardus ſanti. dactyli. & ficus. Et ne ſymptomata recurrant, ℞. raparum mundat. ℔. ß. coquantur, & bis abiiciatur aqua & affundatur tertia, & bene coquatur, & de hoc iure accipe ℥iiij. ſacchari candi ℥ß. olei amig. dulc. recentis ℥ß. & f. vt loch, & purgare neceſſitas compellit, ℞. aloës infuſæ in ſucco roſ. ſolut. ʒij. maſt. ʒj. ammoniaci ℈j. olei. terebent. gut. iij. & f. orbiculi, & hoc non niſi tenuatâ materiâ, poſtea eſt materia deriuanda per nates, ſucco betæ, maioranæ, cum vino albo, & pulu. caſtorei; non per maſticatoria, ne fluat ad pulmonem; pedes abluantur in decocto betonicæ, ſaluiæ, ſtecados, verbenæ, toriſmarini, & caput lauetur lixiuio decocto ſimilibus herbis, & pulueribus herbarum capitalium fricentur commiſuræ, & vtatur puluere ſtomachico poſt cibum, aut granis piperis 7. ante cibum & ſacculo pulueris ſtomachici, pro debili ventriculo.

Pro renibus obſtructis. Er pro renibus obſtructis aut debilibus, propinetur ius cicerum cum radice petroſellini & fæniculi coctis; ſin minùs, vtatur decocto ligni guaiaci & chinæ ad ℥iiij. quod profuiſſe nobis conſtat. & cum ingruit repenre ſuffocatio, accipiat aquæ cinamomi ℥iiij. oximelis ſquilici ℥ß. calida, aut ficus aſſos in aqua pectorali maceratos, aut in ore teneat theriacæ, aut mithridati parùm, & paulatim deglutiatur; pillulæ etiam de ammoniaco valde dilatant pectus. ſi noctu 5. deglutiantur, & adhuc paroxiſmo vrgenre poſt prandium de hoc puluere cochleare accipiat. ℞. panis albi toſti ℔. ß. coriand. præparat. ʒiij. cinam. elect. ʒj. maſt. ℈j. ſuccini albi, ℈ß. ſacchari ℥iiij. miſc. rhermas in hoc caſu conſuluerunt Crato & Capibaſſus; nos autem exiſtimamus ſtillicidium thermæ ſulphureæ tantùm in capitis imbecillitate prodeſſe & in obſtructis aut debilitatis renibus potus & balneatio: vbi verò in ſola pectoris concauitate eſt craſſa pituita retenta, poterit balneo liquari & ſuffocationem inducere, & potu ſtomachum diſtendere & pectotis compreſſionem reddere, & ſi thermis corpus vniuerſum incaleſcat, ſero lactis attemperetur, vbi betonica & elenium coquatur, & in valde contumaci affectu, his pillulis vtatur. ℞. pillul. de agarico ʒß. ſulphuris triti ℈ß. gummi ammoniaci ℈j. & cum aqua tuſſilaginis f. pillul.

Alia Obſeruatio de Catharro.

IN calida diſtillatione hi trociſci ore detineantur ante ſomnium. ℞. nucis muſcatæ ʒj. gummi Arabici ʒß. boli Armeni oriental. ℈j. laudani opiati gut. iiij. & cum aqua roſ. f. trociſci, & aduerte quòd vacuationes in morbis pectoris maximè catharticis, non ſunt niſi magna neceſſitate imperandæ, nam vt plurimum nocent. & ſi à ventriculi aut hepatis intemperie pendet catharrus, thermæ acidulæ ſunt imperandæ.

Hoc vltimo ſiſtere catharrum vidimus. ℞. ſem. hioſchiami papauer. albi an. ʒx. terræ ſigillat. corall. rub. an. ʒv. ſacchari roſ. antiqui; ſatis ad elect. vel tabell. vel loch, & lambat continuò; ſin minùs cauterium in ſutura coronali imponatur; adhibendi

Cauteria futura coronalu.

hibendi & à foris ſacculi ſunt, in cauſa calida ex roſis, ſantalis, & puluere ſuccini, moſth. & cariophyllorum; licet in mea ſententia vſus ſimplicium medicamentorum rectiſſimus ſit.

Et ad caput & ventriculum roborandum de hoc elect. ſumat. cochleare. ℞. conſeruat.borag.& citri, an. ℥ß. roſ.℥iiij. aromat.roſ.ʒj. cariophyl. ʒß. & ad hepar roborandum & vt venter ſoluatur leniter, ℞. ſacchari in aqua cinam. diſſoluti ℥iiij.rhabarb.ʒij.extract.rhabarb.℈ß. nec capitis lotiones dimittantur, & ad catharrum puerorum fiat diſtillatio ex condito cichorij, citri, & roſ. & diſtillatio aquâ filiæ permixta propinetur; vel de hoc puluere in lacte mulieris. ℞.rad.pæoniæ, viſci quercini, croci oriental. coral. rub. & rad.dictami an. ℈j. pulu. ſacchati roſ. tabulati ℥ij.fol.auri.n.iiij.& f.puluis.

Alia Obſeruatio. De thermarum vſu, & quibus in affectibus conueniant.

INter alios artriticis doloribus maximè conueniunt: quia vias reſerant & membra roborant: quoniam maxima occaſio redeundi paroxiſmus eſt, quando obſtructis cloacis corporis recrementa retinentur, quæ naturæ ordine expelli deberent, & quaſi regurgitatione quadam, in membra prioribus paroxiſmis debilitata, redundant, qua conſideratione ad fluxiones augendas renes ſemper ſuſpectos habeo: nullum enim ferè vidi artriticum (& vidi multos) qui à calculo immunis eſſet, ab eâdem nempe fluxione ad renes deriuata: aut è contra; debiliſſimo tamen ventriculo thermarum vſus non probatur, quia calor in totum aboletur; olei vitrioli vſus, qui à pleriſque maximè commendatur, mihi ſuſpectus eſt, nam leuatione fallit, & poſtea relinquit empyreuma; vi cauſtica in membris derelicta, qua membris labefactatis in cachexiam vidimus incidiſſe.

Occaſio artriticorum dolorum & recurſus.

Cauſa quæ in artritidis relapſu potior obſeruatur, eſt magna viarum fluxionis amplitudo & laxitas, ne viarum tantùm, ſed corporis, ideò in adſtrictione viarum & membri corroborationc, eſt prima ſollicitudo adhibenda; cum ergo thermarum vis (aluminoſa nempe & ferrea) hanc laxitatem corrigat & illa membra roboret & vires reparet reſolutas & fluxionibus reſiſtat, ideo thermæ vtiles in morbo hoc cenſentur: nam ſulphuris ratione diſcutiunt, alumine roborant & viæ denſantur, quo etiam, fluxioni reſiſtunt, ad hoc tamen corpus eſſe omninò præparatum oportet, & ab excrementis iam congeſtis liberum; eâ etiam cautione adhibitâ, vt calor membrorum principalium illas valeat tolerare.

Cauſa fluxionis artriticæ.

Quibus autem nunquam prodeſſe experimur (imò pleroſque lædere eſt certum) ſunt, Gallica lue infecti, ſæuiſſimi enim in illis excitantur dolores, fortaſſe quia humor impingitur, qui laxari debebat; aſthmaticos etiam & hydropicos lædere monſtrat experientia, & leproſos, & omnes fere intemperantes, & ordine præpoſtero viuentes, qui nullam quietem ventriculo permittunt, & quibus cruditas ſupra cruditatem cumulatur, illis enim facilè inducitur putredo, vt à thermis deterius euadant: epilepticos lædere aliqui tradiderunt, & ophtalmicos, & qui in vlcere pulmonum biberunt calcanthi aquas, celerem ſibi mortem aſciuerunt, in potu aut in balneo; aliis conferunt in potu, & aliis in balneo, in cutaneis morbis ſunt magis ex vſu, in balneis, in potu, magis conferunt; grauibus illis morbis, quibus nihil alia auxilia contulerunt: non tantùm artriticis, ſed colicis prodeſſe nouimus, & cæteris cronicis, vbi materia paulatim cumulatur, & diſſipationi reſiſtit. Aliquibus mouetur aluus, adhuc breui hauſtulo; aliis non mouet, & iis noxium eſt, aquam medicatam in potu retinere, & omnibus fere vrinas mouet: quare podagricos & iſchiadicos benè prius purgatos & repurgatos ad thermas nos oportet dimittere: illæ enim ſunt veluti topica auxilia in hoc caſu, vt potæ aquæ reliquias à partibus debilibus auertant, eaſque per aluum & vrinas educant, & vt inſeſſione membra debilia roborentur & in his in lauacro potiſſimum reperitur auxilium, quàm in potu.

Gallicis thermæ nõ conueniũt, & quos lædant.

De effectu thermarũ.

Tempus accommodatum eſt in veris initio aut autumni, antequam frigus ingruat, per biduum inſideant ſingulis diebus, hora vna ſequenti, biduò alia dimidia adiicitur, ac tandem ad horas duas balnei mora extenditur: has tamen horas ita diminuunt, vt media pars meridie, media veſperi tribuatur.

De tempore accommodato.

Primis diebus contrahitur & detinetur venter, poſtea ſoluitur: cibus ſobriè ſumatur, nam qui cum cruditatibus incedunt, inflammantur, & torminibus etiam cruciantur, alij diutiùs, alij minùs perſeuerare poſſunt, & pro cuiuſque captu applicentur, & pro viribus: nam ſi vltra par febres concitant, vlcera; & exanthemata; non thermarum, ſed culpa malè vtentium, & poſtquam ſatisfactum eſt neceſſitati, ordine retrogado quotidie de mora detrahatur, horæ dimidio.

Caput

Capit lauare aquâ thermarum non expedit, ne plus iuſto incaleſcat: ad membra reſoluta & contracta calidæ thermæ efficaciores ſunt, vt ſulphurea nitroſa: ſed aluminoſa & ferrea, quibus oportet robur addere.

De Cauteriis, & Fonticulis.

SI materia & humor crura petit, in brachiis autem contrà; ſi non mouetur & generatur in ventre inferiori in cruribus: ſi à medio ventre in brachio: ſi ad pulmones à capite fluit aut per eſſentiam generatur in cerebro, in occipiti, aut ſutura coronali; ſi ad intercipiendum in brachio; ſi fluit ad ſpinalem medullam, ad os ſacrum, & lumbos, in principio ſpinalis medullæ. ſed in affecto loco ob duplicem finem eſt cauterium imponendum, ſeu dum materiam vacuare intendimus, ſeu dum ex illo aura aſcendit venenoſa, vti in epileptia per conſenſum brachij aut cruris, in valde tabeſcentibus & inualidis nullius vſus ſolent eſſe fonticuli; aurum, clementius eſt ad cauteriſandum: ſi caro luxuriat in fonticulo, ſpongia noua, minutim conciſa imponatur, ſeu puluis aluminis vſti.

Si humor non fluit, ex pice nauali puluere ellebori nigri & cera, f. pillula & imponatur, ſeu citer cauſtico liniatur, & in fonticuli cauitatem indatur, vt quæ intus dureſcit tunica, corrodatur; in vlcere calloſo puluere ſabinæ & calcanthi liniatur, aut ſcarificatio imperetur; ſi graueolet petiis odoratis vtatur, goſſipij aut lini.

De veneris adſtrictione natiua, aut morbo comparata.

AD ventris adſtrictionem. 3. quoque die de his pillulis 4. accipiat. ℞. bdellij albi, mellis pinguis, aloës infuſi. 3. diebus in lacte an. ʒj. incorporentur ſimul. & capiat ante cœnam ʒß. fiant etiam paſſulæ laxatiuæ in decocto ſenę & poli-podij & duo cochlearia accipiantur,

In ſenibus non eſt periculoſa, quòd naturalis ſit, vt Hippocrates dixit; ſed ad tempus detur pillula ex labdani & bdellij, an. gut. iiij. vna hora ante paſtum: nam frequens clyſterium vſus inteſtina debilitat, flatus gignit, & naturam ſegnem reddit; glandes ex butyro ſalito laxant ventrem, & aduertant ſenes, quòd tutiùs viuunt, ventre adſtrictâ quàm ſolutà, & purgare frequenter in hoc caſu, neque rectum, neque tutum exiſtimo, & interim coctionem iuuat, & ventriculum roborat ceratum ex vna parte labdani & duabus ceræ; nam flatus diſcutit & ſuauiter roborat; ſi calore vrgentur ſenes, à vino abſtineant, & illis fiat maſſa mechoacan ʒiiij. amygdal. dulcium & ſacchari an. ʒiij. & detur ʒiij.

De clyſterib. continuatis. *Emplaſtrũ pro ventriculo.*

His pillulis etiam ante cœnam: ad ʒß. ℞. aloes roſatæ ʒiij. myrrhæ ʒj. bdellij ℈j. ſuccini albi & croci an. ʒß. iſtæ etiam & menſes mouent & podagricis proſunt, & ſi gut. iij. ambaris addatur, cor roborant, vel ſi ſaccharo roſato miſceantur; poſſunt infundi in vino diſtillato in vitro & cochleare mane ſumatur, ſiue in chocolate & ſuauius erit; vel ℞. tartari præparati ʒß. maſth. ʒij. fol. ſen. ʒiij. rhabarb. ʒß. & f. puluis & detur ʒß. in iuſculo pulli aut in tabellis cum ſaccharo roſato: vel ℞. hordei excorticati p. j. rad. altheæ raſæ m. j, coquatur in iure pulli, vel vrticæ mortuæ p. ß. & colat. adde ſacchari ℥j. vel ℞. pulpæ paſſularum ℥ij. rhabarbari, cinamom. irrorati ʒij. diarrhod. & ſantal. rubri an, ℈ij. & f. conditum, & dentur cochlearia ij; vel olei amig. dulcium ℥iij. in iure auis.

De affectibus renum.

REnum intemperies eſt plurimi æſtimanda, quoniam caro renum eſt durior & denſior, ideo eſt relaxanda & humectanda, quocunque in affectu, in potu, radicis eringij decoctum & rad. altheæ hoc pręſtat & calculoſis prodeſt, materia etiam ſi iam eſt impactâ cum terebenthina & puluere rhabarbari vacuatur.

Ad calorem renum, arenulas, & expurgandis renibus. hoc hordeatum confert; ℞. hordei mundi perfectè cocti ℥iij. amigd. infuſarum in aqua roſat. ℥ij. ſem. melonis & papauer. albi an. ʒj. fiat infuſio in aquæ hordei ℔. ß. cui adde iulepi roſat. ℥j. & bibat ante ſomnium. & de hoc puluere ſumat ʒj. ℞. milij ſolis ℥ß. pinearum mundat. lotarum ℥j. ſem. portulacæ. lactucæ, end. an. ʒij. papauer. albi, ʒiij. ſacchari. albi ad pondus.

Ad deturbandas arenas & mundandos renes. ℞. terebent. aqua roſ. nouies lotæ ʒj. rhabarb. elect. pulu. ʒij. cinamom. elect. ʒj. pulu. ſuccini, ceterac. liquiritiæ, an. ℈j. & f. puluis, capiat ʒj. in aqua malu. aut ſero lactis, & in ardore vrinæ. ℞. aquæ plantag. & roſ. an. ℔. ß. collyrij albi ſine opio ʒiij. cort. mirabalan. ℈iiß. camphoræ gut. ij. diſſoluantur in mortario & primò per ſyringam mittatur & poſtea in petiis imponatur.

Renum intemperies mirabiliter ſedatur,

tur, ℞. ſucci portulacæ inſpiſſati, & liquiritiæ an. ʒß. & in aqua fragorum, aut maluæ diſſoluantur & capiat: priùs expurgatis humoribus cum therebentino rhabarbaro.

In ardore vrinæ & cruenta mictione, priùs aluus leniatur; ℞. pulp. caſſ. aqua petroſellini extractæ ʒij. benedictæ laxat. ʒj. ſucci liquirit. ℈ß. aniſi gut. iiij. & f. bolus cum ſaccharo; educta ſarcina, pulueres propinentur: ℞. 4. ſem. frig. excorticat. an. ʒj. ſem. malu. ʒiß. alcecheng. ʒß. papauer. albi ʒiß. liquirit. raſæ ʒj. ſem. lactuc. portulacæ an. ℈j. amigdal. excorticat. ʒiß. & ſaccharo cando f. tragea, ſeu in puluere & detur in iure cicerum, ſeu aquâ diſtillat. cucurbit. melonis, & maluarum & foueatur cum lacte caprino, & poſtea hoc vnguento. ℞. olei viol. loti aquâ maluarum, vnguenti popul. an. ℥j. laudani opiati gut. ij. & cum cera f. vnguentum & ſi valde pertinax ſit, thermis vtatur, vti ſupra; ſi verò inde cruenta mictio oriatur, ſeroſitates educantur, caſſiæ & rhabarb. extractis aqua maluarum, in morſulis. Poſtea incraſſetur humor: ℞. ſucci portulacæ ʒß. gummi Arabici ʒj. ſyrup. papauer. ℥ß. aquæ portul. ℥ij. & ad extra applicetur cataphaſma. ℞. equiſeti, portulac. an. ℥ß. farin. fabarum, hordel, tormentillæ, ſimphyti. an. ʒij. olei myrtini maſth. omph. an. ℥ß. & f. cataplaſma, & tandem detur philonium, aut laudanum opiatum in aqua ros.

De Calculo & renum & veſicæ.

AN purgare conueniat in hoc, & an diuretica propinare, in dubium à pleriſque vertitur; ventrem lenire excuſari non poteſt, medicamenta purgantia propinare periculo non caret, quia ſunt ad ventrem, humores commouentur ſic ad vias vrinæ, mali grauioris præludio; in diureticis propinandis eſt æquiuocatio etiam detegenda, maximè viis renum obſtructis, pro cuius ſolutione aduerte, triplicia eſſe diuretica, nam alia faciunt vrinæ copiam tenuis ſubſtantiæ, virtute quadam ſeroſitatem ſanguini mixtam ſeparant, & ipſum ſanguinem quaſi colliquant, & hæc propriè vocantur diuretica, & potentiâ calida & ſicca ſunt: vt aſparagi, radix eringij &c. iſta ergo ſi non ſint cruditates in prima corporis regione, neque in viis, nec calida hepatis intemperies calculi ratione conueniunt, cuius materia frigida & craſſa; alia ſunt media inter iſta, & temperata vocantur, & poſſunt quauis euacuatione peracta propinari: ſed ſi in ſtomacho crudi humores adſunt, illos ſecum rapiunt, & ad vias vrinæ deferunt & magis obſtruere videntur: ſed viis à cruditate liberis, quæ augent vrinæ copiam, lapillos etiam ſecum deferunt: veluti in fluuiis accidere videmus; ad hoc etiam ſuccum portulacæ exſiccatum, & poſteà in puluerem redactum ad ʒſ. aut in pillulis ad miraculum lapidem expellere dixit Crato, & aquam diſtillatam ex vrina humana, vel tauri, nam lapidem frangere & vrinas mouere, neotericus ſcripſit ſatis doctus; ſuccus limonum cum ſaccharo eſt omni diuretico præferendus: vitetur omnis cruditas: *Illud etiam compertum habemus*, inquit, *à ſæuis cruciatibus calculi, multos vſu auellanarum liberatos, ſi calculus eſt friabilis.*

Triplicia diuretica expenduntur.

De ſucco portulacæ in lapide expellendo.

Calculis autem eiectis, vt alij regenerentur eſt in cauſa, quia calculi ſinus ſeu fouea renum, vbi calculi creſcunt, replentur aliis cruditatibus & renum calore indurantur, & formantur maiores, ideò oportet non tantùm cruditates vitare, ſed eas frequenter vacuare, & vacuato corpore, vt vacuentur, & viæ vrinæ liberentur, primas tenet radix eryngij cocta cum ſaccharo cando, & ſuccus veronicæ cum gut. ij. ſchineorum cum ſemine violarum & ſaccharo & in magna renum caliditate aqua fragorum cum aqua nucleorum auellanarum & perſicorum, & ſuperdormiat & rhabarbarum in carne paſſularum ſumatur, cum puluere liquiritiæ. & renes ad extra liniantur, cum ſucco maluarum, & adipe cuniculi; vnguento roſaro & oleo amig. amararum. Periti Medici laudant vinaceos prælo expreſſos (vendimia) & adhuc calentes renibus applicare, mane & noctu: præſtat etiam ſuccus veronicæ & hederæ terreſtris cum puluere pellis leporis crematæ: ſed dolore vrgente clyſter iniiciatur, ex decoct. maluæ, pariet. veronicæ. an. m. ij: olei amig. ℥iij. ſacchari ℥j. filonij ℈j. hoc eſt mirabile emplaſtrum lapidi deturbando; accipiantur cancri n. x. & contuſi coquantur in lacte, & exprimatur ſuccus, qui miſceatur medullâ panis albi, vitellis ouorum, butyro recenti, oleo violarum in mortario, & panno applicetur, renibus & vreteribus, & ad intus accipiat decoctum rad. alth. petroſellini, veronicæ. addito melle, ſaccharo & oleo amig. dulcium. Balnea emolliunt & laxant, ſed ſunt ea cautione adhibenda, ne corpore impuro & cruditatibus pleno applicentur, poterit tamen optimè vacuato: & in ipſo balneo fortiori diuretico vtemur: nam mitigando & ferendo multa in meliùs mutantur, quàm violentiſſimis auxiliis, quæ noxam indelebilem in renibus & vreteribus relinquunt,

Quare calculi regenerentur.

De vinaceis pro calculo.

Emplaſtrũ ad lapidem.

quunt, vt his diebus vidimus, & ſi in meatibus in anteriori parte dolor eſt, coquantur parietaria, petrocellinum, & ſaxifragia in aqua, & addantur tres cæpæ ſub cineribus coctæ cum oleo amig. amararum & in duplici panno applicentur, & ſi inuenitur ſuccus cardus ſancti inſpiſſatus, detur ad ʒß. in aqua ſaxifragiæ, aut vino, & ſi à ventriculo vapores aſcendunt, ſumat orbiculum. ℞. ſacchari aqua ros. diſſolut. ℥iiij. corall. rub. ℈i. extracti cinam. aut cariophyl. ℈ß. moſchi gut. ij. & f. orbiculi ad ℈j. hoc vnguentum molliores reddit renes & vias dilatat. ℞. vnguenti roſat. ℥j. olei amig. amar. & ſcorpionum an. ʒvj. amigdal. amararum contuſarum ℥ß. & f. vnguentum. vel ℞. axungiæ anſeris recentis ℥iiij. olei carioph. l. ℈ß. olei cinamomi gut. vj. & ſi colicus dolor complicatur. ſpermatis ceti ʒß. olei amig. & vini maluarici an. ℥iß. vel extractum calami aromatici ad ℈j. prò ſecreto etiam commendatur.

Ad hoc etiam mirabiliter valet aqua ex floribus ſambuci, quæ ſic paratur ℞. vini maluatici ℔. iij. nucleorum perſicorum n. 50. ceraſorum n. 100. florum ſambuci albi ſine ramis ℥viij. nuclei contundantur, & cum floribus in vino infundantur, deinde diſtillentur in vitro, cuius aquæ accipe ℥iij. olei vitrioli gut. ij. miſc. idem efficit diſtillatio ex floribus fabarum, agrimoniæ, peponis & limonum inciſorum, ſi addatur ſpongiæ quæ in ſilueſtri roſa inuenitur ʒß. ſeu in iure cicerum; ſi de his pillulis ʒß accipiat. ℞. therebent. lotæ ℥iß. rhabarb. ℈ij. ceterace ʒi. ſuccini albi ℈ij. pulu. glycirriſæ ʒiß. & f. maſſa; decoctum chinæ cum ſaccharo & aqua mellis ſumatur, & in dolore renum à cauſa frigida thermis vtatur ordine regulari, ſed minori quantitate.

Si verò vlceretur veſica cum ardore vrinæ, ſyringatio ſiat ex aqua petrocellini, maluarum, ſucco plantag. & lacte cum trocis alcechengi: ſerum & lac aſinæ prodeſſe ſolent, & conſerua ros. cum ſem. maluæ, coroneorum, papaueris, & alcechengi, & aqua portul. & maluarum; in hoc caſu etiam proderit thermis aluminoſis vti. *De vlcere veſicæ.*

In pueris ſi calculus adeſſe ſuſpicetur; ſumat bolum caſſiæ & ſucci liquiritiæ vel ℞. terebent. lotæ aqua portul. aut end ℥j. pulu. cort. tamariſci ʒß. liquirit. ʒi. & ſumat ʒß. in iure, vel ℞. flores caſſiæ ℥ß. ſucci paſſul. & berberis an. ℈iiij. pulu. liquirit. ℈ij. & cum ſaccharo f. bolus; vel de puluere ʒß. ℞. amig. amarar. excorticat. ℥ij. nucleorum ceraſor. ℥ß. ſem. aniſi, fæniculi. an. ʒij. liquirit. raſæ ʒij. cinam. ʒvj. ſacchari albi ℥iij. meſc. & ſedeat in labro dulcis aquæ & de hoc puluere ſumat in lacte, & poſteà vngatur oleo aneti camomeli, ſcorpionum & amig. amararum. Archigines ad præſeruationem lacte aſinæ vtebatur, cui addi poteſt, ebuxi & ſantal. an. ℈j. ſacchari parum decocto vt rad. altheæ & raparum cum ſaccharo vtiliſſimum eſt & in nephritico dolore ſumat puluerem thermentinæ in aqua ſcolopendriæ, aut iure cicerum & vtatur emplaſtro parietariæ cum cæpis, vt prædictum, addita radice ſaxifragiæ & raphani vino coctis. *In pueris.*

ILLVSTRATIO XXXIV.

De Melancholia hypocondriaca.

CApibaſius in quodam conſilio, *Mittatur ſanguis ex vena pedum*, inquit, *& cucurbitulæ etiam pedibus imponantur, & ſcarificentur, & vtatur lotionibus pedum, maximè ſoporiferis, horâ decubitus: nam ſomnifera plurimum in his affectionibus proſunt.* Hæc enim cerebrum ad iuſtam temperiem reducunt & roborant: nihil enim aliud eſt roborare, quàm iuxtam temperiem parti reſtituere. & vbi inſtant vigiliæ. ℞. fol. violarum, ſalicis, nymphea an. m. j camomeli m. ß. capitum papauer. n. iiij. decoquantur in ſacculo & ex decocto calente abluantur manus, brachia, & pedes poſt 3. horas à cœna. *De ſoporiferis.*

Flatus etiam in hac affectione generantur, non à ſola cruditate ventriculi, ſed à debilitate [illegible] ſpirituum; ideò cibus incipiat à his, cocto vino abſynthij intincto & clyſterem carminantem accipiat, cum vino maluatico. & f. orbiculi ex ſaccharo. oleo carui & cariophyllorum & mane duos ſumat. & emplaſtro vtatur ex labdano & cera, additis 4. granis ambaris, & his etiam chocolate ſtatur, & hora decubitus ſumat pillulam. ℞. diambræ ℈ij. dianuſci ʒß. ſucci albi & ambaris gut. iij. & cum ſyrup. de cortice citri f. 12. nam & cerebrum roborant & vertiginem arcet; flatus etiam corrigunt & diſcutiunt, hæc vnguenta. ℞. olei amigdal. dulcium, recentis, in quo folia roſarum recentium coquantur & exprimantur ℥iiij. medullæ cruris vituli recentis ℥i. maſth. ʒi. olei cariophyl. gut. vj. olei nucis muſcat ℈j. & vngatur ventriculus, & fiat emulſio ex margaritis pulueriſatis in aqua tiliæ, aut ceraſorum, cui adde olei cinamomi gut. iiij. vel ℞. margarit. præparat. ʒij. chryſolithi

ſolirhi præparati ʒj. iuleb violarum & aquæ ceraſor. an. ℥ij. olei cinam. gut. ij. miſc. vel ℞. conſeru. roſ. ℥iij. ſacchari aqua roſ. diſſoluti lb. ß. aromat. roſ. ʒij. olei cinam. gut. iiij. & f. morſuli.

De obſtructione.

Et ſi præualet obſtructio in pyloro, hepate, aut liene, primas tenet ſyrupus ex ſucco centaurei maioris, vel ex radice in vino macerata, donec vinum rubeſcat, & ſumat duo cochlearia ante prandium & cœnam. & ſi renes etiam patiuntur, nihil illorum ſubſtantiam molliorem reddit, quàm vinacea, vt calculi & arenæ excernantur, & ad hoc nil magis iuuat quàm decoctum eryngij & ononidis & pro ventre obſtructo. ℞. olei amigdal. ℥iiij. vini maluarici ℥ij ſummitatum ſquinanti, ligni aloes, galangæ, an. ʒj. abſynthij & roſ. an. ℥i. coquantur ad vini conſumptionem, & adde olei cariophyl. nucis muſcatæ, & Matthioli, an. ʒß. & ante cœnam accipe ſucci raparum coctarum, ℥i. ſacchari & butyri an. ℥ß. & poſt cœnam hauſtulum vini, vbi coquatur centaureum minus: vel de hoc hordeato: ℞. cremoris hordei ℥iiij. amig. mundar. ℥ij. papauer. albi ʒi. conſeru. borag. ℥ij. ferueant lento igne & coleſtur, & f. potus ad ſomnum conciliandum & ſpina vngatur. ℞. butyri recentis, olei viol. & roſ. nenufar. & lactis mulieris an. ℥j. muſcilag. pſyllij ℥ß. miſc.

De imbecillitate à cruditatibus.

Et ſi imbecillitas ventriculi à crudo cumulato magis vrget, non aliter medetur, niſi crudo vacuato, calore roborato, ne pituita facilè generetur: quare primò ſunt caloris reliquiæ conſeruandæ, dum humido deperdito augentur, & (ne ſuffocetur) eſt detrahenda cruditas, quod non aliter quàm exquiſitâ diætâ minuitur, & leuibus auxiliis detrahitur: quare primò cum aloë roſato, puluere rhabarbari & agarici purgetur: poſtea hoc puluere vtatur. ℞. ſacchari albi lb. ß. ambaris griſij ℈j. ſuccini albi. ℈iß. & puluis ſumatur in ouo ſorbili: poſtea de hoc elect. ℞. condit. roſ. damaſcenorum lb. ß. aromat. roſ. ʒiij. cariophyl. ʒij. ambaris griſij ℈ß. & f. elect. vel in chocolate accipiat gut. iiij. ambaris & pro ventriculo roborando hoc vtatur vnguento. ℞. olei abſynth. & ſpicę an. ℥ß. balſami ʒiij. olei Matthioli ʒij. vini abſynth. ℥ß. feruéant ad conſumption. vini & adde nucis muſcat. maſtichis an. ʒi. labdani puri, ʒß. ceræ parùm; non eſt electiuis purgandum in hoc caſu, ſed leuioribus poſt cœnam poſſunt etiam propinari grana 12. piperis conquaſſati in vino.

Quod ſi dolor à flatibus accedat, præter iſta ℞. zedoariæ, galang. an. ʒij. baccharum lauri, ʒj. feruéant in vino & [illegible]tur ℥ij. & ad extra foueatur decocto carminanti in vino: vel detur diaphinicon ℥iij. phylonij ℈ij. & ſi non cedit, detur phylonium in prædicto decocto, & à fortioribus medicamentis abſtineto: quod ſi longiùs protendatur, & auxiliis non cedat, thermarum vſum experiri oportet, ventriculo antea roborato, & in dolore & vomitu accipiat ligni aloës ʒij. ſyrup. de acido citri, ℥iß. aquæ borag. calidæ ℥ij, miſc. & hoc puluere vtatur. ℞. ſacchari albi ℥ij. ambræ ℈ß. ſuccini præparat. ℈j. in ouo ſorbili, aut iuſculo & conditis vtatur, prædictis pulueribus permixtis.

De melancholia per eſſentiam.

Si verò ad melancholiam per eſſentiam tranſit, hoc accidit, quia cordis intemperatura melancholica communicatur cerebro, quia cùm generantur animales ſpiritus ex vitali ſpiritu ſi illi melancholica intemperie defœdati producuntur, etiam animalis eadem l. be [illegible]ficitur, vnde ad inuicem hanc illam paſſionem pariuntur.

Dedi laboranti icteritiâ nigrâ ſub hac melancholiæ ſorte (dixit quidam doctus) lapidem bezuar, & minxiſſe vidi vrinam veluti atramentum nigram, & in cerebro roborando magnam vim tribuo ambræ orientali, frequenter ouo ſorbili data, & occipiti applicare grana iuniperi confracta vidi & cum ſucceſſu, & ſuprà caput de hoc decocto pannus imbutus imponatur. ℞. papauer. albi, cannabis, granorum iuniperi an. m. j. thuris albi ℥ß. nucleorum perſicorum, & cliſomelæ an. n. x. & contuſa miſceantur aquâ roſatâ & florum ſambuci & imponatur & renouetur, & ſub noctem ſumat de prædicto hordeato.

Balneum dulcis aquæ eſt huius morbi vltimum auxilium: leuibus & raró purgantibus vtatur, & ad viſcera roboranda accipiat trocis de abſynth. ʒiij. rhabarbari, cinamomo aſperſi. ʒi. & cum ſaccharo formentur orbiculi, & toto ventri imponatur emplaſtrum ex labdano & balſamo Indico: nam humectat & corroborat viſcera, & oleum ſtomachale corroborans paretur.

De oleo ſtomacho roborante.

℞. olei abſynth. lb. j. ſummitatum abſynth. m. j. cariophyl. ſantal. citrinorum an. ʒij. roſ. maſtic. & macis an. ʒiß. vini odorati lb. ß. coquantur & ponantur in ſole; vel fiat tragæa, de qua cochleare accipiat. ℞. cinam. coriand. præparat. corticum citri, zinzib. albi. ſem. aniſi, fœniculi, carui, corticum & ſem. citri, aranciorum, galang. margarit. maceris, an. ʒß. ſantali ℈ij. ſacchari ad pondus omnium, vel f. confectio in rotulis. ℞. confect. lætificantis diamuſci aromat. roſ. cinam.

cinam.an.℥ß.piſtaceorum, ℥ß. infundantur in aqua roſ. & cinamomi, & f. morſuli ad ʒj. vel etiam fiat puluis. ℞. panis albi teſti.℥iij.coriand.pręparat.℥j.cinam. ʒj.maſtich. ℈j.ſuccini albi præparat. ℈ß. ſacchari roſari tabulat. ad pondus omnium, & detur cochleare ſuper cibum & cœnam.

De aloë roſata ſimplici & compoſita.

Aloës roſata, de qua ſæpe mentionem fecimus, eſt duplex; alia ſimplex & alia compoſita. Simplex ſic paratur, ℞.aloës optimæ ʒiij.myrrhæ electæ ʒi. & cinamomo puluerifata imbuantur in ſucco roſarum perſicarum, & habeantur folia roſarum recentia, ac cum illis contundantur & miſceantur, & ſi roborare opus eſt, adde maſtichis ʒß. ſi magis aluum ſoluere ſine illa, & dentur ad ʒiß. compoſita verò ſic paratur. ℞. aloës roſatæ ʒij.infundantur in ſucco roſ. 24. horis,deinde adde rhabarb.electi & agarici, trocis puluere cinamomi inſperſis an.ʒj. thuris maſt. an.℈ß.eſſentiæ cinam. gut iij. & cum ſyrup. roſat. ſolut. f. pillul. dentur ad ʒj.in ſingultu,ex craſſo humore ventriculo im-

De ſingultu & vomitu.

pacto, in vomitu, & omni ventriculi affectu. & eo oleo ſtomatico prædicto fiat emplaſtrum corroborans. ℞. olei ſtomatici ℥ij. labdani puri ʒiij.maſt.ʒij. ligni aloës.ſantal. citrini,galang.cariophyl.nucis muſcat.an.gut.viij.& cum cera & oleo therebent. fiat aut vnguentum aut emplaſtrum pro ventriculo.

De attritione ventriculi

De attrito ventriculo mentionem fecit Galenus in Antonino Pio Imperatore, hæc attritio nihil aliud eſt, quàm compreſſio oris ventriculi, & quaſi ſpiritus interceptio & interclufio, quæ ratione diaphragmatis accidit, cum à flatus abũdantiâ comprimitur, & à cruditate fouetur, & hanc educit aloës roſata ad ʒß. & cum flatus vrgent,accipe zedoariam minutim inciſam, & cum vino detur ad ℈j. vel etiam ſcobem cornu cerui.

SI verò in ſomnio turbantur melancholici. ℞. hordei mundi ad crepaturam cocti, ℥iij.amig.aqua roſat.infuſ.℥ij. ſem. melonis, papauer.albi an. ʒj. fiat emulſio in eadem aqua & adde ſyrup. viol.& papauer.an.℥j.& ante ſomnum capiat,quod etiam vtile erit in ardore renum, vrinæ, aut ventriculi.

De Apoplexiá.

FEbrem apoplexiam curare eſt communis ſententia: nos aliter euenire experimur : nam illam ſolam valet mederi (& rariſſimè accidit) quæ ex ſanguinis refrigeratione (vt in venarum interceptione accidit) crudiſque humoribus & ſpiritu flatulento accidit: de chimicis auxiliis & aquis vitæ mortiferis :nihil dico: magna eſt enim horum auxiliorum varietas, ſumma in vſu vanitas, non minùs interdum quàm ebrietas, quæ apoplexiæ mater eſt; dum ſpes eſt, ſunt etiam adhibenda auxilia, & tunc elucet cum æger reſpirat, aut etiam deſinit in paralyſim, & tunc non eſt ſpes cùm ſit reſpiratio difficilior,& omnes muſculi thoracis grauiter laborant. venarum principio obſtructo. Aurelianus in valida apoplexia longiſſimum terminum diem tertiam ſtatuit.

Quæ apoplexia deſperata.

De Epileptia.

DE epileptiæ differentiis diximus in conſilio Sereniſſimi Principis Hiſpaniæ,Phillippi Proſperi : quare in illa quæ fit, ſeu ventriculi conſenſu, ſeu à toto,aut per eſſentiam, priùs vti pillulis Rufi oportet, vt ℞. aloës optimi , ammoniaci, an.ʒij.myrrhæ, ʒi.& cum vino aromatico f.pillul.& ſumat ℈j. poſtea de hoc puluere ſumat ℞. pæoniæ, cranei humani præpar. & margarit.præparat.an.ʒi. ſacchari albi ℥.miſc. crura abluantur decocto herbarum capitalium in lixiuio coctarum.errhinis & gargariſmis vtatur : vt ℞. decoct. hyſſopi, ℔.i.aceti ſquilit.℥i.caſtorei ℈ß.& tempora illiniantur theriacâ,aquâ vitæ diſſolutâ : decocto ſaſſafras in communi potu vtatur parum pæoniæ mixto, & theriacam in aqua ceraſorum, aut tyliæ bibat:& aquâ theriacali ſudorem prouocet. & ſi pituita præualet , decoctum fiat chinæ lignò & ſarſæ , betonicâ & lignò aloës & pæoniâ in aqua cichorij ad reliquias conterendas,& ſumat ℥iij. mane & vtatur tragæa ex puluere manus Chriſti, pæoniâ, cranio humano & ſaccharo roſ.tabulato;quibus in locis ſint excitanda cauteria & fonticuli , In hoc conſilio accuratiſſimè diximus.

Cæſar in epileptia hoc remedium pro magno ſecreto extollit & illud ſe à Petro Cæuiſerio accepiſſe teſtatur. ℞. cryſtalli præparat.corall.rubri præparat, margaritarum oriental.an. ℈j.ſmaragdi oriental. ʒß.& f.puluis,& detur in aqua taraxi,aut tyliæ. caput poſtea roboretur hoc emplaſt. ℞. labdani, thuris,ſuccini albi,corall. rub. an. ʒiß. irrorentur oleo cariophyl.& f.emplaſtrum.

De Colica. Obſeruatio.

NEſcio qua obſeruatione dixit Crato, quod perpauci, quos ſecundò morbus inuaſit, periculum effugiant, cùm colicos dolores veluti per acceſſiones repetere, quotidie monſtret experientia, niſi de iliacis illud intelligat: quare ad præcautionem his pillulis vtatur, ℞. aloës roſat. ℈j. rhabarb. cinamomo inſperſi, ℈ii. agarici, trocis ℈i. maſt. myrrha an. ℈ß. & cum ſyrup. abſynth. pillul. & detur ʒi. decoctum veronicæ, à proprietate colicis mederi dixit Crato, cum ℈ß. mirrhæ, ſed in præcautione thermæ maximè proſunt. & ad intemperiem inteſtinis derelictam, felici cum ſucceſſu, vtar (dixit) diſtillato ex galbano, baccis lauri, & gummi ellemi, vmbilico applicato: ſed maximè iuuant enæmata ex decocto rad. iridis, calamenti, olei amig. dulc. ℥iii. ſacchari ℥ß, vini abſynthii, ℥iß. & ſi ſuſpitio ſit in vreteribus eſſe, accipe ſucci parietariæ, matricariæ, cœparum an. ℥i. butyri recentis ℥iii. coquantur lento igne & linteo imponatur; hoc puluere poſt clyſteres vtatur. ℞. cinam. elect. ʒiii. calami aromat. ʒi. baccarum lauri, ʒiß. cimini ʒii. cornu cerui vſti, ʒiß. ſem. aniſi. fæniculi cariophyllor. an. ʒi. ſacchari albi. ad pondus & f. tragæa, & in torminibus hoc emplaſtrum mirabiliter prodeſt ℞. emplaſt. de baccis lauri ℥iiii. de melilot. ℥i. olei rutæ & camomel: an. ʒii. olei terebenth. ℈i. & malaxentur, & pulueres roborantes ſumantur ad ʒi. ℞. aromat. roſ. ℥i. ambræ ℈ß. aut mithridati & theriacæ an. ʒß, cum ſaccharo roſato, & ſoluatur venter, prædictis pillul. vel fiat clyſter. ℞. decoct. veronicæ, florum ſambuci an. m. i. abſynth. p. ß. coquantur in lacte, aut iure auis, & colat ℔. i. adde ſacchari ℥iii. aloës ʒiß. mirrhæ ʒi. miſc. & in potu detur; ℞. cameleontis albi pulueris ʒi & ſumatur in vino; aut theriacæ ʒß. extracti calami arom. aut cinam. ℈ß.

Pro Lumbricis vnguentum.

℞. olei expreſſi nucleorum perſicorum, & amig. amararum an. ℥i. ſucci foliorum perſicorum ℥ß. ferueant ad conſumptionem & adde theriacæ & mithridati an. ʒiii. aloës in ſpiritu vini diſſoluti ℥ß. mirrhæ ʒi. fellis tauri ʒvi. & f. vnguentum pro ventre.

Auxilia pro Diarrhæa bilioſa, & Dyſenteria.

PRæcedente ſang. miſſione & rhabarb. toſti diluto in aqua cichorij; febre abſente, pro communi potu, ſic aqua paretur, accipe grana 20. maſtichis. & linteolo incluſa coquantur in aqua communi, & pro ſtomacho roborando. ℞. maſth. electæ ℥i diſſoluatur in oleo maſtich. & mirtyl. & cum cera f. lenimentum & propinetur ſacchari roſat. antiqui ℥ii. rhabarb. elect. ʒß. trocis de ſpodio ℈i. vel fiant orbiculi. ℞. rhabarb. elect. ʒii. maſt. pulueris ʒß. & cum ſaccharo aquâ roſ. diſſolut. f. orbiculi & ſumatur vnus cum aquâ inaurata.

Et pro dyſenteria, primò clyſter abſtergens. ℞. hordei torrefact. m. i. furfuris p. i. verbaſci, agrimoniæ. an. m. ß. coquantur & colat. adde olei roſ. ℥ii. ſacchari ℥ß. & aduerte quod aqua chalybeata non adſtringit, ſed ventrem turbat, ob ſulphuris calorem, poſtea detur rhabarb. loti aquâ end. ʒiß, in puluere ſacchari roſati ʒiii. in 2. clyſtere addantur roſæ plãtag. & radicis ſymphiti, cum adipe caſtrati & vitellis ouorum & ſyrupo roſato & ſi dolor vrget, omentum caſtrati ventri imponatur; vel f. lenim. ℞. olei roſ. & cidoneorum an. ℥i. ſeui hircini ʒiii. olei nucis muſcatæ. ʒi. corall. & maſt. an. ℈i. & in ſiti magna, detur aqua fragorum: in vigilia ius pulli coctum papauere & ſeminibus frigidis & ſaccharo roſato, additis margaritis præparatis omni cibo, & aduerte, quòd non eſt vera curatio fluxum compeſcere, ſed cauſam tollere, & vlcus ſanare, vt periti dixerunt, & poſtea adſtringentibus vti; fumus huius paſtilli accipiatur, in tegula. ℞. vitelli ouorum aſſatorum n. iii. olei oliuarum ℥i. nucis muſcat. n. ii. & f. trociſchi, tutus eſt vſus tragacanti in ouo ſorbili; vel ℞. pulu. tragacant ʒi. nucis muſcat. cor. an. ʒß. boli armeni, terræ ſigillat. an. ℈i. cornu cerui vſti ℈i. & f. puluis & ſi tales clyſteres non ſufficiant; ℞. aquæ hordei chalybeatæ, aut lactis chalyb. ℔. ß. ſucci plantag. ℥ i. olei roſ. & ſeui hircin. an. ℥i. emulſionis ſacchari roſ. antiqui, in aqua plantag. ℥ii. maſtich. puluериſatæ ʒß. poſtea de hoc pulu. ſumat in ouo aut iure cidoneis cocto. ℞. trocis. de ſpodio cum ſemine acetoſæ ℈ii. de charabe ℈i. in hauſtulo vini acerbi, & vltimò clyſtere conſolidæ vtatur, cum pulu. boli Armeni, & vini acerbi ℥ß. & ad tormina accipiat hauſtulum aquæ verbaſci & iunip. an. ℥i.

De Artrieide, Podagra, Chyragra, & Yſchıade.

FVgiat vnctiones mercurialis, peritiſſimi conſulunt, & aliqui thermas etiam diſſuadent; attamen ſi Gallici dolores complicantur, non ab re erit mercurio vti, & thermis, vbi craſſus, & frigidus humor neruorum debiliratem induxit, nam ſulphurea diſſipant & calcanti roborant; attamen exquiſitè corpus vacuare, eſt grauius auxilium, quia nec pars mandans mandabit, nec debilis recipiet: ſi à capite catharroſo fluat, lixiuio lauetur, ex cinere ſarmentorum, in quo coquatur ſaluia, ſtecados, & agaricus; poſtea hoc ſapone totum caput vngatur; ℞. ſaponis Veneti ℔.ß. rad. iridis ʒij. cariophyl. ligni aloës an. ʒj. macis ℈j. moſchi gut. iiij. & f. ad modum lenimenti; hæmorrhoides prouocare erit magnum auxilium, & poſt prandium & cœnam de hoc puluere ſumere: ℞. coriandri præparat. ʒiß. panis albi toſti ℥j. coralli rub. & margarit. præparat. an. ℈ij. ſacchari albi, aut roſ. tabulat. ℔.ß. & f. puluis & ad tumorem in genu derelictum accipe vitell. ouorum coctor. n. iiij. croci ʒj. & impone, & ad tophos: ℞. muſcilag. altheæ, ſem. lini an. ℥j. olei camomel. vulpini. pingued. anſeris, & lumbricorum, an. ℥ß. ſalis nitri ʒij. croci ℈j. caſei veteris pulueriſati ʒij. bdellij, ammoniaci aceto diſſolut. an. ʒj. & f. vnguentum & fugiantur omnino chymicorum vnctiones, quia calori naturali aduerſantur & inferunt vim naturæ: ſudores ſarſæ, & chinæ conſulimus, & thermas, vti antea diximus, & dolori vrgenti imponatur pulmentum & puluere radicis altheæ, cũ lacte cocto & puluere croci & ʒß. philonij, & in antiquata, de hoc cochlearia accipiat. ℞. mellis roſ. & ſyrup. de betonica an. ℥iiij. olei vitrioli gut. iiij. & articulo dolenti hoc imponat, vti valde expertum: iuæ arteticæ p. j. coquatur in vini ℔. ij. ad medias, & in colatura expreſſa diſſolue ouorum formicarum p. j. & ferueant parùm, & imponatur in panno duplicato.

Vel ℞. olei veteris ℔.ß. cucumeris agreſtis p. ß. ferueant & coletur, & in hoc conueniunt Mercurialis, Crato, & omnes docti, vt decoctum ligni ſancti propinetur, vti maximè profuturum, & dum ſumitur, vt epithemata frigida hepati applicentur, ne incaleſcat, & vt decoctum in aqua cichorij paretur, & æquo animo, inquit, ægroto ſuo, ſe præparet ad ſacroſancti huius remedium. Vinum vitet, quia ſolet præcipitare humores: nec aliud præſtantius inuenies, inquit, quàm ſudorem mouere in hoc morbo, vt ſeroſi vacuentur humores.

Hi pulueres verè podagrici dicuntur, quia valde iuuant. ℞. comedrios, camepithcos, centaurei minoris, ariſtol. ſaluiæ betonicæ. an. ℥j. ligni guaiaci nigri, ℥viij. & in iure ſumatur, aut tabellis cum ſaccharo roſaro, & locis dolentibus initio applicabis muſcilag. pſyllij cum aqua verbaſci; nam communia cataplaſmata ex lacte & aliis laxantibus magis reddunt membra recipiendo apta, niſi corrigatur roborantibus; decoctum tamen medullæ cornu cerui & temperat & roborat, in calidis in aqua, in frigidis in vino, & tumore œdematoſo vtatur decocto artemiſiæ, & ne materia in nodos concreſcat, imponatur ſanguis ouium cum ſeuo hircino, & in vehementi dolore. ℞. olei puri ℔. j. ranarum fluuialium n. iij. florum verbaſci m. ij. & viuæ ranæ coquantur, oleo ad carnis diſſolutionem, operto vaſe, & contundantur, & rurſus bullianr & coletur oleum, cui adde terebent. fine, ℥iij. & lentò igne f. vnguenta & ad robur & ſtuporem decocto origani, artemis. abſynthij, verbenæ, & camomel. foueatur, & fumus ſuſcipiatur, vt ſudent membra læſa, vel imponatur catulus ſuper dolorem, & ratio partis mandantis habeatur.

Puluers podagrici.

Ne materia in nodos concreſcat.

In dolore verò iſchiadico, purgato corpore, fiat emplaſtrum ex terebenthina, cui inſpergatur puluis hermodactylorum, & femori vniuerſo imponatur, & filum crudum, lixiuio acri concoquatur, & imponatur, aliis enim felici ſucceſſu ceſſit, ſi feruens adhuc cum cineribus loco imponatur: ſed tutiſſimum eſt totum pedem vinaceis immergere, ventriculo vacuato, & ſi non calet, muſto calefacto calefiet: ad veſicatoria non abſque conſideratione veniendum conſulo, & maximè corporibus impuris, & quando fiat, fit ex caricis, tapſia, & ſtercore columbino, & fermento: cum liuixio acri efformatum: ſed priùs hoc emplaſtrum coxendici apponat: ex calce viua, tartarò, olibano, baccis lauri, & ſynapi, melle mixtis: & ſi in tophos tranſire ſuſpitio ſit, fiat decoctum cum pedibus ſuillorum & caſeo veteri, & incorporetur: quod ſi iis non cedat, ad thermas ægrum ducere oportet, tanquam ad ſacram anchoram; caput interim roboretur, conditis capitalibus betonicæ, ſaluiæ, roris marini, cum ſpeciebus aromaticis, maximè verò commendatur, vſus extracti calami aromatici, cum ſyrup. de betonica & melle roſatò, & capitis lotiones cum lixiuio vtiles ſunt.

Pro iſchiade.

Illud etiam habeo obſeruatum, quòd frequenter in pedes & in iſchiam humor à capite delabatur, & in cauſa ſunt obſtructiones circa lumbos & renes: nam cum in renibus viæ non pareant, vt feroſi humores à ſanguine ſeparentur, alias vias quærit, vnde ſeroſus humores natura, vel ad pedes, ſeu ad loca debilia detrudit, aliter enim accidit liberis illis viis, ſiue aluo adſtricta & detenta, quod ſi ideò humores cumulentur, frequenter & blandè ſunt purgandi, vt à capite etiam diuertendi, per nares, per palatum &c. Et viæ renum aperiendæ, corpore vacuato, vrinam prouocantibus, ſeu ſudorem mouentibus; vt ℞. cundit. roſ. fumariæ, anthos, an. ℥ß. pimpinellæ ʒvj. zinzib. conditi ʒij. calami aromat. & diarrhodon an. ʒi. & cùm ſyrupo de betónica f. conditum, & in hoc caſu, ſi quo in alio, maximè conueniunt ſudores ſarſæ, chinæ & ligni Indici: nam ſeroſos humores educit, & membra roborat: roboretur ventriculus & hepar, & aluus ſemper laxâ ſeruetur; poſt alia, hoc debilitatis membris robur addit. ℞. radicum ebuli ℔. ß. ſucci rutæ ℥ij. lumbricorum vino lotorum ℥iiij. olei roſ. & camomil. an. ℥ß. coquantur lento igne ad conſumptionem ſucci, & expreſſioni adde ceræ & terebenthinæ an. ʒß. & f. vnguentum.

Alia obſeruata.

Et interim non eſt deſperandum in illis, quibus nondum temperies amiſſa eſt, ſed vbi ita eſt aucta & lapſa, & diminutus calór, vt habitualis imbecillitas reſtitui non valeat, & in ſenibus maximè: vnde ad roboranda membra recipientia & ad atterendam materiam fluentem; accipe oſſe bouis combuſti corall. albi & cornu cerui vſti an. ʒj. & cùm vino abſynthij, vel aquâ inaurata ſumat ℥ß. & in nephritide auellanas comedere & ex illis amigdalatum fieri eſt conueniens. & in cauſa calida, hoc vnguento vteris. ℞. vnguenti roſ. ℥i. amig. amararum n: vj. olei amig. amararum & roſ. an. ℥ß. & f. vnguétum & ad laborandum ventriculum maximè valent paſſulæ in vino infuſæ, & rhabarbarum etiam maſticare, & aloës roſata, venter ſeructur fluidus, & hoc ſyrupo cochlearia, accipiat; ℞. ſyrup. de betonica & roſati an. ℥iß. olei vitrioli gut. iiij. & in antiqua & nodoſa podagra decti caſeum putridum accipiunt, coctum in perna ſuilla, & Scaliger addidit piperis vſti ℥ß. & ſupra articulos dolentes imponūt, poſtea ad corroborationem vtuntur medullâ bouinâ & ceruinâ, cum ſale ſubacta ad formam lenimenti, & eo fricant articulus fluxioni obnoxios, & antea fomentant cum lixiuio, ſale & alumine, & vrgente dolore catulus, recens columbus, aut pullus, aut recens omentum imponatur: aut diſtillatum verbaſci cum thure & mirrha, & ſi eſt inflammatio, fiat diſtillatio foliorum ſalicis & cum vino applicetur panno linco, & quando incipit declinatio, fiat fomentatio ex decocto artemiſiæ, origani, camomeli, abſynthij, & vini generoſi.

Quo deſperata & qua non.

In nodoſa.

Ad Rubedinem oculorum & dolorem.

HÆc vt plurimum a cauſa calida adueniunt, ideo inſtilletur in oculum aqua fragorum aut tormentillæ diſtillata; vel ℞. aquæ fœniculi, euſraſ. roſ. an. ℥ij. ſacchari candi ʒj. vitrioli albi ℈ß. & filtrentur, inſtilletur etiam ſanguis ex ala columbæ, aut pulli: purgetur corpus pillulis de aloë roſata. cum rhabarbaro, deinde extrahatur pellis ex auribus leporis & imbuta lacte muliehri clauſis oculis applicetur, & hoc pro ſecreto habui: vel ℞. butyri recentiſſimi benè loti, ℥ß. vel medullæ bouis recentis & huic miſceatur lapidis calaminaris minutiſſimè triti ℈j. & hora decubitûs applicetur angulis oculorum & manè abluantur aquâ roſatâ & fœniculi, in qua decoquantur fruſtula pomi dulcis; & ſi oculi vlcerantur, adde collyrij albi raſis, cum decocto ſem: fœnug. & aloës.

De aſſeſſibus rubrorum.

De Viſus hebetudine.

OB tres cauſas in ſenibus accidit, ſeu quòd ſpiritus paucus & craſſus. 2. quia membranæ oculorum craſſiores redduntur; 3. quòd defatigati oculi facilè fluxiones ſuſcipiunt; Arnoldus refert, ſenem reſtitutum ſolo vſu vini, in quo eufraſia fuit macerata; Montanus hoc ſyrup. ℞. ſucci verbenæ, eufraſiæ, fœniculi, rutæ, chelidoniæ an. ℥ij. & purificatis cum ſaccharo ·fiat ſyrupus moſcho aromatiſatus.

Viſus hebetudo ob 3. cauſas.

Sed vnaquæque cauſarum ſua petit auxilia, quare in paucitate ſpirituum & fluxioneiin fine tibi hoc puluere vtatur. ℞. betonicæ, origani, camedios ſaxifrag. leuiſtici, eufraſiæ an. ʒij. aniſi. fœnicul. cinam. ſilosmontani, calam. aromat. galang. an. ʒß. ſacchari ad pondus & f. tragæa, & ſuffuſionem abluat hac diſtillatione. ℞. eufraſ. chelidon. rutæ, fœniculi, verben. betonicæ, an. m. j. florum roris-marini, aniſi, carui, ſilerij montan. an. ℥ß. rad. calam. aromat. thuris, mirrhæ, aloës an. ʒij. aquæ roſ. ℔. ij. aquæ rutæ, vini odori an. ℔. j. infundantur 4. diebus, poſtea diſtillentur,

ſtillentur, & abluat oculos & vtatur conditis capitalibus.

Et ſi ante cryſtallinum, materia indurata continetur, à cerebrò demiſſa interna & externa moliatur, purgetur corpus humore tenuato, & paretur aqua ex radice maluæ, altheæ, lapati acuti, & ſem.fænug.& noctu ſpongia oculus foueatur, & etiam aqua vitæ & fæniculi, & de radice iridis & colocintidis in phiala parua, hac aqua tepida plena, imponatur oculis & guttula olei ſulpuris cum decocto fænugræci infundatur oculis;& ſi his non molleſiat, decoctum ligni ſancti oculis adhibeatur, quia ob pinguedinem emolliendi vim habet:hoc etiam eſt ſingulare : accipe violas albas, folia rafani , & de cubebis an.℥iß.in pollinem redigantur, & adde ammoniaci cum opobalſamo ℥ß. & oculis admoueatur: Auicena laudat fel viperæ, & vſum theriacæ oculis applicatæ, copioſo melle & vino diſſolutæ; ſuccus fæniculi, cum aqua panis è furno extracti; vrina pueri impolluti à pleriſque laudatur, & fiat fomentatio decocto meliloti, eufraſiæ, verbaſci, altheæ, fænug.& poſtea hoc vtatur collyrio. ℞. aquæ fæniculi, ros.euſtaſiæ an. ℥j. olei mirrhæ ℈j. tutiæ præparat.℈j.camphoræ ℈ß. & miſc. pro collyrio.

Monardus in ſuffuſione & debilitate viſionis conſulit emiſſarium in ſutura coronali, aut in brachio , aut in poſteriori parte, in confinio anteriorum ſuturarum, auro vel ferro ignito, & hoc conſulit adhuc in obſcuritate ex viſorij nerui obſtructione : mire etiam conferunt . comeſti mirabolani,chebuli conditi,& eorum nuclei ore portati . & in ſuffuſione oculos abluere linguâ ſanæ perſonæ confert , & felle raiæ oculos eluere, & hæc diſtillatio valde experta traditur; ℞. ſucci fæniculi ℔.ß. galitrici, chelidoniæ, an. ℥ij. eufraſiæ recentis,m.j.tutiæ præparat.ligno aloës an.ʒvj. & in alambico diſtillentur igne, lento, & abluantur oculi & interdum vtatur decocto ligni Indici, & hæc omnia corpore exquiſitè vacuato.

Ad Dentium & Gingiuarum corroſionem.

SI putredo in oſſe inducitur, vix re alia caries inhibetur, quàm oleo vitrioli : dentes ſæpè abluantur decocto guaiaci, à cibo maximè, & puluere teſtarum oui cremati gingiuarum caro fricetur, & decocto roris-marini abluatur , & hoc electuario gingiuæ inungantur; ℞. rad. iridis & rad.fragorum, roris-marini, an.ʒj. ſang. draconis ʒiß. cariophyl. coral. an. ʒß.maſt.℈j.ros. aluminis vſti an. ℈ß. aſpergantur aqua ros.& cum oximelle ſquilitico f.maſſa,& aquâ quæ à vite diſtillat, abluatur; vel ℞. ſuccini , maſt. an. ℥ß, aloës ʒx. agarici ʒiij. ariſtolochiæ veræ ʒj. & cum ſyrupo de beronica f. maſſa & in cauſa frigida. ℞.limaturæ guaiaci ℥ij. corticis interioris quercus viridis,& rad. prunellæ an.℥i.aquæ ℔.iij.coquatur ad 3. vel limaturæ cornu cerui ℥ſ. coquatur in vino ſtiptico,& colluatur os : vel decocto verbenæ cum ſpiritu vini, & dentis cauitati applicetur puluis vitri,cum bombyce & aquâ camphuræ cum oleo vitrioli,tangatur cauitas, ſeù corroſio.

Hoc etiam auxilio mobiles dentes roborantur. ℞.ros.rub. m.j.cornu cerui vſti ʒj.corticum granat.ſerpentariæ, gallarum an. ʒiß. rad. tormentil. ʒij. aluminis vſti ʒß.nucis condir. ℈ij. cortic.caſſiæ ligneæ ʒi.coquantur in ℔. j.aquæ plantag. & ore detineatur : dentes etiam hoc puluere confirmantur: ℞. vtriuſque coral. an.ʒij. maſtich, tragacanti, gummi arabici an. ʒj. & f. puluis & ad putredinem gingiuarum: ℞.foliorum ſaluiæ recentis, aluminis vſti oſſium mandibulæ lucij piſcis vſtorum,mirrhæ. an.ʒj. olei vitrioli gut. ii, ſyrup. ros. ſaccharum ſatis, Et dentium vermes necat decoctum fraxini, vel rad. vrticæ & dolorem lenit.

De Gonorrhæa Gallica.

NOn quæuis gonorrhæa eſt Gallica,ſed quæ cum virium languore vna nigricante varij coloris & graueolentiâ affligit, cum punctione & dolore ; Chymici temerarij ſolent hydrargyrium in puluere, aut pillulis propinare; hoc & alia metalla temerè non eſſe deuoranda , ſemper exiſtimaui, dixit Exaſtus.

Puluis iſte poteſt ſecurè propinari , ſi abhorret decoctum: ℞. ſarſæ ℥iij.corticis guaiaci ℥i. cinamomi ʒiß. ſenæ oriental. ℥ß. epithimi, ellebori nigri, an. ʒß. ſacchari albi. ℥iiij. pulu.ſuccini albi ʒiß. & detur ʒß. in aqua fragorum, aut maluatum. Vel de hoc potu detur: ℞. agrimoniæ, veronicæ, cardus ſancti, verbenæ,an. m. j. coquantur & colat. adde ſyrup. de ſucco agrimoniæ,veronicæ, & viol.an.℥ß. Vel ℞.guaiaci limati ℔.ß.chinæ ℥ij.rad. eryngij ℥ij. affunde aquæ feruentis ℔. iij. & poſt 24. horas coquatur ad ℔.j.& dentur ℥iiij. cum ſaccharo cando. Vel fiat bolus; ℞. terebent. aquâ roſat. lotæ ʒij. rhabarb.℈ij.ſuccini albi ℈ß. pulu.liquiritiæ ℈j. & detur ante cœnam ; foueantur genitalia decocto guaiaci ad ℔. i. thuris ʒi. aceti ℥i. vel lacte capræ, & thure mixto. Vel hoc vnguento. ℞. vnguenti ro-

ſati ℥i.diatrium ſantal.ʒiß. corall.albi ʒß. laudani opiati gut.ii.vnguenti popul.ʒiii. ceræ albæ parùm & de hoc puluere detur in ouo ſorbili: ℞.ſem.eryſimi ℥ii.lactucæ ℥i.ſacchari ℥iii. Vel fiant pillulæ ex ſucco portulacæ,glyciriſæ,diapinidij cornu cerui, ſuccini albi, ſem.granatorum, cinamomi an. ʒß.cum gummi tragacanti. Vel in puluere cum ſaccharo, ſeu puluere terebenthinæ lotæ, & ſi adſunt puſtulæ Gallicæ,hoc lacte virginali foueantur; ℞. lytargyrij argenti ℥ii. aceti albi ℔.i. bulliant ad medias & colat. adde aluminis, ſulphuris, an.ʒii.olei tartari. ℥ii. aquæ roſat. ℥iii. iterum ferueant & coletur & foueantur puſtulæ.

De Capitis dolore.

PRimò eſt inquirendum, quæ cauſa illos turbulentos ſpiritus, ſeu vapores producat, & productos commoueat: an in cerebro, an alibi conſcendant;nullum ſe inueniſſe teſtatur Ioañes Crato quem non curaſſet hoc auxilio: ℞. aloës optimæ ℥ß. pulu.de gemmis, trium ſantalorum, ros.an.gut.vi.& cum ſyrupo abſynthii f.maſſa & detur ʒi. & in hæmicrania à conſenſu ventriculi, has maximè laudat, & vnâ horâ ante cibum has propinare conſulit. Vel ℞. pulueris ſuccini, maſt.an.℥ii aloës elect.ʒvi.agarici ʒi.ariſtoloch.rotundæ.ʒß.& cum ſyrupo de betonica f.maſſa & detur ʒ. quoque die ʒß.

Deinde ad peculiares capitis lotionès accede, ex lixiuio capitalibus herbis cocto. Vel fiat ſyrupus ex floribus & foliis perſicorum, aut è ſucco ſcordij maximè in æſtate, & ſi catharro frigido vexatur, vtatur, raparum polline cum butyro & ſaccharo.

De Paralyſi.

QVomodo paralyſis à colica ſequatur, & per quas vias, ſuprà diximus, ex illam manus reſolutas obſeruauimus: ac brachiis & manibus (corpore purgato) hanc euaporationem imperauimus, & poſtea fomentum. ℞.ſaluiæ, origani, rad. vrticæ, an.m.i.ſalis ʒiii.roris-marini, iuæ arteticæ, an. m. ii. ferueant in aheno,& poſt euaporationem panno fomentetur; poſtea hoc vngento, vtatur. ℞. ſaponis Veneti, muſcilag.altheæ,an.℥i.ſem.erucæ contuſæ ʒii. olei iuniperi & lumbricorum an.℥ß.miſc. Vel ℞.olei veteris ℔.ß. ſanguinis porci ℥iii.caſtorei ʒi. aquæ vitæ ℥ß. & f.lenimentum, & ad roborationem: ℞. pulu. lumbricorum, aquâ vitæ lototum ℥ii.calami aromat.ʒvi. mellis deſpumati, ℥iiii.caſtorei ʒß. & coquantur ad ſpiſſitudinem, & extendatur in alutâ.

In muſculo ſphincteris & an. Si vero in muſculo ſphincteris accidat, aut etiam relaxatio inteſtini, primò corpus purgetur; ℞. rhabarb. & agarici an.ʒi.ammoniaci aceto diſſolut.ʒß.aniſi, ℈ß. caſtorei ℈i. & cum ſyrupo ſtecados fiat maſſa, & detur ʒi. per vices; poſtea fomentetur decocto conſolidæ, biſtortæ, narciſſi, herniariæ, polygoni, granatorum nucum cupreſſi,& centauriæ,vino & aquâ ferratâ coctis, & vtatur emplaſt.de pelle arietina ℥iiii.rad.biſtortæ, acaciæ, ſarcocolæ, aloes an. ℥ß. cochlearum contuſarum cum teſtis n. x. malaxentur cum oleo hypericonis & f. emplaſtrum pro vltima parte dorſi & circa inteſtinum in peritonæo & vmbilico,& de hoc puluere ſumat in cena & prandio. ℞. panis albi toſti, aniſi, fæniculi, coriand.coral.rubri vſti & loti aqua ros. an. ʒiii. cineris cornu cerui vſti & priapi tauri, an. ʒi. ſacchari candi ℥iii. & in hac & omni alia paralyſi: ℞. diambræ ʒiß. diamuſci dulcis ʒi. cinam. ℈i. cubebarum, macis, nucis muſcat.an.℈ß.& cum ſaccharo aquâ lauendulæ diſſoluto f.rotulæ ad ʒi. & vnam accipiat cum vino, aut aqua ſaluiæ & hoc vnguento vtatur, vbi eſt paralyſis, aut dorſo; ℞. olei camomeli & coſtinian. ℥i. vini ſublimati, vbi nux muſcata ſit infuſa contuſa ℥ß. cui adde fol. lauendulæ, maioranæ, rutæ, an. ʒiß. caſtorei ℈i. ferueant ad lenimenti formam & ad corroborationem neruorum, ℞. lumbricos teretes, vino lotos, & coquantur in duplici vaſe in oleo amig. dulcium, ac fortiter exprimantur, cui adde aliorum lumbricorum vino lotorum & exſiccatorum puluerem proportionatum, & cum cera f. lenimentum, & vngatur ſpina dorſi, & interim roboretur ventriculus, & cruditates vitentur.

De paralyſi defectu ſpirituum. In paralyſi verò generalis medietatis, aduerte, an ex defectu ſpirituum accidat, vt nos vidimus in febre peſtilenti: nam tunc ſola inſtaurantia & roborantia proſunt, at verò in communi,purgato corpore, pillulis de ſarcocola aureis, & cochiis ſuper omnia magis ſudorifera proſunt,ex china, ſarſa, aut ligno, aut ſimul mixtis; ſed conſtat experientia nil amplius prodeſſe quàm ſyrupo Sancti Ambroſij ſudorem prouocare, nam humorem tenuat & abſtergit,& per cutim expurgat;

De ſyrupo ſancti Ambroſij. vt ℞.milis excorticati ℔.i.bulliat in aqua quo vſque intumeſcat ad conſumptionem duarum partium, & ſumat ℥vi.& 4.vini vnius anni & ſudet per 8.aut 10. dies, & ſang. miſſio ex venis linguæ imperetur, & fonticuli,

ticuli, in loco ſano imperentur, ne ſi in loco dolenti, pars reddatur imbecillior & quotid ie, ſaltem 2. die, aluus ſoluatur pillulis de aloë roſata, ſuccini albi & diarrhodon, & cum ſyrup. de betonica f. pillulæ. Vtatur etiam rotulis roſatæ nouellæ aromat. roſato, ſem. pæoniæ. & cum ſaccharo aquâ ſaluiæ diſſolut. fiant rotulæ. Vel condito, vt ℞. conſeruæ betonicæ, roris-marini, an. ℥ii. theriacæ & mithridati an. ʒi. olei ſulphuris gut. iii. eſſentiæ nucis muſcat. gut. iii. & f. conditum, & cochlearia accipiat rhodomelis cum extract. cinam. & calami aromat. an. ℈i. ad ℥iiii. aquâ mulsâ loco vini vtatur & pineorum fructu, & auellanarum & paſſularum in vino infuſarum & ſpina hoc vng. vngatur: ℞. vnguenti marciatonis. olei vulpini, pinguedinis leporis an. ʒß. caſtorei ℈i. ceræ parum; vini maluatici, aut aquæ vitæ ʒii. & noctu cochlearia accipiat vini, in quo diſſoluta ſint theriacæ & mithridati an. ʒß. caſtorei & piperis an. ℈i. vel hoc electuario: ℞. cerebri leporis frixi, ℔. i. ſucci ſaluiæ & rad. acori, an. ʒiii. cinam. cariophyllorum, piperis, an. ʒß. terebenth. lotæ aquâ euſraſiæ ℥iii. ſacchari hac aquâ diſſoluti, ſatis ad elect. ſpongiâ etiam locus foueatur, decocto herbarum capitalium in vino & parum aceti, & hoc etiam vnguento vti poterit: ℞. ſagapeni, opoponacis, bdellij euphorbij, maſtichis, an. ʒv. olei terebent. & lauri, an. ℥ii. gummi, diſſoluantur in vino & f. vnguentum quod eſt ſatis efficax, ſi præcedat fotus aquæ vitæ; vel vngatur oleo viperæ, ſi ingenitur; hoc etiam valde efficax erit. ℞. ſaponis Veneti ℔. ß. olei iuniperi ℥i. ſem. erucæ, ʒvi. Vel olei coſtini, ℥iii. vini maluatici ℥i. calami aromat. galang. & caſtorei an. ʒi. conſumatur vinum & expreſſioni adde olei nucis muſcatæ. & cariophyl. an. ℈i. axungiæ taxi ℥i. olei lumbricorum ℥iß. & f. vnguentum quod ſi adhuc reliquiæ ſuperſunt, aut ſtupor, ſolo thermarum vſu abolentur, ordine ſuperius præſcripto.

De Fluxu ſanguinis narium.

Lapis, qui reperitur in capite carpionis piſcis, tritus, & leuigatus in aqua fragorum propinatus, mirabiliter ſiſtit ſanguinem, & naribus etiam applicitus in bombice cum ſucco plantag.

De Ventriculi affectu, à capite catharro delabente.

Prius ventriculus purgetur pillulis de aloë muſcata: hoc oximeli humore præparato. ℞ aquæ ℔ ii. aceti ℔. ß. mellis ℔. ß. ſyrup. de cortice cui ℥i. ferueant ad medias & aromatiſetur, extracto cinamomi, ſaltem minua illius ad ℥i poſteà ſumat orbiculum ex ſaccharo, aquâ ſaluiæ diſſoluto eum extracto cinamomi, cariophyl. galangæ ligno aloes: vel ſaccharo roſato eiſdem præparato, & repetantur pillulæ cum rhabarb. & agarico: poſtea oleo ſtomachico inungatur ventriculus: ℞. olei abſynth. ℔. ß. ſummitatum abſynthij m. i. cariophyl. ligno aloës, ſantal. citrini an. ʒii. roſ. ʒi. maſtich. ʒiiß. vini albi odori ℔. ß. ferueant ad vini conſumptionem & coletur & huius accipe ℥i. nucis muſcat. & maſt. an. ʒß. & foueatur ventriculus: poſteà hoc emplaſtro vtatur in ſcuto: ℞. labdani puri ʒiij. maſt. ʒj. ligni aloës, ſantal. citrini, galang. cariophyl. nucis muſcat. an. gut. vi. prædicti olei ℥ß. ceræ parum, & puluerifetur aromatico roſato.

Eiſdem penè auxiliis cardiaca medetur, & in hac & illo alitum ſemper laxam ſeruare vtiliſſimum eſt, & interim materia eſt à capite diuertenda, puluere nigellæ & tabaci: aut gargariſmo, ex rore marino, nuce muſcata, qua maioranæ & ſambuci, aut per nares attracta, & lixiuio caput lauetur herbis capitalib. decocto, & pulueribus etiam inſpergatur maioranæ, ſtecados, nucis muſcatæ, & de hoc puluere ſumat, in ouo ſorbili, aut aqua & vino: ℞. ſuccini albi præparat. ʒii. rad. pæoniæ, ligno aloës diarhod. an. ʒß. ſacchari ℥i. & mutare auxilia conueniet, ne vni aſſueſcat natura, hepar calidius etiam temperetur, & ad extra roboretur: nam ignorantiæ medicæ refugium. eſt, accuſare ventriculi frigiditatem, & hepatis calorem.

De Vomitu ſanguinis, ab hepate aut liene.

Poſteà grumi diſſoluantur, vt ℞. camphoræ ℈ß. poſcæ ex aqua phantag. vel decocto ceterac. ℥ii. trocis de charabe ʒß. vel aquæ portulac. ℥iiii. aceti ℥i. omni diuerſionum genere peracto, ſang. miſſ. & cucurbitularum & ſupra regionem hepatis, aut lienis cucurbitula imponatur: ſi his non cedat rhabarbaro purgetur ma-

xime in ſanguine ſeroſo & fomentetur lien, ſi ab illo exit, decocto tamariſci, fraxini, polygoni, cetetac, & plantag. & cortice capparorum: & aperiantur obſtructiones Syrup. cichorii cum rhabarbaro & limaturâ chalybis, aut ſcoriæ, & maſticet rhabarbarum in ſubſtantia, vel in condito roſ. Vel ℞. diarrhodon ℥i. dialacæ, diacurcumæ, an. ʒij. aniſi, ℈i. & vngatur lien. ℞. ammoniaci aceto diſſolut. ℥ß. trocis capparor. ℥i. olei capparorum, & lauri, an. ℥i. pinguedinis anſeris ℥ß. ceræ parum.

De Hæmorrhoidibus.

IN fluentibus, eſt ab omnibus, quæ ſupprimunt cauendum: nam eoſdem morbos, quos medentur fluentes, concitant ſuppreſſæ, & ſi fluxus immodicus, vtatur fragorum aquâ & fructuum acerborum, qui ſanguinem refrigerant, & incraſſant: ſin tumeant & eas aperire oportet, fomententur decocto maluar. verbaſci, parietariæ. fænu græci, & ſi fortioribus opus ſit, addatur ebulus, brionia, centaureum, & calamen. deinde vngatur oleo ex nucleis perſicis expreſſo, ſeu nucum iuglandium addito ſucco cœparum, felle tauri & pulpa colochintidis; ſed caue ne inflammatio concitetur, concitat enim grauiſſimos dolores, quod ſi & illi concitantur, accipe lapidis calaminaris ʒß. & malaxetur cum vnguento roſatu & eſt expertum, ſeu tragacanthum cum oleo balſamine, ſeu muſcilaginem pſylij cum oleo violarum in mortario plumbi permixtam; & ſi non eſt inflammatio, ſed ex flatu aut ſanguine coagulato, foueatur decocto origani, ſerpilli, & fragorum, aut ſacculo ex floribus verbaſci cum furfure, vino & aquâ coctis: caue tamen ne vlcerentur: quod ſi nimiò fluant, accipe radicem ſcrofulariæ, in talleolas ſcindito, & vino infundatur & de hoc bibat nouem diebus, ac poſtea radices exſiccentur: nam ferunt eo modo hæmorrhoidas etiam exſiccari: ſed quod ſequitur eſt certius auxilium: accipe ſpongiæ terreſtris, quæ in pratis naſcitur, & exſiccetur, & puluis applicetur hæmorrhoidibus: nam illas ſiſtit: nos inſpergere fecimus puluerem priapi tauri, in furno exſiccati, & eas vidimus corrugari, & hoc etiam partes vlceratas ſanat, & interim bibat aquam fragorum, cum ſyrupo aut ſucco cidoneorum: nam etiam validè ſiſtit.

De Hæmoptoica paſſione.

OBſtructo liene, interdum humor, qui recipi non valet in ramos venæ portæ, regurgitat, & venæ repletæ in ventriculum & inteſtina reuomunt, dum venæ reſerantur & accedit fluxus: ideo a doctis vocatus ſpleniticus: hoc idem & ab hepare accidit, aut à venis maioribus ad pectus: quare primò eſt impedienda ſanguinis coagulatio & refrigeratio in pectore aut ventre; non eſt vomitus prouocandus, ſed ſanguis per inteſtina educendus, & in oxicrato, aut miſceatur ſyrupus acetoſus, aut grana iij. piperis, clyſteribus vtatur, & in fluxu profuſo cucurbitula ſuper lienem imponatur, aut hepate, aut ventre, & accipiat, ℞. camphuræ ʒß. ſyrup. acetoſ. ℥iß. aquæ rubeæ ℥iij. Vel ℞. charabe ʒi. aquæ portul. ℥iij. & regio splenis foueatur ſpongiâ, aquâ frigidâ, vel ℞. farrj hordei ℔. ß. & cum aqua acaciæ applicetur in polenta, & ſyrupus fiat ex decocto hordei, florum camomeli cum ℥ij. rhodomelis: vel ex decocto rubiæ, abſynthij, thamariſci, roſarum, florum cordial. cum ſaccharo, & condita ſint ex flore tamariſci, cichorij. coſt. citri, cum puluere trocis de charabe & diarrhodon, & aniſi.

De Phthiſi.

ETſi in phthiſim tranſeat, fiant morſuli, ℞. pulp. caponis ℥vj. pineorum aqua hyſſopi infuſorum & amigdalarum an. ℥ß. diapinidis, paſſul. an. ʒij. condit. roſatum ℥j. cinamomi ʒß. ſacchari aquâ roſati diſſoluti ſatis, & cautè vtatur balneo aquæ dulcis & fiat lixiuium pro abluendo capite capitalibus herbis, & etiam his toſtulis vtatur: ℞. gummi Arabici, ſucci liquirit. tragacanth. an. ʒß. ſeminis cidoneorum, boli Armeni, an. ℈j. diacodij ℥ß. & cum melle roſarum fiat mixtura & ore teneat theriacam recentem & diacodium, & decocto radicis chinæ per plures dies aſſumat. & in hoc caſu Ioañes Crato, in febre vlceris putrida, balneum non conuenire conſtanter affirmat. & ſi à capite foueatur, vtiliter (inquit) ſantalos rubros cum frumento & aqua roſacea ſubactos ſuturæ coronali impoſitos, maximè iuuare vidi, & ſuffitus ex conſerua roſarum & ſtorace hos per aluum purgare eſt extrema pernities: nam fluxus continuatus necat, ſaccharum roſatum cum bolo Armeno propinetur, ſi ſyrupus veronicæ, & ſcabioſæ, cum earum extractis maximè iuuat, De baln.

iuuat, ſed nihil magis detergit vlcus quàm oleo ſulphuris, vel ſulphure præparato vti, in ouo ſorbili. vel ♃. condit. roſarum ℥ij. radicis conſolidę, ſub cineribus coctæ & cribilatæ ʒiij. thuris ʒiß. & detur ʒß. & in lactis exhibitione conſidera, ne capiris adſit diſtillatio, aut imbecillitas, aut dolor; 2. an magna ſit febris 3. an flatuoſus ventriculus, nullo enim ex iſtis conuenit, & ad detergendum magis conuenit aſininum, aut capræ, cum melle & ſalis modicò: ad nutriendum lac muliebre, aut vaccinum cum ſaccharo, & in ſumma ſiccitate ventriculi hoc vnguento Montanus vtebatur. ♃. olei amigdalarum dulcium ℥j. bulliat in aqua cariophyllorum & adde medullæ cruris vituli ℥j. maſtichis ʒj. & fiat vnguentum pro ventriculo, & pro ſpinali medulla oleo amigdal. nymphex, & violarum, cum lacte muliebri, & pro pectore: Naſalibus etiam vtebatur ex labdano & puluere nigellæ, maioranæ, & cariophyllorum, & condito caponum, vt anteà vidimus, paſſulis & conſeruis. Hoc puluere vtatur in lacte aſinæ. ♃. liquirit. thuris, maſtichis, boli Armeni, ſacchari candi, an. ʒj.

De lacte.

Ad ſiccitatem ventriculi vnguentum.

Quòd ſi tuberculi in pulmone, aut pectore aliqua ſit ſuſpitio, aut in ſepto, adeps vel omentum imponatur, vel de althea cum ammoniaco aceto diſſoluto, quod ſi materia viſcida ſit, pulmonibus impacta, fiant rotulæ. ♃. diayreos, diapinidij an. ℈iiij. radicis iridis, pæoniæ, enulæ an. ℈j. pulmonis vulpis præparatæ, ℈ij. glycириſæ ℈j. ſacchari candi, & albi, an. ℥iiij. in aqua hyſſopi diſſolutorum, eſſentiæ ſulphuris gut. iiij. vel lohe de pulmone vulpis & ſani & experti & de pino an. ℥ß. diapinidij ʒj. & vnguento pectorali vtatur; vtatur etiam decocto chinæ & ligni ſancti cum betonica, ſtecade, & radicis elenii & in iure vtatur puluere terebenthinæ & lequiritiæ, errhinis & maſticatoriis materia à capite diuertatur.

De Aluo fluida flatulenta.

VTatur decocto ſarſæ & chinæ, & in valde pertinaci thermis vtatur, in potu & in balneo: nam membra debilia roborat & materiam diſſipat in antiqua; in recenti verò rhabarbarum magis iuuat, in diluto in condito & maſticato, vt ♃. ſacchari aquâ cinamomi inſperſi & diſſoluti ℥iij. rhabarb. electi ʒj. condit. roſarum ij. & fiat confect. in morſulis & ſumat ℥ß. cum aqua portulacæ & addatur olei nucis muſcatæ, ℈ß. vel ♃. condit. florum cichorij, meliſſæ, roſarum an. ℥j. coralli ʒj. maſtichis ʒß. & cũ ſaccharo fiãt orbiculi.

Illud etiam & ex Galeno conſtat & obſeruatione; in hoc caſu à iecoris calore, melancholicum humorem generari, ac inde obſtructiones fieri, ac ex illis caloris incrementum, ex quo omnia intenduntur, vt ſanguinis & ſanguificationis opus deprauetur, vt inde oriatur cachexia; ideò attentè ſuperuacua vacuare oportet, hoc auxilio. ♃. caſſiæ extractæ ℥j. pulp. thamarindorum ℥ß. pulpæ ſebeſten. ʒij. rhabarb. infuſi in aqua end. ʒj. ſeminis plantag. ʒß. & fiat opiate & detur ℥ß. ac poſtea propinetur terebenthinæ ʒij. lotæ in aqua plantag. in iure, aut aqua; vel de hac opiata. ♃. conſeruæ conſolidæ & roſarum an. ℥j. boli præparati ʒij. gummi tragacanti & Arabicæ an. ʒj. & cum ſyrupo papaueris fiat opiata cordialis, & capiat ʒij.

6. de locis 3 & 1 de locis 7. Obſeruatio.

Pro Ani excreſcentia.

NIl tutius experti ſumus, quàm ſuffumigium croci martis; vel puluis aluminis vſti: vel ſuffumigium ex pice, thuris, maſtichis & cornu cerui vſti, terebenthina excepti.

Pro Hernia aquoſa & humoroſa.

FIat hoc lenimentum, olei maſtichis abſynth. aneti an. ℥ß. aloës hepaticę, labdani, myrrhæ. an. ʒj. aquæ vitæ ℥ß. cibeti gut. vj. miſc. vel ſolo oleo de terebenthina: vel fiat cerotum: ♃. picis Hiſpaniæ lb. ß. ceræ nouæ ℥iij. & liquefactis miſce tragacanti boli Armeni, gummi Arabici, bdellij, an. ʒij. acaciæ, hypociſtidis, thuris. an. ʒj. terebenthinę ſatis, pulueris leporis minutim conciſi, quod ſat ſit ad cerorum; vel glutinis picis ℥ij. colophonię ℥iß. picis naualis, ammoniaci an. ℥j. aceti ℥j. olei maſtichis ℥j. liquefactis, adde thuris, maſtichis boli Armeni, ſanguinis draconis, tragacanti, fęnugręci, an. ʒij. & fiat emplaſtrum omnibus benè agitatis.

Pro Labiorum rimulis.

♃. Lythargyrii vnguẽti, plumbi vſti, an. ℥j. myrrhę, aloës, tutię pręparat. an. ℥ij. pinguedinis vituli ſucci ſolani, plantag. vini granatorum, an. ℥ß. bulliant ad ſucci conſumptionem & adde cerę albę ſatis, in mortario plumbi, ad vnguentum.

Pro

Pro Scabie.

ACcipe pulueres ſuccini præparati, ʒß. aquæ veronicæ ℥iii. & ſumat ante cœnam, & bibat aquam radicis elenij; vel de ſequenti trochiſco. ℞. ſpodij, roſarum an. ʒi. ſeminis portulacæ, ſuccini albi, boli Armeni, an. ʒß. ſeminis lactucæ, coriandri, berberis, an. ℈ß. camphoræ gut. v. eſſentiæ ſulphuris gut. iii. & cum ſucco granat. fiat trociſchi & hoc in materia aduſta, quæ ſi non valeant, thermæ ſulphureæ maximè proſunt.

De Auditu difficili & Tinnitu.

COrpore vacuato; turunda in hoc oleo intra aurem conſeruetur: ℞. origani cretenſis, ſerpilli an. ℈i. pulp. colocinthidis ʒß. fellis apri exſiccati, ℈ß. ellebori albi ʒi. caſtorei ʒß. rutæ ℈i. euforbij, lumbricorum an. ℈ß. apum ſiccatarum ℈ß. nitri ℈i. infundantur in oleo amigdalarum amararum, de vermibus, de caſtoreo an. ℥ii. laurini ℥ß. rutæ ℥i. aquæ rutæ ℥vi. bulliant ad conſumptionem aquæ & colaturâ expreſsâ vtatur. & ex eiſdem herbis & aliis capitalibus, fiat ſacculus ex petia ſubtili & imponatur auribus, & inſtilletur guttula huius olei: ℞. olei amigdalarum amararum ℥ß. rutæ & irini an. ʒii. & imponatur pinguedo tymali piſcis, & accipiat morſulſulos roborantes caput, ℞. pliris, arcoticon, diamuſci dulcis, diarrhodon, an. ℈iiii. coriand. præparat. ℈ß. ſacchari aqua betonicæ diſſoluti ſatis, & ſacculus ſimilium herbarum, & rerum vino irroratus, auribus adaptetur, vt ℞. ellebori albi ʒii. origani p. i. colocinthid. ʒii. caſtorei ʒi. baccharum iuniperi p. ii. milij ſolis. p. i. ſalis nitri, ʒii. & fiat ſacculus.

De Cachexia & Hydrope cum magna extenuatione.

VIdi & obſeruaui, quoſdam in longis morbis pectoralibus, dum ſuprà modum dulcibus vterentur, ad expectorandum, factos eſſe hydropicos; in cachexia ergo, ſi febris adeſt, corpore vacuato & aperientibus conceſſis, ſerum lactis præſtat, cum puluere cinamomi; Galenus ſanguinis miſſionem permittit in inchoante hydrope, & ad iecoris & pectoris affectiones nihil conuenientius raparum decocto, ita cocto vt ſuccus exprimatur, & addito butyro & ſaccharo cochlearia accipias, eſt enim ad pectus mirabile, & pedes tumentes vinaceis immergat. & ad extenuationem: ℞. pulpæ caponis aut perdicis ℥ii. piſtaceorum mundatorum ʒi. ſeminis melonis ʒii. cinamomi ʒiß. condit. roſarum ʒiii. ſacchari aquâ cinamomi diſſoluti, ſatis ad morſulos, & bibat aquam cuſcutæ diſtillatam, cui infundatur abſynthium per noctem.

Si adeo increuit hydrops, vt diſpnoeam, aut ventris ſolutionem faciat, tunc mors ad fores pulſat: ſi à ſuppreſſis menſibus, ſanguinis miſſionem conuenire multi dicunt, & multi errant, non enim ſufficit ab hac cauſa oriri: ſed attende an illa obſtructio à multitudine ſanguinis craſſi fiat, nam tunc conuenit ſanguinis miſſio; an à craſſo viſcido & frigido humore, & tunc nocet, non iuuat: an ex defectu calidi innati, vt in extenuatis, & in hoc caſu ſanguinem mittere eſt ægrum iugulare; exquiſitè ergo cauſa ſuppreſſionis attendatur, & ſi ita res petit, purgetur priùs corpus rhabarbaro, & agarico; & apocimate Fernelij repurgetur, aut alio diluto cum ſyrupo cichorij compoſito, & poſtea accipe ſucci radicum ſambuci ℥i. ſyrup. de quinque radicibus ℥iiß. vel fiat ſyrupus ex decocto ſambuci & ebuli vino & ſaccharo; ſuccus palmæ Chriſti aſcitem curat; ſed inter omnia ſudorifera maximè proſunt, quia ſeroſus humor: vel ℞. ſucci iridis depurati ʒvi. rhabarbari electi ʒi. infundatur in ſucco & forti expreſſioni adde ſyrupi capil. ven. ℥i. aquæ cuſcutæ ℥ii. deinde ſudorem elicere conueniet & hoc ſolo remedio multi (dixit Raſerius) à me curati ſunt: ℞. milij excorticati ℥ii. aquæ fontis ℔. ii. bulliant vſque ad maneant ℥iiii. & colaturæ adde vini albi odori ℥iii. dentur calida, & cooperiatur hydropicus, & ſudorem eliciet mirabiliter, & per octo dies hac ſola potione mulier hydropica conualuit, & pueris hoc etiam dedi miraculosè, & multis aliis: alij dedi, inquit, rhabarbari infuſi in vino ʒiß. poſteà per 3. dies ſyripum ſupradictum.

Hydrops quando deſperatus.

An ſuppreſſis menſibus ſanguinem mittere conueniat.

Syrupus ſancti Ambroſij.

Tumentia membra abluantur, lixiuio, decocto aceto, ſale, ſulphure, vrtica, lauro, calaminta, ſaluia, & origano, & fomenta fiant ex prædictis cum ſpongia maximè anaſarcha; In his maximè conueniunt balnea thermarum ſulphuris, aut nitri; poſtea ventriculi & hepatis ratio habeatur, in roboratione, nè recidiua fiat, & vitiatæ coctiones medeantur: nulla enim eſt hydrops, niſi læſo hepate, & coctione etiam vitiata, & ſæpiùs ventriculi & in corporis ambitu; & ad tempus etiam (eſt enim longus morbus) hac potione repurgetur.

Thermæ quibus conueniant.

gtur. ℞.rhabarbari ʒi. dialacæ ℈i. ſucci ireos cum cinamomo ʒß.ſquinanti ℈i.cauolici ℥ß.decocto florum cord.℥ii.vel accipiat aquæ ſeminis melonis ℥iii. ſyrup. acetoſi ℥i.ſucci ireos ʒiii.diatrium ſantaor. ʒi. & fiat infuſio, & expreſſioni adde rhabarbari, cum cinamomo puluerifati ʒß.& 3.quoque die accipiat: poſtea hoc condito etiam roboretur, ℞.trium ſ. ntal.℈ii.dialacæ ℈i.conſeruæ cichorij ℥ß.& ſuperbibat rhodomelis ℥ii.poſtea ad apetientia deuenire oportet· ac vltimò accipe ſucci palmæ Chriſti & radicis ſambuci an.℥ß.& in hoc ſucco infundatur rhabarbari ℈iiii, & colat. adde ſyrup.acetoſi ℥i. eſſentiæ cinamomi aut aniſi, gut. iiii. ac membra deinde roborentur vino & ſyrupo abſynthij,& conditis cum margaritis, & ad aperiendum etiam vtatur ſyrupo de eupatorio, cichorij,cùm rhabarbaro duplicato an. ʒi. aquæ agrimoniæ, abſynthii, an.℥i. eſſentiæ ſuccini, gut.iii. cinamomi gut.ii. miſc.

De tympanite. Ad tympanitim,cum purgantibus miſceantur flatus diſcutientia; vt decoctum carui, amomi,aniſi,gentianæ,ligno aloës, & iis etiam ſyrupi præparentur, & purgetur pillulis de elaterio & alepharginis an, ℈ii.& aduerte, quòd in his hepar magis attemperetur: epithemate ex ſucco end. ſolatri, agrimoniæ, abſynthii, olei roſarum & ſantal.citrinis, & ventri imponatur emplaſtrum ex limacibus & cochleis: vel ℞. gummi pini, hyſſopi humidi, terebenthinæ an. ℥ii. farinæ hordei & mellis an. ℥ii. ſulphuris viui ʒß. aceti parùm & ad emplaſtri formam redigatur. Vel fiat lenimentum ex herbis mollientibus & ephracticis vini coctis: vt ex parietaria & vrtica, & in aſthmare addantur pectoralia, vt byſſopus, ſatureia; ſi verò vitio ſplenis, addantur cortices cappararum, tamariſci.& agni caſti; & ſi menſes aut hæmorrhoides prouocare neceſſe ſit, addantur prouocantia. Hakiabas in principio hydropis vomitum prouocare commendat, in confirmata verò, vt noxium condemnat,& ſi vrinam prouocare eſt in animo, ℞. terebenthinæ claræ ℥ß. aquæ capillorum veneris ℥i. bulliat ad aquæ conſumptionem, deinde adde cantaridum ablatis alis & capitibus ℈i.maſtichis, cinamomi an. ℈ß. rhabarbari ℈i.& cum oleo amigdalarum dulcium,fiat emplaſtrum,& detur ʒi.& ventri imponatur emplaſtrum ex fimo bubuli, oximelle, & ſulphure,addito fimo capræ. Galenus laudat emplaſtrum de cochleis cōtuſis, vt ℞.limacum cum teſtis contuſarum ℔. i. cimini torrefacti,ſeminis ameos, ſalis vſti an.℥ß.radicis iridis, farinæ lupinorum, an. ℥i. & fiat emplaſtrum vel ℞. ceræ, picis naualis, an.℥ii.aluminis, ſulphuris, bituminis, nitri,an.℥ß.terebint.℥iß olei veteris ℥iiii. aceti quod ſat ſit, vt fiat maſſa.

Paracenteſis fiat ſub vmbilico, iuxta muſculum dextrum aſcendentem, & ſi à cauſa calida oriatur, vitentur calida, & ſint auxilia temperantia & aperientia; cauteria & ſcarificationes ſunt ſuſpecta; hoc tamen auxilium aquam vehementer educit. ℞.radicis cucumeris aſinini contuſi. & aceto ſquilitico 24. horis macerati ℔.i. mellis deſpumati ℔.ii. bulliant ad conſiſtentiam ceroti & adde cimini ℥iiii. & ſingulis diebus renouetur; vel ℞. braſſicæ mariiæ puluerifatæ ℥ iii. cicadarum pulueris. ℈i.& in iure pulli dentur ʒii.aut in iure cicerum cum abſynthio, & abdominio optimè deterſo cucurbitulæ affigantur & renouetur emplaſtrum,& ſi forte aucrſetur decocta, fiat ſyrupus, aut aqua diſtillata. ℞. ſucci radicis iridis, & vini an.℔.i.ſucci radicis eringii, petroſelini, fæniculi, an. ℔. ß. ſoldanellæ m. iii. eupatorii, menthæ, abſynthii, an. m.ii, rhabarbari ℥ii. cinamomi ℥ß. ſeminis ebuli & alcechengi an.℥ii. bulliant in vitro & colat.adde ſacchari ℔. i. & fiat ſyrup. magiſtral. & capiat ℥·ß.cum aqua tamariſci & diebus intermediis ſumat theriacę ʒii.& cum ſaccharo fiat bolus; decoctum ligni guaiaci in aſcite maximè valet, & thermæ ſulphureæ. in vtraque ſpecie.

De Morbis mulierum.

IN febre virginea obſtructa, detur de hoc electuario. ʒß. & ad 20. dies ℞. limaturæ chalybis leuigatæ cum aceto, ad ſolem & ignem ſepties ſic parati ℥vi. cinamomi,nucis condit. an.ʒiii.rhabarb. ʒii.aromat.roſarum ʒvi. mellis & ſacchari an.℔.i.& ad ignem fiat electuarium;in menſium paucitate & defectu primò accipiat aloës roſatæ ℥ß. mirrhæ ʒi. maſtichis ʒß & cum ſyrup. perſico fiat maſſa, addito extracto galangæ & ʒii. dentur, & 4.horis à ſomno de puluere ſumat, ℞. ſileris montani ℥iiii. raſuræ eboris ℥ii. nucis muſcatæ roſtæ m. ii. diamuſci dulcis ℈ii. ſacchari ℥iii.& cap. ʒß.& ſumum infra ſuſcipiat benè tecta. ℞. apiaſtri, ſaluiæ, meliſſæ, matricariæ, an.p.ii,coquantur pro fumo. *Pro morbo virgineo.*

Pro menſibus fluentibus. Si menſes nimiò fluant, detur cornu cerui, vel ſemen hypericonis in vino: in albo fluore aqua ex lacte diſtillata, vel fragraria & maſtice infuſa,aut in ouo ſorbili, & ad abſtergendas impuritates vteri fumum ex labdano ſuſcipiat; vel ex eo glandem faciat & ori vteri indat, & bi-

bat

bat limaturam eboris & ſuccini, in aqua portulac.& ſpongiâ foueatur decocto mirabolanorum & rhabarbari & vtatur emplaſtro adſtringenti de pelle arietini, cum puluere cornu cerui, lapid. hematitis, acaciæ, ſandaracæ, balauſtiarum & electuario ex cond. citri, cum puluere eboris. charabe ſuccini, & filonio & pulueribus illorum in decocto abſynthij & morſulis, vt ℞.atomat.roſarum diambræ, electuarij de gemmis, cariophyllorum, cibeti, an.ʒii.cinamomi, coriandri, ſquināti, nucis maſcat.toſtæ, an. ʒi. ſacchari ad pondus & clyſterem adſtringentem per vterum accipiat. ℞. radicis iridis, meliſſæ, gallarum, balauſtiarum, glandium ſquinanti cū melle roſarum ac poſtea fumum accipiat, ℞.maſtichis, granorum myrthi, cupreſſi, balauſtiar. ſquinanti, roſatum & fiant trociſchi. His thermæ proſunt in potu & in balneo.

Si menſes retinentur; purgetur corpus aloë roſatæ ℥ß. caſtorei ʒß.trocis alandehul gut.iii. poſtea fiat ſyrup. ex decocto matricariæ, eringij, betonicæ, meliſſæ, artemiſiæ, & mercurialis; cum ſaccharo aquâ artemiſiæ diſſoluto, & tempore menſium de hoc puluere detur, ℥i. ℞. cineris vermium terreſtrium, vino lotorum ℥i. cornu cerui vſti & loti ʒiii. cinamomi ʒii. ſacchari candi ℥iii. cum aqua artemiſiæ: poſtea foueatur venter hoc decocto. ℞. mercurialis, artemiſiæ, nepetæ, pulegij, rutæ, an. m. i. corticis aranciorum, & citri an. ℥ij. fiat decoctio in aquâ & vino, & hoc vnguento poſtea vtatur, ℞.olei liliorum, naphæ, lumbricorum, aneti, iridis, an.℥ß.terebent. ʒii. ſeminis apij & pettoſellini an.ʒß.ceræ parum, poſtea hoc peſſulo vtatur. ℞. puluere benedictæ ℥i. caſtorei ʒi. & cum melle fiat, & rotulam deinde accipiat, ℞.diacalamenti ℥ii.diagalangæ ʒi.& cum ſaccharo fiant rotulæ, & deſuper de hoc decocto bibat ℥iii. roſarum & fiant trociſchi. ℞.pimpinellæ, dictami albi, galangæ, an.℈ii.croci ʒi. coquantur in ℔.iii.aquæ ad medias, & cum ſaccharo detur.

Hi etiam pulueres menſes prouocant, ℞.ſeminis dauci, paſtinacæ, ami, nigellæ an.℈i.artemiſiæ, pulegij, eupatorij, caſtorei an.℈ß.zedoariæ, dictami an.℈i. calami aromat.gentianę, cinamomi, an.℈ß. & detur ℥i.in aqua artemiſ. aut vino, vel fiant rotul. & pedes abluat in decocto artemiſ. matricariæ in lixiuio.

Ante conceptum in ventre plura impediunt; ſi facilè tenetur melancholicâ, accipiat aquæ pimpinellæ ℈iß. croci, g.ii. lapid.bezuar orient.gut.iii.ſacchari ʒi.ſi mammæ intumeſcunt illiniantur oleo ſambucino, aut ſimo ouillo in aqua agrimoniæ: ſi dolea-nt, ſizimbrium cocti in imponatur; ſi fiſſuræ fiant in papillis, recipe corticem medium berberis, vel oxicanti & redige in puluerem & inſperg, aut rubotis. Si venter intumeſcit à flatibus vteri, commendantur cubebæ dictamus albus, & cumini, in vino, & de ſimo bubulo vetri imponatur cum pulueribus camomeli, & pro dolore vteri accipe pinguedinem & vitellum oui infunde, & frigantur, cui adde pulueres nucis muſcatæ & vmbilico alliga; vel inunge oleo nucis muſcatæ, cùm balſamo Indico pro dolore: ſeu pinguedine anſerina cum mirrha, & ſi ventris dolor eſt colico ſimilis, accipe galbani & terebenthinæ an.℥i. ſatyri, recentis pinguedinis cerui an ʒvi. & lento igne exprime per linteum & infundatur vmbilico, & detur album de ſtercore gallinæ cum vino albo, & fiat puluis ex nucleis glandium & detur fæminæ, & ventri ſacculus imponatur ex maiorana & origano vino calido irrutatis & detur ſemen eriſimi cum vino, & naribus fætida applicentur.

Et vt grauida fi-t, hoc electuario vta- *Pro ... fem.*
tur. ℞. radicis teſticuli canis, limaturæ eboris, teſticuli vulpis. ſiccati in vmbra, & capti, matricis ſuillæ fæcundæ exſiccatæ. coaguli leporis, erucæ ſatiuæ, paſtinacæ ſilueſtris, ſileris montani, an. ʒi. conſeruæ cichorij ℥iii.ſucci ex nuce miriſtica ʒi.& cum ſaccharo fiat electuarium & detur ʒi: cum vino aut chocolate, & ſi nimia humiditate abundat, thermis vtatur.

Quòd ſi grauida fiat, amigdalas ex- *Pro gra-*
corticatas edat, nam fætum roborant, bi- *uidarum*
bat puluerem ſuccini cum vino, vel de *regimine,*
hoc puluere, ℞.granorum tinctorū margarit.tormentillæ an. ʒi. maſtichis ʒß. & detur in ouo & conditum cidonei; ſed conceptionis & molæ ita ſimilia ſunt ſigna, vt diſcerni nequeant, & mola fætum necat, & citiùs augetur in illa venter; aliquibus tamen differunt; nam motus molæ non eſt tam validus ac fætus viuus, &
maximè ſi tempus iam præteriit, & nunc *De ſignis*
iam eſt tempus adhibere auxilia ad mo- *molæ &*
lam deturbandam. mater etiam in mola *grauida-*
magis pigra eſt; pedes & tibiæ molliora *tionis &*
redduntur, & venter multò durior eſt in *illorum*
mola, & crebræ in ventre punctiones *differētiis,*
ſentiuntur, velut ex acu; quæ peculiares ſunt molæ carneæ; expectandum tamen eſt ad 10. menſem, licet partus ad 12. interdum extendatur, & corpus in mola magis emaciatur & grauius pondus ſentitur; nam fætus vitali ſpiritu leuarut: motus molæ non eſt periodicus, nec vt calcitrantium;

trantium, ſed à latere ad latus ab alto deorſum velut à pondere, manus etiam gracileſcunt: durat per annos, terminatur in hydropem, vt plurimùm eſt malum inſanabile.

De mola curatione.

Indicationes curatiuæ ſunt ampliores meatus efficere. hoc fit peſſis, colyriis, inſeſſionibus, ſuffitibus fotibus, mollientibus, & laxantibus ex muſcilagine lini, fænu græci, altheæ. vbi aliquid ammoniaci, bdellij, vino diſſolutis miſceantur; peſſuli fiant ex ℥ii. galbani & ʒii. ellebori albi, vngula aſini in ſuffitu molam trahit, per arundinem datum, & ex baccis lauri, pulegij, hyſſopi, thimi, ſaluiæ, artemiſiæ, centaureæ; glandes ex labdano, bdellio, opoponaco, matricem pluſquam credibile eſt aperiunt, & lenimentum fiat, ℞. muſcilag. lini, altheæ, aquâ lilij extractæ, cum oleo liliorum, irini, naphæ. & croci, & his peractis expultricem reſtat ſtimulare, peſſis, ſuffitibus, clyſteribus & potionibus & tandem inſeſſibus; nam in mea ſententia, ſpeculo matricis non aſſequimur ad partem affectam penetrare: potiones ſumantur, quæ pro mortuo fætu propinantur, & ſi vterus humidior & frigidus eſt, nihil thermis conuenientius erit ſulphureis: vt etiam in frequenti abortu ab eadem cauſa, & frequenter in cibo ſumat raſuram eboris: nam & vterum roborat & humiditates abſumit, vt dixit Crato.

Ad facilitandum partum.

Ad facilitandum partum, cum felle gallinæ vmbilicus vngatur, magnetem manu geſtet, artemiſia fæmori alligetur, bibat aquam liliorum, vbi incipiunt dolores, & elleborum cum pipere naribus applicetur; ad dolores à partu accipe cæpas benè coctas cumini, m. i. florum camomeli & farinæ fabarum, & emplaſtri formâ vmbilico applicetur; & ſi vmbilicus prominet, accipe ſcobem de cortice ſambuci ad m. i. & in ſacculo coque, in lacte & imponatur ventri & euaneſcit, & ſi tormina à partu fiant, emplaſtrum de galbano & oleo matricariæ applicetur & oua ad duritiem cocta cum oleo nucum; ſi mamillæ dureſcant, & lac concreſcat, ſume mentham contuſam, aut petroſelinum & impone linteo, ſeu vino cocta; in cancro mamillarum, contundantur cancri maris, & cum ſucco cardûs ſancti imponantur, & oleo plumbi frequenter vtatur.

ILLVSTRATIO XXXV.

Colluctationes difficilis arenæ.

1. An in die purgationis potus aquæ niue refrigeratæ poſſit concedi. 2. An in puerperis à 3. partus die in aliquo determinato caſu.

TOta huius quæſtionis energia libratur in æquilibrio releuantis iudicij æquali penſantis trutinâ, merita indicantis & contra indicantis; calida ventriculi intemperies, iecoris inflammatio, purum eryſipelas, & inexhauſta ſitis, vt febris maligniſſima poſſunt in puerpera, extrema periculi vrgentia, aquæ frigidiſſimæ potum indicare, & lochiorum fluendi neceſſitas, ne ſumma frigiditate cohibetur contraindicare, ne inde grauiora pullulent accidentia, venenoſa lochiorum materia cohibita forte retrocedente, vt & pleraque alia, in ſingulari mulierum natura & temperie.

In die purgationis talia accidentia & forte grauiori vrgentia poſſunt superuenire; ex parte humoris vrentiſſimi commoti, & calidi & effrænis medicamenti, vt valeant potum frigidiſſimæ aquæ indicare, & contraindicare poſſunt etiam humoris iam commoti retentio, grauiori periculo. ventriculi debilitas, à medicamenti actione & repulſione contracta, & ne natura à laudabili purgationis opere diſtrahatur, alibi humoribus compulſis.

Hæc ſunt quæ ancipiti alea, exercitatiſſimi iudicij eminentiam ſuſpendunt, nec permittunt ſpatia vbi ſecurè animus acquieſcat, quia præceps periculum, vtcumque vertatur alea; neque doctrinæ generales, nec Auctorum decreta, poſſunt nos ſecuriores reddere, in caſu ex hippotheſi, neque ipſe Galenus, *quando dixit, Malo phlegmonas adaugere, quàm ægrum in hecticam incidere; & in hecticis immergere in aquam frigidam decet: quia calor, ferro candenti ſimilis & in narcoticis vbi inſtat vrgentia, quantumuis grauis noxa ex illis relinquatur, hanc enim potius eligendam ceneo, quam vt homo pereat.*

Generalia hæc ſunt, ſed non loquuntur in propoſito caſu; ex hac tamen generali doctrina, nos aliquid elicimus, licet non totum; nempe quando inſtat periculum, ex vtroque extremo, ſi noxa quæ timetur ex auxilio, non eſt æquè mortalis

ac

ac extrema vrgentia, quæ fatalem exitum breuiſſimè minatur, non eſt dubium, adhuc cum periculo fore propinandum auxilium: nam in vtroque caſu nos periculum vrget, quare ſi moriendum prorſus eſt ex morbi vehementia, & in propinato auxiliu aliqua, licet dubia, ſpes reualeſcendi elucet; nec etiam eſt dubium, ſi veterum decreta ad lucem ſuæ mentis perpendimus, illud fore propinandum auxilium, quod à morbi vehementia indicatur; quantumuis reclamet contra indicans. & licet non ſit paritas in hoc & illo caſu, vt attendamus oto, quod in exemplis non expetitur identitas, ſed æqualitas in exemplificando, & in hoc & illo caſu eadem paritas obſeruatur, in vrgentia indicandi & contra indicandi repugnantia, & ſi in primo caſu currit paritas, debet etiam in ſecundo admitti.

Hoc certè difficile inter medicinæ difficilia gigantiſat: ſed hoc ita maximum alia etiam ſuperat difficultas: quomodo nempe duo oppoſita & diuerſa iudicia ad veriorem veritatis aſſenſum reducantur? alter iudicat, indicantis vrgentiam ſupetare, alter in contra-indicantis repugnantia mortis periculum inſtare: quis huius oppoſitionis erit arbiter? ſed quod magis lamentabile eſt, quod ab indoctis euentus arbiter conſtituitur, & non rationalis iudicij integritas: nam ferè ſemper ab euentu ſucceſſus ponderantur. & vbi cadit alea, prudentius iudicatur iudicium: hæc enim eſt temporum infelicitas & hominum impotens libido: neque mirot; difficillimum eſt enim, aliquem in iudicio cedere vt gratiſſimum victoriæ ne citeria reportare in rebus maximè plauſibilibus: bene inuenies qui genio cedat, & fortunæ, ſed ingenij intellectus præſumptioni nullus: hoc enim eſt regium hominis attributum, quod in rebus plauſibilibus alteri nec punctum cedere nequit: hoc tamen ingenuis prudenti ſolertia modificatur, quia homines adiuuari optant, non ſupetari, & hoc conſequitur, ſi propria ſententia potius videatur rei oblitæ memoria, quam ſuperba elatio docentis alterius defectum: hoc enim nos aſtra docent, planetæ & ſtellæ, quæ quando lucem oſtentant, ſolis lucem arguere non audent.

Hanc indicationem generalem adimplere nos docuit Galenus indicantis & contraindicantis exemplo in febre continente: *Huius febris duo maxima remedia ſunt*, inquit, *& ſanguinis miſſio & potio aquæ frigidæ: illa nullo non tempore, hæc non niſi, cum coctio in pulſu & vrina apparuerit, & nulla ſit cruditas, obſtructio, virium debilitas, & febris eſt maxima*: ſed ſub hac differentia, vt quando multitudinis prævalet indicatio, ſanguinis miſſio imperetur: quando verò vrentis caloris furioſa conditio, vt retorridus timeatur maraſmus, frigidæ aquæ potus. non enim indicationes confundere oportet, ſed occaſionem auxilij exquirere, vt tempore & loco imperetur, & tempus & locus erit cum vrgentia accidentis, aut morbi feras auxiliandi moras nō expectat: ſic illā ſententiam interpretatur Auerroës, ſolitā ſolertiā & acutie, *Non enim omnis cruditas obſtat*, inquit, *ſi à calidiſſimo humore inducatur, non debilitas, ſi à morbi acumine, neque vlla obſtructio, quoniam non ita citò necat, & quę noxa à frigido auxilio inducitur, medetur poſtea tempore & auxiliis*. En indicantia, & contraindicantia æqua lance librata, ex quibus nos etiam poſſumus ad caſum propoſitæ quæſtionis deuenire: *Aëtius etiam ſemi-mortuam mulierem ſolo frigidæ potu ab orco vindicaſſe conſtantiſſimè refert*, in qua non eſt credibile vires validas fuiſſe; quare ſi in periculis non periclitamur, nil magnum conſequemur: & extra chorum vulgarium Medicorum nos eſſe fere ſemper conſulet eminentia.

Hæc certè conſulunt & ſuadent validiorem indicationem adimplere, nunc verò prudentis & ſolertis artificis gloriam commendabit, ſecuriùs eligere; quod certè non valet vnico aut altero exemplo præfiniri; nam conditiones ſingulares, quæ in vno obſeruantur, poſſunt in alio deficere, quare ſola Medici prudentia ſecundùm hic & nunc, valebit ſecurius ſaltem quod optimum videatur præferre.

Quare nos experientia, ratione, & doctrinā fulciti & veterum decretis præmuniti, iudicamus, ſi in parturienti, purgationis tempore, vrentis caloris prævalet indicatio, vt vrgentia citiſſimum periculum minetur, quod poteſt & debet frigidæ aquæ potus concedi, tali frigiditatis gradu, vt attemperare valeat excedentem calorem, non extinguere, & dato quòd aliqua noxa exinde ſequeretur, *Hanc potiùs eligendam remur quàm vt homo pereat*; & antea legimus ex Galeno; hæc concluſio eſt ratione fulcita & veterum decretis præmunita & noſtra experientia confirmata: illam etiam legimus roboratam in die purgationis in Aëtio per hæc verba (*In ipſa purgationis die*) *ſi facilè purgentur, poſtquam biberit medicamentum, dabimus ipſi aquam frigidam abſorbendam, aut colluendam*: ſed adhuc Aëtius non loquitur in caſu quæſtionis, ſed (vt medicamentum deſcendat, & colluatur aluus, veluti

cum

cum abſtergentia clyſteria immittimus: vt medicamenti reliquiis aluo adhæreſcentibus abluatur, ſeu calidi humoris iam
3. Theizir. commoti: Meſuès tamen ex Rufi ſententia magis ad caſum ex hypotheſi accedit, *Si verò facultas expultrix*, inquit, *eſt imbecilla, aut medicamenti actio debilis, aut remiſſa, datâ aquâ modicè frigidâ, medicamentum potenter ad inferiora detruditur*: ſed in caſu propoſito alloquitur per hæc verba: *ſi medicamentum non vacuauerit, & moleſta in corpore excitet ſymptomata, præter dicta auxilia, pharmacorum malignitatem obtundit, & acrimoniam frangit, Rufo auctore, potus aquæ vehementer frigidæ*: nos etiam Hiſpali vidimus indicibilem aluſmum in viro bilioſo, medicamenti occaſione concitatum, aquæ niue refrigeratæ potu quieuiſſe, & poſtea aluum leniſſimè proceſſiſſe: non certè vltra modum, & Philippus Ingraſſias hoc idem ſe expertum teſtatur, Siciliæ in grauiſſimo viro, cuius hiſtoriam etiam Sanctorius refert, & probat tanti viri audaciam, & apud plures diuulgata hiſtoria ſic narratur: ægrotabat Siciliæ Prorex Ioañes de Vega, ſumpto pharmaco ſigniter purgabatur, Medicus familiaris, vt aluum irritaret, iuſculum pulli ſine ſale porrigi offerebat: accedens doctiſſimus Ingraſſias, atque ægrotum nauſeabundum & tale brodium abhorrentem conſpicatus, iuris vice frigidæ aquæ libram, cum ſaccharo propinauit, erat enim frigidæ potioni aſſuetus & iecore præcalidus, ceſſarunt ſtatim nauſea, motus ventriculi, ac purgationem feliciter perfecit, tunc gratias magnas Ingraſſiæ retulit, argenteumque illud vas, in quo repoſita frigida fuerat, pretij aureorum quinquaginta gratiſſimo animo Medico donauit.

De Caſu in puerperis.

In puerperis & recenter enixis, an liceat aquam niue refrigeratam propinare?

ILlud nos oportet aduertere in propoſito caſu, ardentem febrem in illis foueri & conſeruari, ex feruido & vitioſo ſanguine, ſeu in vteri venis inculcato ex peculiari conditione vteri, ſeu intra venas maiores inter alas & inguina, ſeu ab vtero ſanguine refluente, ſeu in illis putredine contracta: conſideranda eſt etiam ipſa natura vteri, quà officio communi & proli deputata, & quà frigida in propria ſubſtantia, ex quo abhorret acida, benè delectatur olentibus, calida amat, interdum frigidis temperatur, venenoſam materiam adſeruat, ſuperiùs recurrit, aut ad latera, vt per ſe & per conſenſum grauiſſima inducat accidentia, & interdum contraria, ſunt enim vix credibilia deliramenta vteri: ex alio principio eſt conſideranda febris, ſi vrentis naturæ, cuius extremum auxilium ſit potus aquæ frigidæ, ne talis exceſſus aut breui vitã finiat, aut lento conficiat maraſmo: nam febribus bilioſis & vrentibus nón tantùm in toto dominatur exceſſus, ſed omnia principalia membra illius occaſione vehementer intemperat, & valde lapſa reddit, quo totum & vnaquæque poſtulat ad propriam temperiem reſtitui, vt cor, hepar, ventriculus, & cerebrum, quorum facultates ſunt communi officio deputatæ, & haud minùs certè vterus ad generandam & conſeruandam prolem, vbi focus & minera putredinis deliteſcit, in enixis tam vrentis humoris, & ſi ad illa attendimus quæ empyreuma petit, & ad illa quæ inducit diſcrimina, attemperare poſtulat: ſed haud leuiora ex contraindicantibus nos vereri & conſulit prudentia & medendi neceſſitas: in debilibus enim extremam & ſubitam extinctionem viuifici nectaris inducit, ſumma aquæ frigiditas in corde, ventriculo, & vtero, ſeu ſanguinis tranſitu in vaſis præpedito, ſeu congelato ſanguine, quo inſuperata frigiditas in venenum conuerterit auxilium inopinata morte.

Semper mihi videtur conſultiſſimum extrema declinare, in medio conſiſtere, aut enim ille potus imperatur, in prandio & cœna aut ſemel & confertim, exceſſus vt æquale auxilium, & in vtroque caſu attendere debemus ætatem, cõſuetudinem, viuendi rationem, conferentiam, & tolerantiam febrientis, vt etiam accidentia quæ potum aquæ frigidæ coindicare valent, velut extrema ſitis, quæ minatur ſingultum, vti & peruigilium phrenitidis præludio, nec tantùm febris intentionem, ſed & malignitatem, *Nam Raſis longa experientia ſatiatus, potum niue refrigeratum, vnicum prædicat peſtis alexipharmacum*, quo duo grauiora præcauentur ſymptomata, phrenitidis, lethargi & ſingultus; conſulit tamen, *Ne incautè etiam tribuatur, inueteratâ obſtructione oppreſſis, vt difficulter etiam reſpirantibus, celeritatem etiam conſulit in executione*: ſed illa ſemper erit cauta ſolertia in indicante & contraindicante, vt ab vno demas quod ſuprà menſuram petit & in alio addas quod neceſſitas imperat, diligenter diſcernens quantum ex potu nocumentum contingere poſſit, *Nam ſi exiguum aut nullum ſit, offerenda potus eſt*, dixit Galenus,

quæ prorſus ſit gelida, quantùm bibere ægro licet, ſiu magnum timetur incommodum ab ea abſtinendum, maximè quando ſunt multæ laborantes particulæ imbecilles, ſeu naturâ ſeu vitio contracto: nam illę maximè à frigido læduntur, vt in conuulſione & tremore & neruoſo genere maxime laceſſito.

Quòd ſi illa deficiunt, Hippocraticæ prudentiæ dignum iudicabitur, & mentis inconcuſſæ mortem citò venturam, auxilij teſtinatione præuenire: *Nam debilibus*, dixit Valeſius, *ob febris vehementiam, nulla ratione occurratur meliùs, quàm aquâ frigidâ, & adhuc in ſyncope Galenus aquam gelidam tribuere non dubitat ſi ex flaua bile, & Aëtius mulierem ſummè extenuatam potu frigidæ aquæ ſe ab orco vendicaſſe gloriatur, & Galeno audacior Gariopōtus, Neque conſuetudo*, Inquit, *tantum facit, vt omnino prohibeat, vbi vocat vrgentia: Auerroïs etiam anteponit vrgentiam, ita vt exiſtimet aquæ frigidæ potum, præferendum ſemper, licet in aliam febris ſortem degeneret*, & hoc in communi ab omnibus amplectitur, in cauſone, phrenitide, delirio, dyſenteria bilioſa, diarrhæa, vſta melancholia, & ſiti inexhauſta.

12. Meth. 4. Lib. 5. ſui operis 89. 7. Collig. 8.

I. Concluſio.

HIs ergo in communi ſuppoſitis, deſcendere debemus ad caſum ex hippotheſi: has conditiones in puerperis ſore neceſſariò obſeruandas, & conſulit vrgentia & huius aut illius mulieris ſingularis conditio: nam in muliere robuſta & quadrata, bilioſa cum plenitudine ſiue amplitudine venarum, in cauſone, phrenitide, & alio conſimili, ſeu ex peculiari conditione vteri, ſeu ex venoſo genere, aquam modicè refrigeratam niue iudico tribuendam & ſi ita petit neceſſitas, pluſquam modicè frigidam, vt æquetur exceſſus à tertia partus die, non tantùm in prandio & cœna, ſed in febris declinatione, quando attemperandi nos compellit neceſſitas, licet in aliam febris ſortem degeneret, hæc enim non ita grauis noxa, vt læthale periculum: hanc frigidam potionem feliciter audio practicari apud celebriores Doctores Valentinos, quorum eminentia, omnem in praxi, aliorum, quantumuis eminentium, ſuperat eminentiam.

II. Concluſio.

IN debilibus autem, nec ſemper, nec in omnibus, eſt potio frigida deneganda: ſed tantùm in debilitate cordis eſſentiali, quod conſtabit ex pulſu debiliſſimo, quia natiuus calor extinctionis periculo laborat, quo in ſtatu loco frigidæ aquæ, poſſunt concedi aquæ cardus ſancti, ceraſorum, ſcorſoneræ, bugloſſæ, & oxalidis, cum gut. vj. lapidis bezuar orientalis & hæ modicè frigidæ, ſi verò vitalis facultas conſtare videatur, licet animalis & naturalis, de robore non conſtet. illa phrenitide hæc ſummo ventriculi faſtidió & ſiti, hoc ex morbi acumine poteſt & debet concedi frigidæ aquæ potus, non tantùm cibationis horis, ſed ad attemperandum tempore intermedio, calidis maximè regionibus: hæc concluſio ratione & experientia commendatur, & Auerrois, Valeſii & Aëtij ſententiâ fulcitur, & noſtra obſeruatione roboratur.

III. Concluſio.

IN lochiis etiam retentis & fluentibus, eſt ſingularis conſideratio adhibenda: nam ſi retentió adorat exurens empyreuma cordis, capitis, hepatis, & ventriculi, vt ad ſuperiora retrahat, & naturam diuertat à laudabili opere excernendi venenoſam lochiorum materiam, debet potus aquæ frigidæ propinari, vt attemperetur empyreuma, quod eſt retentionis occaſio, vt natura à tyrannidis violentiâ liberata, faciliùs expellat, vt patet quando in die purgationis natura non expellit ob illam caloris violentiam diſtracta, & aquæ frigidæ potu ſuam perficit actionem: ſi verò fluant lochia ex naturæ præſcripto, poteſt aqua moderato frigiditatis gradu temperari, & prandio & cœna propinari, vt etiã ſuperiores aquæ diſtillatæ.

IV. Concluſio.

AT verò obeſis mulieribus ob venarum anguſtiam & antiquis obſtructionibus oppreſſis, vteri imbecillitate iam longiùs contracta, quod patet ex frequenti abortu, & mucoſitatibus ex vtero fluentibus in his eſt omninò frigidæ aquæ potus interdicendus, quia puſillus calor extinctionis periculo laborat, & in hieme debet aqua calida propinari, ſeu fluant menſes, ſiue retineantur, in vere, & æſtate temperata: nam in his ex frigidæ aquæ potu obſtructiones preſſiores redduntur, & mẽbra lapſa vlteriùs labuntur, & natiuus calor, & nectar viuificum, & congelato ſanguine, lochiorum exitu præpedito, ſubitò ſolent infrigidari, vt ne vllo ingenio poſtea recalcſcant, & in hoc caſu eſt potioris vrgentiæ contraindicans, quia ſunt multæ laborantes particulæ ne tantùm læſæ, ſed illæ valde lapſæ. Hæc ſunt quæ nobis ſub manum venere ſubitaria, in fine noſtræ impreſſionis, vtinam cedant in gloriam Altiſſimi, & Deiparæ Virginis ſub Immaculatæ Conceptionis Signo.

VIRIS CONSVLARIBVS
HISPALENSIS
REIPVBLICÆ.

QVia perſæpe opus habemus(ô Viri Illuſtriſſimi)ad manum habere facilè parabilia, maximè morbis frequentioribus nos raptim & improuisò conſulunt, ideo operæpretium dari efficaciora auxilia velut in promptuario ad manum habere, illa maximè de quibus obſeruatio ſecuriorem fecit experientiam: ſuppoſitis indicationibus ab inſtructo in Hippocratis & Galeni doctrina: non ſunt enim iſta empyrica auxilia vt vt ſors tulerit imperata, ſed rationali methodo, & ducta ex arcanis naturæ, & herbarum virtute ſpecifica, & ab ipſa morbi ſymptomatis & cauſæ intrinſeca ratione indicata: non eſt enim grati in Remp. animi nec pro meritis nobilis gratitudinis celare quæ poſſunt eſſe ciuibus auxilio futura, quando nos nobili condecorauit ſtipendio, & præmio illuſtri generoſa Reſp. præterquam quòd nos in hoc etiam opere Galenum imitamur, quando ille librum integrum, de Facilè parabilibus & de medicamentis expertis & non ſine ſudore poſteritati imitandum commendauit. Accipiant ergo VV. Dominationes Illuſtriſſimæ hoc qualecunque munuſculum (pignus grati & generoſi animi) in ſui beneficij gratitudinem, licet indigno, & inæquali planè donano. Et fuit tantæ Celſitudinis dignitas neceſſaria, ad tuendam orationis noſtræ dignitatem, quantumuis noſtris Tribunalis nobiliſſima impreſſione prælo dati maior opinione fauor exceperit: ſiue illud ſit virorum doctiſſimorum candor, ſiue operis genius, ſed illud certè reor, quòd magis debeatur politioris literaturæ candidatis, quàm operis candori: non eſt enim adhuc Phœnice rarior, vt eſt in prouerbio, licet aliquid induſtriæ noſtræ debere fateamur, aliquid etiam labori immortali, à quo nos nec potuit abducere negotiorum æſtus, & diei pondus, nec interdum ſenatoria grauitas, vt quæ ad vitæ pietatem pertinerent: hoc enim ab incunabilis eſt noſtro animo ſitum, iuſtis & iniuſtis prodeſſe; quantumuis liuor nos ab illa obligatione excuſet, ſatis enim magnum liuentis ſupplicium eſt liuor; neque in hoc iudico erit vltimus labor (ſi Deus fauet) nondum enim nos abiecimus haſtam, vt Græca legitur in paroemia, necdum ab ipſa meſſe diſceſſimus, licet iucundi, acti labores, vt in libro de Finibus dixit Tullius, nec ad calcem peruenimus, quantumuis non ἐφίσαγράμματι: eſt tamen nobis generoſa ſparta, dum Diomedis & Glauci permutationem imitamur. Has nos etiam hiſtorias produximus, dum præcedentes adhuc duro ſub prælo gemunt.

AD PROMTVARIVM

FACILE PARABILIVM

PROEMIVM AVCTORIS.

HActenùs me munus ſcriptoris impleuiſſe politioris literaturæ viris viſum eſt: nunc video cauſas cauſarum in pleriſque affectibus deſiderari, nec ad vmbilicum me illa perduxiſſe: quæ conſideratio, nos impulit adhuc illuſtre Commentarium tertiò illuſtrare & propter alias conſiderationes, quæ nobis & doctiſſimis viris rarò obſeruare contingit, neque ingenij mei docilitas quotidie & indies doceri renuit & non à doctis tantùm, ſed ab imperitis, ſi aliquid communi vtilitati profutura dixerunt: illud verò humanitas legentium mihi pareat, librum hunc nunquam ita in manibus habuiſſe, vt quæ accuratè perpolire ſolemus: relegi tamen, & cùm quid mutandum videretur, dictaui; fateor tamen ob animum, curis ſemper & occupationibus diſtractum, non potuiſſe ita ſcripta recognoſcere, vt illa ad limam & lineam perpolirem: ideò fortè ſperaui, vt ſi quid emendandum reſtaret (vt in prima impreſſione Elzeuirij) facilè hoc præſtare poſſe, qui editionis curam ſuſciperet, & cum auctoritate & experientia moueri homines ſciam, vſu & experientiâ comprobatâ magis adferre placuit, quàm rationalia: iis enim ſemper iudiciis non credo, qui in verborum magnifico ſplendore, atque apparatu, ſeu occultato in verbis animo, ſua omnia collocant, ego de vocabulis cum nemine pugnabo, mea tueor, ſua etiam & illi tueantur: illud tamen deprecor, vt mea profundiùs attendat, qui explorare cupit: illud enim certò polliceor, ſemper animum noſtrum candorem comitari, & ſuper vires omnia me feciſſe ſciunt, qui meas occupationes obſeruarunt: ſed ſæpe fallimur ſpecie recti, & admiramur quæ non intelligimus: ideo ſtudio me paro ad ea quæ ſunt ſuperanda.

Quæ de veterum lectione ſcripſi memineritis oro, non enim modicæ artis imperitus me in hanc artem induxi: nulla tamen commentaria tam me in lectione Hippocratis & veterum adiuuare potuerunt, quàm ipſa praxis: in hac enim qui deficiunt, licet artem illuſtrare ſtudeant, quam frigidè nos doceant, vnuſquiſque aſſequitur; nemo enim multa ſimul legit & eadem rectè: Deus enim non dat omnia omnibus, neque omnia vult, nos ſemper nobis ſumere; feramus æquo animo, ſi alij nobis feliciores aut doctiores videantur, & ſi omnibus nec ſemper ſatisfeci; illud oro, vt conſideret me plus deſideraſſe: nullus enim eſt tam perſpicax, vt omnia videre poſſit; ego ſum idem qui antea fui, nunc etiam ſum veritatis & melioris doctrinæ cupidiſſimus: ſinguli aliquid ferè habent proprij, ac rarò fit, vt duo aliqui eiſdem rebus delectentur, quippe alius gaudet, alius auerſatur: ſingularis præſtantiæ mentis eſt, non ea facere quæ plurimi faciunt, verùm quod ſapientes & optimi dicunt: fateor tamen quod in tanta temperamentorum, atque lapſuum varietate nulla poſſumus certa polliceri auxilia & maximè ſi diſcurſu, non exemplo ſapimus (ſed experimenta vulgaria ſequi plebis eſt, non docti) omnia certè probabili non firma & certa demonſtratione traduntur: ſed pleraque in theorica legimus, quæ ingeniorum laſciuientium incitamenta ſunt, & hæc nos de veritate ſemper non informant: ideo medicinæ theoricam partem diſcimus, non vt in ea tanquam vltimo fine acquieſcamus, ſed vt illam actionem ſeu operationem, propter quam omnia traduntur, dirigamus, ſed potiſſimùm vt vniuerſalia dexterè particularibus applicentur; hæc in gratiam produximus noſtri ampliſſimi ſenatus Hiſpa-

Hiſpalenſis, ac ciuium noſtrorum, qua in ciuitate proaui mei, vt etiam in Ita veteris Caſtellæ ſub illuſtri familia de Caldera (ab antiqua Luſitaniæ oriundi) vltra ducentos annos, vt integros, ingenuos, inculpatos, ac ſplendoris, honeſtatis, ac pietatis ſtudioſos (vt nobiles ciues decet) quietiſſimè cum aliis coniunctione vixerunt.

DE DENTIVM DOLORE.

VNa ex affectionibus, quæ nos frequentiùs & acerbiùs vexant, & importunè etiam teuertuntur, ſunt dentium dolores, nerui nempe qui dentiuntur, radici implantantur: oſſa enim omni carent ſenſus acerbitate: hos etiam aut inducunt, caries corrupti & cariati oſſis aut confluxi humoris acerbitas, calidi, tenuis, acris, & corrodentis, aut putredo circa gingiuas orta, & dentium corruptio: ſi non hæc & illa à capitis depluuio foueantur.

Quare caries in ipſa dentis cauitate, quæ ex corrupta humiditate cibi aut potus quotidie fouetur, ſolis cauſticis arte & induſtria applicitis inhibetur, nempe eſſentia vitrioli & ſulphuris, leui in ſtylo applicitis, ſeu bis aut ter in die: dolorem tamen prodigioſè ſedat, & eſt veluti auxilium incantamento ſimile, oleum boxl, ſi in goſſypio per ſtylum excipiatur, & in foramen dentis gutta vna, vel altera, iniiciatur: nam ita dolorem tollit, vt nihil præſtantiùs reperiri poſſit: quod ſi illud non habeas in officinis, extractum ſic educitur: accipe lignum buxi, in multas & minutas partes iam diuiſum, & duo vaſa terrea vitriata in terra ſupponatur, vnum in excauata fouea, alterum ſuper illud foraminibus peruium, vt deſcendat quod ex prima inſtillat, & circumcirca ignem ex carbonibus appone, & certè validiſſimum, & oleum inſtillat in vas illud inferius, & dicitur diſtillatio per deſcenſum, quomodo etiam alia ex lignis olea diſtillantur: quo non tantùm cauitas impleatur, ſed gingiuæ etiam madefiant, ſi in illis aliqua incipit inflammatio, aut in radice dentium caries: quod ſi his non cedat, dentem euellere eſt tutius auxilium, dummodo non ſit in maxillâ tumor, aut inflammatio.

Oleũ buxi, in cantamento ſimile, dolorem ſedat, & illius deſcriptio & extractio.

Si verò ex humore, ſubſtantiâ tenui, qualitate calidi, conditione acri, aut maligno, talis dolor fouetur: ſanguinis miſſio non poteſt excuſari, & ex ſaluatella præſentanei erit auxilij, interdum nec purgatio calidi & ſeroſi humoris, depluentis à capite, aut à venis expulſi, poſtea verò fiat oris collutio. ℞. aquæ plantag. myrtyllorum. & capit. roſarum, an. ℥iiij. eſſentiæ vitrioli (nam roborat, putredinem coërcet & grata aciditate moderate repellit) gut. iij. ſucci ſemperuiue ℥j. granatorum accidorum ℥ß. nam ſaccharum dolores non minuit, ſed auget, & tandem opium loco dolenti, aut circumcirca imponatur.

In cauſa calida.

Si verò ex cauſa frigida, lenta, & moleſta, doloris perennitas perſiſtat, aliqua diuerſione peracta, vti ex pedum lotione, ex decocto florum ſambuci, ſaluiæ, camomeli, violariæ, & frictionibus & ligaturis; fiat oris collutio, ℞. ſandaracæ ℥ß. decoquatur, in vini lb. j. & poſtea adde opij gut. iij. & ſi perſiſtit amplius. ℞. pyretri, floris roris-marini, ſandaracæ, an. ℥ß. vrticæ. p. ß, coquantur in aquâ & aceto ad medias, & fiat oris collutio: ſeu ex decocto capitum papaueris, hioſchiami, hyſſopi, & radicis ireos in aqua & aceto. & hoc applicetur temporibus. ℞. medullæ nucleorum perſicorum, p. j. granorum iuniperi p. ß. & contuſis adde lactis mulieris ℥ß. opij. gut. iiij. farinæ fœnugræci, & ſeminis pſyllij an. ℥ß. farinæ ſeminis papaueris ʒiij. croci ʒß. aquæ lactucæ ℥i. & fiat ad modum cataplaſmatis & ſi à frigidioribus lędatur; aquæ roſarum ℥iiij. aquæ florum lauendulæ ℥j. aquæ florum camomeli ℥iß. lactis ℥j. albuminis oui agitati num. ij. pulueres cimini ʒij. opij torrefacti gut. iiij. & ſimiliter applicetur.

In cauſa frigida.

Hoc etiam Aëtius tradidit obſeruatum *Tetralib. 1. ſerm. 4. cap. 27. Miles dolore dentium afflictus omnibus præſidiis tentatis & adhuc opio denti impoſito, nihil iuuabatur, vſque ad fruſtulo niuis ore detento dolor conquieſcere cœpit, & in alio niue melle roſaceo mixta & paululum tepida, vt os collueretur imperaui & iuuabatur.*

Deinde fiat oris collutio; ℞. radicis piretri an. ℥j. radicis ireos ℥ß. hyſſopi, agrimoniæ, ſaluiæ, betonicæ, maioranæ, an: m. j. florum anthos p. j. ſandaracæ ʒvj. piperis longi, zinziberis, an. ʒj. fiat decoctio in aqua & aceto, aut in vino acidiuſculo, & vtatur; vel ex aqua diſtillata ex floribus odoriferis & aromaticis in vino, quibus adde aceti ſquilitici ℥ß.

Quod ſi dente auulſo, ſequatur hæmorrhagia, à vena vel arteria, ſtylo intincto in oleo vitrioli, breuiſſimè ſiſtitur: Valeriola calcitide vſta intra cauitatem vtitur; Zacutus gummi Arabico, aut Ga-

leni emplaſtro, ex aloë, thure, & pilis leporis oui candido mixtis:ſin minùs aureo cauterio pars illa ſigilletur.

Ad dentium vero excarnatorum, & labentium corroborationem, & pro carne depaſta gingiuarum, ad radices dentium inſtauranda,hoc eſt mirabile & vltimum auxilium; ℞. boli Armeni orientalis ʒß. hypociſtidis, acaciæ. an. ℈iß. thuris ℈j.intundantur in albumine oui & irrorentur guttulis iij. eſſentiæ vitrioli & poſt 24. horas cum gummi tragacanthi ſiat maſſa molis, quæ extendatur in linteo ad dentium radices;quod ſi dureſcat, molleſiat, cum ſyrupo roſato.

De Colico dolore & iliaco.

De colici dolore differentia à nephritico 2. de locis 3. & 6 de locis 2. & à bile ſola purgat. perſanato eſt 1. Meth. 7. & ex humore vitreo 2. de locis 4. de humore in tunicis imbibito 12 Meth. 7 & 1. ad Glauconem 6 & de ruſtico alij vſu per ſanato 12. Meth. 8. & ne curetur nimis calfacientibus ibi.

DE colici & nephritici doloris differentia iam nos alibi diximus, & per quas vias à colica ad principium ſpinalis medullæ humor colicum inferens ad illud deferatur, vt inducat paralyſim: nunc ad varias colici differentias & varia auxilia facilè parabilia nos ducit inſtitutum: nec illa non nos parua cura ſollicitat, quæ à longanonis diuultione accidit, in qua excrementa omnino ſupprimuntur, vt nec peſſaria, neque clyſteris fiſtula, adhuc magna, illata violentia valeat penetrare, per illud recti inteſtini orificium, & hæc dicitur longanonis reuulſio ſeu recti inteſtini, dum ſecundùm longitudinem hæc comprimitur cauitas aditu intercluſo: quod certè eſt magis filis & villis retractioni tribuendum, quàm flatuum illuuiei, quibus falsò tribuitur: non poſſunt enim molles & blandi flatus tam magnam reſiſtentiam inferre, vt illam ſuperat violentia: qui motus periſtalticus dicitur à Dureto, & à Carolo Piſone latiſſimè probatur. Quare illam ſemper conuulſionis ſpeciem æſtimaui, per ſe aut per conſenſum partium aliarum, quæ cõnexionem habent cum ipſo inteſtino, nempe peritonei, qui omnia circumplicat & circumdat, per ſe, aut per membranas, quibus omnia veſtit inteſtina: ſeu tandem nerui ſexti paris à thorace egreſſi; dum ad omnia inferiora propagines emittit, qui ſi conuellatur, partes ventris inferioris ſecum conuelli eſt omnino neceſſe.

Et hæc cauſa præſumatur, quando maximè de aliarum cauſarum euidentia non eſt certa probatio: quo in ſtatu non in clyſteribus iudico inſiſtendum: illis enim nihil proficere docet experientia, ſed ſanguinis miſſione curationem inſtituere prius ex brachio, ac poſte ex talo, vt in omni alia conuulſione imperamus, & interim ſutu herbarum mollienrium, inhitendum in recto inteſtino, vt diuulſionis, ſiue conuulſionis tenſio molliatur, ſeu per ſpongiam, ſeu per vapores, à ſimili decocto eleuatis, & vnguentibus mollibus paregoricis, vt eſt de hyſſopo, ſeu de althea cum oleo lumbricorum & vulpino: obſeruatum eſt enim vt ægrotus triginta clyſteres ſine fructu acceperit: ſed ℥iß. mannæ electæ, cum ℥ij. olei amigdalarum dulcium, in iuſculo gallinæ propinatis, dolorem omninò vidimus quieuiſſe, ventre etiam moto. quod nos in hoc caſu tacendum conſulimus.

De ſang. miſſione in colico, ex recti aſſiſtione interſtitiis.

Eſt & alius dolor, qui colicum etiam æmulatur, dum tota ventris & abdominis regio acerbiſſime dolet, & fere ſemper cauſa penitus ignorata, nempe bilioſo humore, non ad colum inteſtinum, ſed intra abdominis membranas effuſo, aut refuſo, à ciſta fellis obſtructa, vel compreſſa; ſiue ex praua criſi diuturnarum febrium, vbi natura grauata, aliter irritata, vt ad crura & ad brachia humores aggrauantes aliquando extrudit, ita pariter ſolet, ad illas membranas meſentetei, ſeu intra illarum cauitatem: ſeu quando propter obſtructiones, ad vias communes effundi nequit, vti in ictéritia nos ſæpe obſeruauimus: ſeu dum mutu errante, humor ad prædictas excutitur membranas; vt etiam ex vehementi aliqua paſſione, veluti iracundiâ, inde humoris commoti data occaſione, nos etiam vidimus accidiſſe: ſunt enim iſti qui ex animi paſſionibus in corpus morbi reſluunt, vt alio in loco latiſſimè probauimus; vnde oritur immaniſſimus dolor, qui colicum in hac ſignorum ſindrome æmulatur, & nec clyſteribus, nec fomentis, nec aliis auxiliis miteſcit, nos enim ad menſes barbarâ renitentiâ vidimus perſtitiſſe, & corpus omnino contabeſcere, cum febre, quæ tertianæ notæ typum ſequebatur, ſed vt plurimùm continua & lenta.

De dolore, ab humore in tunicis meſenterei, impacto & imbibito.

Vidimus tandem in paralyſim dolorem finiiſſe illâ prauâ metaſtaſi, humore per abdominis membranas, in ſpinam dorſi ſenſim & ſenſim irrepente; hoc etiam in hac paralyſis forte obſeruauimus, vt dum recurrit ad ſextum par neruorum brachiorum & pectoris neruos occupaſſe, ac ſtupida hæc membra reddidiſſe, cum planè difficili reſpiratione, qui ferè ſemper caſus lethalis eſt, cum reſpiratio ad vitam conuertatur, & ſi ad vltimam dorſi vertebram dolorem vidimus, tibias & crura occupare & paulo poſt reſolutionem vtriuſque cruris, ſeu alterins tantùm aduenire; ſiue ex ſola bile, ſeu ſecum tenues

De paralyſi à colico dolore orta ex tranſmutatione humoris.

nues & pituitoſos ſuccos conducente. Quid mirum? vidimus etiam Hiſpali in ægroto. neque noto neque publico genere miſerabili, ad cerebri & neruorum principium irruiſſe, & conuulſionem & epilepticam vehementem concitaſſe, quę poſtea in motus conuulſiuos deſierunt, brachiorum & fæmoris.

Quod ſi dolor, per interualla repetat, ex vitrea pituita aut flatuum illuuie, præparatis humoribus rhodomelle & aniſi eſſentia cum decocto pugini, per interualla; etiam accipiat de his pillulis ſex. ℞. aloës loti ʒj. diagridij gut. vj. maſſæ de camboche ℈j. laudani opiati g. iiij. & fiant 7. & aurentur, ſiue ex diaphinicone ʒß. filonij ℈j. & fiat ʒ. Illud etiam Galeni auxilium mira efficacia vidimus profuiſſe, magna nempe cucurbita vmbilico affixa, non ſemel tantum, ſed bis & ter, in hoc caſu etiam ab Amato video commendatum decocto guaiaci ℥iiij. vini albi ℥ij. ſua experientia.

Cucurbitulam ad flatus diſcutiendos cum multa flamma, eſſe incantamento ſimile dixit Galenus in Meth. vltimo.

At verò in hoc affectu iam facto diuturno. ſi his non cedit, auxilia à proprietate & ſpecifica oportet exhibere; nempe ex puluere teſticulorum equi caſtrati, quò vti pro ſecreto mirabili conſuluit Fonſeca, & ſic ille paratur, accipe duos teſticulos caſtrati equi, & eos optimè lauare facito in vino generoſo, deinde in talleolas incindere, & in furno non multùm calido exſiccare, non comburere, impera, ac tandem in puluerem redigito, de quo accipiat ʒj. in vino generoſo, aut iure, aut chocolate calido, dummodo antea præceſſerit clyſter carminans, aut leue catharticum; quò etiam artificio parantur, iecur & teſticuli lupi, quæ pari creduntur prodeſſe efficacia, ad ʒj. in vino propinata, ſi ℈j. aniſi miſceatur, aut in decocto iuniperi.

Pro ſecreto etiam video commendatum auxilium ex ſpongia, quæ reperitur in roſis ſiluestribus, ſi ʒß. in vino propinetur. & pari experientia, ſi de ſtercore lupi ʒß. in vino propinetur; ſed vera indicatione, nos etiam prodeſſe nouimus, aquam chymici, diſtillatam ex floribus camomeli, eſt enim mirabile auxilium, ad flatuum illuuiem & vitream pituitam: at aqua eodem artificio extracta ex foliis nicotianæ, infuſæ in vino & aqua vitæ. ſed debet maior cautione propinari ad ʒß. in iure auis & in febris abſentia.

Illud etiam in iliaco dolore obſeruauimus, ſuper illa quæ diximus; iniecto priùs clyſtere ex oleo puro, aut iure auis pingui. cum butyro recenti; vt induratæ fæces liqueſiant, poſtea hoc enæmon accipiat, ℞. aquæ vitæ & vrinæ pueri, & ſucci nicotianæ, an. ℥ij. vini generoſi ℥iij. balſami ℥ß. & in his bulliant aniſi, ſtercoris capræ & lupi, & ſeminis fæniculi, an. ʒiiß. olei rutæ. ℥ij. caſtorei, ʒj. hieræ, logodionis ℥j. ſalis gemmæ, ʒij. & fiat clyſter.

Clyſteris fortis exemplum.

Et quod ſi adhuc his dolor non miteſcit, dum ad cauſam & accidens reſpicimus, hoc accipiat. ℞. olei amigdalarum recenter expreſſi ℥ij. vini maluatici, ſeu hipocras ℥ß. ſyrup. papaueris ʒiij. quod ſi in hoc caſu aliquid repurgare & dolorem ſedare ſit conſilium. ℞. abſynthij ℥iß. florum camomeli ʒij. ſeminis coriandri & aniſi an. ℈j. ſennæ ʒij. rhabarbari & agarici an. ℈ij. infundantur in vino, & colaturam bibat cum ſaccharo: quod ſi adhuc per interualla repetat, etiam per interualla in tempore quietis de hoc vino ℥iiij. accipiat. ℞. fol. ſennæ ℥ij. radicum brioniæ ℥ß. florum ſambuci ʒiß. radicis fæniculi, imperatoriæ, an. ʒß. abſynthij m. j. centaureæ p. ß. florum roris marini p. ß. ſeminis fæniculi ʒij. coriandri ʒj. bulliant in vini ℔. ij. in duplici vaſe ad medias, & dentur ℥iij. ac per interualla etiam in tempore doloris narcoticum accipiat; vt in ſomni quiete inſtauretur quod doloris immanitate perditur, vt ℞ ſyrupi papaueris ℥j. laudani opiati gut. iij. aquæ lactucæ ℥iij. miſc.

Et interim paretur hoc decoctum, & pars illius in veſica ſuſcipiatur cum ℥iij. olei aneti & camomeli & parti dolenti applicetur, & vt clyſter in illo præparetur, vt ℞. radicis altheæ, liliorum, maluæ, atriplici, mercurialis, an. m. j. brioniæ, ℥j. colocintidis ʒij. rutæ. parietariæ, an. m. j. ſeminis lini, fænugræci, an. ℥j. ſeminis cartami ʒij. centaureæ ʒß. fol. ſennæ ʒiiij. florum camomeli, meliloti, an. p. j. furfuris craſſi. p. ß. & huius decocti accipe ℔. j. mellis perſici ℥ij. olei rutę. ʒij. camomeli ℥j. hierę. logodionis. ℥iß. ſalis gemmę ʒij. & fiat clyſter. & fotus: quod ſi de clyſtere libeat variare, aliud imperetur. ℞. vini albi ℔. ß. olei nucum & amigdalarum dulcium an. ʒij. miſc. ſin minùs ex ſolo oleo, vt conſulit Aëtius, vt ℞. olei camomilli. & amigdalarum dulcium an. ℥iiij. aneti & nardini an. ℥ij. & ſuppoſitoria longioria & acriora interdùm tutiùs imperantur; aliquando etiam narcotica clyſteribus miſcere maioris artis eſt, quàm illa in potionibus propinare, quia leniunt & partis, ſenſum adimunt, quę ambo à dolore indicantur, vt ℞. iuris auis ℔. ß. olei vitellis ouorum & amigdalarum dulcium an ℥ij. phillonij Romani, ʒß. vel fiat ex adipe gallinę & butyro recenti liquefactis cum ʒj. requiei Nicolai; vel fiat ſuppoſitorium ex phillonij ʒj. mellis quod

Suppoſitoria.

Clyſteribus miſceantur narcotica.

fat

ſat ſit, & adipe gallinæ; vel de hac mixtura detur in omni tempore; ℞. ſacchari violari & roſati phillonij Romani ℥j. & fiat paſtâ, vel bolus: ſeu dentur pillulæ noſtræ de opio deſcriptæ in Illuſtratione de opij qualitate & vſu, aut de cynogloſſa ℈j.

Si à calida bile, in colico dolore, à calida & furente bile (ſic per ſigna notatum) dum malum ingraueſceret, nullis proficientibus auxilijs, emplaſtrum ex ſola niue impoſui ſuper dolentem locum, & aquam niue refrigeratam propinaui, cum ſaccharo ad ſatietatem & intra horam ſanus factus eſt æger; hæc Zacutus *Obſeru.* 25. neque hæc ſententia eſt à Galeni ſententia aliena, *lib.* 12. *Meth. cap.* 7. hanc etiam probat Auic. 16. 3. *trac.* 4. *cap.* 17. & Amatus *Luſit. lib.* 1. *cent.* 2.

At verò in cauſa frigida, ℈j. pudendi tauri exſiccati in vino maluatico à proprietate prodeſſe expertus, ſum, dixit Zacutus, & alium ſanatum vidi ſolâ vrinâ pueri potatâ ad ℥viij. cum melle deſpumato. *Obſeru.* 26. *&* 27.

Iterum ex cauſa calida, *Obſeru.* 28. lactis poru recenter mulcto, cum ſaccharo roſato & vitellis ouorum alium ſanatum vidi & clyſteribus ex lacte & vitellis ouorum & ſaccharo, & ad extra cataplaſma impoſui ex hordei farina, lacte, & vitellis ouorum, aquâ roſatâ permixtâ, & in cibo rhodo-ſaccharum dedi cum pullis ſaginatis.

In alio dolorem ſedatum refert, guttulis viij. fellis galli veteris cum ℥ij. vini generoſi, & loco illius poteſt fel cuiuſque alterius animalis propinari: *Obſeru.* 30.

Si verò colicus vertatur in iliacum, fæcibus exitu omnino denegato, ſeu ex circumuolutione inteſtinorum, ſeu ex valde contumaci obſtructione, in extrema anguſtia, dentur ℥iij. olei amigdalarum calidi. & accepto clyſtere molliente cum trociſchis alandahal, vt fæces educantur. imponendus eſt æger in balneo tepidæ aquæ ex decoctione herbarum mollientium: quod ſi adhuc his auxilijs non remittatur dolor, eſt ad Hippocratis auxilium recurrendum, *in* 3. *de Morbis*, vbi imperat, vt ad follis fabrilis imitationem, ſytinga, molliter, leuiter, & paulatim receptus aër, in ventrem immittatur, vt conuulſiones inteſtini explicentur (vt in externis patet) & poſtea clyſtere molliente cum trociſcho alãdahal fæces educantur: nam hoc auxilio aut inteſtinorum contorſio explicatur (vt etiam oculariter experimur) aut contumax obſtructio ſuperatur: quo ſolo auxilio Amatus iliacum deſperatum ſe curaſſe teſtatur, &

De folle fabrili, vt extrahantur flatus.

Epiphanius Ferdinandus, in *Hiſtoriis Med. Hiſt.* 74. filium Automari, qui iam iliacâ peribat, hoc eodem remedio ab Orci faucibus reuocatum exclamat, ac de hoc auxilio idem refert Zacutus, nec tibi obſtet Aureliaoi timor, quando dixit, quòd aër vtriculo receptus poteſt lædere ſola frigiditate externâ, iam aëri impreſſa, dum ipſos flatus infrigidat: nam illud inconueniens facile ſuperatur, ſi iuxta ignem follis aëre impleatur.

Quòd ſi tandem ad criſim veniat nothæ tertianæ, aut alterius morbi, ſiue ad ictėritiam, vt febrilis cauſa in venis meſeraicis contenta, ne dum per paroxiſmos penitùs diſſipata, ad inteſtinorum fibras deriuata, talem dolorem concitet, maximè aluo adſtricta, illud erit indicium, quòd febris iam mitior apparet, dum alius morbus crudelior repullulat, vt in laborioſa icteritia, vbi phlogoſis in abdominis regione comitatur, vt nos antea vidimus. in obſeruatione icterici doloris, quo in ſtatu eſt protinùs ad ſanguinis miſſionem confugiendum, ex brachio, ſi adhuc fluit humor, vt reuellatur; ex talo, ſi ex recepta maiori quantitate, magis affectus vrget: nam ſecundùm attis principia imperatur auxilium: quod idem in inteſtini inflammatione, cauitate compreſſa, accidere nulli dubium erit, & eiſdem planè auxiliis mederi.

Si ad criſim coleru aduenıat.

Quare, ſi dolor magis vrget, hoc priùs imperabis: ℞. olei amigdalarum dulc. & violarum an. ℥j. ſyrupi papaueris & vini maluatici an ℥ß. & ſecundò clyſterem, ℞. iuris auis ℔. ß. ſucci betæ & mercurialis an. ℥iß. ſacchuri rub. ℥ß. lariſcæ vitello oui diſſolutæ ℥ij. olei aneti & camomillæ an. ℥j. phillonij ʒß. miſc. & hoc in icteritia.

Auxilia pro icterico dolore ſeu ab inflammatione inteſtini.

Si verò ad inflammationem inteſtini, talis ſequarur dolor, in lacte aut in iure pulli, fiat clyſter, & potiones (vti in cæteris inflammationibus) imperamus. Fotus inde parerur, ex decocto altheæ, lini, parietatiæ, fænugræci, ſeminis lini, meliloti, florum ſambuci, & anthos, in aqua aut vino permixtis, prout febris permittit, aut flatus, & ſub noctem ſic parabis narcoticum; ℞. laricæ, vitello oui, aut iure calido diſſolutæ ℥iij. ſyrup. papauer. ℥j. laudani opiati gut. ij. & iuſculum ſuperbibat, aut in eo diſſoluatur.

Et ſi poſtea datur occaſio purgandi, quæ talis erit, remiſſiori febre & dolore ſedato & ſub aliqua vrinæ coctione, aut colore mutato, à flaua ad ſubflauam, à craſſa ad mediocrem: purgabis ſyrupo Regio ſiliculæ, aut perſico, & confect. hamec ſimplici; aut alio validiori, ſi bilis defectu, inteſtina validioti indigent irritante,

Purgandi occaſio, quando.

tante, vt putgandi munus impleatur, & poſtea ſi phlogoſis non vrget, accipe aquæ vitæ ℥iij. & in ea diſſoluatur camphoræ ʒj. & ad dolentem locum imponatur: ſin minùs omentum vituli aut arietis oleo violarum aut amigdalarum calefactum: ac ius cicerum poſtea parare facies cum radicis petroſelini & ſemine melonis & cucurbitæ, addito ſyrupo de 2. radicibus & parum butyri recentis, quod accipiat, & ſi dolor adhuc magis vrget, ſuper dolentem locum imponatur; ℞. aquæ ſaluiæ ℥ij. aquæ vitæ ℥iß. camphoræ ʒiß. opij torrefacti gut. iij. miſc.

Si à pura bile fiat.

Quod ſi dolor ex pura bile fiat, aut inflammatione, clyſteres & potiones frigidæ ſunt planè deligenda, & ſanguinis miſſio, hyrudines, & cucurbitulæ ad doloris & caliditatis portionem æqualia, & ſi admodum ſitis & dolor vrget, ad aquam niue refrigeratam accedere non dubito, non ſola indicatione qualitatis contrariæ, ſed Galeni conſilio.

12 Meth. 7

Si ad dolorem paralyſis ſequatur, quid agendum.

Quòd ſi iam corporis torpor inſtat, & mentis, & verti ad paralyſim aliqua ſigna ſunt: in retrahentibus deorſum eſt impendenda cura ad originem nempe fluxionis, quæ eſt ſemper ſecurior reuulſio: ſanguine ex talo miſſo, ſanguiſugis ano applicitis, fortibus ligaturis, & omni diuerſionum genere, & interim promiſcuè clyſteribus & catharticis vtimur; ſed balneum quod plerique conſulunt, ſemper erit ſuſpectum, minimè eligendum, poteſt enim humores fundere & ad neruorum principium deducere; nam tantùm locum habet dum dolor intra abdominis membranas perſiſtit, importunè & barbarè, ex decocto herbarum mollientium, bis aut ter, vſque ad humoris acrimonia temperetur, aperiantur pori, & dolor liniatur; ac poſteà illo balneo fuſi & liquati humores ſunt purgandi, antequam irruant ad neruorum principia, leuiori cathartico, & ſi illud vires ferant, balneum repetatur, donec expurgatis humoribus & ſedato dolore, barbarà renitentia ſuperetur.

An balneū in hoc caſu conueniat

Quòd ſi in paralyſim degeneret affectus, vniuerſalibus auxiliis peractis, protut antea diximus, ſpina dorſi ſiue in oſſe ſacro (ſi crura reſoluantur) fiat vnctio ex balſamo Alexandriæ, quod neruos ſingulariter roborat & reſoluit & conterit reliquias impreſſas: modo non fit febris intenſa, aut etiam terebenthinę extracto, aut ſola terebenthina & caſtoreo (quod neruos valde roborat) cum oleo vulpino, lumbricorum, & caſtorei aut iuniperi & caueat diligentet à frigore, quo & humor impingitur, & potorum difflatio præpeditur.

In voluulo etiam, eadem ferè ſunt auxilia proficua, ſed ſuper omnia balneum aquæ tepidæ aut decocti herbarum mollientium, aut flatuum extractio, Hippocratis conſilio, vt dicebamus antea.

Facilè parabilia ad tabem ex vlcere pulmonum præcauendam, & iam factam curandam.

De phtiſi ex aſpera arteria vlceribus & hæmopteo cu eſt hiſtoria 5. Meth. 12. & 13. mulieris Romanæ exẽplo. De tabe propter ſitem qua aqua copioſa epotâ conualuit 7. Meth. 8. 4. de locis 7. & vltimo.

Dimitto lac & balneum, vti auxilia communia, à nemine non tacta: nam alia ſelecta hìc apponere placuit; an ſi fortè vltimam difficultatem ſuperenr, ſed ducta ex arcanis naturæ & ab indicatione ſelectiſſima.

Primò ſuffitus per os excipiatur, & per mulros dies ex fumo ſulphuris, thuris, & ſtoracis, ſaltem bis in die, ſecundò decoctum ſantalorum per interualla ſumat, quod ſic conficitur, ℞. aquæ cichorij & acetoſæ an. lb. iiij. ſantalorum, citrinorum conciſorum, ℥iij. infundatur per diem in vaſe obturato, & ponantur in balneo ferucnti, per tres horas, poſtea refrigerari ſinito, & coletur, de quo accipiat mane ℥iij. per 40. dies; valet enim fluxiones ad pulmonem coërcere & ſiſtere, & ſi ſyrupum ſantalorum magis amet, ſeu tibi magis ex vſu videatur, ſic conficitur; fiat priùs decoctum hordei, iuiubarum, liquiritiæ, & radicis chinæ, vtriuſque ℥ß. ſecundum artem, cuius decocti accipies lb. iiij. cui adde ſantalorum rubrorum ℥iij. alborum ℥j. & infuſis per 24. horas adde ſacchari candi depurati & albi duri an. lb. j. & clarificatis ad ſyrupi conſiſtentiam reducatur, de quo ſingulo mane accipiat ℥iß. cum aqua elenij aut ſarfaræ.

De phtiſi & vſu lactis 5. Meth. 12. & 14. à capitis deſtillatione & ſucco viroſo inſanabile malum dixit Galenus 1. Meth. 14.

In hoc caſu, vt maximum commendatur auxilium, ad lactis chalybeati ℥vj. addere gut. ij. eſſentiæ vitrioli, nam exſiccat vlcera, ſine noxa temperat, & inſtaurat, aut illius loco & pari efficacia gut. iij. olei ligni guaiaci; decoctum lentiſc. in communi potu, aut chinæ, ſolet eſſe auxilium & vinum oligoforum hoc decocto lymphatum & hoc ad plures dies.

De flore ſulphuris

Inter validiſſima deſiccantia hæc vlcera pulmonis, flores ſulphuris à neotericis maximè commendantur, ſub variis auxiliis vſurpatæ, nempe ſaccharo cando exaltatæ, ſiue in pomo, in cuius cauitate imponatur ℈j. floris ſulphuris & obturatur, altero etiam thure repleto, & detur ad comedendum pomum, per decem dies; Vel ℞. ſacchari roſati antiqui, diamarg. frigidi; diapinidij an. ʒj. floris ſulphuris pulueriſatæ ʒj. ſacchari candi & mellis nondum ignem expertis, aquâ roſatâ diſſoluti,

ſoluti, ſatis vt fiat electuarium, de quo accipiat bis in die ad auellanæ quantitatem, ſeu fiant tabellæ cum ſaccharo roſato pinidiato, & paulatim deglutiendo ſumatur ʒß.

De hoc etiam puluere abſque noxa accipiet : ℞. mille folij ʒj. in iure pulli, aut chocolate liquido. Solo decocto ligni guaiaci tabidos ex vlcere pulmonis legimus reſtitutos, dixit Fonſeca; ab Schenquio & Lacuna. & ſi corpus extenuatum relinquitur, poſtea lacte aſinæ inſtauretur & temperetur. Hoc etiam Zacutus tradidit obſeruatum, *libro 2. Hiſt. dubio 22. fol.* 240. omnibus auxiliis ſine fructu tentatis, in conclamato morbo, decocto ligni ſancti, cum medicamentis pectus mundificantibus attemperatam exhibito, & ſudore leuiter prouocato, ægrotum omnino vidi conualuiſſe, febre abolita & vlcere deſiccato, & hoc auxilium vlceribus antiquis, maximè proficuum ſæpius expertus ſum. In hoc etiam miſero morbo vnicum reſtat auxilium, nempe ſacchari roſati ad longum tempus ſumpti, ex Auicennæ & Arabum ſententia, ſeu in tabellis, ſeu in condito, cum ſaccharo cando, & in cauſa calida ſaccharo roſato & lacte, aut capræ, aut mulieris, & pectus hoc vnguento interim foueatur. ℞. gummi tragacãti & Arabici an. ʒi. infundantur in æqua roſarum 24. horis, & adde olei viol. & nenufaris an. ℥ß. butyri recentis ℥ß. & cum lacte mulieris fiat vnguentum.

Et aliquibus habetur pro ſecreto; totam ſpinam inungere, iuncturas & arterias in pedibus & carpis, ſolâ pinguidine viperæ, aut oleo viperino : nam ad tres dies, fluxionem capitis à pulmone diuertit, & ad cutim conuertit.

Flores ſulphuris, ſi illis vti placet, ſic à Chymicis parantur; accipiantur æquales portiones ſulphuris & vitrioli per triplicem ſublimationem rectificati & ſacchari candi æqualiter, & omnia ſimul ſublimentur vſque ad in puluerem redigantur, & de hac miſceantur ſyrupis decoctis, aut conditis, ad intentionem artificis, & tabidis, empyecis, aſthmaticis antiquis & pulmonis & pectoris tuberculo.

Floris ſulphuris præparatio.

Cardanus ſolo vitæ regimine multos phtiſicos ſe curaſſe teſtatur, ſi non vtantur alio alimento, quàm hordeato iuſculo carnis confecto, & ſi ſingulis diebus accipiat, decoctum caudarum & brachiorum cancrorum fluuialium.

Sed Arcæus teſtatur, Fracaſtoreus & Eraſtus, ſe multos phtiſicos curaſſe, longo vſu decocti vini ſancti per longum tempus continuato, cum inde alimenta illa qualitate inſignita, validum pariant deſiccationem vlceribus antiquis, puluis Valeſij de Tharanta ab omnibus etiam commendatur.

Illud vltimò aduertere conſultiſſimum duximus, in lactis & balnei vſu, ab omnibus abſque vllo diſcrimine commendatis promiſcuè, quòd præſenti catharro, non conueniunt, neque quando putrida febris præualet ſuper hecticam : nec tandem quando pulmo & corpus vniuerſum multis ſcatet excrementis.

De Cholera morbo.

A Bile fieri eſt communis ſententia & ab acri & ſeroſo humore, nos tamen facilè aſſentimur, à ſanguine bilioſo concitari, vt in nobili Hiſpalenſi obſeruauimus: nam poteſt pari acrimonia expellentem concitare, & à iecore aut à toto corpore ad ventriculum confluere, & in hanc ſententiam video inclinare Fonſecam in quadam obſeruatione, & in hoc caſu, ſanguinem ex brachio mittere nobis videtur potiſſimum auxilium : nam per ſe vacuat & ex euentu temperat, poſtea clyſteribus & vomitoriis attemperantibus vtendum, recta nos docet indicatio : & poſt vomitum, primo exacto impetu, his pillulis vteris, quæ non tantùm in hoc caſu tibi erunt ex vſu, ſed etiam in pertinaci vomitu; ℞. ſeminis papaueris albi, hioſchiami, an. ʒj. opipj præparati. croci orientalis, & caſtorei veri, an. ℈j. fumachiorum, acaciæ, berberis, ſpodij, an. ʒj. ſucci glytiricæ ʒij. & cum ſucco cidoneorum & granatorum acidorum fiant pillulæ & dentur ad ʒß. nam accidentia illa moderantur & ſomnum conciliant : adhuc etiam conſulas oro noſtram Illuſtrationem *de Opij qualitate & vſu*, vbi ſelectiſſima huic argumento, inueniuntur.

An à ſanguine bilioſo cholera concitetur, & an ſang. miſſio conueniat.

Ad hoc etiam curcumâ vtitur Bontius, & illo ſe vt ad ſacram anchoram confugere teſtatur, quod conficitur ex opio & croco Indico in fermè deſperatis ex colera, dyſenteria & phrenitide.

Curcumâ præparati.

Aliis non proficientibus auxiliis, dixit Zacutus, *Obſeru. 16. & 17.* cryſtallo præparato ego vtor, ſeu in aqua plantaginis: ſeu vnguentis permixto, ſeu iure auis propinato, vel rhodo ſaccharo inſperſo : interdum mihi profuit cucurbitula magna ſuper ventriculi regionem impoſita, non ſemel, ſed ſæpiùs, & in extrema deſperatione vſtio in vtroque humero celebrata mihi profuit, cuius vi diſtracta natura à fluxu ceſſauit, & in conclamato fluxu optimum fuiſſe auxilium vſus docuit, & interim vtatur ſyrupo de meſpilis viridibus

bus & de omphaceo, & lac vſtulatum, ſæpiùs exhibitum, valde etiam profuiſſe expertus ſum.

In hoc tamen caſu, ſunt aliquæ impónendæ leges: prima, vt illa vacuatio quantumuis videatur profuſa, permittatur paululum; ne dum praui & corrupti humores ad venas grauiori periculo retrocedant; ſecunda, vt adiuuetur leuiter vomitum próuocantibus, vt iure pulli cum ſyrupo acetoſo, aut decocto tamarindorum cum ſyrupo de acido citri, & ſimilibus & vt clyſteres nón ſint valde frequentes, ſed lenientes & attemperantes ex iure, lacte, óleó violarum & roſarum, & butyró recenti, & tertio, vt narcotica prúdentiâ etiam imperentur, vt theriaca recens ad ʒj. in ſucco roſarum aut granatórum: nam illas euacuationes vel in mómentó cohibet. Vel ℞. ſucci granatórum ℥ij. laudani opiati, gút. ilij. emulſionis ſeminis pſyllij & cidoneótum an. ʒij. theriacæ recentis ℈j. miſc.

Ad Ictericas affectiones & ſterilitatem, & quibus auxiliis vtrique medeatur.

OMnes morbi ex vtero, dixit Hippocrates, & Aretæus 2. *diuturnarum paſſionum* 11. vterus ad partum & conceptum maximè confert, verumtamen eſt quoddam aſylum omnium malorúm.

Differentia ictericæ affectionis à menſtruo retento, aut à ſemine & vtriuſque accidentia, 6. *de locis* 5.

Præter illa quæ in noſtro Medico tribunali, icterico dicauimus affectui, alia poſtea ſub manum venere digna, vt illa etiam in promptu habeamus; eſt enim in illo tam confuſa varietas, vt quotidie noua repullulent, & noua exerantur auxilia: quare *vbi præualent flatus & frigida vteri intemperies*, vt crudi ſucci perenniter in illó cumulentur: ſi vterum roborare & frigidos concoquere humores ſit conſilium, hóc ſyrupo cum fructu vti licet: non tantum in cautione actuali, ſed præſeruatione. ℞. origani, mercurialis, betonicæ, ſaluiæ, ceterac: an. m. j. meliſſæ, artemiſiæ, paſſularum, caricarum, an. p. ß. aloës hepatici ℥ij. ſacchari rubri ℥vj. vini albi & aquæ meliſſæ an. ℔. ij. coquantur ad medias, ſiue ad ſyrupi conſiſtentiam & in fine adde eſſentiæ ſuccini gut. iiij. eſſentiæ aniſi & roris-marini, an. gut. ij. & fiat ſyrupus & ſumatur mane ℥iij. cum aqua artemiſiæ.

Vel ℞. aquæ vitæ ex optimó vino diſtillatæ, ℔. ij. infunde cinamomi, cariophyllorum, aniſi, ſeminis fœniculi, calami aromatici, an. ʒß. perſiſtant in infuſione per tres dies, deinde colaturæ adde ſacchari albi quod ſat ſit, vt fiat ſyrupus & capiat ℥j. mane.

Si verò per periodos acceſſio recurrat, poſt huius aut illius ſyrupi vſum his pillulis vtatur, nam & tetros & malignos diſcutiunt vapores, & rebelles vteri obſtructiones reſerant; ℞. hieræ ſimplicis ʒi pulu. mechoácanis & rhábarbari ʒiß. turbid. ℈j. tartari vini albi ʒß. zinziberis ℈j. mirrhæ & caſtorei an. ℈ß. ſeminis viticis, dauci, an. ℈j. diagridij præparati ℈ß. eſſentiæ ſuccini gut. iiij. & cum ſyrupo de artemiſia fiat maſſa, de qua detúr ʒß. ſingulis 4. diebus, ſeu ſemel in hebdomada.

De icterica affectione ex ſemine retento, & conuulſione unde orta eſt Galeni hiſtoria 6. de locis 1.

Sed tam barbara nos ſolet, vrgere affectus pertinácia, & ſæui accidentis recurſus, vt à nobis petat quæ poſſumus & quæ non póſſumus, & compellat, ſemper in prómptu habere auxilia, quibus obſiſtere poſſimus, quare ad conterendas reliquias, quæ ex intemperie, & vteri impuritate quotidie repullulant, hoc etiam vti conſulo, ſemel in die, ſummo mane; ℞. decocti angelicæ ℥iij. eſſentiæ ſuccini gut. iij. aniſi gut. ij. miſc. De hoc etiam vino in prandio & cœna vti licet; ℞. radicis valerianæ, mei an. ʒiiij. imperatoriæ, angelicæ an. ʒiij. ligni aloës ʒi. meliſſæ, maioranæ, artemiſiæ, thimi an. ʒiß. abſynthij ʒiiij. florum roris marini, pæoniæ, lauendulæ, an. ʒi. cimini, aniſi, cinamomi, an. ℈j. ſeminis pæoniæ, fœniculi, baccharum lauri, & iuniperi, an. ℥ß. infundantur in ℔. xij. vini, & leui ebullitione colentur, & de hoc vino bibat in prandio & cœna, & ſi dolor vrget, in regione vteri, bombici miſceantur gut. iiij. eſſentiæ ſuccini, & vmbilico apponantur; poſtea verò accipiat per os mithridati ʒi. vini albi ℥iij. miſc.

Hoc ſolo peſſario, dixit Zacutus *Obſer.* 94. ictericam excitaſſe à ſemine retento & illud prouocaſſe: ℞. ciclaminis; cæpæ & aliorúm an. ʒii. conquaſſentur & felle taurino excipiantur, & fiat peſſarium, cum melle, aut in ſacculo.

Et ſi poſtea vterùm repurgare ſit conſilium, fiat nodulus ex ℥ß. foliorum ſenæ, agarici trochis, & rhabarbari an. ʒi. tartari ʒi. limaturæ chalybis ʒii. & infundantur in ℥vi. prædicti vini & mane propinetur per vices, prout reperit accidens, aut hoc aut illo auxilio demollitur.

Et de hoc puluere (peractâ ciborum coctione) veſpere cochleare accipiat & parùm prædicti vini ſuperbibat. ℞. ſpecierum aromatici roſati, diagalangæ, an. ʒß. diarmargarit. frigidi, & cinamomi an. ʒi. maioranæ, ſeminis fœniculi, nucis muſcatæ

ſcatæ an. ℈i. ſacchari roſari tabulati, ad pondus omnium, & ad nares applicetur oleum de ſuccino, aut roris-marini.

Cordi epithima.

Et ſi melancholia hypochondriaca complicetur, vti ſolet, cordi palpitanti hoc applicetur epithima. ℞. aquarum ſcabioſæ, meliſſæ, naphæ, bugloſſæ an. ℥iiij. ſucci pomorum redolentium ℥ij. vini albi ℥i. ſucci limonum ℥ß. diamar. trig. ʒj. diamuſci ℈j. & in ſerico applicetur.

Ad pulſationem hypochondrij.

Et ſi pulſatio hypochondriis notabiliter vexat, fotum per ſpongiam calidum applicetur; ℞. ciperi, ſquinanti, galangæ, maioranæ abſynthij, ſpicæ celticæ, an. ʒiij. florum roſarum, roris marini an. ʒij. ſeminis fæniculi, carui, foliorum filicis, & leuiſtici an. ʒi. cariophyllorum, nucis muſcatæ, an. ʒß. coquantur in vino & aqua naphæ & foueatur ventris regio vbi pulſant arteriæ.

Sed ad hoc maximè valet clyſter, & carminans & purgans, vt lege vicinitatis educat quod circa vteri regionem continetur; vt ℞. radicis althcæ, liliorum, an. ℥ij betonicæ, maioranæ, matricariæ, artemiſiæ, an. m. j. florum ſtecados, lauendulæ, bugloſſæ, boraginis an. p. j. ſeminis carui, furfuris, an. p. ß. hæc cum capite veruecis decoquantur, ad vltimam coctionem & ℔. ß. huius decocti adde benedictæ & hieræ picræ an. ℥ß. olei rutæ ℥ij. mellis antoſati ℥j. ſalis gemmæ ʒß. & fiat clyſter, quod per interualla etiam repetatur & ſi placet addatur lariſcæ vitello oui diſſolutæ, ʒij. ſucci betæ ℥j. caſtorei ℈j. & ſi dolor vrget, adde philonij ʒß. quod ſi his adhuc pulſatio non cedit, *cucurbitulam magnam* illi ventris regioni applicabis, vbi pulſant arteriæ; iuxta aut ſuprà vmbilicum, & poſtea ſuper illam met partem hoc in forma emplaſtica: ℞. theriacæ magnæ ʒij. pulueres radicis pæoniæ & cimini an. ʒi. ſucci meliſſæ & pomorum dulcium an. ℥j. pulueres maioranæ, meliſſæ, baccharum lauri, an. ℈j. miſc. & incotporentur; poſtea vt continuò ſerat hoc emplaſtrum. ℞. galbani, tacamacæ, ſtiracis liquidæ, an. ʒj. theriacæ ʒß. galiæ muſcatæ ℈ß. pulueres cariophyl. ʒß. & cum oleo nardino liquefiant & fiat emplaſtrum pro matrice mirabile & ſingulis 4. diebus renouetur, dum puluere vtitur ſupra dicto, & ſi placet ad hoc etiam hoc condito vtatur: loco pulueris. ℞. condit. roſarum & de cortice citri & maioranæ an ℥j. mithridati ʒß. aromatici roſati ʒj. radicis chinæ & ligni aloës an. ʒß. & cum ſyrupo de cortice citri fiat conditum de quo ʒj. accipiat cum vino ſupra dicto.

Cucurbitula magna commendatur.

Emplaſtrũ pro matrice mirabile.

Et circa tempus menſium, pedes in hoc vino calido imponat, & ſuffitum accipiat contecto corpore. ℞. radicis ireos, rubeæ, liliorum, an. ℥ij. artemiſiæ, nepetæ, matricariæ, meliſſæ, an. m. j. ſeminis ſiceleos p. ß. florum camomillæ, anthos, baccharum lauri & iuniperi an. p. j. miſc. pro decocto.

Ad menſes prouocandos.

Et ſi menſes non pro ratione procedant, hoc potu naturæ defectus adiuuetur. ℞. ſyrupi de artemiſia ℥iß. aquarum pulegij, artemiſiæ, m. ℥iß. aquæ cinamonio ʒiij. eſſentiæ ſuccini gut. ij. miſc. ſin minus fiat infuſio quæ ſuper ſyrupum propinetur. ℞. florum borag meliſſæ. artemiſiæ an. ℥ij. infundantur in vino, & detur calida.

Quod ſi neque his cedat, extremum eſt tentandum auxilium, vt ℞. trociſchorum de mirrha ʒß. ſeminis cimini ℈ß. aquæ artemiſiæ ℥iij. eſſentiæ ſuccini gut. ij. & propinetur calidum ſemel aut bis pro neceſſitate.

Peſſaria vterina ad vteri mũdificationẽ.

Et ſi vterum ab ſpurcitia expurgare conueniat, vel fiat ſacculus ex hoc puluere qui vteri ſinui indatur, vel peſſaria, etiam vterina: vt ℞. foliorum meliſſæ, maioranæ, an. ʒij. cariophyllorum, macis, an. ʒß. piperis longi, croci an. ℈j. lapidis gagatis ʒj. ſalis nitri ℈j. aliptæ muſcatæ ʒß. aut cum ſucco mercurialis & melle fiant peſſaria.

Hoc etiam conſequuntur iſtæ pillulæ. ℞. caſtorei ℈i. aſſæ fætidę, mirrhę, galbani, ſagapeni an. ℈ß. mellis ſquilitici quod ſat vt fiant pillulę paruę, &. dentur.

Balnea ſulphurea cõmendantur in hoc caſu & peſſaria.

Quòd ſi tandem ita perſiſteret affectus, vt tam probatis auxiliis non cederet, ad balnea naturalia ſulphurea ęgrotam perducere non diſplicet, vt ſudore & ſulphuris qualitate aterantur reliquię ſi antea non placet experiri balneum prędictarum herbarum, ſaltem per quinque dies; ſed à balnei egreſſu hoc vtatur peſſario vterino. ℞. radicis aſari, agarici, an. ʒß. mirrhę, foliorum rutę ſiccę, maioranę, an. ʒi. matricarię. ſeminis pęonię, an. ʒß. galię muſcatę ℈ii. contundantur & excipiantur melle anthoſaro, & cum felle porci fiant duo peſſaria filo appenſa: vel ℞. triphera magnę, ſine opio ſpecierum, benedictę, agarici, craſſo modo triti, an. ℥ß. ſeminis nigellę, bombycis, ʒii. & cum ſucco mercurialis fiat poſta, qua duo ſacculi impleantur, & in vteri ſinum indantur.

De ſterilitate complicata ictericia.

Ad fluxum album & immodicũ.

Si verò ictertca accidentia ſterilitatis cauſa iudicentur, auxilia quę vtrumque reſpiciant ſunt imperanda: ideo expurgato corpore, & expeditis viis, quę feruntur, à meſentero ad vterum; ſi adſit menſtruorum fluxus immodicus, ſeu albus, ſeu ſanguinis impuri, mille modis ſędati, hic bolus imperetur; ℞. mithridati ʒi.

raſurę

raſuræ eboris ℈ß. moſchi gut. ij. & huius ʒß. propinetur in vino adſtringenti, & poſtea peſſariis vterinis vti licet, quæ non tantùm expurgent, vteri fæculentiam, ſed vterum & illius facultates roborent: quod conſequitur, ſi ſucco mercurialis addatur mithridatum & puluis maſtichis, moſchi, & ambaris an. gut. iiij.

Peſſaria roborantia vteri.

Poſtea inciſſionem parare oportet, qua roboretur vterus & intemperies illius corrigatur; vt ℞. abſynthij, matricariæ, meliſſæ, origani, nepetæ, & ſantali rubri, an. m.ß. ſulphuris & ſuccini contuſi an. ℥iß. aquæ extinctionis ferri & fluuialis, quod ſat ſit, vt per horæ dimidium fiat inſeſſus, poſtea matricis regionem inungere oportet hoc lenimento: ℞. olei liliorum ℥i. ſpicæ, ℥ß. moſchelini & Matthioli an. ʒii. axungiæ anſeris, ℥ß. caſtorei ℈ß. balſami ʒi. moſchi & ambaris an. gut. iij. ceræ parum & fiat lenimentum.

Auxilium concipiendo aptum.

Et poſt hæc auxilia concipiendo aptiſſima, imperabis in nocte qua cohabitare eſt intentio. ℞. conſeruæ radicum ſatyrionis, eringij, corticum citri, an. ℥iß. conſeruæ anthos, zinziberis conditi, an. ℥i. pineorum mundatorum ℥ß. ſeminis fraxini ʒii. ſeminis ſiceleos ʒß. galangæ, nucis muſcatæ, cinamomi, an. ʒß. diamuſci, diagalangæ, an. ℈ii. raſuræ eboris, cineris priapi tauri; vel matricis cerui, & coaguli leporis an. ʒß. & cum ſyrupo de cortice citri fiat electuarium; de quo accipiat ʒii. cum vino generoſo, ſeu poculo etiam chocolatis electi. & inter hoc & illud auxilium, inciſionem repetat, & ad vteri deſiccationem comparandam, & facultatem illius roborandam. & per ſex aut ſeptem noctes hunc ſuffitum accipiat ad vterum: ℞. belſoini, ſtoracis. an. ʒiij. galiæ muſcatæ, ʒii. balſami, labdani, maſtichis an. ʒi. nucis muſcatæ, cariophyllorum an. ʒß. moſchi ℈ß. ſacchari ℥i. excipiantur in gummi tragacanti aquà roſarum diſſoluti, quibus adde ligni aloës, ſantali, citrini, aliptæ muſcatæ, an. ℈ß. & fiant trociſchi pro fumo; ac poſtea ſingulis noctibus cubitum itura hoc peſſarium geſtet, quod roborat, & vteri humiditatem abſorbet: ℞. maſtichis ʒiij. nucis cupreſſi ʒii. foliorum meliſſæ ʒi. cariophyllorum ʒiß. ſpicæ nardi ʒß. raſuræ eboris ʒi. moſchi & ambræ an. gut. iij. ſtoracis liquidi ʒi. eſſentiæ ſuccini gut. iij. & cum vitellis ouorum & terebenthina abiectis, fiat peſſarium filo appenſum, & imponatur, & hoc emplaſtrum ad os ſacrum imponat, & partem aliam ad vmbilicum. ℞. radicis biſtortæ, ſeminis coriandri an. ʒii. nucum cupreſſi, ſant. rub. hypociſtidis an. ʒi. labdani, maſtichis an ʒß. thuris, bdellij an. ʒii. corall.

Suffitus corroborãs vterum.

ſuccini, an. ʒi. puluериſentur & excipiantur oleo maſtichis, & cum cera & terebenthina fiat emplaſtrum & has tabellas ſingulo mane capiat: ℞. ſeminis coriandri præparat. ʒii. radicis biſtortæ, raſuræ eboris, corall. rubri an. ʒi. ſuccini, cryſtalli præpar. an. ʒi. cocci infectorum ℈ß. ſacchari aquâ roſarum diſſol. ℥iiij. & fiant tabellę ad ʒi.

Et ſi cum fluxu albo continuo aut interpolato hoc & illud complicetur, purgato corpore, hoc vnguento os ſacrum & ventris regio leniatur: ℞. olei moſchilini ℥iß. olei cheirini ℥i. pulueres diamuſchi, diambræ, an. ʒß. ſtoracis liquidi ʒi. ziberi ℈ß. ceræ parum, & hoc in hora ſomni. & poſtea in ſequenti nocte vtatur inſeſſu ſupradicto, additâ ſabinâ, radice rubeæ, foliis quercûs & nuce cupreſſi: ac poſtea in ſella perforata fumum accipiat ex prædicto paſtillo, aut illis in puluerem redactis, & prædicto peſſario ad cubitum itura.

Quòd ſi de conceptione aliqua ſigna comparere incipiant, de hoc emplaſtro ante & retrò ℥i. geſtet alligatum. ℞. emplaſtri de pelle arietina & pro matrice an. ℥ß. balſami & labdani puri an. ʒi. & miſceantur; vel ℞. hypociſtidis, acaciæ, an. ℥ß. ſantali, citrini ʒß. ſtoracis, belſoini, balſami, an. ʒi. trociſchorum de galia muſcata, ℈ß. & malaxentur cum oleo cheirino & maſtichis & fiat emplaſtrum.

Ad retinendum fœtũ poſt conceptionem.

Inter tam varia auxilia, nihil de ſanguinis miſſione diximus in ictericis, quoniam ad finem reſeruauimus difficilem quæſtionem, an ictericis actualiter ſuffocatis & aphonis, in acceſſione ſanguinem mittere conueniat, & eſt ſatis nobilis difficultas: nam ſi in acceſſionibus febrium (vbi non tantùm periculum impendet) conſulat Hippocrates à ſanguinis miſſione abſtinendum; quis poterit dubitare, quòd in ictericis etiam abſtinere conueniat? nihilominus tamen video viros doctos, qui pariter in hac re aſſentiuntur, & diſſentiunt alij; vidit hanc difficultatem Varandæus & abſolutè negat poſſe vires ſanguinis miſſioni ſufficere, & accidenti occurrere: quem ſequitur Senertus & æqualiter doctus, & è contra Mercatus longâ experientiâ poſſe hoc auxilium in ipſa acceſſione auxilio eſſe, teſtatur, ſi à ſanguinis menſtrui copia hoc accidens foueatur: quod idem Caſtro, de morbis mulierum ſub eadem conditione tenet, Philippus Hocherius hiſtoriam narrat Monialis, quæ biduò aphona & conuulſa, poſt duas horas à venæ ſectione, fari cœpit, comedere & bibere, & quod inde conualuit, nec ab hac ſententia video alienum Riberium

An ictericis ſanguinẽ mittere conueniat.

berium, Monſpelienſem in Praxi. qui etiam poſſe exerceri contendit. *Tel. 305.*

Nos tamen affectus eſſentia & cauſis cum torno & cothurno libratis, iudicamus, quòd ſi ictertca affectio ex auro venenoſa producitur, aut ægrotis valde refrigeratis, in extrema viuifici caloris inopia, aut diſtendenti flatu, quod nullo modo eſt illa aggredienda temeritas: quia iam deſinit rationalis eſſe, quantumuis ſit in extremo periculo periclitandum: non eſt enim ſanguinis miſſio, neque veneni, neque flatus auxilium, nec in hoc caſu eſt vlla plenitudo à qua ſumatur illa vacuandi indicatio: ſi verò icterica ſuffocatio à menſium retentione accidat, valida, plena, & robuſta muliere; ſeu aliter præſumitur, à ſanguinis abundantia ſuffocari, vteri & venarum conſortio conſtantiſſimè iudico poſſe in illa ſanguinem ex talo detrahere, aut hyrudines ano adaptare, maximè vbi magna circa vterum aut ex meſaroëo præſumitur.

Hæc deciſio non tantùm eſt ad artis principia, & præcepta, ſed ad Hippocratis & Galeni mentem: non eſt enim maior ratio, quare in ſyncope ex venarum interceptione, venam incindere præcipiat, quàm ictericis omnino ſuffocatis ſub illa conditione ex hypotheſi; hæc ſunt *4. acut. 23. & 24.* verba Hippocratis. ***Quod autem quis repente obmuteſcat, id venarum interceptiones occluſioneſque faciunt; venam igitur brachij dextri externam ſecare oportet***, vti reddit rationem Galenus, quæ magis noſtram opinionem roborat. ***Quia venis oppletis, virtutem grauari eſt neceſſe, atque in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ ob copiam ſuffocationis quidpiam ſimile patitur***: quantumuis frigidi ex ſyncope reddantur; ſi ergo in ictericis eadem cauſa obſeruatur, idem accidens & ſimile extinctionis periculum natiui caloris, nulli dubium erit, poſſe ſanguinis miſſionem exercere, in hæc præciſione.

An vinū ictericis concedendum. An vinum debeat in acceſſione ictericis concedi, etiam plerique dubitarunt: nam quando Hippocrates *lib. 1. de morb. mul.* concedendum exiſtimat Auiceña, omnino denegandum reclamat: ſolutio tamen erit huius dubij. Hippocratem ad vires attendiſſe, vbi ita ſunt lapſæ, vt ſit omnino prima vitalis indicatio, ſyncopis aut extinctionis periculo: Auiceña verò, cauſæ ratione denegaſſe: nam dum funditur & liquatur, vini calore grauiori periculo, ad vterum defertur, & illo vapores ad cor facilè eleuantur, & ad cerebrum, quo etiam ſuffocantur faciliùs & de apoplexia periclitantur magis, exitu ſpiritibus omninò denegato.

At verò ad excitandam fæminam à ſuffocatione, Solenander concedit in aqua naphæ grana 13. moſchi; quod mihi ſanè non placet: nam ſi benè olentia vtero admouemus, vt tetros & malignos vapores extorqueant deorſum, & illos à corde & cerebro retrahant, per os data contrarios effectus inducere par eſt; quare (loco moſchi) nos in ℥iiij. aquæ ceraſorum, aut naphæ gut. iiij. extracti de ſuccino propinare mandamus; nam & diſſipat vapores & ſpecifice ictericis medetur. *Quibus fæmina excitanda.* *Extractum de ſuccino ſpecificè ictericis medetur.*

Hoc tamen auxilio potiùs excitantur: ℞. granorum ſambuci p. ij. exſiccentur in vmbra, & ponantur in phiala colli oblongi, & ſuper illa infundatur aquæ vitæ ℔. iß. ſpiritus vitrioli gut. xij. & vaſe obturato, per ſex dies maneat in balneo calido, ac poſtea per inclinationem ſepara, & de hoc dabis cochleare in acceſſione & excitabitur.

Et quia in paroxiſmo ex impio conſenſu, maximè cor & cerebrū patitur, illorū potior nos cura ſollicitat, quare cordi eſt in ſerico rubro hæc imponenda mixtio: ℞. aquæ naphæ, meliſſæ, àn. ℥ij vini ℥iij. therlacæ magnæ ʒj. eſſentiæ roris-marini gut. ij. & raſo capiti imponantur, quæ à ſopore liberant; Chymici ſalis vitrioli ℈ß. in aqua meliſſæ tribuunt, & cum fructu: illud tamen auxilium ſuſpitione non caret: nam dum agitat & commouet humores in ſentina incluſos, hos ad cerebrum eleuat, & poterit apoplexiam, aut epileptiam concitare, vt nos interdum obſeruauimus. *Cordis & cerebri auxilia.*

Et ſi alicui vacuationi datur locus, poſtea ſunt hæc membra principalia roboranda, hoc condito: ℞. moſchi gut. vj. belſoini ʒß. theriacæ magnæ ℈j. ſacchari ʒij. & fiant pillulæ mane & noctu tribuendæ, & ſi aqua theriacalis inuenitur, cochleare accipiat per vices, ad reliquias in vteri vaſis conterendas, & ad hoc, hoc mirabile emplaſtrum maximè valet: ℞. gummi tacamacæ, caragnæ, an. ʒij. alipſæ, muſcatæ, ſeminis agni caſti an. ʒiß. ſantal. omnium ʒß. terebenthinæ & labdani quod ſat ſit ad emplaſtrum & imponatur vmbilico & ad os ſacrum. *Emplaſtrū pro matrice ſelectum.*

Et ſi tandem corruptas in vtero materias diſcutere non valeas, ad ſudorifera deuenire prudens erit conſilium: ex ligno ſaſſafras, guaiaco & china, cum ſemine fæniculi, rutæ, matricariæ & aniſi, miſcendo de hoc aut illo magis, pro anni tempore, & ægrotæ temperie ad artis magiſterium. *Sudores in hoc caſu prouocādi.*

Ad Hydropem.

AD hydropē (ſi quo in alio) aliqua debemus habere ſemper ad manū parata. Tres hydropis ſpecies obſeruarunt antiqui & nec illi, neque recentiores, ad vmbilicum veram curationem pertulerunt. O vtinam ex hoc affectu, *Non ita frequenter mixta ſenum ac iuuenum denſentur funera!* vt loquitur Poëta: quia quando ſeſe profert, hæc aut illa ſpecies iamiam in habitum contracta (veluti fera rabie) nullo valet ſuperari auxilio, niſi raro, & auxilia, quibus hæc aut illa ſuperatur, potius fortunæ, quàm artis auxilia videntur.

Alui profluuiū quibus proſit.

Nihilominus, ſi ad mentem Hippocratis recurrimus, *alui profluuium hydropem ſanare dixit*, ſed qua in ſpecie, & quo morbi ſtatu, non dixit: nobis enim videtur, quòd antequam habitus altas iecit radices, & in leuiori ἀνασάρκα aut Aſcitis principio, illud accidat, non alia de cauſa, quàm quia ſeroſitas, quæ erat in ventre colligenda, inter omentum & meſentereum per ventrem vacuatur, per venas meſetaicas, quæ in ipſo meſenterco implantantur & ad inteſtininorum cauitatem terminantur; ideo à principio ad Præceptoris imitationem, debemus vti pillulis de hiera, agarico, cartamo, & rheo, quibus illa indicatio adimpletur: quod vnius tabellæ vſu ea ſolo diacartamo, aſcitem ſe curaſſe teſtatur Carolus Piſo, aquâ iam in abdomine ſtagnante per aluum, affatim redditâ. & licet in aliis auxiliis exigua ſpes ſit, aliqua proponere libuit, in quibus elucet aliqua rationis ſcintilla: vti in hoc exemplo.

Pillulæ in hoc caſu.

℞. Specierum aromatici roſati, diarrhodom & dialacæ an. ʒj. corticum zinziberis conditi. ℥ß. eſſentiæ ſulphuris, gut. ij. & cum ſaccharo aquâ ſaluiæ diſſoluto, fiant tabellæ ad ʒj. & ſi placet addatur, diacurcumæ ʒß. & deſuper vini hauſtulum imperetur, & per 15. dies, præcedente aliqua euacuatione, ex diacartami tabellis & vt, aquæ proſequatur eductio, hæc imperetur potio: ℞. ſucci iridis & ſambuci, ān. ʒj. ſyrupi abſynthij ℥j. aquæ meliſſæ ℥ij. aquæ cinamomi ℥ß. miſc. & diebus interpolatis ſumat.

Ad aquæ eductionem post medicamenta purgantia.

Vel ℞. tria ſantali cum rheo, diarrhodon, cornu cerui vſti, ſeminis melonis, agrimoniæ ſiccæ, an. ʒj. & cum ſucco agrimoniæ fiant pillulæ & 4. ſumantur ſemel in hebdomada, additis pulueribus ſpicæ nardi & lumbricorum in vmbra ſiccatorum; ſeu de trociſchis de eupatoria, capparorum & de rhabarbato an. ʒß. in aqua graminis aut agrimoniæ; hic etiam potus maximè commendatur; ℞. baccharum iuniperi contuſarum m. iij. coquantur in decocto hordei & agrimoniæ ℔. vj. ad conſumptionem tertiæ partis, & de hoc dabis ℥iiij. cum gut. ij. eſſentiæ vitrioli: vinum floribus ebuli & ſambuci decoctum, proderit in communi vſu.

Hydragogum minus Fernelij maximè commendatur, & illius defectu hoc auxilium: ℞. ſucci roſarum pallidarum ℔. ß. ſacchari albi & mellis an. ℔. ß. coquantur ad deſpumationem, & in fine adde ſucci ebuli ℔. j. praſſij exſiccati, ſeminis fæniculi an. ʒij. granorum ebuli & ſambuci an. ʒij. cinamomi ʒij. maceris, galangæ. an. ʒiiij. coquantur lento igne ad mellis ſpiſſitudinem, & addatur ſucci radicis iridis ℥ß. eſſenriæ ſulphuris gut. iiij. & detur ℥ß. in aqua aut decocto paſſularum.

Hoc etiam Chymici commendarunt. ℞: ſeminis ebuli probè contriti ℥iij. tartari acidi in porphyrite leuigati. ℥j. conditi roſarum recentis ℥xij. eſſentiæ cinamomi gut. vj. & ſumatur ℥ß. in vino aut in iure & poteſt addi in gallicis mercurij vitę, vſque ad. gut. iiij. & tandem potus & balnea aquę ſuphureę maximè prodeſſe nouimus, ſi continuetur ad 20. dies. *Balneo ſulphurea & potus huius aquæ.*

Non tantùm in hoc caſu poſt aqua educenda; ſed inter vnū & alterum auxiliū viſcera roborāda, vt excrementorum prouētus præpediatur, quod hoc vino cōſequitur; ℞. radicis galangę, ciperi, an. ℥ß. abſynthij, maiorang, an. ℥j. ſpicę celticę, ʒij. florum roris marini, ſaluię, roſarum, bugloſſę an. ʒij. fęniculi. ʒiij. rhabarbari ʒß. mirobolani, citrini ℥ß. conquaſſata infundantur in vino, ℔. iij. & coletur, & de hoc ſumat ℥ij. mane & ſerò. *Quibus viſcera roboranda.*

Et interim ventriculi & hepatis regionem hoc vnguento inunges. ℞. olei nardini, amigdalarum amararum an. ℥ß. Matthioli ℥ß. ſucci opij & aceti albi an. ℥ß. ſucci ſambuci ʒj. ferueant ad ſuccorum conſumptionem & in fine adde radicis aſari, ſpicæ, ſantal. an ʒß. ceræ ſatis ad vnguentum, & ſi pedes iam tument, ſedeat in balneo & vapore herbarum calidarum, vt ebuli, ſambuci, verbaſci, camomillæ; Vel ℞. vnguenti de artanita, aragon, & maciaton an. ℥j. olei ſpicæ, abſynthij, capparorum, an. ℥ß. farinæ lupinorum & orobi an. ʒiij. ſucci cucumeris aſinini, brioniæ, an. ʒi. ſulphuris, & colocyntidis an. ʒi. ſalis torrefacti ʒiß. aquæ vitæ ℥ß. & ad ignem fiat vnguentum.

Detur etiam in tumente ventre & cruribus raſuræ cornu cerui ʒß. in aqua agrimoniæ, aut iuſculo radicibus parato & per 15. dies.

Sed ad obſtructiones reſerandas hæ ſunt efficaciſſimæ pillulę. ℞. gummi ammoniaci aceto ſquillitico diſſoluti ʒiß. gummi laccę, ʒß. cineris ventriculi gallinę ℈i. hepatis lupi pręparati, ℈ii. trocis de rhabarbaro ʒi. reſinę lariſcę, ſatis ad pillulas, & ſumat ʒi. & ſuperbibat vini ℥ii. vel de aqua florum ſambuci, iridis, aut gentianę. Vel fiat ſyrupus ex ſucco iridis & infuſione rhabarbari cum ſaccharo in aqua agrimonię diſſoluto, & in potu, communi ſit aqua de ſaſſafras. additâ radice iridis; clyſteria carminātia erunt maximi vſus, additis radicibus iridis, ebuli, & ſambuci, & ventris regio ſuper vmbilicum orbiculariter hoc emplaſtro muniatur. ℞. emplaſtri de artanita. de baccis lauri an. ℥ii. ſtercoris caprini ℥iii. ſeminis cimini ℥ß. malaxentur, cum oleo nardino & fiat emplaſtrum, & rob. de ſambuco & de ebulo an. ℥ß. ſumpto in vino, maximè aquas educit à ventre, & ſic vtrumque paratar. ℞. ſucci huius aut illius ℔. ß. ſacchari ℥iiii. & ad ignem inſpiſſatur: ac illi miſcetur gut. iii. ſpiritus iuniperi: nam ſudor ex illis prouocatur; paracentis in ventre aut ſcroto, eſt anceps, & lubricum auxilium; nam ſemper gangręnę periculo laborat.

De paracenteſi in ventre, aut inſtituto.

Illud etiam vt maximi momenti ponderandum duxi in curatione huius magni affectus, frequentiùs roborantia & aperientia vſurpanda, quàm purgantia, & certè melioris ſunt & artis & fortunę illa, quàm hęc auxilia: quia cùm hydrops ex ſumma imbecillitate producatur: iam calida iam frigida, hanc magis augent purgantia, & ad extremè lapſam perducunt, quàm aperientia & roborantia: nos enim docuit experientia, euacuationem in hoc morbo, quę fit per vrinas, meliùs ſuccedere, quàm quę per aluum celebratur, ideo loco purgantium, clyſteribus vtimur, vt diſcutiantur flatus, aqua educatur, & minuatur venter; nempe ex decocto cucumeris agreſtis, centaureę, braſſicę, mercuralis, ſoldanellę, aniſi, fęniculi, carui & colochintidis, cum hiera iam ſimplici, iam logodionis, & oleo rutę, camomillę, aneti, & parum olei de caſtoreo.

Cautio maximè vtilis.

Purgatio per vrinā præfertur.

A Valeriola hic etiam clyſter commendatur, ℞. fermenti acrioris ℥ß. ſalis p.i. coquantur in ſufficiente aquę quantitate & colaturę diſſolut. vrinę pueri ℥iiii. olei rutę ℥iii. & mellis deſpumati ℥i. & fiat clyſter.

Nos etiam hoc vtimur; ℞. pulpę colochintidis ʒi. infunde per noctem, in vini albi ℥iii. & colaturę adde decocti capitis & inteſtinorum veruecis ℔. ß. olei camomeli aut veteris communis ℥ii. ſalis petræ conciſi ℥ß. aceti fortis cochleare j. & tepidum ſuſcipiatur.

De venæ ſectione non facilè delibera: nam tātùm poteſt locum habere in principio anaſarchæ aut alterius in ſola ſuppreſſione menſium aut hæmorrhoidum: nam poſtquam hepar frigidam diatheſim contraxit, per ſe vt ex euentu ab vrenti calore, multa eſt ſanguinis miſſionis occaſio; nam de anaſarcha ſic Galenus alloquitur; nam hic ſolius cùm incipit æger interdum ſanguinis detractione vel hæmorrhoidis, vel muliebris vel ex quopiam quæ ita plethorica ſit cauſa incœperit, tympaniam verò & aſcitim, nullus per ſanguinis miſſionem ſanare auſus eſt 4. *Acut. text.* 111.

An venæ ſectio conueniat.

Sudorifera ſunt in omni hydropis ſpecie uſurpanda, ſed vbi tanta præualet humiditas, vt valeat per cutim vacuari, non craſſorum humorum, ſed ſeroſitatis præualentis; abſque vllo ſiccitatis periculo: ideò in anaſarcha perpetuo prodeſt, & in aſcitæ & tympanite vt plurimùm nocet; quare ſi ſiccitas non eſt cauſa potiſſima, poterunt applicari, & magis quando aliqua incipit declinatio, ad reliquias per ambitum conterendas; ideo Valeriola ſe quondam aſciticum curaſſe refert, decocto ligni ſancti 40. diebus exhibito, maximè vini addita portione.

In diureticis omnem curationis ſpem veteres & neoterici poſuerunt; vnde Rulandus hydropicos ſe curare dicebat hoc auxilio: ℞. granorum iuniperi contuſi m. iii, vini generoſi ℔. iiii. coquantur ad medias & de hoc accipiat ℥vi. ſingulis diebus, corpore tecto; ad hoc etiam vina diuretica parantur, & aperientia, Raſeſius hydropicos ſe curare gloriabatur ſyrupo ſancti Ambroſij, qui recipit milij excorticati ℥ii. aquæ fontis ℔. ii. bulliant donec ſuperſint ℥iiii. cui adde vini albi generoſi ℥iii. & caldum propinetur ad ſudandum, & ſpiritus tartari, vitrioli, aut ſulphuris, in omni potione miſceantur, ad gut. iii. ſupplent enim vices aquæ thermales. Matthiolus etiam valde commendat abſynthij conſeruam, quæ paratur ex tribus partibus ſacchari, & vna abſynthij, maximè ſi fructus iuniperi addantur; ſed maximum omnis curationis momentum conſiſtit in moderatione & parſimonia aquæ potandæ ſi à ℔. ß. non tranſeat, vtcumque ſit decocta, & in eo quod aſſa commendantur; nam iuſcula ventrem tumentem augent. In hoc vltimo Rulandus extremam ſpem poſuit: ℞. trociſchorum alandahal ℥ß. ſpiritûs vini malaatici ℥xii. digerantur paululùm, & per filtrum

De diureticis quæ meliora ſint.

Spiritus vitrioli & ſulphuris ſupplent aquas thermales.

coletur,

coletur & ad ℥ß. propinetur.

Hoc emplaſtrum maximè ventrem facit detumeſcere, vt ℞. ſtercoris vaccæ & capræ an. ℔. ß. bulliant in aceto fortiſſimo, contunde in mortario, & adde ſulphuris viui ℥iii. aluminis ℥i. ſucci chimeleæ & ebuli, an. ℥iii. farinæ lupinorum, orobi, an. ℥iii. pulueres ſoldanellæ ℥i. aniſi, maratri, cimini, an. ℥ii. ſalis toſti ℥iii. terebenthinæ ℥iiii. picis naualis ℥vi. & fiat emplaſtrum pro tumido ventre quod poteſt etiam tibiis & pedibus tumentibus applicari, Galenus emplaſtrum de cochleis malaxatis commendat, donec ſponte decidant.

De hydrope à cauſa calida. Si verò hydrops, à calida valde lapſa intemperie oritur, aperientia deberit eſſe ita moderati caloris, vt in febribus diuturnis vſurpari ſolent, vt eſt apocima Fernelij, ſyrupus de cichorea cum rhabarbaro, addita ſulphuris, aut tartari eſſentia, hoc iam olim nobis Trallianus commendauit, hoc Auicenna docuit & Baptiſta Montanus conſuluit: ſed poſſunt etiam in hoc caſu, aperientia chalybeata vſurpari, quo in ſtatu, nobis maximè & vltimi vſus eſſe videtur aqua quæ dicitur, de Aſpa, vt quæ potentiſſimè vrinas mouet, vtpote quæ duplo magis vrinæ facit excernere, quàm potatur; nos enim vidimus nobilem fæminam ad 60. vncias huius aquæ ſemel & vna vice bibiſſe, & illas protinùs per vias vrinæ reddidiſſe, eiuſdem ferè coloris & ſubſtantiæ, ac poſtea vrinam naturalem vti ſolebat in ſtatu ſalutis: ſunt enim hæ aquæ acidulæ, vitriolatæ; illud tamen aduerti poſt illius vſum, magnam ſitim & hepatem intemperatum reliquiſſe ideo ſolo tempore hyemis & in veris principio illa vtendum conſulo.

Conſilio 263. De aqua ſulphurea de Aſpa.

De ſcirrho lienis, ſi eſt hydropis cauſa. Si tandem à ſcirrho lienis curationis oritur difficultas, ſpecifica virtute prodeſſe vrticam mortuam teſtatur Solenander. & Fonſeca, in vino tenui, decocta, & de hoc tribuunt ad ℥i. ſeu pulueris illius ʒi. in eodem vino; poſt alias euacuationes & felici ſucceſſu; ſed inter topica nullum felicius inueni, quàm quòd ab Aquapendente commendatur, quo ſe plurimos ſanatos gloriatur, quod, ℞. amoniaci aceto forti diſſoluti ℥iiii. ſucci nicotianæ ℥ii. reſinæ, pini & terebenthinæ m. ℥i. ſucci ſambuci, ℥ß. olei cappararum ℥iii. amigdalarum amararum ℥i. bulliant ad ſucci conſumptionem & fiat cerotum pro ſcirrho lienis; Hydropicum etiam ab empyemate extenuatum Zacutus ſe curaſſe teſtatur lactis caprini vſtulati vſu, ac poſtea hordeato ex hordeo toſto & amylo per duos menſes ſumpto. *Obſeru.* 129.

Ad ventris adſtrictionem natiuam, aut temporè contractam.

AD hoc eſt opus aliquod familiare auxilium, quia frequenter obuiat, ad quod maximè valet, panem conficere cum aqua, cui antea infuſa ſit ℥ß. pulueris de mechoacan, aut purgantis alterius, vti folia ſenæ, memini enim Amarum retuliſſe, neſcio qua prouincia orientalis Indiæ, habitantes ventrem lubricum fere ſemper habere, quia carnibus veſcuntur animalium, quæ comedunt, tubos caſſiæ fiſtulæ; quo fiunt hæ carnes laxatiuæ; oportet etiam vinum habere præparatum ad prandium & cœnam; vt ℞. vini albi dulcis, ℔. iii. foliorum ſenæ ℥ii. radicis mechoacan. ℥iii. & infuſa ſeruentur per 3. dies & poſtea coletur & bibat vt ſolet: & ſi vinum auerſatur, acetum pari modò paretur. & in acetariis & bellariis vtatur, & ſi caſſia fiſtula vti velit ex tubulis, poteſt linguâ extrahere frequenter, quandò libet; ſin minùs hoc electuarium, ad manum ſemper paratum habeat, & ſumat duo cochlearia, duabus horis à prandio, aut cœna; ℞ caſſiæ recenter extractæ ℥ii. mannæ electæ ℥iß. ſucci liquiritiæ ʒii. muſcilag. pſyllii ℥ß ♃. ſeminũ frigidarum ʒi. & cum ſyrupo roſato ſolutiuo fiant cõditu, vel cum ſaccharo rubro.. Poteſt etiam vti conditũ roſarum perſicarum, ſiue tamarindorum ad ℥ii. tertio quoquè die, quòd diſſoluatur cum ſyrupo perſico laxatiuo. Vel ℞. terebenthinæ lotæ aquâ roſarum ℥i. olei amigdalarum. dulcium ℥i. ſine igne extracti, & fiat ad modum electuarij. Vel vtatur ſolo oleo amigdalarum dulcium, aut communi ad ℥ii: & in calida hepatis intemperie, infundatur conditum roſarum perſicarum ad ℥iii. in aqua fontis & odlaruræ adde eſſentiæ vitrioli, aut ſulfuris gut. ii. nam purgat, lenit, & temperat.

Pro hac etiam intentione lubricandi ventris adſtrictionem, vti ſoleo gut. viii: aloës hepatici ſelecti, in iure aut chocolate, eſt enim ſtercorarium auxilium. Vel ℞ pulpæ paſſularum, prunorum, ſebeſten, & pulpæ caſſiæ, an. ʒviii. ſenæ, polypodij, an. ʒiii. epithinum, ʒiß. cinamomi, aniſi, tartari, vini albi, an. ʒi. pinidiarum ʒiiii. ſacchari aquâ violarum diſſoluti, ℥iiii. & fiat electuarium, & detur ℥ß. & hoc auxilium eſt Ioánis Baptiſtæ Theodoſij. Vel fiant paſſulæ purgatiuæ; vt ℞. rhabarbari ℥ß. ſpicæ Indicę ʒii. cinamomi ʒi. fol. ſenæ ʒii. infundantur in ℔. ß vini albi, ac poſtea adde paſſularum, ſine aci-

nis, ℔. ß. & infundantur in eodem vino 24. horis & poſtea accipiat ℥i.

Hoc idem poteſt fieri ex prunis. vel ℞. condit. roſarnm Alexand. ℥iii. infundantur in ℥vi. aquæ ceraſorum, aut borag. & expreſſioni adde ſacchari ℥ß. tartari vini albi ʒß. miſc. Vel ℞. pulpæ caſſiæ ℥ii. aquæ fontis ℔. ii. ferueant ad tertias & ℔. ß. accipiat; Vel ℞. aquæ boraginis ℔. iii. foliorum ſenæ ℥ß. coquantur ad medias; poſtea in decocto colato adde prunorum & paſſularum Damaſcenorum ℔. ß. ſacchari lib. ß. aniſi. cinamomi, an. ʒi. & coquantur ad ſpiſſitudinem ſyrupi, & ſumat ℥i. cum hauſtulo vini.

Ad Cariem pudendi, & leuiora vlcera.

FErnelius ſuâ aquâ diujná vti conſulit, quæ ſic conficitur: ℞. ſublimati gut. xii. aquæ plantag. ℥vi. coquatur leuiter ad medias & hac lauetur vlcus, & etiam petiis imponatur; nam illâ ſuperatut malignitas. & deſiccatur vlcus, & in mulieribus facta priùs lotione, ex decocto guaiaci. Hoc tamen electuario vti poteſt, corpore iam purgato; ℞. pulueres ſarſæ, ligni ſancti minutiſſimi an ʒß. ſacchari ℥i. pulueres corall. boli Armeni an. ℈ii. & cum ſyrup. de acido citri fiat conditum & capiat ʒi. ante prandium & cœnam, & ſi adſit gonorrhæa, de hoc condito accipiat: ℞. terebenthinæ lotæ aquâ roſarum ℥i. olei amigdalarum dulcium recentis, & ſyrup. papaueris an. ℥ß. & capiat cum aqua maluarum. Vel ℞. ſeminis papaueris albi, melonis, cucurbitæ, ſumachi, an. ʒi. ſacchari candi, ℥ii. ſyrupi violarum, quod ſat ſit vt fiant tabellæ ad ʒi. & capiat vnam mane.

Ad gonorrhæam à cauſa calida.

Ad Gonorrhæam Gallicam, & Bubonem Gallicum.

An in bubone ſanguinem extrahere conueniat.

ILlud primò attende in hac morborum ſorte, quod in ſola gonorrhæa, ſemper debet ſanguis ex talo mitti: at verò in Gallico bubone, maximè in principio, non vtvt ſors tulerit eſt extrahendus ſanguis, ne naturá ab opere laudabili diuertatur: ita ſentit, Cæſar Benedictus. Fallopius, Fabricius, Daſa, Septalius, Zacutus; excepto, vbi natuta ita pigrè procedit, vt illam ſit ex arte adiuuare; ſic etiam ſentit Fernelius, Fracaſtorius, Rudius, & Duarte Madera; ſed non eſt in hoc maxima difficultas, niſi quando ad bubonem ita celeri curſu ſe præcipitat humor, vt gangrænæ periculum minetur, quod venabitur ex magna tumoris magnitudine, rubore ſaturato, & pallidis aut nigris maculis. quid agendum? nam ſi ſanguinem ex talo mittas. gangrænæ adaugetur periculum: ſi ex brachio, non tantùm naturæ motui laudabili obſiſtimus, ſed prauum humorem ad corpus vniuerſum diffundimus. & Gallica lue membra nobilia inficimus; prudenti & ſolerti iudicio eſt opus in hoc caſu, ſed circumſtantiis cum torno & cothurno libratis in caſu ex hypotheſi; ſub hac præciſione, eſt minùs certè malum eligendum, ex quo poſſumus adhuc cum diſcrimine effugere certius periculum; nam certiùs & breuiùs gangræna periculum minatur: & humorem diffundi ſanguine ex brachio miſſo ad corpus vniuerſum, poteſt aliis auxiliis mederi, ſeu dolores, ſeu vlcera poſtea concitentur, ac ideo ſemper prudens erit conſilium ſanguinem ex brachio, & non ex talo mittere.

Dum gangræna minetur, quid agendum.

Sed ad ſolam gonorrhæam, hoc Chymici auxilium commen dant, & eſt certè rationale, ℞. roſarum rubrarum ℥i. aquæ alchymilæ ℔. ß. ſacchari albiſſimi ℔. iii. ſpiritus vitrioli gut. iiii. & facta priùs infuſione & colata. cæteris additis accipiat ℥iii. & mittatur etiam per ſyringam in pudendum, aut viri, aut mulieris: nam temperat & deſiccat paraſtatas & vlcera Gallica.

Si verò ſint vlcera in vteri & veſicæ ceruice, cum puris exitu vitioſo, poſt ſanguinis miſſionem, per ſyringam paruam in canalem veſicæ. aut vteri. fiat talis iniectio: ℞. reſinæ lariſcæ ʒii. vitelli ouorum numero. i. muſcilag. cidoneorum aut pſyllij, ℥i. & diſſoluantur in ſero depurato. aut in aquæ plantag. ℥iii. & mixta iniiciãtur; & ſi eſt veſicæ vlcus. ℞. trochiſc. alborũ Raſis, optimè triturati ʒiß. diſſoluatur in lacte caprino, & iniiciatur, & ſi eſt vrinę ardor, adde trochiſc. de alcechengi ʒß.

Et in magno dolore fiat inſeſſus, vbi ſedeat per horæ dimidium; vt ℞. radicum altheæ, liliorum, an. numero i. equiſeti, plantaginis, an. m. ii. foliorum lauri, artemiſiæ an. m. i. florum camomillæ. meliloti, an. p. i. ſeminis fænugræci, an. ℥i. fiat decoctio pro inſeſſu.

Et ſi aliqua abceſſus ſit ſuſpitio, detractis frigidis, adde radicis brioniæ. conſolidæ, maluæ, meliſſæ, betonicæ, an. m. i. & ad veſicæ canalis orificium impone hoc ℞. vitelli ouorum numero ii. mellis roſati ℥i. lariſcæ ℥ß. cremoris lactis & olei roſati an. ℥ß. miſc. & de hoc puluere ſumat in lacte caprino ʒß. ℞. trociſchorum alcechengi,

cechengi, ſine opio. ℥i.radicis conſolidæ, altheæ puluerisatæ an. ʒiß. gummi tragacanthi ʒß.ſeminis hioſchiami. ʒi.ſacchari candi ℥iß.& fiat puluis,& cubitum itura ſumat in lacte ʒß. & in veſicam iniiciatur ſerum, in quo radix conſolidæ cocta ſit, addito ſyrupo roſato. & trochiſcô albo Raſis, cum opio. ſi dolor perſiſtit.

Et ſi in vteri ceruice vlcera compareant, hoc lenimento petiæ imbutæ indantur. ℞.muſcilag.pſyllij,extractæ aquâ roſarum, ℥iii. vitelli ouorum numero ii. trochiſc.alború.n.Raſis, cum opio. ʒi.butyri recentis ℥ß. & fiat vnguent.& interim narcotica potio tribuatur, ad doloris vehementiam demulcendam; ℞ ſyrupi papaueris ℥ß.trochis. alcechengi. ſine opio. ʒii. aquæ plantag: & lactucæ an.℥iß. ſacchari roſati tabulati ℥ii. miſc.

An purgare in hoc caſu conueniat. An purgare in hoc caſu conueniat,non eſt moderati iudicij: nam ad partem læſam commotus humor ducitur,iure vicinitatis & conſortij & nos vidimus in pudendi vlceribus, purgante medicamento leui,ferè ad gangrænam perductis:ideo iudicamus quod vlceris ratione purgare non conueniat:poterit tamen Gallicæ luis ratione conuenire, vt aliis auxiliis detur locus. hoc tamen erit prudenti iudicio committendum: ſed illud imperandum exiſtimamus in inueterato affectu potius quàm recenti, & ſi purgare conueniat, & ardor vrinæ perſiſtit,& gonorrhæa, in ſero lactis, aut in lacte aſinæ, reor pulueribus ſupradictis vtendum, ſiue emulſione 4. ſeminum frigidorum maiorum, facta in aqua roſarum & plantaginis. & ſumatur ad ℥iiii.cum ſaccharo cando puluerisato.

Mulieribus ſuffitus. Et in mulieribus, per tubulum, ſuſcipiatur hic ſuffitus; ℞.thuris, maſtichis. an.ʒi.belſoini,ſtoracis an.ʒiß.& cum balſamo vniantur pro fumo; ſeu gummi tragacanti.

Si verò vlcera videantur iam munda & deterſa,quod ex puris carentia dignoſcitur, & dolore leuato.& quia vrina ſine dolore mingitur, aut ſaltem leuiori,

Ad conſolidanda vlcera iniectio. iſta fiat iniectio; ℞. radicis conſolidæ ℥i. biſtortæ ℥ß.altheæ ʒvi. plantaginis. equiſeti, conſolidæ, an.m. i. ſeminis lini, ℥i. pſyllij ʒii.hordei p.i.fiat decoctio in aqua ferrata aut plantag. & adde ſyrupi roſati ℥ii.ſacchari rubri ℥i. & iniiciantur.

Et de hoc puluere ſumat in ſero, aut in aqua plantag. ℞. oſſium dactylorum ʒii. pulueres equiſeti ʒi. corall. rub. ʒiß. ſacchari roſati tabulati ℥iß. miſc. & fiat puluis & detur ʒß.

Et pro communi potu, bibat aquam radice chinæ coctam, & radice conſolidæ; Et ſi vlcera in glande pudendi relinquantur, abſque eo quod detrahatur, cum præcedenti iniectione ſyringâ medeatur, bis aut ter in die & ex hoc vnguento poſtea petiis imponatur; ℞. cadmiæ foſſilis.litargyri) an. ʒi. ſulphuris ʒß. mercurij dulcis ʒi.ceroti de litargyrio (nam vehementer deſiccat) ℥ß. & liquefiant ſimul & cum terebenthina fiat vnguentum.

De vrina difficultate à parallatarum ſiccitate eſt Galeni hiſt.14 de v'u partiñ cap.11. Si verò cum virulenta gonorrhæa, ſtranguria, & ardens mictio complicatur, accipiat cubitum itura; ſeminis hioſchiami.& tracischorum de alcechengi an.ʒß. laudani opiati gut.ii.in lacte, aut in aqua maluarum, ſeu pilulas de cynogloſſi,aut ЭB. philonij, in aqua lactucæ: & de hac potione mane ſumat, ℞. reſinæ laricæ ſeu terebenthinæ Venetæ ʒiß. & diſſolue illa cum vitello oui,& adde ſacchari candi ʒvi. ſyrupi de liquiritia & papaueris an.ʒß.vini odori ℥iii.miſc.

Illud tamen maximè volui commendatum, quòd nihil æquè vrinæ temperat acrimoniam, quàm lac aſinæ,& illius defectu capræ, nam mulcet, abſtergit,mundificat, temperat & conſolidat ad multos dies ſumptum.

De puluere eboris in hoc caſu. Quàm præſentaneum ſit puluis eboris in tabellis, aut condito in gonorrhæa legitima. & Gallica, & in aliis fæminarum affectibus,ſic Zacutus *Hiſt.*24. de eboris vtilitate ac pro curandis morbis vi mirabili veterũ & iuniorum plurimi multa dixere: illud enim mirificè adſtringit, roborat, viſceraque flaccida confirmat,ventriculum debilem tuetur: cordis prodeſt affectibus,cardiaca vi præditum eximia, qua melancholiam abigit; diuturnam lætitiam & ſplendidos creat ſpiritus; fæminas fæcundat,& ad concipiendum aptiſſimas reddit,ſemen vniendo: gonorrhæam legitimam & Gallicam præſentaneè medetur: alba ſiſtit vteri purgamenta, & pro vermibus necandis optimum eſt auxilium, venenoſis morbis medetur ;diuturnis opitulatur obſtructionibus, menſes mouet, cerebrum confirmat, ac eſt illius propugnaculum.

Pro gonorrhæa & albis vteri purgamentis ſic paratur; ℞. eboris ſubtiliſſimè limati, & in puluerem ſicut alcohol ℥iii. ſpecierum manûs Chriſti.ʒii.tragacanthi ʒi.ſacchari candi ℥ii. aut albiſſimi, diſſoluti, aut in aqua roſarum, aut in illa in qua tragacantum eſt coctum, & fiant tabellæ ad ʒi. & propinentur per multos dies poterit etiam propinari in puluere ad ʒß.in aqua roſata, vbi præualet vſtio, aut calor, aut in vino aqua meliſſæ, aut naphæ, in frigidis affectibus, aut natiuo tempera-

temperamento præditis; hæc extollit vehementer Zacutus.

Gordonij trocyſchorũ deſcriptio.

Trociſchi Gordonis nobilem experientiam fecerunt in hoc caſu, ad ʒi. in aqua maluarum, aut in lacte ſumpti: hæc eſt illius deſcriptio: ℞. 4. ſeminum frigidorum mundatorum: ſeminis papaueris albi & maluarum; ſeminis bombycis, portulacæ, cidoneorum, myrtillorum, tragacanti, gummi Arabici, pinidiorum mundatorum, ſiſticorum, hordei mundi, pſyllij, amigdalarum dulcium an. ℥i. boli Armeni veri, ſanguinis draconis, ſpodij, roſarum, myrrhæ an. ʒii. cõficiantur cum hydromelle, & fiant trociſchi, & vnus cum lacte propinetur, & alius iniiciatur per ſyringam, & in magno ardore, accipiat diacodij ℥ß. aquæ papaueris domeſtici ℥i. & cochleare accipiat in nocte.

Et ſi valet in virgæ foramen & in vteri ſinum canalem introducere, hic ſuffitus erit vtiliſſimus. ℞. thuris ʒii. myrrhæ, belſoini, an. ʒi. ſuccini ʒß. ſeminis hioſchiami ℈i. picis ʒi. & cum reſina lariſcæa fiant trociſchi pro fumo, & ſi valde vrget dolor, paretur inſeſſus ſupradictus.

Ad renum vlcera.

Si verò de vlceribus renum ſit ſuſpitio, quod noſcitur, quia pus valde cum vrina permixtum excernitur, & cum dolore renum, & in vrina poſt horam in fundo ſubſiſtat; hoc puluere vtatur. ℞. trochis. Gordonij ℥ß. radicis liquiritiæ ʒii. ſeminis cidoneorum ʒiß. aniſi ʒi. ſeminis alcechengi ʒß. glandium excorticatarum ʒii. ſacchari pinidiati & candi an. ℥i. & fiat puluis ſubtilis, & capiat ʒiß. in vino aligoſoro, aut aqua maluarum, tribus horis ante cœnam. Vel ℞. terebenthinæ Venetæ, lotæ cum vino albo ℥iß. ſacchari albi pulueriſati ℥ß. agitentur in mortario lapideo, cum vino albo & luteis ouorum, vt fiat potabilis, & dentur ℥ß. alij terebenthinam diſſoluunt, in iure calidiſſimo vt fiat potabilis.

Ad vrinæ ſuppreſſionem in hoc caſu.

Et ſi aliquibus ſupprimatur vrina, quod in pluribus accidit, ob puris craſſitudinem, hoc accipiat: ℞. coaguli leporis ʒß. aquæ maluarum & decocti liquiritiæ an. ℥iß. ſacchari violati ʒii. miſc. & ſi huic auxilio non cedat, fiat inſeſſio in decocto herbarum mollientium & laxantium, & in balneo ipſo de hoc potu accipiat; ℞. terebenthinę abiëtis puriſſimę ℥ß. mellis ℥i. vitelli ouorum iii. agitentur benè in mortario marmoris, donec albeſcat, & diſſoluatur poſtea, in vini aquę parietarię & florum fabarum an. ℥iß. ſyrupi limonum, ſeu acetoſi ſimplicis ℥i. & agitentur denuò, vt amplius liqueſcant & cochlearia accipiat, & ſi malis in pillulis accipere, ℞. terebenthinę cyprię ʒß. ſucci liquiritiæ ʒi. ſacchari candi ʒii. & cum ſyrupo limonum formentur pillulæ & capiat ʒß. cum aqua maluarum, & ſi adhuc libere vrinam non emittat, in ipſo paroxiſmo accipiat, ℞. cicerum rubrorum & nigrorum an. p. i. macerentur in aqua fœniculi, raphani, liquiritiæ & aſparagi recentium, & poſtea coquantur ad medias, de quo accipiat ℥iii. olei amigdalarum dulcium ℥i. ſalis gut. vi. ſacchari candi ʒi. & fiat hauſtulus.

Et ſi doloris vrgentia magis præualet, accipiat de pillulis noſtris de opio, cum ſaccharo cando & ſyrup. de liquiritia confectis ℈i. & in cibo accipiat oriſam & hordeum cum lacte & ſaccharo, aut cum iure confectum, vti ſolet, & vinum ſaccharo dulcoratum: quoniam ſic calidam virtutem amittit: vel etiam lac, vbi ſilices extinguantur, cum ſaccharo, vel additis puluenibus liquiritiæ & conſolidæ; ſeu eboris pulueriſati.

Vinũ ſaccharo mixtum virtutẽ amittit calidam.

Et ad vlceris abſterſionem, & perfectam ſanationem, has tabellas accipiat: ℞. amigdalarum dulcium, caſtanearum, glandium mundatarum, oriſæ mundatæ, an. ℥i. radicis altheæ, conſolidæ maioris, liquiritiæ an. ʒii. ſeminis plantag. portulacæ, maluarum, alcechengi, gummi Arabici, gummi prunorum, ceraſorum an. ʒi. ſucci puri ʒiß. boli Armeni Orientalis, oculorum cancri, ſpodij, eboris vſtorum, an ʒii. lariſcę coctę parum, vt queat in puluerem verti ʒiii. ſucci liquiritię ℥ß. omnia pulueriſata & commixta excipiantur, in infuſione gummi tragacanti, facta in aqua roſarum & plantag. & adde ſacchari 4 & formentur tabellę ad ʒi. & vna pulueriſetur, aut diſſoluatur in lacte capræ, aut aſinæ, & capiat alternatis diebus: his enim vlcera diuturna, ſordida, curata ſunt; quoniam omnes indicationes adimplent.

Ad vltimã vlceris curationem

An verò iniectiones ad veſicę cauitatem pertingant, non cures, ſi à docto Chyrurgo immittantur: nam ſi iniectio fiat pene eleuato, paulatim conſeruetur, paulatim penetrat, & tandem iſta fiat: ℞. lactis caprini, in quo ſilices extincti ſint, lb. i. ſacchari roſati ℥i. gummi tragacanti diſſoluti in aqua roſarum. muſcilaginis, radicis conſolidę, aquâ plantag. extractę, & mellis roſati an. ℥ß. lariſcę diſſolutæ vitello oui ʒi. ceruſſæ ʒß. pomfolıginis albi ʒi. & diligenter omnia permixta iniiciantur, & aduerte quòd lac aceſcit & muſcilagines triduò corrumpuntur.

Quomodo iniectiones in penem immittendæ.

Sed ad talem deſperationem interdum nos vlcera perducunt, vt ad vnum duorum peruenire compellantur ad argenti viui vnctiones: ſiue ad ſectionem factam

Ad deſperata vlcera Gallica.

ctum in loco vbi calculi à veſica extrahuntur; vt poſſint adaptari auxilia: niſi vlcùs ad externa etiam penetret, & viam aperiat; quare ſi validius abſtergens petat vlceris indicatio, hoc vteris. ℞. radicis liquiritiæ ℥ii. corticum fabarum ℥i. cicerum rub. p. i. lupinorum p. ß. fol. plantag. m. i. fiat decoctio in aqua & tertia parte lixiuij à quibus extrahe ℔. j. colatam & adde vnguenti Ægyptiaci ʒß. lariſcę in melle diſſolutæ ℥i. & vtatur, donec pus minui ſentiatur, & pars reddatur ſenſibilior, & hoc etiam auxilio vteris in vlcere inteſtinorum corroſiuo, & in vlcere quod relinquitur à caruncula, cauſtico debellata.

Valdum abſtergens.

Ad vlcera inteſtinorū corroſiua. Et ſi vlcus ad inteſtinum penetrat, fiat canalis foraminibus peruia, & poſt huius auxilij iniectionem poſita intra podicem, hoc impleatur vnguento, ℞. vnguenti pompholiginis ℥i. ſucci plantag. ℥ß. lariſcæ ʒi. mercurij dulcis gut. iiii. & fiat vnguentum.

Ad conſolidanda vlcera iā abſterſa. Et ad conſolidandum vlcera; iam abſterſa, hoc vtatur; ℞. trociſchorum albotum Raſis, ſine opio, ʒiii. cadmiæ foſſilis, tutiæ præparatæ, an ʒii. plumbi vſti aquâ plantag. loti. boli Armeni puri an. ℥ß. & fiat puluis ſubtilis, inſtar alcohol, cuius ʒi. miſceatur, cum decocto ſequenti. ℞. foliorum equiſeti & quercus, plantag. an. m. i. radicis conſolidæ ℥ii. roſarum rub. p. i. corticum granatorum ʒii. & conquaſſata coquantur in aqua chalybeata, & addita muſcilagine tragacanti in aqua plantag. fiat iniectio, & ſi vlcus ægrè ſanetur, fiat hæc diſtillatio: ℞. radicis biſtortæ, tormentillæ, an. ℥ii. conſolidæ ℔. i. narciſſorum, bulbonum numero x. fol. equiſeti, plantag. ceterac. an. m. i. roſarum florum, maluæ, hipericonis, an. p. i. aluminis ℥ii. albuminis oui numero xx. macerentur omnia in aquę plantag. ℔. iii. vt digitis 3. emineat, poſtea diſtillentur in balneo mariæ & aqua iniiciatur, mixtis puluetibus prædictis.

De pertinaci Vomitu aut bilis, aut ſanguinis.

De vomitu ſanguinis. A Vena rupta exeſa, aut reſudata ſolet concitari: ſi à rupta, vt plurimùm interficit, ſi à liene, periculo non caret, ab hepate valde periculoſis: ab vteri conſenſu, ſolet auxiliis leuari: ſi à feruenti ſanguine, aqua niue refrigerata eſt maximum auxilium, excepto vbi veniæ à frigore rumpuntur.

Cautio neceſſaria. Priùs ad grumos diſſoluendos attende, antequam adſtringentia imperes. Ad hoc Rondoletius in principio vtitur camphoræ ʒß. in oxicrato, aut aqua plantag. nos coaguli leporis ʒß. in oxicrato, pro tempore, aut calido, aut frigido, & panni illo madido ſupra ipſum imponantur ventriculum. poſtea Galenus ſuccum plantaginis propinare commendat, ſed trociſchi de charabe in ſucco diſſoluto non tantùm adſtringunt, ſed ſanguinem iam concretum diſſoluunt ad ʒß. vel fiat coralliorum tinctura ex ʒi. corall. rubri, in ſucci limon. ℥iii. ſeu in ſucco roſarum.

An ſanguis mittendus in vomitu. Interim tamen de ſanguinis miſſione delibera, pro ipſa fluxionis origine, ab hepate, aut liene, aut vtero, aut à corporis totius abundantia, & vtcunque reuulſio ſemper ex talo fiat, aut dextro aut ſiniſtro, ſecundum rectitudinem, ex brachio, poſtea deriuabis: ſi non tibi antea ex arte videatur ſanguiſugas hæmorrhoidalibus imponere, aut ſcarificatis vti cucurbitulis, & omni diuerſionum genere ligaturis, nempe & frictionibus ad neceſſitatem interpolatis; dummodo ad ſuppreſſam vacuationem ſemper attendas, vt imperata vacuatione prouocetur.

An purgare conueniat. Et ſi his non cedat. quod bilioſus ſanguis, aut ſeroſus, & febris non impediat, prudens erit conſilium ægrorum leuioribus auxiliis purgare: rhabarbari nempe infuſione, mirabolanis, tamarindis, & triphera Perſica: ſed infuſio tamarindorum in aqua plantag. frequenter vſurpata, mirè valet, ex ℥i. tamarindorum in ℥iiii. aquæ, quia purgando adſtringit, & ſeroſos expurgat, & ſanguinem non agitat & poteſt per tres aut 4. vices imperari: quod ſi his non cedat, iam nos cogit vrgentia, narcotica etiam propinare, per os, aut in clyſteribus: vt ℞. aquarum plantag. & capitum roſarum an. ℥ii. ſyrup. papaueris, & portulacæ an. ℥i. confect. iacynthorum ʒß. laudani opiati. gut. ii. diamarg. frig. ʒß. & clyſter imperetur ex decocto ſimphiti, balauſtiarum, plantag. corticum granatorum: cum ʒi. philonij, oleo myrtillorum, & ℥iii. infuſionis ſacchari roſati antiqui.

De Sanguinis nigri Vomitu & deiectione.

An criticus vomitus ſanguinis. ILlud etiam maximè conſideratione dignum exiſtimaui, & ſæpiùs ad limam & lineam redegi, aliam vomitus ſanguinis ſpeciem, tetri nempe & nigri, interdum ſplendentis, ſolita vſtione, aliquando obſcuri, & veluti fæx ſanguinis, qui etiam ſolet per deiectionem vacuari, aliquando criticè, interdum ſymptomacè; periculo-

ſum

ſum ſanè accidens: quod nos haud infrequenter vidimus accidiſſe, ob illuuiem melancholici ſanguinis, meſeraicis venis adſeruari, vt in hypochondriacis, per hæmorrhoidales venas (vti ſolet) exitu denegato; potiſſima tamen auxiliandi occaſio perpenditur, non tantùm ex illuuie, ſed etiam ex occaſionis origine, vt loquitur Galenus in hiſtoria famulæ Oniſidemi; quare ſi ad occaſionis originẽ attendimus, eſt ſanguinis miſſio ex talo celebranda, & quantum vires ferant, & multitudo petit, poſteà verò venis hæmorrhoidalibus ſanguiſugis appoſitis vt vacuetur, aut in vteri, aut meſaræi venis cumulata colluuies per venas ſibi conſociales, ſiue per anaſtomoſes, portæ & cauæ deſcendentis, vti natura ſolet per ſibi notas vias: hoc enim eſt non tantùm ad occaſionem attendere, ſed ad originis etiam occaſionem; poſtea verò per eaſdemmet venas eſt illa expurganda colluuies, cathartico nempe ſpecifico, huic humoris ſorti appropriato, (antea præparato, ſyrupo de cortice citri, de pomis, & ſcorſoneræ, additâ tertiâ parte ſyrupi acetoſi cum aqua portulacæ, bugloſſæ & ſcorſoneræ) vt ℞. rhabarbari lb. iiii. myrrhæ, bolanorum, chebulorum ʒß. fol. ſenæ ʒiß. aniſi, & ſpicæ an. gut. iiii. infundantur in vino rubro & colaturæ adde ſyrup. perſici, aut Regij ℥ii. aquæ plantag. ℥iß. & aromatiſetur, cum guttulis aquæ cinamomi.

Huius nigri vomitus cauſa.

Sanguinis miſſio quare ex talo.

Purgare quando conueniat.

Corpore vacuato, poſtea hac mixturâ vtatur. ℞. conditi roſarum ℥ii. florum tamariſci, bugloſſi, borag. & corticum citri, an. ℥i. conſeruæ radicis cichorij ʒvi. trociſc. de rhabarbaro ʒß. raſuræ eboris ℈ii. ſpecierum trium ſandal. ʒß. coralli rubri ʒi. pellicularum ventriculi gallinæ ℈i. & cum ſyrupo de 5. radicibus fiat conditum, de quo accipiat ℥ß. & ſuperbibat aquæ plantaginis, & foliorum citri an. ℥i. vini rubri ℥ß. In vomitu atræ bilis periodico, dixit Zacutus, aliis non proficientibus auxiliis, ſolo Chalybis vſu ægrotum vidimus reſtitutum, *Obſeru.* 15.

De hoc etiam puluere poſtea vtatur, ſi primo non cedat auxilio. ℞. ſuccini puri ʒi. corall. rubri ʒiß. balauſtiæ, ſeminis hyoſchiami, an. ʒi. ſeminis plantaginis & citri an ʒß. ſacchari roſati tabulati ℥ii. & capiat ʒi. cum vino rubro, aut lacte chalybeato.

Et aduerte, ne ante euacuationes adſtringere, aut coërcere tentes: nos enim vidimus in maniam ægrotum incidiſſe, excretione ſanguinis atri & nigri, ante tempus ſuppreſſa.

Cautio neceſſaria.

De Vomitu pertinaci billioſo, ſiue alterius humoris.

PRiùs conſideretur, an ex hepate calido oriatur, quod plus generat humoris bilioſi, quem refundit ad ventriculum, quod vt plurimùm ſolet ſymptomatis ratione accidere (de critico non loquimur) & in hoc ſanguinem mittere eſt tutius auxilium, & ſi exquiſita ſpectatur reuulſio, eſt priùs à talo celebranda: ſi ad originem fluxionis attendimus, ſi ad non exquiſitam (quæ interdum eſt media) ex brachio, & baſilica dextra, tandem ex ſaluatella.

Quæ catholico vomenti, ſunt ante roboranda, vt retineant 2 de aliment. facult 22.

Quòd ſi his non cedat, de purgando humore ſuperuacuo delibera, cathartico ſuperiùs propoſito, ventriculo priùs præmunito, ſaltem cucurbitulâ ad horæ quadrantem, ſuper illum impoſitâ; aliter enim humorem coërcere periculo non caret: ideo primò exacto impetu, & humore (ſi ita fortuna tulit) vacuato: has pillulas accipiat, ℞. aloës aquâ roſata lotæ, rhabarbari macerati in aqua plantaginis ʒi. ſpicæ nardi ℈ß. maſtichis, ſantali præparati an. ℈i. & cum ſyrupo perſici fiat maſſa, de qua accipiat ʒß. alternis diebus.

De ſang. miſſ. & purgatione.

Seu ℞. rhabarbari electi ʒi. mirabolani, citrini ʒiß. ſpodij, cornu cerui an. gut. vi. ſalis tartari (nam ventriculum mirabiliter expurgat) gut. ii. & fiat puluis & ʒß. ſumatur in ſucco roſarum granatorum, aut plantaginis, & corpore purgato, de hoc puluere ſumat ʒß. in iuſculo, aut in aqua roſata. ℞. terræ ſigillatæ veræ, boli armeni, margarit. ſeminis portulacæ, acetoſæ an. ʒi. raſuræ cornu cerui, trociſc. de terra ſigillata an. ʒß. & fiat puluis; vel detur de aqua plantaginis ℥iiii. cum gut. ii. eſſentiæ vitrioli.

Sal tartari ventriculũ expurgat.

Et in hoc & præcedentibus pro ventriculo vteris hoc vnguento. ℞. olei maſtichis, abſynthij an. ℥ß. eſſentiæ terebenthinæ ℥ß. miſc. Vel ℞. acaciæ, hypociſtidis, granatorum ſumac, myrtillorum an. ʒii. maſtichis, granorum chermes an. ʒi. olei myrtini ℥ii. ceræ parum & fiat vnguent.

Arnaldus fermentum acre, aceto & ſucco mentæ maceratum, laudat, pro pertinaci vomitu; ſyrupus coralliorum antea deſcriptus mirabiliter valet, ad compeſcendum vomitum, & ſi tandem ad narcotica deuenire neceſſitas compellit, eligantur quæ ventriculo videantur magis appropriata: vt ℞. infuſionis abſynthij, in aqua plantag. ℥iii. laudani opiati gut. iii. ſeu diacodij, aut filonij ℈i.

Sed inter omnia aqua niue refrigerata vomitum

Aqua niue refrigerata.

vomitum pertinacem magis ſedare experientiá nobis compertum eſt.

Vomitus à pituita cohibetur.

Si verò ex pituita viſcida, ventriculi parietibus impacta; vomitus, aut nauſea perſiſtat, ſingulo mane accipiat (corpore vacuato) aquæ vitæ iuniperinæ ℥i. ſeu aquæ theriacalis ʒi. infuſionis abſynthij ℥ii. miſc. ſeu ſalis mentę, aut abſynthij an. gut. iii. in vino rubro adſtringenti, ſeu tandem de extracto coralliorum ℈ß. in vino aut in iure; ſeu de eſſentia cinamomi, nucis muſcatæ, aut buxi, gut. iiii. ſeu fiat tinctura coralliorum in aqua cidoneorum, capitum roſarum, vti antea vidimus & ſumat ad ℥iii. aut tandem de hoc electuario; ℞. ſucci mentę, granatorum, an. ℥ii. roſarum rubrarum ʒii. ſucci cidoneorum ℥i. ſacchari albi ſatis ad elect. & ſumat ʒii. cum vino rubro, Vel fiat mixtura. ℞. aquæ vitæ ℔.i. corticum aurantij minutim conciſarum, foliorum ſaluiæ, floris roris marini, an m.i. croci grana x. belſoini ʒi. moſchi gut. iii. olei buxi gut. iiii. & de hac mixtura cochleare accipiat per vices.

De Paralyſi; Obſeruationes diuerſæ.

De illo qui potu aquæ frigido in deglutiendi difficultate incidit, & paralyſim epiglottis, eſt historia 7. Meth. 8.

Terminatam in Paralyſim leuem apoplexiam vidimus, & aliam ab inexcitabili torpore incœpiſſe, & in hoc & illo caſu, tam magnam cerebri imbecillitatem accidiſſe, vt vix oculos attollere poſteà potuiſſent, non ex ſola paralyſi neruorum, & dementes alios euaſiſſe, non ex ſola humiditate cerebrum irrigante, ſed ex imbecillitate potentiarum cerebri, illius intemperie ſubſtantiâ prorſus alienatâ. vt in filio Franciſci de la Puente

Affectus qui ſe quitur paralyſim.

Veraſtigui, iuuene, & 15. annorum, Maij initio, anni ſalutis 1660. in quo duo præcipuè affectus cernebantur, paralyſis nempe & coma vigil, cum inſigni capitis grauitate, & principum facultatum læſione; hunc curare incœpimus, à clyſteribus acribus & purgantibus (incœpit enim affectus à ciborum ingluuie præpoſtera) & quæſitum inter ſocios, an purgans medicamentum propinaretur, nobis ita ſemper incipiendum placuit, vt à prima regione vacuaretur cruditas, quoniam nec illud ſemper clyſteribus aſſequitur, quia ieiunum inteſtinum non tranſcendunt; ſed maiori numero; licet non meliori, ceſſit noſtra aliorum ſententiæ, illa ſola permoti ratione, ne humor cathartico motus in debile cerebrum faciliùs irrueret, & in apoplexiam mutaretur paralyſis; vſque ad 4. diem in hac

Hiſtoria.

indicatione perſiſtimus, vſque ad cruditas videretur depoſita in totum, à qua febris incœpit, putrida, biliosa, continua; quare ob febris & affectus vrgentiam ſanguinem ex talo mitti iuſſimus. nam illa fouebatur ex impio conſenſu, meſenterei & cauæ hepatis regionis, vti ſolet, voracibus & intemperantibus: poſtea venis hæmorrhoidalibus ſanguiſugas apponere mandauimus, quo febris & cerebri affectus aliqualiter cedere videbantur: ac inde prudentis conſilij videbatur, vt cerebrum, à proximiori loco, reſpiceret auxilia, ne in apoplexiam verteretur paralyſis, quo ſanguinem ex brachio mitti iuſſimus, ac poſteà ex carpo: ac variis diuerſionibus peractis, circa 14. de purgandi occaſione initum eſt conſilium, & illud nobis eſt viſum, quod tantò magis facit occaſio auxilij, quàm auxilium, quantùm in magnis negotiis prudentia lucratur, aut perdit deſidioſa quies ſub villo importunæ prudentiæ, ideo vltrà 14. elapſa occaſione, diſtulimus auxilium cathartici purgantis, quia febris vlterius progreſſa, & cerebri imbecillitas ex inueteratione maior erat contracta, & vrina intensè flaua, cruda, & cerebri & neruorum imbecillitas in dies augebatur, vt teſtabantur, ſtupor & corporis & mentis, continuæ vertigines, paralyſis & tremor, & quod adhuc fluit humor, vt omnia in principio eſſe videretur; quod à medicamento purganti, aut alio commouente auxilio nos deterruit, nec adhuc vomitorio, vt qui longa experientia didicimus, quòd commotus humor ad cerebrum debile facilimè compellitur, & cum nullam habeat reſiſtentiam pars debilis, faciliùs recipit: quod in duobus ægrotis obſeruauimus, in muliere nempe, quæ ſtuporem & paralyſis linguæ patiebatur, quæ adhuc ſub debita præparatione purgata incidit in obſtructionem neruorum obticorum & cœca in poſterùm permanſit; vt non amplius reſtitui valeret: in alio illud etiam vidimus, qui cum in linguæ & corporis ſtuporem incideret, adhuc ſæpe ſanguine miſſo repente incidit in ſingultum ex repletione praui ſucci in tunicis ventriculi impacti, & leui vomitorio aquæ nucum raſanis diſtillatæ, cum patua portiotione oximelis repente (Medicis nec aſſiſtentibus nihil tale verentibus) in fortem incidit apoplexiam, à qua nullis potuit adiuuari auxiliis & nihil inde proficientibus interiit; cerebrum enim non tantum facile recipit, ſi iam debile, ſed à quouis incurſu facillimè ſuccumbit, vt receptum humorem à ſe repellere non valeat, nec adhuc auxiliis adiutum, ideo illorum

Binæ obſeruationes.

Quare humor cerebro debili receptus, nullo valeat auxilio repelli.

lorum opinioni non aſſentior, qui in hoc caſu purgandum, cathartico fortiori, exiſtimant, in principio (excipio, ſi primam regionem purgare occaſio permittat) quod humores & iam in motu poſiti, non maiori ſecuritate commouentur ad ventrem: quam ad cerebrum: præter alia quæ potiori vrgentia contra indicent, vti ex hypotheſi vidimus, præter quàm quod ſunt auxilia, à quibus talis commotio non timetur, & humorum confluxus tutiùs inhibetur.

An ſudorifera initio commendã.

Ideo etiam Salæ conſilium non probo, quando paralyſis initiò conſulit ſudorem prouocare (licet illuuio depoſita) neruorum principio inuncto vnguento bezuartico & corpore contecto, linteolis obducto, aſſædulcis & aloë ligno ſuffumigatis, vſque ad ſudor prouocetur: nam hoc auxilium corpore adhuc pleno Imperatur, vbi pariter humor ad cutim commouetur, vt ad cerebrum debile, cum periculo alterius grauioris affectus; poterit tamen huius eſſe occaſio auxilij in corpore, vbi nullum errat ſuperfluum, & hyemis rigore corpore valde refrigerato: aliter enim corpus vniuerſum vacuare, & diuertere, quod ad cerebrum confluit, nos illa conſulit temporis & morbi indicatio.

Ad reliquias conterendas auxilia & topica.

Purgato ergo corpore, ſanguinis miſſione & cathartico ad neruis impactas reliquias conterendas & neruorum ſubſtantiam roborandam, de hoc per interuallo cochleare accipiat: ℞. aquæ vitæ rectificatæ ℥iiß. aquæ cinamomi ℥i. aquæ ſaluiæ, anthos, m. ℥ß. zinziberis, piperis, cubebarum, cariophyllorum an. ʒß. conſeruæ anacardinæ ʒß. ſtent in infuſione loco calido, & poſtea colentur, & de hoc cochleare accipiat.

Calida maximè fugienda.

In topicorum etiam applicatione periclitari video, abuſu nempe maximè calidorum nimis continuato: quoniam illa nimia ſiccitate & calore, neruos ſupra neceſſitatem exſiccare par eſt, vt inde atrophia ſequatur (vt in pleriſque vidimus) quo alimenta penetrare non valent, paralyſim etiam ideo vidimus in conuulſionem tranſiiſſe, retractis ariditate neruis; prudens ideo ſit illorum vnguentorum applicatio, neque nimis continua; quia tantùm abeſt vt impacta materia eorum virtute hauriatur, vt è contra, prohibita tranſpiratione, rebellis, ſpiſſa, & immobilis reddatur: quare vnguentorum loco, ſeu ante illorum vſum, fomenta parare decet ex herbis ſpecificis, quæ ne tantùm reſoluant & tenuent impactum, ſed neruis robur addant: decoctis in aliquo lixiuio cineris ſarmentorum ſaluiæ, maioranæ, fœniculi, & anthos: fotu ergo peracto, huius lixiuij actu calidi, hoc vnguento pars illa foueatur; ℞. fæcæ baccharum lauri, mellis iuniperini, reſinæ pini, olei de ſambuco an. ℥iiii. gummi amoniaci in ſucco ebuli, aut ſambuci depurati, ℥ii. camepitheos, foliorum meliſſæ, florum lauendulę, camomillę. an. ℥i. caſtorei ʒß. ſalis gemmæ torrefacti, ʒii. tartari ſublimati ʒiii. ſapa reſina & in oleo ſambuci diſſoluta miſceantur, poſtea gummi & cætera ſubtiliter puluериſata, vt in maſſam emplaſtri redigantur, & bis in die vngatur, ſeu neruorum principium, ſeu pars illa quæ paralyſi occaſionem dedit, nempe in oſſe ſacro, aut cubito &c. nam omnes implet indicationes hoc vnguentum, quia mediocriter calfacit, materiam ſubtiliſat, & abſtergit, & ſudorem mouet, abſque deſiccatione euidenti, illud etiam in omnibus vnguentis volui commendatum, neruis, aut partibus neruoſis dicatis, vbi eſt mollificatio & laxitas, vt in omnibus miſceatur caſtoreum, quia ſpecifica virtute neruos roborat & laxitatem tollit: ideo Aretæus in omni ſopore illud in clyſteribus & vnguentis commendat.

Cautio necessaria.

Fomenta quare primum, et addo.

Mirabile vnguentum.

Cautio de caſtorei virtute.

Et pro cerebri corroboratione & neruorum principij, tabellæ de nuce muſcata maximè conducere videntur; vt ℞. nucis muſcatæ ℥ß. radicis piretri ʒi. caſtorei ℈i. foliorum maioranæ, ſaluiæ, florum lauendulæ, anthos, roris-marini. ana ʒß. ſeminis nigellæ ℈i. cinamomi ʒiß. cariophyllorum, galangæ an. ʒß. eſſentiæ cinamomi & ſulphuris an. gut. iiii. ſacchari aquâ ſaluiæ diſſoluti, ſatis vt fiant tabellæ ad ʒi. & vna ſumatur ſingulo mane cum hauſtulo vini generoſi.

Ad neruorum corroborationem & cerebri.

Vel de hoc capiat cochleare, ℞. mithridati ℥i. rob. de ſambuco & de ebulo, an. ℥ß. eſſentię hypericonis gut. iiii. & cum ſyrupo de betonica, & aqua tiliæ miſceantur, vt fiat ad modum loch.

Et poſtea hac mixturâ inungatur ſpina: ℞. aquæ ſaluiæ recenter diſtillatæ ℥iß. aquæ vitæ compoſitæ ℥ß. eſſentiæ ſpicæ gut. iii. theriacæ ʒß. & inunge ſpinam, non continuò, ſed diebus interpolatis & hyemis rigore, & pars à rigore tueatur.

De Paralyſi linguæ, & aliarum partium.

De paralyſi cruris & digitorum in Pauſania eſt lib. 4. de locis ſ. 3. de locis 10. de paralyſi veſica 6. de lo-

ATtamen pro ſingulari paralyſi linguæ, aut alterius partis ſingularis, hæ ſunt validiſſimæ pillulæ. ℞. agarici, trociſc. ʒii. turbid. gummoſi hydromelite infuſi ʒß. myrrhæ, ſarcacolæ, nutritæ in ſucco roſarum, an. ℈ii. caſtorei ℈iß. maſtichis, ſalis gemmæ an. ℈i. ſaluiæ, maioranæ. an. ℈ß. &

iii 4. & 5. de lingua conuulſione 1. de diſſenſ. morbor. 8.

Maſticatoria & alia ſimilia.

℈ß. & cum melle ſquilitico ſiat maſſa & detur ʒi. & corpore purgato, de hoc maſticatorio, ſub lingua, teneatur. ℞. nicotianæ ſelectæ ʒß. in puluere, cubebarum, nucis muſcatæ, piretri, ſinapi, & caſtorei, an. ʒi. cariophyllorum, galangæ, piperis longi, an. ʒß. ſalis communis ʒi. cera excipiantur aut balſamo, & ſiant trociſchi ore portandi: vel fiat oris collutio ex eiſdem ſimplicibus, vino coctis aut aqua ſaluię: & ad ceruicem raſis capillis fiat iſta inunctio. ℞. olei de piperibus & de euphorbio, & vulpini an. ℥ß. caſtorei ʒß. aceti ſquilitici, aut aquę vitę ʒi. & cum cera pallida ſiat vnguentum.

Et fiat lambitiuum, vt cochleare interdiu accipiat, ℞. mellis ſquilitici & anthoſati an. ℥i. theriacę magnę ʒß. eſſentię roris-marini ℈ß. ſulphuris gut. iii. & accipiat & hoc vinum ad oris collutionem paretur; ℞. nucis muſcatę ℥i. radicis galangę, coſtę. an. ℥ß. zinzib. ʒii. ſeminis ſynapi, ʒiii. piretri ʒi. coquantur in vino & melle, aquâ ſaluię diſſoluto, ad modum thodomelis & fiat oris collutio, & de hoc vino bibat ante prandium & cœnam ℥iii. ℞. camepitheos ſiccę, ℥ß. ſaluię, abſynth. an. ℥ii. florum roris-marini, primulę veris, an. ʒii. vini ℔. iii. infundantur per diem & decoquantur poſtea ad tertias, vt accipiat de illius colatura, & in hoc ipſo vino poſtea ſub hac purgantium infuſione, purgetur per epicraſim. ℞. rhabarbari ℈iiii. radicis mechoacanis ʒiß. foliorum ſenæ ʒiii. turbid. ℈i. aniſi, & ſpicæ an ℈ß. infundantur ſecundum artem 24. horis, & de hoc vino accipiat ℥ii. interpolatis vicibus, & tandem præparetur corium, vti chyrotecis ſolet, ambare. gallia, pulueribus caſtorei & aſſæ fætidæ, & neruorum principio parti poſteriori capitis admoueatur, quod ſemper habeat, à frigore contectum.

Purgatio per epicraſim.

De palpitatione cõuulſiua buccarum

Et hæc eadem, paucis ferè mutatis, ſunt imperanda in palpitatione conuulſiua buccarum & conuulſione maxillarum, aut ſacculus paretur, aut cucufa, ſemper capiti raſo geſtanda, aut pileum in bombici ſerico, vt ℞. radicis ireos ʒvi. radicis enulæ, angelicæ. an. ℥iß. ſaluiæ, betonicæ, camepitheos, florum camomeli, meliloti, ſambuci, roſarum, lauendulæ, an. ʒi. & fiat puluis pro puluino.

Cucufa ex pulueribus.

De Paralyſi aut retractione digitorum, aut crurum.

ET ſi in digitis & manibus fiat reſolutio. aut retractio: corpore purgato & prædictis repurgato hoc emplaſtrum digitis imponatur: ℞. amoniaci ℥ii. galbani opoponacis bdellij an. ℥i. diſſoluantur in aqua vitæ, & adde ſtoracis calamintæ ℥ß. axungiæ anſeris, medullæ, cruris vituli, an. ℥ß. lariſcæ & reſinæ communi s, ſatis ad emplaſtrum, & hoc etiam vtatur ſuffumigio: ſeu arido. ſeu vaparoſo ex calidis herbis; vt ℞. marqueſitarum, myrrhę, maſtichis an. ʒii. belloini, ſtiracis an. ʒi. radicis ireos ʒß. & cum lariſca fiant trociſchi & fumus accipiatur in digitis contortis: ſeu ex aceto, in perite extincto, ſeu ex ſaluia, piretro, camomilla, meliloto, & flore ſambuci, vino aut aceto coctis, & vapor ſuſcipiatur etiam, & ad roborandos poſtea digitorum neruos, hoc etiam decocto foueantur; ℞. ſaluiæ, roris-marini, ſtecados. an. m. i. coquantur in lixiuio, aut vino extinctionis chalybis & addita aqua vitæ fiat fotus bis in die; ſiue manus retracta & conuulſa, in boum gutturis vulnera cùm mactantur, ſeu ſanguine, recens extracto: ſeu in muſto vini recenti: ſeu in ipſa vuarum fæculentia, quando à torculari extrahitur: *burnjo* dicitur apud noſtros; adhuc recenter calida: ad hoc etiam maximè valet, ſulphuris fumus: quoniam nihil magis emollit neruos, ideo enim ſulphur pinguedo terræ dicitur.

Ad roborãdos neruos.

Alia tepida validiora.

Sulphuris fumus.

Quòd ſi crura etiam conuellantur, & forte reſoluantur, eiſdem penè medebitur auxiliis; vel fiat hoc decoctum pro balneo; ℞. radicis brioniæ ℔. ß. liliorum, altheæ, an. ℥iii. radicis maluæ, violariæ, abſynthij, camepitheos an. m. ii. florum meliloti, ſambuci camomillæ an. p. ii. radicis cucumeris agreſtis ℥i. ſeminis lini, ℥ii. fiat decoctio in vino & aqua pro balneo, & in recenti affectu hoc vtatur vnguento; ℞. olei vulpini, lumbricorum, camomill. an. ℥i. olei de piperibus, liliorum. axungiæ vrſi, an. ℥ß. volubilis ℥i. terebenthinæ & ceræ pallidæ ſatis ad vnguentum, & ſi magis antiquatur affectus, hoc vtatur; ℞. gummi amoniaci, bdellij an. ℥i. opoponacis, galbani, thuris, ſtiracis liquidę, an. ℥ß. medullę cruris bouis ℥i. radicis iridis ℥ß. bacchatum lauri, ℥ß. caſtorei ʒß. cerę & terebenthinę ſatis vt fiat cerotum, & imponatur poſt ſuffitum, aut prędictarum herbarum euaporationem; vel ℞. muſcilag. ſeminis lini, radicum altheę, an ℥i. amoniaci & ſerapini, vino albo diſſoluti, an. ʒß. thuris, maſtichis an. ʒii. olei vulpini ℥i. cerę & terebenthinę ſatis ad cerotum.

De crurũ reſolutione.

leuí ebullitione coletur,& ſuperbibat;vel ſiat ſyrupus mirabilis, de quo accipiat ℥ß. ℞. fructus fragorum maturos lb. ß. infundantur in lb.i aquæ, & illis abiectis alia lb.ß.infundatur in antecedenti infuſione, & ſecunda infuſio coletur, cui adde ſucci ceraſorum lb. ß. eſſentiæ pæoniæ & corallorùm an. gut. iiii. ſacchari albi, lb.i. coquantur ad ſpiſſitudinem & in fine adde aquæ tiliæ ℥i. eſſentiæ cinamomi gut.iii.lapidis bezuar orientalis ℈ß.& fiat ſyrupus. Epilepſiam ſe curaſſe teſtatur Scribonius Largus de Campos, *Medicam. cap.*16. gonorrheæ & aliis affectibus proficuum etiam commendat Zacutus *hiſt.* 24. puluere eboris limati, camomillæ facto condito.

Et hyeme fiat cucufâ vt capite contecto ſemper maneat. ℞. maſtichis ℥ß. ſeminis & radicis pæoniæ an.ʒii. radicis aceri. corticis citri & aurantij, galangæ in ʒi.florum rotis-marini,ſaluiæ, pæoniæ, an.ʒß. macis. cariophyllorum. ſquinati, ſpicæ nardi, ligni aloës an. ʒß.& fiant in puluerem pro cucufa ſerico intertexta, &in paroxiſmo naribus adhibeatur hac mixturâ imbuta. ℞. caſtorei, piretri, tabaci de çumonte an. ℈i. ſeminis nigellæ ʒß.ſucci rutæ ℥ß.aceti fortis ℥i. & applicetur.

In præſeruatione & curatione, hoc eſt etiam ſpecificum auxilium. ℞.hirundinum pullorum, & picæ an.numero vi.dimidio aſſatorum,rutæ m.i.radicis pæoniæ recentis ℥ii.caſtorei ʒi.diamarg.frig.diamuſci an·ʒi.affunde vini maluatici quantùm ſuper emioeat, & poſtea diſtillentur

Pro ſpina dorſi. omnia ſimul, ac de illorum aqua ſingulò mane cochleare accipiat, & ſpina hoc balſamo fricetur; ℞. galbani,bdellij diſſoluti in aqua vitæ an.℥ß. belſoini ℥i. ſtiracis liquidi, & balſami an. ʒi. foliorum rutæ, cameliteos, florum ſtecados, lauendulæ an.ʒii.coſti ℥ß. caſtorei ℈i. puluerifata infundatur in aqua vitæ. & poſt macerationem duobus diebus ſpina dorſi illo fricetur.

In Epileptia.

SOlet verti in dubium, an oxirhodina ſincipiti debeant applicari,mea ſaltem ſententiâ, in cauſa frigida nullo modo, ne cauſam magis impingas: ſatis enim altè penetrat imbibitus humor in tunicis & cerebri ſubſtantia,quæ irritat,dum magis adhæreſcit, & à circumferentia ad centrum magis truditur; in cauſa verò calida. ſicuti in lethargo, & phrenitide, id conſulit Galenus 13. *Meth.* 21. quia humor repulſionem patitur, ſic & in epileptia;præterquam quod hæc eſt expreſſa ſententia Râſis 7. *ad Almanſorem* 8.& Zacutum illã amplecti video *dubio* 15.*fol.*51.

Inter auxilia quæ magis Galenus commendauit *lib.de puero epileptico & cap.*9. *ad* 10. eſt mel ſquiliricum: quia incindit, concoquit & abſtergit & debet bis aut ter id die propinari. & ad Galeni imitationem ſyrupus mirabilis conficitur, ex melle & ſucco nicotianæ, vt lambitiui modo ſumatur,priùs corpore expurgato; quo auxilio tribus horis poſt cœnam per 40. dies propinato, in quantitate trium vnciarum, Zacutus multos curaſſe teſtatur & ſine recidiua. *Hiſt.* 29. *&* *Obſeru.* 23.*&* *in praxi admir.*24.

In epileptia in prægnante; 7. 8. *&* 9. menſe, vbi maior copia prauorum ſuccorum cumulatur,poſſe ſanguinem ex talo mitti,nos latè probauimus in noſtro Medico Tribunali,quam ſententiam & ſequitur & confirmat Zacutus *Hiſt.* 32. *q.*21. *fol.*59. & nihil aliis auxiliis proficientibus, hyrudinibus ter ſedi applicatis ægrotam ſe curaſſe & feliciter etiam peperiſſe teſtatur. *Obſeru.*27.*fol.*60. & nos anno 1661. vxorem curauimus. D. Didaci de las Parras,bis ſanguine ex talo miſſo.

Quibus addit Zacutus. grauidas morbo acuto correptas & addita magna ſuppreſſione menſium, ni larga copioſa & iterata ſanguinis miſſione, poſſe mederi, ſenſit; *Obſeru.*30.*fol.*62.

Illud etiam maximè attendere oportet, in pueris,quod Galenus aduertit *libro de Morbo ſacro num.*10.reſtricto nempe vi medicamentorum humore, à capite manante, pueros corripi epileptiâ & ſubitò ſuccumbere; hæc ſunt Galeni verba *& quibuſcunque pueris exiſtentibus erumpunt vlcera in caput & in aures, ac in reliquum corpus, ac qui ſaliuoſi fiunt ac mucoſi,hi ipſi proceſſu ætatis facillimè degunt, hic enim abit ac purgatur pituita.quam in vtero expurgari oportebat. & qui ſic purgati fuere, comitiali, ſiue ſacro morbo non prehenduntur*;ex hac ſententia hæc elicitur concluſio: ergo qui importunè auxiliis medentur, ſi illis hoc detineatur effluuium, ſacro corripiuntur morbo: quando nempe accidit nulla pueri aut nutricis prouidentia: nam corpore expurgato benè poſſunt auxilia ſanantia adhiberi.

In Pueris.

SI verò in pueris hoc accidens incipiat, conſidera, an ex vitio lactis corrupti,amari, acidi, aliter vitioſi: an labe heredi-

taria conſeruetur ; aut capitis vitioſo apparatu; ſi ex corrupto lacte, non dubites pueros ad ætatis proportionem purgare ; vt ℞.diacarrami ℥ii. in lacte aut iure diſſoluatur & bibat, ſalrem mannæ eluiæ ℥ß. ſeu ſyrupi perſici. aut regij ℥ii. & in poculo chocolatis diſſoluatur & accipiat mirabili fallacia; ſeu infundatur ℥i. ſacchari roſati perſici in ℥iii. aquæ boraginis & colaturæ diſſolue cochleare chocolatis & accipiat, poſtea validioribus clyſteribus iterum repurgetur: ac expurgato corpore, accipiat aquæ tiliæ ℥ß. & diſſolue in illa ſalis vitrioli gut. ii. & eſt certè mirabile auxilium, quia ventriculum expurgat, & ſpecificè medetur, & mirabilius redditur ſi addatur lapidis bezuar orientalis gut.iii.& corpus pueri hac aqua abluatur; ℞. aquæ vitæ ℥iiii. caſtorei ℥i. radicis pæoniæ ℥iiii. macerentur per diẽ. & pueri corpus illo tepido abluatur. & ſi valet de hoc condito accipere detur ʒß. ſin minùs fiat puluis, & in lacte parùm accipiatur. ℞. florum anthos, bugloſſæ, pæoniæ, an.℥ß.corticis citri ℥ß.viſci quercini, pæoniæ, vngulæ alcis an. ʒß. cranei humani ad albedinem calcinati ʒiß. corall. margaritarum, cornu cerui præparati an.℈iiii.theriacæ magnæ & confect.iacinth.an.ʒi.ſpiritus vitrioli gut.vi.& cum ſyrupo de cortice citri fiat opiata, vel puluis, & adde ſpiritus elenij & pæoniæ, an. gut.x. & puluis in lacte propinetur: ſin minùs, hæc omnia. Infundantur in aqua ſaluiæ & vino, poſtea diſtillentur & cochleare accipiat mane & ſerò.

Fabius Columna puluerem radicis valerianæ pueros epilepticos curare ad miraculum extollit, ſi ʒß.in vino, lacte aut iuſculo accipiatur: illud etiam nos quotidie experimur mirabiliter prodeſſe, & pueros ab acceſſione liberare, & præſeruare, poſtea ſyrupus noſter de moceculo

Syrupus noſter de moceculo. pro pueris epilepticis, qui in noſtro Medico Tribunali diſcribitur *fol.* 336.

Chimici commendant hanc compoſitionem. ℞. ſpiritus vitrioli partem, ſpiritus tartari 3. aquæ theriacalis camphoratæ partes 4. miſceantur, in vaſe benè clauſo, quatuor ſeptimanis & poſtea detur ʒi. in aqua tiliæ, aut ceraſorum: ſed ſecutius eſt extracti ſuccini, vel buxi ℈ß. eiſdem aquis præbere; ſeu de hac infuſione detur cochleare. ℞. ſpiritus vini ℔. iii. caſtorei ℥ß. radicis pęonię ℥ii. elenij & florum lauendulæ an ℥i. macerẽtur per diem & colentur, & ſi mauis diſtilentur, & detur cochleare, Georgius Chuſnerus apud Schenchium, detur (inquit) de moſcho fino & mero ſubtili parùm, bis aut ter in die, & perfectè curabitur.

Spina dorſi inungatur, oleo rutæ & lumbricorum an.℥i.olei de caſtoreo ʒi.aquæ vitæ ℥ß.nares, tempora, & aures, foueantur hoc auxillo. ℞. theriacæ ʒi.confect.alchermes & iacinth.an.℈i.aquæ ſaluiæ, betonicæ, cinamomi an. ℥ß. & ſi inueniatur aqua apoplectica, per os etiam detur cochleare, & capite raſo, occipiti admoueatur hoc emplaſtrum: ℞. amoniaci ℥ß.caſtorei ʒß.terebenthinæ Venetæ ʒi. pulueris ſaluiæ & betonicæ an.℈i.

Cauterium occipiti affigere commendant Mercatus, Rondoletius, Zacutus, & Riberius. ſi diu fonticulus poſtea conſeruetur, & à perito Chyrurgo admoueatur; cuius forte defectu, & artis ignorantiâ, nos vidimus cauterio inflicto conuulſionem poſtea accidiſſe, motibus conuulſiuis præcedentibus, vſque ad mortem pueri.

De Mammarum ſcirrhoſo tumore.

VT plurimùm à menſium defectu, originem ducit, ob conſenſum pectoris cum genitalibus: ideo in menſium prouocatione, omnis illius curatio conſiſtit, vt ille conſenſus deleatur. poſtea verò, peractis vniuerſalibus auxiliis, accipiatur pomum, & radicibus ellebori nigri ad ʒiiii. perforetur, aſſetur ſub cineribus, lento igne, per noctem, & poſtea abiectis radicibus, comedatur pomum: ſic enim ſine violentia purgat & poſtea hoc condito vtatur; ℞. pulueris iuæ arteticæ ℈i. vini albi ℔.i. mellis ℥iß. pulueris ellebori nigri ℈iß. & diſtillentur per balneum, & ex hac diſtillatione ſumat ℈ii. vel ſaccharo fiat cõditum: nam experimento compertum eſt, mammarum tumores diſſoluere: ſin minùs hoc vtatur vnguento; ℞. bdellij, opoponacis aceto ſquilitico diſſoluti an. ℥ß.muſcil. pſyllij. altheæ. & cidoneorum aquâ ſaluiæ extractæ an.℥ß. olei amigdalarum amararum & lauri an.℥ß. eſſentiæ ſulphuris ℈ß.croci ʒß. ceræ pallidæ & lariſcæ ſatis ad vnguentum; præcedenti fotu, herbarum mollientium vt camomillæ, altheæ, meliloti, maluarum, &c. pro fiſſuris mammarum. ℞. olei omph. ℥ii. pulueres mirabolanorum, citrinorum ʒiiii pompholigis ʒi. & cum cera fiat lenimentum.

Di

De Menſium retentione recenti, aut antiqua.

IDeo in huius affectus auxilium (nempe mammarum ſcirrho) ob illa quæ imminent pericula, ne in cancrum degeneret, menſium prouocantia proponere decreuimus, & hoc non quibuſcunque, ſed ſpecificis auxiliis: quare ad has vias reſerandas, vt humor obſtructionibus impactus cedat, hoc debet à principio imperari: ℞. ſyrup. de artemiſia ℥iß. capil. veneris ℥ß. aquarum pulegij, meliſſæ, an. ℥iß. aquæ cinamomi ℥ß. & ſingulis diebus accipiat; ſin minùs. ℞. florum borag. meliſſæ artemiſiæ an. p. ß. infundantur in vino & colaturæ adde eſſentiæ ſuccini & ſulphuris an. gut. ii. & bibat ℥iii. & poſtea hoc condito purgetur; ℞. hieræ ſimplicis ʒi. (nihil enim magis vteri vias expurgat) mechoaci, rhabarbari an. ʒiß. turbid. ʒi. tartari vini albi ʒß. zinzib. ℈i. myrrhæ, caſtorei an. ℈ß. ſeminis viticis, dauci an. ℈ß. diagrid. ii. præparati ℈ß. & cum ſyrupo de artemiſia fiat maſſa, de qua detur ʒß. cum hauſtulo vini ſingulis 4. diebus; vel ex infuſione florum cordialium detur ℥iii. miſce.

Et poſtea fiat apocima in aqua aut vino pro mulieris forte: ℞. radicis valerianæ, mei, an. ʒvi. imperatoriæ, angelicæ, an ʒiii. meliſſæ, maioranæ, artemiſiæ, thimi, an. ʒiß. abſynthij, floris roris-marini, pæoniæ, lauendulæ an. ʒi. cimini, cinamomi, ſeminis pæoniæ, baccharum lauri, iuniperi an. ℥ß. foliorum plantaginis ſiccæ numero vi. infundantur in vini aut aquæ ℔. ii. & adde rhabarbari in nodulo incluſi ʒii. & leui ebullitione coletur & detur ad ℥iii. ſingulis 5. diebus.

Et interim venter, ſingulis noctibus foueatur, & frictione tractetur, oleo ſambucino, liliorum, naphæ, an. ℥ß. olei croci ʒii. eſſentiæ ſuccini gut. iiii.

Et circa tempus menſium, pedes in hoc decocto calido teneat & ſuffitum accipiat corpore tecto: ℞. radicis ireos, rubeæ, liliorum, artemiſiæ, matricariæ, nepetæ, meliſſæ, an. m. i. florum camomillæ, anthos, baccharum lauri, iuniperi, an. p. i. ſeminis ſiceleos p. i. & coquantur pro balneo & ſuffitu, & ſi id petat neceſſitas, in hoc balneo vniuerſali ſedeat, & vt laxentur viæ, & craſſus tenuetur humor, vt incipiant menſes, & in balneo, aliter tertio quoque die, accipiat de hac infuſione ℥iii. ℞. radicis ebuli, graminis, tamariſci, fæniculi, corticum capparorum, an. ℥ß. radicis gentianæ ʒii. abſynthij, ſummitatum centaurij an. ℥i. florum cordial. ℥ß. fol. ſenæ ℥iß. bulliant in duplici vaſe in ℔. iii. vini albi leuioris, ac in colatura infunde agarici, rhabarbari, tartari vini albi, an. ʒi. limaturæ chalybis ʒii. trocis de myrrha ʒiß. aniſi cinamomi, ſpicæ an. ℈ß. hæc omnia in nodulo incluſa & facta colatura poſt horas 24. ℥iiii. accipiat ſecundo quoque die.

Quòd ſi his non cedat, peſſariis vterinis vti licet, corpore vacuato. & tandem nihil proficientibus, vtemur peſſario, Angeli Salæ ex elleboro, ℞. ellebori nigri ℈i. in nodulo ſerico exceptum & locis muliebribus applicatum, vſque ad quædam contractio per corpus ſentiatur, donec menſes pedetentim promanare inceperint, quod admiratione certè non caret & nos experti ſumus, dixit Angelus Sal. *Peſſarium Angeli Sala ex elleboro.*

Et inter hoc & illud auxilium corpus repurgare erit ſecundum artem, & vt aperiantur viæ, & vt vacuetur, quod à viis obſtructis reſeratur: quod his tabellis conſequitur, ſi tertio quoque die ʒi. accipiat. ℞. trocis de rhabarbaro de eupatorio & rhabarbari an. ʒß dialacæ ℈i. ſpicæ nardi ℈ß. hæc omnia infuſa in ſyrup. cichorij de duplicato rhabarbaro excipiantur, in ſaccharo aquâ gentianæ diſſoluto, aut abſynthij & fiant tabellæ. & ſuper vnam accipiat de hac aqua ℥iii. ℞. aquæ diſtillatæ abſynthij, centaureæ, gentianæ, an. ℥i. vini parùm; ac poſtea de hoc condito vti poteſt. ℞. cineris pelliculorum & inteſtinorum ventriculi gallinæ ℥ß. corall. ʒii. raſuræ eboris ʒiß. aromatici roſati, diagalangæ an. ʒi. radicis rubeæ, corticum capparorum an. ʒß. conſeruæ cichorij, maioranæ, ſcorſoneræ an. ℥ß. & cum ſyrupo de 5. radicib. fiat electuarium, de quo accipiat ℥ß. cum prædicta aqua, ſin minùs de hoc puluere. ℞. radicis aſari, iridis, an. ʒii. ſummitatum centaurij, foliorum maioranæ, an. ʒi. ſeminis fæniculi, gentianę, an. ʒi. abſynthij, imperatorię, an. ʒi. ſeminis petroſellini, fęniculi cuſcurę an. ʒß. fol. ſenę ℥ß. rhabarbari, eupatorij an. ʒiii. turbid. ʒii. zinzib. ſpicę, cinamomi an. ʒß. & fiat puluis tenuiſſimus & infundatur de hoc puluere cochleare per noctem in ℥iiii. vini vnius anni in loco calido, & colaturam bibat ſemel in ſeptimana.

Et quando menſes inſtant, has pillulas accipiat quibus ego menſes prouocaui copioſa etiam deiectione; ℞. aloës ʒi. rhabarbari ʒiß. diagridij ℈ß. ſpecierum hierę Galeni ʒi. myrrhę, radicis aſari an. ʒß. ſpicę ℈i. croci ℈ß. & cum ſyrupo de artemiſia fiat maſſa, & octiduo ante menſes accipiat ℈ii. & poſt tres dies repetat, & *[illegible] menſibus vt prouocentur.*

menſes concitabuntur; vel ℞. myrrhę electę ʒi. ſeminis melantij, lupinorum, radicis rubeę an. ʒß. croci, aloës, boracis an. ℈i. & cum ſyrupo de artemiſia fiat maſſa, de qua detur ʒß. in iure, aut in vino, & ſi venter eſt obſtructus (maximè lien) hoc etiam vnguento liniatur. [*Vnguentū.*] ℞. olei aneti, capparorum, nardini, liliorum an. ℥ß. aceti ſquilitici an. ℥ß. ferueant ad aceti conſumptionem & adde gummi ammoniaci aceto diſſoluti ʒii. radicis aſari ʒi. ſeminis nigellę ʒß. olei croci ʒi. eſſentię ſuccini gut. iiii. cerę pallidę, ſatis ad lenimentum.

[*Puluis.*] Et poſt paſtum huius pulueris cochleare accipiat. ℞. aniſi, fęniculi, ſeminis carui, florum cordialium an. ʒi. maioranę ʒß. ſacchari roſati tabulati ℥i. & fiat puluis.

[*Peſſaria vterina.*] Hoc etiam peſſario vterino vti poteſt, vt expurgetur vterus, & menſes, ablatis impedientibus fluant; ℞. fellis vaccę ℥i. radicis aſari, agarici, cinamomi, myrrhę, an. ʒß. ſucci mercurialis ℥i. & pauco melle coquantur ad ſpiſſitudinem & fiat inſtar lenimenti ad ſacculos implendos. Vel ℞. radicis aſari, agarici, an. ʒii. myrrhę, foliorum rutę ſiccę, maioranæ an. ʒi. matricariæ, ſeminis pæoniæ an. ʒß. galiæ muſcatæ ℈ij. fellis porci ʒj. & excipiantur melle anthoſato, & fiant peſſaria, filo appenſa.

In hoc caſu, & illius notitia ſunt etiam aliquæ cautiones aduertendæ & aliquæ etiam leges imponendæ: nam interdum ſanguinis copia, maximè craſſi & melancholici, ita vteri vaſa diſtenduntur, [*Leges & cautiones in hoc caſu maximè neceſſariæ.*] vt comprimi non valeant; vt licet conatus ſit naturæ, minimè expulſioni cedat, quod ex venarum diſtentione, & mulieris temperie venaberis, & in hoc caſu ſanguinis miſſio repetita, eſt extremum auxilium, & interdum venarum vteri oſcula ita ſunt viſcoſis humoribus infarcta, vt ſanguinis præpediatur exitus, quo in ſtatu purgantia cathartica ſolent eſſe auxilio, & aliquando ex imbecillitate natura ita eſt ſui muneris oblita, vt ne quidem expulſionem tentet, & illius auxilium eſt vires robotare, ſanguinem inſtaurare, & non in frequenter, ob ſanguinis penuriam (nempe ob longas febres, ariditatem corporis) menſes natura non prouocat, & in hoc caſu menſes prouocare, & naturam importare, laceſſere, eſt extrema temeritas, vſque ad viuida & inſtaurata mulier videatur, nam aliter auxiliis in tabem ducitur, vt nos etiam vidimus; ſed aliquando ſolet illa extenuatio & macies ex praua ſanguinis qualitate aduenire, quia eſt alimento inutilis, quod noſces, quia venæ multo ſanguine, licet prauo, liuidæ turgent, & in hoc caſu venæ-ſectio larga manu imperata, ſolet eſſe validius auxilium ad prouocandos menſes, quod Galeni experimento confirmatur; *Ego cuidam muliercula*, inquit, [*6. Epid. com. 3.*] *iam octo menſes purgationis menſtruæ ſuppreſſione laboranti, extenuatiſſima cum eſſet, haud exiguo detracto ſanguine, breuiſſimo tempore proprium habitum reſtitui. ſicut & alias non paucas eadem modo ad ſanitatem reduxi; nam primo die ſanguinis ſeſquilibram detraxi, rurſus poſtero die libram vnam, tertio multò plus ſemi-libra; erant enim unciæ octo.*

[*Si alio menſes diuertantur, quæ cautione prouocādi.*] Neque illud etiam prætereundum duxi, quod ſi per hæmorrhoidas fluat ſanguis, aut per ventrem, ideoque diuertatur ab vtero, quod difficillima eſt omnino curatio, ſed in hoc caſu vltima ſaluris ſpes eſt, ad vterum ſanguinem reuocure, ſanguinis miſſione ex talo, ac poſtea peſſaria vtero adhibere, fotus & vnguentia, quæ vteri vaſa, ſubſtantiam, & impreſſam qualitatem reſpiciant: vt commotum humorem ad vterũ alliciant, veluti ex allio hortenſi, de quo referunt, ſi cum oleo ſpicæ conteratur, & in linteum rarum oblongi ſacculi formatum intrudatur, & in [*Peſſariū ex allio hortenſi, commendatur.*] vuluam profundiùs inſeratur, quòd menſes potenter mouet, & vterum voluptate afficit, ac illum repurgare, vt etiam inde ſperetur conceptio.

[*Pulueres ad menſes prouocandos.*] Quare, peractis euacuationibus, ſi adhuc menſes non fluant, hoc puluerę vtatur mane 4. horis ante paſtum. ℞. cinamomi, ſuccini, an. ℈j. irrorentur guttulis iij. eſſentiæ ſuccini, & in iure cicerum, aut chocolate accipiat, bis aut ter; vel ℞. pulueris radicis rubeæ & ſacchari an. ℥i. & detur ad ʒi. in vino calido, per multos dies, ſiue per menſium periodos, in tempore menſium.

Quercetanus hoc decoctum maximè laudat. ℞. milij ſolis, aniſi, viſci quercini, an. ʒiij. dictami cretenſis ʒj. croci ℈j. contuſa macerentur 24. horis in vino generoſo, deinde paululùm bulliat & de hoc detur ℥iiij. Iachinus refert 9. *ad Almanſorem cap.* 66. ſe hoc auxilio [*Iachini auxilium.*] cachecticam curaſſe, *Lignum Indicum coxi*, inquit, *& adiunxi dictamum, vnde mulieri, quæ iam per quinque annos nihil purgabatur, & ſterilis erat, & purgationem euocaui & partum*; ad hoc etiam eſt mirabile auxilium hæc theriacalis aqua. ℞. theriacæ magnæ ʒv. myrrhæ Alexandrinæ ℥iiß. [*Aqua theriacalis, in hoc caſu, epilepſia, apoplexia, & paralyſi.*] cinamomi electi, croci orientalis an. ʒß. camphoræ ʒij. affunde ſpiritus vini quantùm tribus digitis emineat, & leni calore tincturam exttahe, cui adde ſpititus tatari

tari

taci ſextam partem, & cochleare accipiat in vino albo, vbi nulla eſt febris: ſed inter hæc & alia auxilia repetantur purgationes ex hiera tantopere à Galeno laudata: quia vim aperiendi vias habet, & expurgandi vterum, & ſi forte neceſſitas conſulat, mulierem in balneum deducere herbarum mollientium: hoc extenuaris & melancholicis magis conuenit, non cachecticis & quibus multa crudorum copia congeritur, & in ipſo Balneo dentur menſes mouentia, in quibus ſperatur, vt illi profluant.

Hiera dotes ad vteri affectus. Balneum quibus conueniat.

Hæ ſunt, quæ in practica obſeruatione didicimus, ſuppoſitis regulis generalibus, ex iis quæ antea ſcripſimus: nam potius practicis obſeruationibus ſcientiæ complentur, quàm eis quæ illuſtrior metaphyſica indicat poſſibilia.

De Partu difficili, ac de neceſſitate expellendi ſecundinas.

OMnes parturientium morbi ſunt maligni cenſendi, ob lochiorum corruptionem, putredinem, aut vſtionem, iam à longo tempore contractam; hæc primis diebus in partu felici magna quãtitate expurgantur, & poſtea paulatim in maribus ad 50. dies fæminis ad 40. lochiorum expurgatio (ſi benè cedit) extenditur, & ſi accidat, vt excrementa ſanguinea malignitatem contrahant, malignæ febres & inflammationes inde pullulant, non tantùm in difficili, ſed in facili partu; ſed in illa licet à 7. febris incipiat, eſt initium à partu computandum, in facili verò à die morbi &c.

De tremore poſt partum, ſang. miſſione ex talo perſanato, eſt Galeni hiſtoria libro de rigore 15.

fol. 186,

De ſanguinis miſſione & aliis in Illuſtrationibus tractauimus: nunc de partu facilitando, & ſecundinis expellendis nos occaſio vocat. de quo aſſumpto dixit Angelus Sala; vt ſecundinas eiiciat retentas, quæ parturit, accipiat vini maluatici ʒij. mercurij vitæ gut. vj. ſiue in iure auis: nam quando nauſeare & vix vomere cœperit, facultas expultrix ad expellendum fætum ſimul calcar accipiet, mercurius ergo vitæ, quilibet Medicus hac in parte optima de nota commendatum ſibi habeat: inter omnia enim quæ huic vſui natura ſuppeditauit, illud ipſum experientia veluti regem nobis probauit: nam dum incipit operari, operam finit ſuam; vel ℞. mirrhæ electæ ʒi. ſeminis melantij, lupinorum, rubeæ, tinctorum an. ʒß. croci, aloës, boracis an. ℈j. & cum ſyrupo de artemiſia fiat maſſa; de qua detur ʒi. in vino, aut in iure; nam primò menſes mouet, poſtea fætum & ſecundinas exiicit: ac poſtea peſſarium vteri ceruici imponatur; ℞. agarici & radicum aſari an. ʒj. mirrhæ ʒiij. ſucci mercurialis ℥ß. mellis ℥ij. ellebori nigri ℈ß. coquatur ſuccus cum melle, ad ſpiſſitudinem pulueres poſtea miſceantur, vt impleatur ſacculus pro peſſario vterino.

De mercurio vitæ in hoc caſu.

Peſſarium vterinum.

Sed prudens erit conſilium ſemper à lenioribus incipere, vt à cochleari aquæ cinamomi, chimicè extractæ, cum puluer. aut eſſentiam croci, & à ʒß. confectionis alchermes & ℈j. croci in ſingulis iuſculis, aut in vino: aut olei amigdalarum dulcium ℥ij. vini albi ℥ij. ſyrup. capil. ven. ℥j. olei croci, ℈ß. vel ex hac potione, ℞. dictami Cretenſis, ariſtoloquiæ, trocis de myrrha an. ℈ß. croci & cinamomi an. gut. viij. confect. alchermes ʒß. aquæ cinamomi ℥ß. aquæ naphæ, artemiſiæ, an. ℥i. & impeꝛetur calida.

Sed inter efficaciora recenſentur; olei ſuccini, cinamomi, croci, chymicè extractorum an. gut. vi. & cum vino aut iuſculo propinetur, ſternutatio etiam partum accelerat; cum puluere tabaci, aut ellebori & piretri: ſed ſuper omnia valet, mulierem in aëre à valido viro concutere, & hinc inde elidere, vſque ad fætum expellat.

Efficacius auxilium.

Concuſſiones valide fœtum expellunt.

Hippocrates *lib.* 1. de morbis mulierum. *fol.* 266. in difficili partu, ſanguinis miſſionem ex talo vt extremum auxilium commendat, virium reſpectus; auxilium quod ab omnibus ferè video prætermiſſum (fortè quia ad fœtum expellendum deſiderantur vires) ſed omnino ſecurum in robuſta & valida muliere, & indicatum, ab ipſa difficultate expellendi, ab inutili pondere & aggrauanti onere puerpera gemmas non geſtet, nam pleraque fœtum retinere creduntur.

Sang. miſſio in partu difficili commendatur.

Gēma fœtū retinere creduntur.

Sed ſi conſtet iam de mortuo fœtu: hoc puluere vtatur (nam, dum eſt viuus, hæc valida auxilia fœtum necare poſſunt) ℞. dictami Cretenſis, ſabinæ, boracis an. ʒj. trociſchorum de myrrha, radicis aſari, cinamomi, croci, an. ʒj. & fiat puluis & detur ad ʒj. in vino, aut iure.

Ad fœtum mortuum expellendū.

Et interim fiat fotus ad pubem & pectinoeum ex decocto brioniæ, centaureæ, cucumeris agreſtis, ireos, & geniſtæ, & poſtea illa meretregio hoc vnguento foueatur, ℞. ariſtolochiæ rotundæ, colocyntidis, agarici, ellebori an. ʒj. amoniaci in vino diſſoluti, fellis tauri an. ʒij. olei cheirini & ireos, ſatis ad lenimentum; Vel vtatur peſſario ſupra-dicto; vel fiat peſſarium, à Zacuto expertum & valde commendatum. ℞. amoniaci, opoponacis, caſtorei, ſerapini, ellebori nigri, ſtaphyſagriæ, ariſtolochiæ, pulpæ colocyntidis,

ſcamonij

ſcamonij,an.℈j.euphorbij ʒj.& cum ſucco rutæ, ciclaminis, cucumeris agreſtis, & felle tauri, fiat peſſarium, & indatur, nec inter doctos deeſt, qui cataticum imperet ad fœtum mortuum expellendum.

Et ſi molæ alicuius ſit ſuſpitio, ad illum expellendum Zacutus feliciter ſe expertum fatetur ʒj.euphorbij, cum ſyrupo artemiſiæ in pillulas redactum, propinare 12.dierom ſpatio, tribus horis poſt cœnam & octo molas eduxit, *Obſeru.*154.

Et in partu laborioſo:℥j. balſami in iure auis, aut cicerum, aut decocto petroſellini, cum multo croco propinato facilem reddidiſſe partum, & ſi non adſit,detur lacryma myrrhæ ſtillatitiæ; vel boracis ʒj. in aqua ſabinæ diſtillata, aut vino generoſo, *Obſeru.*157.

Et ad fœtum mortuum expellendum, hoc vnguento ſe illum feliciter expulſiſſe affirmat, in perineo impoſito. ℞. medullæ colochint. ſucci colochintidis viridis an. ℥j. ſucci rutæ ℥iß. euphorbij ℥ij. vnguenti artanitæ maioris ℥iij. myrrhæ ʒvj. olei de caſtoreo & rutæ an.℥j. & coquantur ad ſucci conſumptionem & fiat vnguentum.

Et in alia poſita in balneo ex rebus carminantibus & aperientibus hoc peſſario vtitur; ℞. amoniaci, opoponacis, caſtorei, ſcrapini, ellebori nigri, ſtaphiſagriæ, ariſtoloch, rotondæ, colochintidis, ſcamonij an.℈j.euphorbij ʒj. & cum ſucco rutæ, ciclaminis, cucumeris agreſtis, & felle taurino fiat peſſarium filo appenſum: nam hoc fœtum excluſit mortuum.

Ad retentas Secundinas expellendas.

GErnerus & Eugenius, puluerem & teſticulorum equi caſtrati in furno exſiccati & in puluerem redacti ad ʒj.in vino aut Iure, ſpecifica virtute ſecundinas excludere teſtantur: Rulandus olei iuniperini ad ʒß.commendat in vino aut Iure propinare: cœpam dentibus mandere & ſuccum deglutire plures commendant, & vinum poſtea ſuperbibere: ſi verò ſecundinæ, aut fœtus putrida retineantur (quod ex praua & pudida vteri purgatione dignoſces, & ex pondere grauante ſuper inguina, & lenta febricula) decoctum mollientium herbarum paretur, & ad ℔. ß. & vnguenti baſiliconis ℥ij. ſyringa in vterum iniiciatur, & prædictis auxiliis eius compleatur expulſio: ſin minùs à perito artifice, forcipibus extrahatur cum matricis ſpeculo; vt peritiſſimè ab Aquapendente edocetur.

Si verò lochia omnino ſupprimantur, ſãguine ex talo miſſo,& clyſteribus emollientibus & laxantibus prouocentur,cum hieræ ſimplicis ℥ß. vnguenti de artanita ʒij.olei de croco ʒj. & peſſaria erunt, vti ſupra, & in valido ventris dolore, ventris regioni adaptabis omentum vituli, aut arietis, olei amigdalarum dulcium,de vitellis ouorum, & de croco calefactum, & per os de hoc puluere, in iure cicerum,in vino aut in aqua ſabinæ, artemiſiæ, aut cinamomi ʒj. propinabis. ℞.radicum conſolidæ maioris ſiccæ ʒj. nucleorum nocis muſcaræ an.℈ij.ſuccini præparati ʒß.ambræ griſiæ ℈ß. & fiat puluis, & pro mola educenda, ℞. boracis ʒj.carabe aſari, cinamomi, nigellæ romanæ, ſabinæ,an.ʒj. aſſæ fætidæ, opoponacis,bdellij, an.℈ij.& fiant pillulæ cum melle ſquilitico & detur ʒj.

De Vitrioli auxiliis, chyrurgiæ appropriatis.

OMitto quibus morbis conducant: nempe gut.iij.ad quartanam, cum aqua tormentillæ, & notam tertianam: ad dolores colicos in aqua vitæ; ad renum calcolos cum vino albo: vt etiam ad dolores matricis, ad hydropicos cum aqua fraxini; ad hæmoptoicas paſſiones,ſi cum ſanguinis humani propinetur, vt maximum ſecretum commendatur, & ad febrem peſtilentem & malignam; ſi cum cordialibus potionibus miſceatur.

Sed in chyrurgia haud minùs mirabiles parit effectus: nam dentes corruptos rectificat,ſi ſtylo,oleo vitrioli tangantur oris vlcera, & excoriationes cum aqua plantaginis corrigit, & ad corroſionem carnis putridæ,calorum, & plagarum putreſcentium, extirpationem, & callis & porris manuum, & pedum aliquo inſtrumento auulſis, gutta infuſa radicem perimit, ne repullulet. & foramini dentis immiſſa, putredinem coërcet, & vermem occidit, & efficit vt abſque dolore decidat, & cum melle roſata vlcera putrida probè mundificat, & tandem inflammationibus medetur, ſi cum aqua plantaginis in pannis adaptatur. De vitrioli.

Sed contra gangrænam, ſic valet mirabiliter, & vt coërceatur, & ne ſerpat; vt ℞. oximelis ſqoilitici ℥j.farinæ fabarum & myrrhæ an. ℥iß. ſpiritus vitrioli gut. viij.& pro neceſſitate renouetur.

De antimonio & mercurio præparatis hæc

De antimonio & mercurio. hæc eadem & plura obſeruabis, in ſcabie & puſtulis pruriginoſis, & omnibus affectibus cutaneis, & vlceribus inueteratis, vt ℞. olei ex ſemine papaueris per expreſſionem extracti & aqua roſata loti ℥vj. ceræ albæ ℥iß. ceruſſæ antimonij ʒviii. & fiat vnguentum & de hoc accipe & vnguenti populeonis an. ℥ij. mercurij ſublimati ℈j. & miſceantur mortario lapideo. & herpetes ſerpiginoſos & ſcabies mirabiliter curat: pro gangræna vero. & mortificatione ſic paratur; ℞. mellis virginei ℥iiij. extracti florum hiperici cum aqua vitæ, liquoris myrrhæ cum aqua vitæ extracti an. ℥j. olei vitrioli ſelecti ʒj. & benè permixta, ſuper ipſam gangrænam imponatur.

Liquor Mirabilis, & ſelecta auxilia ad lapidem, & renum & veſicæ, & arenulas expellendas.

℞. ſpiritus vitrioli acidi ʒx. tartari albi pulueriſati ℥j. aquæ vitæ ex baccis iuniperi & radicibus raphani ſiluestris an. ℥iij. radicis liquiritiæ recentis ℥ij. aquæ ſanguinis hædi, vel leporini ℥vj. liquoribus ſimul mixtis, tartarum pulueriſatum affunde, & liquiritiam minutim conciſam, & per octo dies digeri ſinito, vſque ad clareſcat, & poſtea. clarum ab ſpiſſo ſepara & ſeruetur ad vſum. & detur ℥ij. in vino aut aqua ſaxiſragij: *Aqua iuniperi & raphani ſiluestris quomodo paratur.* aqua iuniperi & raphani ſylueſtris ſic paratur; ℞. radicis raphani ſylueſtris ℥iij. aquæ de baccis iuniperi ℥viij. infunde per horas 30. & poſtea per balneum diſtilla: aqua ſanguinis hædi ſic paratur, *Aqua ſang. hædi quomodo extrahatur.* ℞. ſanguinis hædi ℔. iij. & illas per cineres ſine aduſtione diſtilla, & doſis erit à ʒj. ad ij. eum iuſculo cicerum petroſellini, pimpinellæ, cum pullo decoctis: nam præſeruat & curat; hoc tamen auxilium vrinam ſuppreſſam maximè prouocat. ℞. cœpam integram & de ſuper fiant ſciſſuræ 4. & ſepeliatur in cineribus calidis, & in ſciſſuras inſtilla olei. ſcorpionis quod capiant & benè coctum & confuſum in forma emplaſtri pectini applicetur, in vicinæ ſuppreſſione à veſica.

Hæ etiam tabellæ aut pulueres ſunt feliciſſimè vſurpatæ in hoc caſu. ℞. radicis lauri, liquiritiæ, an. ʒij. ononidis ʒj. nucleorum perſicorum ſiccorum, ſeminis alcechengi pulueriſatorum ʒij. paliuri ʒij. milij ſolis ʒiß. apij. petroſellini, fœniculi, naſturcij an. ʒj. gummi ceraſorum, aut prunorum, ſuccini præparati an. ʒj. lariſcæ reſinæ coctæ, aut terebenthinæ veræ ℥ß. cinetis corticum fabarum ʒj. lapidis oculi cancri ʒj. cinamomi ℈j. fiat puluis tenuiſſimus, cuius doſis ſit ad ℈j. ſeu ad ʒß. vel adde ſacchari diſſoluti, in aqua ononidis, vel cum infuſione tragacanti. & fiat tabellæ, vel loco terebenthinæ, ſpiritus eius miſceatur ℈j. eſſentiæ croci ℈ß. aut vitrioli, aut ſulphuris gut. iij.

In hoc verò calculo, nihil aliis proficientibus auxiliis, dixit Zacutus, ex præſcripto Medicorum Olyſiponenſium oleum amigdalarum recenter paratum, *Obſeru 60. & 87.* cum guttulis balſami permixtum, lambere cœpit æger, & meliùs habuit, & in eodem auxilio perſiſtens magnum eiecit, calculum, poſtea olei amigdalarum dulcium ℥iij. balſami ℥ß. multos excreuit lapides: quo auxilio poſtea præſeruatur, dum aſſumit ℥iß. olei cum guttulis balſami: hoc etiam auxilium commendat Auenzoar, *lib. 2. theizir. tract. 2. cap. 7.* plures calculos etiam tenaciter impactos ſanare vidi, inquit, & expellere vſu aquæ ſtillatitiæ nicotianæ viridis extractæ. & in potum exhibitæ: ſin minùs illius decocto vtare cum vtilitate multa, ad lapidem etiam deturbandum. Mirabiliter etiam profuiſſe vidi lapidis bezuar orientalis ad octo grana in iure auis ex Lacunæ ſententia 5. *in Dioſcoridem, cap. 22.*

Sed his diebus duos ægrotos vidimus ſuppreſſione vrinæ altâ laborantes, alter ad 13. diem & ad 9. alter. & ambos periiſſe: erat vnus Doctor Damas Sacrarij Curator, & alter Don Alonſo Duran, Senator Hiſpalenſis, & Conſiliarius Regius & vtraque vrina copioſa probata, ex labe interna in præcipuis membris derelicta: nam alter fluxu ventris & alter cauſone, & lethargo occubuit; in primo vrina prouocatur, iisque ſequuntur; 12. guttulas olei de vitriolo in ℔. j. aquæ communis propinatur, & veſpere gut. vj. eſſentiæ iuniperi in aqua ſaxiſragiæ: ac poſtea gut. vj. eſſentiæ ſuccini, & tandem ℈j. ſalis tartari, in iure accepit; facta priùs vnctione, cum oleo ſcorpionum & Matthioli, additis guttulis eſſentiæ ſuccini; quo exinde vrinam copioſè emittere cœpit: Senator, etiam his omnibus & aliis auxiliis tentatis, & dulcis aquæ balneo, adhuc vrinâ prouocatâ copioſè, deuixit.

Ad ſanguinis hæmorrhagiam, quæ ſequitur ad venæ ſectionem ſub lingua, aut in fronte, à cucurbitulis aut ſanguiſugis.

ACcipe bombicem oleo vitrioli parùm humectatum. & ſciſſuras foue paulatim: nam mox ſiſtitur, non ſola virtute cauſticâ

cauſticâ, ſed adſtringenti valida: ſeu ſolo emplaſtico Galeni ex thure, albumine oui & pellis leporis minutiſſimè conciſis.

Ad ſuffuſiones oculorum & nubem incipientem.

Flat hæc diſtillatio, de qua ſingulo mane cochleare accipiat, corpore iam purgato. ℞. fæniculi viridis, rutæ, euphraſiæ, verbenæ, chelidoniæ an. m. j. ſummitatum roris-marini, ſaluiæ, florum roſarum an. m. j. baccharum iuniperi ʒvj. baccharum lauri ℥j. cariophyllorum ʒj. cinamomi ℥ß. ligno aloës ʒß. ſeminis fæniculi, ſileris montani an. ʒiß. ſeminis rutæ ʒß. infundantur in vino generoſo & diſtillentur, & poſtea hoc vtatur vnguento ſuper palpebras. ℞. fellis carpionis piſcis, mellis, ſucci chelidoniæ an. ℥ß. coquantur ad ſpiſſitudinem, deinde adde tutiæ ʒj. camphoræ ℈j. axungiæ thimali piſcis ℥ß. & fiat lenimentum; pro palpebris intrinſecùs vngendis, & hoc puluere in fine paſtus vtatur ad ſpiritus roborandos; ℞. ſeminis aniſi, fæniculi, margarit. ligno aloës, cinamomi, & cariophyllorum an. ʒj. & fiat puluis: poſtea hac aqua oculos abluat; ℞. chelidoniæ, euphraſiæ, verbenæ an. m. j. roſarum recentium p. ij. ceraſorum acidorum p. j. ſucci pomorum dulcium ℥iij. & infuſa in aqua roſarum diſtillentur; vt fiat ablutio oculorum.

Et pro macula pupillæ derelicta, corpore vacuato, hoc imponatur emplaſtrum ℞. pulpæ pomorum dulcium conciſæ, lb. ß. coquatur in aqua roſarum & fæniculi ad pultem, & adde muſcilaginis ſeminis fænugræci ℥ij. albuminis ouorum num. ij. corticis granati pulueriſati ʒij. lapides hematitis exactè triti ʒj. cremoris lactis parùm, & oculo applicetur tempore ſomni, & mane iteretur; vel ℞. aquæ chelidoniæ, euphraſiæ, fæniculi, an. ℥ß. mellis ſquilitici ʒiij. mirrhæ ℈j. ſtercoris lacerti ℈ß. & fiat collirium.

Illud etiam in hoc caſu aduerto, quod tunica cornea validiſſima ſolet ferre auxilia ideo ad reſolutionem nubis derelictæ aqua diſtilletur ex foliis fragorum, fellibus piſcium, & animalium, terebenthina, melle & ſulphure cum ſucco fæniculi, chelidoniæ & ſtercore lacerti & tutia, in vino maceratâ & illa ſæpiùs in die cornea foueatur; vel ℞. muſcilaginis pſyllij, fænugræci an. ℥ß. aquæ plantag. myrtillorum an. ℥iij. diſſolue lapidis hematitis ʒij. & abiecta reſidentia adde vitrioli albi ℈j. camphoræ ℈ß. & cum infuſione tragacanti facta in aqua roſarum applicetur ſupra oculum, & ſi palpebratum inflammatiooem patiatur, colbyrio vtatur, de corticibus granatorum, cum muſcilagine pſyllij, fænigræci: aut ſanguinem ex ala columbæ inſtillata, aut muliebri lacte, & pro oculis purulentis & lacrymantibus (peracto omni diuerſionum genere) ℞. muſcilag. ſeminis pſyllij, fænigræci, & cidoneorum, an. ℥ß. aquæ plantaginis, ſolani an. ℥ij. myrrhæ ʒß. ſarcacolæ in lacte nutritæ, ʒß. ceruſſæ, tutiæ, an. ʒj. amyli ℈j. puluериſentur ſicut alcochol, & miſceantur & applicentur oculis. Quòd ſi ab ophtalmia ab acri humore incipiat, aliis non proficientibus auxiliis, ſi ab hepate calido foueatur inflammatio, nullum efficacius auxilium inuenies, quàm ſaluatellæ ſectio, non ſemel tantùm, ſed bis; quod etiam Zacutus tradidit obſeruatum, *Obſeru.* 42. *fol.* 94. non in hoc caſu tantùm, ſed in inguinis dolore à ſimili cauſa, *Obſeru.* 43.

Ad inflammationem palpebrarum.

Pro oculis purulentis & lacrymantibus.

Ad tinnitum, grauem auditum, & ſurditatem.

PRæcedant omnes euacuationes vniuerſales, & cucufa geſtetur ex roborantibus & ſpecificis capitalibus; in hoc caſu ſe expertum fatetur Zacutus, fonticulos retro aures aperire & diu apertos conſeruare, & vaporem fæcis vini, aut amurcæ in meatum recipere. *Obſeruatione* 70. & poſtea tabellis vtatur caput roborantibus vt de nuce muſcata alibi deſcriptis: ac de hoc liquore parùm in aurem infundat; ℞. radicum raphani, porri, cæparum, an. ℥j. radicis ciclaminis ℥ß. ellebori albi ʒj. origani, rutæ, maioranæ, an. ʒij. florum lauendulæ, anthos, ſambuci, ſeminis fæniculi an. ʒj. baccharum lauri num. 15. & contuſis addatur fellis vaccæ ℥ß. vini fortis, vt emineat ſuper illa, & inde eliciatur aqua, cui adde ſpiritus de baccis iuniperi, ſpicæ, cariophyllorum aut ſulphuris an. gut. iij. ſeu aquæ vitæ rectificatæ ʒij. & in hoc liquore calido bombix imbuatur, qui in aure geſtetur & inſtilletur gutta; ſeu ℞. aquæ vitæ cochleare; ſucci cæparum ʒß. extracti ſpicæ gut. iiij. ſi in his non cedat, vtatur errhinis, gargariſmatis trahentibus, ad os & nares, ex ſucco maioranæ, betæ, ciclaminis, miſce. & vino purganti aliquando vtatur, vt vacuetur per epicraſim.

Pro Facie rubra & puſtuloſa.

HÆc eliciatur aqua & cùm penicillo illiniatur facies; bis in die. ℞. fragorum non planè maturorum ℔. ß. lactis caprini libras. iiii. radicis oxi lapati recentis ℥iii. portulacæ, plantag. recentis, an. m. i. roſarum rubrarum p. iii. albuminis ouorum numerò xii. limonum numero vi. aluminis ℥iß. camphoræ ʒi. & horum eliciatur aqua; hoc idem lacte virgineo conſequitur; vel ℞ lytargyrij ℥i. ceruſſæ ʒii. boracis ʒi. affunde aceti vini albi ℥iiii. ſtent infuſione & coletur, & lauetur facies bis in die, & cùm portione huius & illius etiam liniatur; vel ℞. butyri recentis ℥iiii. ſucci lapati acuti ℥ß. lytargyrij ℥ß. ſulphuris ʒß. gerſæ, ſerpentariæ ʒß. boracis ℈i. pomatæ ſatis ad linimentum quo liniatur facies & poſtea lauetur aquâ florum fabarum, diſtillatâ, addito ad ſucco limonum & parùm arſenici & albumine oui conquaſſati; vel ℞. ſucci foliorum aloës viridis (apud noſtros *bojas de ſauela*) ℥iiii. & in mortario plumbeo conquaſſentur, cui adde olei roſati ℥ii. lytagyrij albi ℥i. & illa mittantur per ceraceum, quibus adde vnguenti albi ℥ii. & agirentur iterùm & in fine adde pulueris Ioañis de Vigó ℥i. & exacta mixtione fiat vnguentum quo liniatur, aut facies aut manus puſtuloſa, ſeu herpe.

Ad perniones, hoc eſt magis ſelectum: ℞. pellis leporinæ crematæ ʒii. terebenthinæ ʒii. aquæ vitæ ʒi. miſc.

De herpete in ſalobilis purgatione curata eſt Galeni hiſtoria 14. *Meth.* 17.

Quòd ſi his mali pertinacia non cadat, puſtulis vlceroſis in facie manantibus, ſeu quauis alia partis ſede, aliis peractis auxiliis, vltimum erit auxilium. hyrudines parti affigere in omni puſtularum regione vſque ad ſanguine fœdo & craſſo ſaturatæ, ſponte decidant. hoc enim auxilium Auicenna commendauit 4. 1. *cap.* 22: per hæc verba: *Extractio præterea ſanguinis* (de hyrudinibus loquitur) *facta profundior eſt extractione à ventoſis facta*, Et Aretæus *lib.* 2. *cap.* 65. *Nonnullis autem* (inquit) *hyrudines quàm ſcarificationes magis placent: nam* eius beſtiolæ morſus magis penetrat: *vidimus enim totum ſanguinem à corpore haurire*.

Et in gutta roſacea Zacutus, nullis proficientibus auxiliis, in facie hyrundines apponendas curo (inquit) nam fœdo ſanguine extracto, ægrotam conualuiſſe vidi & ſine recidiua. *lib. pract. admir. Obſeru.* 75. & ſi in herpetem vertatur in facie (inquit) accipe lanam albam, quam tonſores ex pannis tondere ſolent, hæc vſtâ in teſta, nigri coloris euadit, & trita & permixta roſaceâ aut plantaginis aquâ atramentum repræſentat: hoc liquore vlcus illiniatur, nam ſenſim vlcus exſiccatur; *Obſeru* 16.

Si verò ſola prurigo vexet (nihil adhuc validiſſimis auxiliis proficientibus) tandem ſolo vrinæ balneo in qua priùs furfures, & fumaria ſint concocta, æger alius perfectè reſtituitur: *Hiſt. admir. Obſeru.* 3.

Ad ſcabiem verò puerorum, nullum electius auxilium, inueni, quàm vnguentum ex olei de liquidambar ℥j. olei amigdalarum amararum ℥iij. ſin minùs balſam ℥j. & cum illo bis in die liniatur ſcabies.

Pro Vteri prolapſu.

OMni reuulſione, & deriuatione peracta, ſanguinis miſſione ex brachio & cucurbitulis ſub mammis appoſitis, & lumbis è regione vmbilici, & corpore purgato; ſi humiditas præualet, & cotilidonum laxitas, in potus communi aqua chinæ, aut ligni ſancti propinetur, poſtea per infundibulum ſuffumigium accipiat, in os vteri; ℞. myrrhæ, maſtichis, radicis aſari, aſſæ fætidæ, ſagapeni, ſtercoris bouis exſiccati an. ʒß. excipiantur cerâ & fiant orbiculi pro ſuffumigio: deinde decoctum parabis, vt lana & goſſypio exceptum, intra os vteri imponatur; ℞. foliorum quercus, lauendulæ, roſarum. pentafiri, corticum granatorum an. ℥ß. coquantur in vino rubro adſtringenti & lana imbuta & expreſſa imponatur: repoſito priùs vtero prolapſo, quod ſic priùs conſequitur, ſi priùs prolapſus vterus ſoueatur, betæ decocto calido, vt intromitti poſſit. & poſtea aceto & ſale calido tumor minuitur: ſed antequam reponatur, vngatur mucagine conſolidæ & gummi dragacanti & ſuper eum pulueres tenuiſſimi inſpergantur thuris, maſtichis, ſarcacolæ lacte nutriti an. ʒi. gummi Arabici, mumiæ, acaciæ an. ʒß. hypociſtidis ʒß. ac vtero repoſito cucurbitulis mãmis appoſitis, & decocto adſtringenti, intromittatur. & hoc per 15. dies continuetur, & repoſito vtero conſeruetur, hoc emplaſtro ad os ſacrum & ad vmbilici regionem impoſito; ℞. acaciæ. thuris, maſtichis, galbani, ſtiracis an. ʒß. ſeminis lauendulæ, ſanguinariæ, ſanguinis draconis, granæ tinctorum an ʒß. olei myrtillorum & maſtichis an. ℥ß. ceræ & terebenthinæ ſatis ad emplaſtrum.

Vel ℞. emplaſtri de pelle arietina, & pro matrice an. ℥i. eſſentiæ ſuccini gut. iiii. & reponatur, vel de emplaſtro contra rupturam cum puluere &c. & zonâ alligatis conſeruentur, quod ſi nimia laxitas & humiditas cauſa poſtea aut occaſio ſit, vt iterum labi poſſit, ſudorifera erunt ex vſu, ex farſa, ligno ſancto & chinæ, erunt etiam maximi vſus balnea thermalia, ſulphurea, aut aluminoſa.

Ad Aurium vlcera, & Narium.

PVrgato corpore in aurem vlceratam infunde, ſeri lactis ℥ii. ſacchari candi ʒi. rhodomellis ℥ß. oximellis ſquilitici ʒiß. & poſtea ſine iterùm defluere, & aduerte, quod aures validiſſima ferunt auxilia: ideo fumum accipiat ex paſtillis ſic paratis: ℞. reſinæ, colophoniæ. thuris, maſtichis, & ſuccini an. ʒß. & fiant paſtilli pro fumo: vteris etiam aquâ ex fellibus piſcium diſtillata, eſt enim valde deterſiua, & mox exire ſine, & vinum poſtea paretur capitalibus herbis & ſpecificis roborantibus, quo in potu vtatur, & parum in aurem inſtilletur, poſtea aqua viridi, ſed ita temperatâ: ℞. aquæ viridis ʒii. vitelli oui n. i. prædicti vini ʒii. terebenthinæ ʒi. & guttulæ iniiciantur, & in extrema neceſſitate. ℞. vnguenti Ægyptiaci ʒi. pompholigis ʒß. oximellis ſquilitici ʒii. vini albi ℥ß. ſucci tabaci ʒi. miſc.

Quòd ſi illa aurium vlcera ſequantur, ad aurium inflammationem ſuppuratam, aut aliter, hanc aurium inflammationem curare docuit Auenzoar *lib. 1. theizir tr. 4. cap. 1.* Impletâ priùs aure oleo de vitellis ouorum, quo auxilio poſt tres horas tota ſanies inde manauit (quod etiam conſequitur lacte mulieris ab ipſo vbere inſtillato) ac poſtea incœpit abluere ſaniem cum aqua mellis, in qua incoctæ ſint ſubtiles corticees glandium, & caudæ equinæ: ac poſtea ad maiorem abſterſionem vlceris, præcepit vt fieret cum aqua decoctionis limaturæ ferri colata, & cum herba gallinæ inſtillando & voluendo aurem vt purificetur: nam ſic optimè mendificatam ſcribit, & conſumpta eſt ſanies perfectè.

Pro narium vlceribus. Hæc eadem pro narium vlceribus, & in illis vteris parua ſyringa lotione herbarum adſtringentium hordei & plantag. balauſtiarum & capitum roſarum: ac poſtea hoc vnguento. ℞. ceruſſæ, tutiæ, lytargyri an. ʒß. plumbi vſti ʒvi. myrrhæ ariſtolochiæ an. ʒii. olei omphacini, ſucci plantag. an. ℥ii. & in mortario plumbeo agitentur ad formam vnguenti & bombyci aut filis carminatis indatur in narium ſpramma & tandem puluere pulueris Ioannis de Vigo ſublimati in aqua roſarum, aut plantaginis, vtatur.

Aqua viridis pro vlceribus aurium, narium, & oris, ſic paratur: ℞. æruginis æris ʒi. aluminis ℥ß. vitrioli, minij, an. ʒi. vini albi ℥iij. aquæ vitæ ℥ß. coquantur ad tertias & hac vteris aquâ in prædictis vlceribus. *Aquæ viridis deſcriptio.*

Pro dolore podicis, hæmorrhoidarum, colli vteri, & veſicæ.

OMnis reuulſio eſt ſurſum ad brachia deferenda; poſtea lenimento vteris ex lacte, farinâ fabarum, & hordei & micâ panis infusâ, cum vitello oui; poſtea ℞. foliorum hyoſchiami m. i. coquantur in lacte, & cum prædictis contundantur, & ad formam lenimenti imponatur: vel ſucci hyoſchiami, ℥ii. muſcilaginis ſeminis lini, pſyllij, extractæ aqua plantag. an. ʒß. cremoris lactis ʒii. olei amigdalarum dulcium recentis ʒß. coquantur ad conſumptionem ſucci. & adde opij in lacte diſſoluti ʒß. ceræ albæ ſatis ad lenimentum; poſtea ſuffitum accipiat, ex decocto foliorum verbaſci, hioſchiami, & lauetur poſtea illo.

Vel fiat fotus, ℞. lactis caprini ℥vi. vitelli ouorum num. ii. muſcilaginis pſyllij, hyoſchiami; eidoneorum. facta in aqua ſolani an. ʒii. & agitentur, & tepidè foueatur, & ſi febris non adeſt, fiat pulus, qui cum lacte bibatur: ℞. trochis alcechengi cum opio ʒiß. ſacchari pinidiati ʒii. & de hoc ʒi. cum lacte propinetur, & ſi a vino abſtinere non poteſt, addatur illi ſaccharum, quo & gratius redditur, & huius vis infringitur.

Et ſi hæmorrhoidibus accedat inflammatio: decocto maluarum, fænugræci, hioſchiami cum lacte foueantur, & ad internas fiat ſuppoſitorium; ℞. thuris myrrhæ, croci, opij, an. ℈i. puluerifata excipiantur muſcilagine pſyllij, vitello oui & vnguento populeone, & cum pulpa aſſati pomi fiant ſuppoſitoria, quæ leuiter indantur, ac poſtea hoc lenimento tota podicis regio foueatur, aut lana, aut penicillo. ℞. pinguedinis gallinæ & butyri recentis an. ʒi. vitelli oui num. i. muſcilag. pſyllij ʒß. croci ℈i. vnguenti de tutia ʒiß. ceræ parùm & fiat lenimentum, Vel ℞. muſcilag. pſyllij ʒi. cremoris lactis ℥iii. emulſionis 4. ſeminum frigidorum ʒi. vitelli oui numero ii. & cum lacte miſceantur pro fotu; ſi verò loco doloris prurigo accidat, ſedeat in hoc decocto: ℞. gypſi vſti, *De prurigine podicis.*

vſti, aluminis, boli Armeni an. ℥i. ferueant in aqua fabrorum & ſedeat in illo, & podicis regio lacte virginali foueatur; ſin minùs lytargyrium, ceruſſa & vitriolum feruеant in aceto & relicta materia in lacte diſſoluatur & foueatur illa; pro rhagadiis tamen & fiſſuris ani. ℞. vnguenti roſati, & olei omphancini an. ℥ß. ſucci plantaginis ℥ß. cœpi vituli ʒx. lytargyrij auri & argenti an. ʒvi. plumbi vſti, ceruſſæ, tutiæ, an. ʒiii. antimonij ʒii. thuris ʒß. terræ ſigillatæ, boli Armeni an. ʒiß. agitentur in mortario plumbeo per 2. horas & fiat lenimentum; & ſi dolor accedat, oleo de vitellis ouorum foueatur; vel lacte virgineo: ſeu ſucco plantag. in linteo.

Quòd ſi nullo auxilio ſuppreſſæ hæmorrhoides prouocentur, cucurbitulam magnam ad ani reginem appone, quæ totum anum comprehendat, vt venarum orificiis, quæ intus latebant, eminentibus, largus ſequatur fluxus, quo auxilio ægrum ſe fatetur perſanaſſe Zacutus, *Obſeru.* 6.

In hæmorrhoidibus rebellibus nulla profuerunt auxilia communia vſque ad fonticuli in crure aperirentur, dixit Zacutus *Obſeru.* 62. Eſt enim illorum mira vis, vt naturam diuertat, hac euacuatione ab illa, qua fluere ad mariſcas ſolebat, vt etiam experimento obſeruauit Amatus 4. *centur.* 56. nam ſupplent purgationes & phlebotomiæ vices, vt probat Guido *de cauteriis doctrinâ* 1. *cap.* 6. & Ficinus *lib.* 1. *de cauter. cap.* 5.

Vt Renaſcantur pili deciſi.

PVrgato priùs corpore, caput hoc vino foueatur. ℞. florum camomillæ & ſaluiæ, an. p. i. coquantur in vino & fiat fotus, & in nocte hoc vnguento, ℞. olei myrtini, amigdalarum dulcium an. ℥i. corticum radicis cannarum vſtarum, capillorum veneris, cineris & politrici an. ℥iii. cineris murium & apum vſtarum & cantharidum rubrarum an. ʒß. laudani ʒii. mellis ℥i. & cum cera fiat linimentum; quo nihil efficacius inuenies, & ſi multùm adhæreat, abluatur lixiuio abrotano decocto, & hoc per menſis ſpatium: quo etiam tempore fotus fiat ſingulis noctibus hoc decocto. ℞. capil. veneris, politrici, corticum cannarum, foliorum myrti & ſenæ, camomillæ, roſarum, rumicis an. m. i. ligni guaiaci ℔ß. radicis chinæ ℥i. abrotani & ſcabioſæ an. m. i. & ſpongia hoc decocto imbuta foueatur.

De Hæmoptoica Paßione.

AN à capite an à pectore, an à pulmone ſanguis exeat, conſidera: an vena rupta, exeſa, aut reſudata, & cauſas poſtea, ruptionis, exeſionis & reſudationis, an multitudo, an humoris mordacitas, tenuitas, & acrimonia: an ſeroſitatis abundantia: nam multitudo in ſanguinis miſſione libratur, & reuulſio ad contraria, ſi non ad fluxionis originem; deriuatio & vacuatio, à loco patienti determinatur; malignitas, acrimonia, & ſeroſitas ab hac purgatione; ℞. rhabarbari ℈iiii. ſpicæ ℈ß. corticum mirabolan. citrinorum ʒß. infundantur in aqua plantag. & colaturæ adde ſyrup. perſici ℥ii. & aromatiſetur; poſtea omni reuulſione, deriuatione, & vacuatione veteris ſanguinis miſſione, ſanguiſugis, cucurbitulis, quæ omnia cauſam reſpiciunt. *De hac paſſione Galenus 4. de locis 6.*

Sed quæ ſequuntur affectum, ſeu in pulmone ſeu in pectore ſit, vt ℞. ſucci plantaginis, burſæ paſtoris an. ℥i. ſacchari ℥iii: coquantur ad ſpiſſitudinem & poſtea adde laudani opiati gran. iii. & ſumat cochlearia; ſeu de hoc condito; ℞. conditi roſarum ex ſucco cidoneorum & citri an. ℥ii. conſeruæ radicis conſolidæ ℥i. trocis alcechengi ʒi. & fiat conditum. ſin minus de hoc puluere ſumat cochleare, ℞. ſacchari roſati tabulati ʒii. coralli rubri ʒß. ſuccini, ſeminis hioſchiami & papaueris an. ℈i. & fiat puluis.

Et ſi videatur ſanguinis abundantia aut caliditas à Iecore foueri, aut à liene, ſuper illa imponatur cucurbitula magna, peractis reuulſione & deriuatione & poſt horæ quadrantem reiteretur: ſed ſuper omnia valet ſectio ſaluatellæ.

Et ſi ſanguinis grumi, adhuc in pectore reſtagnare præſumuntur, hos tenuare & reſoluere prudens erit conſilium, vt ℞. rhabarbari pulueriſati ʒß. coaguli leporis ℈i. mannæ electæ ʒvi. ſyrup. roſati ſolut. ℥ii. & ſumat & in iuleb roſarum diſſoluatur coaguli leporis ʒß. & per interualla cochleare accipiat: *Galenus* 5. *Meth.* oxicrato tepido vtitur ad grumos diſſoluendos. & ſi adhuc in pectore conſiſtant, de hoc loch per interualla ſumat. ℞. ſyrup. de portulaca, iuiubarum an. ℥i. ſpecierum diatragaganti frigidi ʒß. diapinidis ʒi. terræ ſigillatæ & lemniæ veræ an. ℈i. & fiat loch; quod cum baculo liquiritiæ ſumat: deinde in nocte ante ſomnum vnam tabellam accipiat. ℞. ſeminis hioſchiami albi & papaueris an. ℈ii. gummi arabici ℈i. coralli rubri ʒß. terræ ſigillatæ trocis *Ad grumos diſſoluendos [illegible] capacitate.*

decharabe & alcechengi an. ʒß. ſucci berberis ʒii. conditi de acido citri ʒi. laudani opiati gut. iii. ſacchari candi in aqua roſarum & plantag. diſſoluti ℥iii. & fiāt tabellæ ad ʒi. vel ℞. trocis alcechengi cum opio ʒß. ceu pillularum de cinogloſſa num. ii. & diſſoluantur in lacte chalybeato, & in nocte propinetur: vel de hoc paſta detur ʒß. ℞. boli armeni orientalis loti aqua roſarum ʒii. ſeminis portulacæ, lactucæ an. ʒß. ſeminis hioſchiami ℈i. gummi arabici tragacanti an. ℈ii. amili ʒß. ſeminis naſturcij torrefacti ʒß. roſarum ruh. ℈ii. oſſium mirabolanorum citrinorum ʒß. ſacchari candi & roſati tabulati an. ℥i. & cum rub. myrtillorum fiat paſta, & inter hæc auxilia interdiu ſumat cochleare huius auxilij. ℞. albuminis oui optime conquaſſati & deſpumati num. ii. boli armeni veri ℈i. tragacanti, & ſacchari cādi an. ʒi. & fiat admodum loche; nam lentori & adſtrictione venæ orificia obturat.

Subitò ſanguinem ſiſtere dixit Riberius hoc auxilium. ℞. ſpiritus vitrioli ℈ß. aquę plantag. ℥iiii. miſc. Ceſalpinus commendat ſpiritus de charabe cum aqua plantaginis: Mercurialis dracodium album: Amatus Luſitanus ſuccum vrticæ ad ℥ii. Tralianus lapidem hęmatitis, & Galenus oxicratum.

De ſang. feroſo. Et ſi valde tenuis & ſeroſus ſanguis exire videatur, ſiue ex pulmone aut vndecunque ſit, de hoc electuario ſumat. ℞. conditi roſarum antiqui & omphacij an. ℥i. violarum ℥ß. boli armeni, terræ ſigillaræ veræ an. ʒß. ſacchari candi & roſati tabulati an. ℥i. & cum ſyrupo myrtillorum fiat electuarium, de quo accipiat in introitu lecti ʒß. cum aqua inaurata: vel etiam his pillulis vtatur. ℞. pulueris diatragacanti frig. ʒii. radicis conſolidæ & enulæ an. ʒß. oculorum cancri præparati, coralli margarit. an. ʒi. ſeminis hioſchiami ℈i. eſſentiæ vitrioli gut. iii. ſacchari aqua roſata diſſoluti ℥iiii. & fiant tabellæ ad ʒi. & ſuperbibat de aqua tuſſilaginis, ſcabioſæ violarum, ſanguinariæ, limacum. & betonicæ an. ℥i. iulepi roſarum ℥iß. & ſuperbibat ℥ii.

De bilioſo ſanguine. Et ſi ſanguis videatur craſſus, infectus, aut nimia flauitie obductus; purificetur hauſtulo huius vini; ℞. radicis liquiritiæ raſæ. ℥ii. conſolidæ. ℥iii. radicis enulæ ℥i. foliorum tuſſilaginis, marrhubij an. ℥i. paſſularum & ficuum nigrorum, an. ℔. ß. mellis ℔. ß. vini nigri adſtringentis ℥vi. ſtent per diem infuſa & colantur, & ſumat ℥ii. & in hoc caſu conſule auxilia, quæ deſcripſimus pro fluxu hæmorrhoidum, mictu ſanguinis, & quæ ſequuntur, de dyſenteria, & diarrhæa.

De Dyſenteria & Diarrhæa profuſa.

OB indicationum vicinitatem huius & præcedentis affectus, in humoris confluxu & in intentione, hoc annectere placuit & præter illa quæ in noſtro diximus Tribunali, hæc attende, an priùs cathartico vacuare conueniat, quod ad inteſtina fluit: ibi diximus, quando nempe nulla nos vrget febris: ſed quando aëris & mordacis humoris indicatio, febris & vlceris ſuperat contraindicans, tunc purgare conuenit à principio; vidimus enim deſpecta purgatione efferati humoris, vlcus in dies ſordidius & depaſcens euadere, vt poſtea nullo valeat auxilio ſuperari, & ad Auicennam dicimus quod ad partem læſam non eſt dicendus humor, quando eſt membrum princeps, ſeu quando poteſt in illa detineri: nam ſi breuiter & in momento tranſit, tutius conſequitur auxilium ex euacuatione humoris, quo vlcus, aut ſordidum reddi poteſt, aut depaſcens, quàm timetur ex læſione, quæ in tranſitu accidit: at verò in vlceris principio, quando nempe fouetur ab ipſa venarum plenitudine, ſeu à calido hepate perenniter bilioſum humorem ſuggerente, quod febris indicat, & calida & humida temperies, venarum plenitudo, &c.) tunc tutior erit à ſanguinis miſſione reuulſio ex brachio & ſaluatella, & vlceris & febris ratione; nos de hoc latiùs in præcitato loco: quare ſi conuenit purgare, à principio hæc imperetur; ℞. rhabarbari electi, corticum mirabolanorum, citrinorum an. ʒi. infundantur in aquæ plantag. ℥iiii. & forti expreſſioni adde pulpæ tamarindorum ʒii. ſyrup. perſici ℥ii. & aromatiſetur guttulis aquæ cinamomi. Amatus tutius iudicat ſubſtantiam in ipſa infuſione propinare, non tantùm in hoc caſu conuenit à principio, ſed quando à viſcida, ſalſa, & frigida pituita, nullo ſanguine dominante, hic affectus producitur, & fouetur ex crudo & frigido ventriculo, & hoc à duplici principio deducitur, & inteſtinorum vlcera à viſcida & craſſa abſtergantur pituita, ne vlcera vlterius putreſcant & quia per ſanguinis miſſionem non educitur; qui in inteſtinis & ventriculo ſtabulatur humor; qui ſui, & loci ratione, & vacuationis commoditate, petit per medicamentum purgans vacuari: vt ℞. mirabolanorum chebulorum ʒii. agarici in nodulo incluſi, ʒi. infundantur in decocto pugini ad ℥iiii. aniſi ℈ß. cinamomi gut. vi. & colaturæ & forti expreſſioni adde ſyrupi Regij ℥ii. & potum accipiat.

Dyſenterici aqua frigida extinctis eſt lußeria in Galeno 2. de cauſis ſymp. 7. De lacte chalybeato in dyſenteria & omni aëri fluxione 10 de ſimpl. med. facult. 7. & 8.

An ſit in ſuperiori, an inferiori inteſtino & quibus ſignis. 6. de locis 2. & 5. de locis. 4.

De hepatica dyſenteria ſecundum cornelium deſtruentem 5. de locis 7. & 6. de locis. 2.

Poſteà verò ſit maxima diſtinctio in qualitate dignoſcenda confluentis humoris, an calidus, acris, & mordax: an ſalſus, viſcidus, & tenaci pituitâ permixtus, & in ſitu inteſtinorum, vbi vlcus perſiſtit, an craſſis, an tenuibus: nos enim vidimus à craſſis inteſtinis vlcera ſerpendo deſcendere, vſque ad rectum & ad podicis finem, qui fere ſemper caſus lethalis eſt, & à tenuibus ad craſſa etiam vlcus ſerpere, haud minori periculo.

Quare in primo caſu, calidi nempe ſucci, omnis erit intentio humoris feritatem frænare, & calorem in fonte temperare, quod nullo breuiùs conſequitur auxilio, quàm aquâ niue refrigeratâ, & vſu niuis in omni potione, & ad hoc incipiat, ℞. ſyrup. cidoneorũ de Ribes, & papaueris an. ℥ß. aquæ plantag. ℥iii. troch. de ſuccino ℈i. & ante aut poſt de hac mixturâ cochleare accipiat, per vices: ℞. radicis tormentillæ ʒi. ſeminis lapati acuti, & radicis aloeæ an. ʒß. ſeminis plantaginis, acetoſæ, an. ℈i. ſpecierum manûs Chriſti ℥ß. ſeu in vino rubro, ſeu lacte chalybeato.

Lac caprinum, in quo ſilices ſint extincti, poteſt concedi in hoc caſu, & ex Galeni mente, *lib. de ſimpl. med. facult. cap. de lacte*. Sed non quocunque tempore, ſed corpore extenuato & morbo iam progreſſo; In diarrhæa venenoſa 12. granis ſmaragdi illam iam deſperatam ſe curaſſe teſtatur Zacutus, aqua ſuper bibita, in qua tragacantum coquebatur ad 15. dies ſumptis. *Obſeru.* 26.

In clyſteribus ad ſingulares vlceris indicationes attendatur: nam vlcus inflammatum attemperari poſtulat: ſordidum abſtergi: depaſcentis humoris feritatem coërcere, malignitatem corrigi. & quoque ſingulares ſui gradus etiam obſeruentur. In caloris nempe intenſione, ſuperficialis, intimæ, aut profundæ putredinis, & ſordis, & dum breuiùs aut longiùs depaſcitur, aut ambulat ab vno ad aliud inteſtinum, quod ex puris qualitate, fætore, ramentis, & frequenti egeſtione venæ beatis, inteſtinorum dolore & ex ſitu, vbi dolor aſſiſtit & ſecundum has conſiderationes intenduntur auxilia, aut mutantur: velut in his exemplis: in inflammato vlcere (quod dolor febris & ventris tenſio indicat) ℞. decocti plantag. violarum, hordei ℔. ß. oui integri num. i. ſacchari albi ℥ß. vel ſeri lactis ℔. ß. ſucci roſarum & plantag. an. ℥i. albuminis oui numer. i. emulſionis ſacchari roſati in aqua plantag. ℥ii. & oleoſa in hoc caſu non placent, quia igneſcunt. & ſi dolores vrgent, adde filonij, aut micletæ ʒß. vel ℞. lactis chalybeati ℔. ß. decocti hordei, conſolidæ, ſeminis lini ℥iiii. ſacchari ℥i. vitelli ouorum num. ij. lariſcæ in iure diſſolutæ ʒii. miſc. & in dyſenteria venenoſa, dicit Zacutus, ſolo ſmaragdi puluere ad 12. grana accepto, in condito cidoneorum, aut in decocto tragacanti quinquies deuorato, ægrotum conualuiſſe vidi. *Obſeru.* 91.

Et ſi præualet ſalſa & mucoſa pituita, ſanguine mixta, talem clyſterem imperabis. ℞. radicæ conſolidæ, liquiritiæ, an. ℥i. radicæ biſtortæ, ſeminis lini cidoneorum an. ℥ß. ſeminis aniſi, ʒii. coquantur, aut in lacte, aut in decocto hordei & colaturæ diſſolue mellis roſati ℥iß. oui integri num. ii. ſeu ℞. furfuris craſſi, & cicerum an. p. ß. coquantur aqua, & huius decocti accipe ℔. ß. ſyrupi roſati ℥ii. lariſcæ, aqua roſata diſſolutæ ʒii. vitelli oui num. ii. miſc. & euaporationem accipiat ex decocto verbaſci, parietariæ, furfuris, & roſarum, & in ſyrupo cidoneorum & de cortice citri, in aqua ſcabioſæ diſſolutis, de hoc puluere accipiat, ʒß. ℞. radicis tormentillæ ʒi. lapati acuti ʒß. corall. rub. ʒii. margaritarum ℈i. miſc. & ſi forte in ventriculo præualet abundantia crudorum, ex arte erit vomitoriis reuellere quod ad inteſtina confluit; vt ℞. ſyrupi aceroſi ℥i. aquæ nucum, raphanis diſtillatæ & borag. an. ℥iß. ſalis tartari ℈ß. ſeu infuſionis ſtybij in vino ex granis ij. ʒi. & ad mordacitatem coërcendam poteſt accipere in potu olei amigdalarum dulcium recentis ℥i. ſyrup. papaueris & cidoneorum an ℥ß. aquæ portulacæ ℥ii. micletæ ℈ß. & accipiat.

Si verò iam ſordidum vlcus (excrementorum illuuie, fætore, & impuritate agnoſcitur) illud imprimis diſcito, ne ſordities vlceri impingatur, nimis cõtinuato adſtringentium vſu: ſed abſtergentia ſunt *Cautio* etiam per gradus imperanda, à leuiori- *valde vti-* bus ſemper incipiendo, ſicut & vlcus in- *lis.* cipit. & ſecundum vrgentiam ad alia ſit tranſitus; vt ℞. decocti furfuris craſſi, hordei integri, & cicerum ℔. ß. rhodomellis ex ſaccharo ℥ii. ſæui hædi ℥ß. oui integri numer. i. & fiat clyſter, & ſi petit neceſſitas ad maiora tranſire, ℞. hordei & oriſæ an. p. i. coquantur in lacte chalybeato, & in ℔. ß. diſſolue vitelli ouorum numer. ii. ſacchari rubri & axungiæ hædi, an. ℥i. lariſcæ ʒiß. & fiat clyſter, & ſi adhuc maiori abſterſione indiget; ℞. cicerum rubrorum, & lupinorum an. p. i. radicis tormentillæ ℥ß. coquantur ad medias & ad ℔. ß. adde rhodomellis ℥ii. vnguenti Ægyptiaci ʒi. eſſentiæ vitrioli gut. ii. & poſtea allium accipiat ad temperandum ex lacte, aut hordei decocto, cum

ſaccharo, vitellis ouorum, & ʒß. filonij.

Quòd ſi de vlcere depaſcente, aut ſerpente, iam præualeant ſigna, quod dignoſcitur ex maiori ichorum multitudine quàm ſorditiei & quod teneſmi accidentia, indies magis vrgent, & vſque ad recti inteſtini orificia iam vlcera deſcendant, quæ incœperunt in tenuibus, aut craſſis inteſtinis, & ex frequentiori & importuna, ne tantùm egerendi cupidine, ſed ichorum etiam multitudine, cùm varietate excretionum, vſque ad ramēta & veluti caro liquata deiiciatur, vt cadaueris fætorem æmuletur: in hoc ſtatu, ſi liberè & verè fari licet, nullum certè vidimus liberatum.

Ideo in hac dyſenteriæ ſorte, ſi omnibus auxiliis intus & extra principiis non obſtas, poſtea ſerò medicina paratur: quoniam in hoc caſu plus valet arte malum: ideo huius humoris prauitas eſt omnibus auxiliis frænanda, intus potionibus frigidis aliqualiter acidis & narcoticis mixtis, & frigidioribus alexipharmacis, & omnibus niue refrigeratis; vt ℞. aquarum portulacæ, plantag. oxalidis, & ceraſorum acidorum an. ℔. ß. conditi de acido citri & omphacij an. ℥ß. tamarindorum conditi, aut pulpæ ℥i. cryſtalli præparati & confect. iacynthorum an. ʒß. laudani opiati gut. iiii. & illius defectu filonij perſici ℈ß. & detur per vices ad ℥iii. niue refrigeratum, & nullum deſpicias auxilium: nos enim, non ex Commentario ſcribimus, ſed ex frequenti medendi exercitio, & de his conditis aut pulueribus cochleare accipiat: manè & ſerò ℞. troch. de charabe ʒi. radicis tormentillæ ʒß. pulueris perlarum, tabellarum manus Chriſti an. ʒß. ſacchari roſati tabulati & candi, an. ʒii. & in aqua plantaginis capiat ʒß.

In dyſenteria à ſuppreſſis menſibus orta, ſanguinis miſſionem ex talo maximè profuiſſe teſtatur Zacutus, & videtur ſecundum rationem, vt conſueta vacuatio per conuenientem regionem prouocetur: poſtea, inquit, abſtergentibus infuſis & rhabarbari vſtulati vſu, in aqua plantag. mihi ſemper profuiſſe expertus ſum. *Obſeru.* 19. Quam ſententiam Mexius etiam confirmat, *lib.* 1. *de morb. mulierum. cap.* 36. *&* 37. At verò in ſummâ deſperatione, inquit, hunc clyſterem infundi iuſſi, & euaſit ægrotus: ℞. lactis chalybeati ℔. ß. arſenici gut. iiij. aluminis gut. iij. opij gut. ij. & ſæpiùs infuſo æger conualuit. Nos etiam loco arſenici gut. iij. eſſentiæ vitrioli infundi iuſſimus, & æger conualuit. *Obſeru.* 20.

Clyſter validior. Quòd ſi influxus perenniter ſollicitat, & importunè angit, hunc clyſterem accipiat, ℞. radicis biſtortæ, tormentillæ an. ʒi. conſolidæ maioris ℥ß. equiſeti, plantag. burſæ paſtoris, agrimoniæ an. m. i. roſarum rub. p. ij. hordei, aut oriſæ toſtæ an. p. j. ſeminis acetoſæ ʒij. plang. ʒj. fiat decoctio, in aqua chalybeata, aut in ſero caprino chalybeato, & in ℔. ß. diſſolue ſacchari albi ℥ß. candi ʒij. ſyrupi roſati ℥ij. muſcilaginis cidoneorum & pſyllij an. ℥j. & fiat clyſter; quod ſi validiorem deſideras & magis aſtringentem. ℞. oriſæ parùm toſtæ p. j. gallarum conquaſſatarum p. ß. balauſtiarum ℥i. roſarum p. i. ſeminis plantag. ʒij. radicis biſtortæ ℥iß. conſolidæ ℥ij. fiat decoctio in aqua chalybeata & in ℔. j. diſſolue ſucci plantaginis ℥ij. lapidis hæmatitis ʒij. ſanguinis draconis ʒj. cryſtalli præparati ʒß. filonij ʒß. axungiæ hædinæ ʒß. ſyrup. myrtillorum ℥i ß. & poſtea ſuffumigium accipiat ex decocto roſarum, foliorum quercus & gallarum. cupreſſi, & pedes teneat in vino, maximè adſtringenti, decocto ſimilibus herbis & radicibus, ſeu in aqua fabrorum.

Et ſi iam ad nimiam ſiccitatem perueniat, corporis ſubſtantiâ depaſtâ, vtatur lacte chalybeato, in potu, ſeu his pulueribus mixtis. ℞. manus Chriſti perlati ʒij. troch. de ſuccino, de charabe, corall. diamargarit. frig. an. ʒß. & fiat puluis: nec in hoc caſu diſplicet epithemata cordi, hepati, pulſibus, & teſtibus applicare ex aquis cordialibus, ſucco roſarum, & pulueribus ſpodij, diamargarit. frigidi an. ʒß.

Et interim ventriculi & ventris regio roboretur, ſpongiâ vino adſtringenti imbutâ, & poſtea in tota ventris regione & ventriculi hoc imponatur cataplaſma ℞. cidoneorum, cornorum, & pyrorum adſtringentium an. p. j. panis toſti aceto irrorati ℔. ß. furfuris craſſi aceto macerati p. ß. coquantur vino rubro ad perfectam macerationem, quibus adde boli Armeni veri ℥j. acaciæ veræ ℥ß. gallarum ʒß. roſarum ʒiiij. myrtillorum ℥j. olei myrtillorum & maſtichis an. ℥j. & imponatur calidum; poteſt etiam vti vnguento Comitiſſæ, de corticibus caſtaneorum & diaphinicone Alexandri.

Si verò ad vltimam deſperationem veniat, ſeu profuſiſſimâ excretione, ſeu quia iam in hepaticam vertitur deſperatam, ſumma imbecillitate in hepate contracta, quando iam excretio eſt ſicut lotura carnis, ſeu indicibilis humoris mille modis fœdati, vt iam natura continere non valeat, hoc vltimum auxilium omnem deſperationem videtur ſuperare; ℞. radicis tormentillæ ℥iiij. corticum mirabolanorum, citrinorum, ſeminis ſanguinariæ, *De vltimâ deſperatione quid agendum.*

natiæ, roſarum rubrarum ſiccarum an. ℥ij. affundantur in lb. iiij. aquæ maſtich. & chalybe ignito præparatæ, coquanturque ad medias, cuius decocti percolati lb. j. accipies & feruenti adhuc affundantur roſæ, & infuſa omnia per noctem macerentur, vaſe vitreo tecto, & ſemper agitando, quibus adde eſſentiæ vittioli gut. xx. & ſine vt rubeſcat ad ſanguinem, & altera pars decocti (debet enim dimidio partiri) coquatur cum ℥xij. ſacchari roſati & coletur, & hæc & illa poſtea miſceantur, quibus adde eſſentiæ cinamomi gut. vj. & ſeruetur ad vſum, & accipiat ℥ij. mane & ſerò, præmiſſo rhabarbari diluto, tamarindorum aquâ infuſo: maximè quando vera dyſenteria in hepaticam tranſit, quo tempore etiam (vt in hemorrhoidum fluxu deſperato) hoc condito vteris. ℞. conditi roſarum veteris ℥iß. lachrymæ draconis pulueriſatæ ℨj. laudani opiati veri grana xxiij. & fiat conditum, de quo accipiat ℨß. cum ſyrupo cidoneorum, granatorum, papaueris, omphacij, ſeu vino adſtringenti dilutis.

In hepatica dyſenteria, cautio habenda.

In hepatica tandem dyſenteria, illud maximè prudentia dignum obſeruauimus, vt quando in principio venit, cum nondum hepar eſſentialem debilitatem contraxit, quantumuis excretiones ſint ſicut loturæ carnis, nec eſt valde lethalis, neque magni periculi: ſi initiò ſpecificis auxiliis obſiſtimus: ſolent enim ex miſcella ſanguinis & bilis aduenire, ſeu ex peregrina aliqua cruditate in hepate, aut ventriculò genita, ſeſe natura per illam vacuationem expurgante, & vt plurimùm criticè; quare excretionis impetu exacto, roboranda ſunt ventriculus & hepar, alendus æger, attemperandus humor; quod ſi ad ventriculi cruditatem ſequatur, vt aliquando ſolet, mixto cruditatibus ſanguine, ſed caloris orbitate, ſeu à priuatione, ſeu ſuffocante onere, tum vera conſulit indicatio (vt etiam in diarrhæa, quæ eſt etiam ſoboles cruditatis) ventriculi calorem inſtaurare, debilem in coquendo facultatem roborare, & iam productas cruditates concoquere; ne putredine & acrimonia ventris fluxum conſeruent: primum conſequitur pullis columborum & pullorum, viuis & non diſſectis, ventriculo applicatis: ſic enim illorum calor, viuus diu, perſiſtit, & conſeruatur diu: qui debent etiam ad tempus permutari: ſecundum autem, hauſtulis ſolius aquæ boraginis conſequitur actu calidis: quod nos ſæpiùs prodeſſe obſeruauimus, ventris fluxum & valde importunum conſtitiſſe his coctis cruditatibus: ſi maximè ſumantur cochlearia ſyrup. de corticè citri: roborat enim debilem facultatem ventriculi, & cruditates concoquit, quod ſi non cedit, eſt ad alia auxilia tranſeundum, vt neceſſitas petit.

Dyſenteria ex cruditate ventriculi.

De Maleficio ligaminis.

SEmper dubitaui, an valeat maleficium, artis magiſteriò, & naturalibus auxiliis depelli: ſed video pleroſque viros, in ea fuiſſe ſententia quod ablato veneficij inſtrumento, quo innititur pactum, tollitur veneficium, defectu conſeruantis: ideò referam quod Ioannes Antonius Campenſis Chymicus valde artificioſus in ſuo libro *de lapide Philoſophico, mirabili in conſeruando corporis humani vires*. *folio* 422. vbi in capite *Ad coitum ſeruientia*, ſic alloquitur: Accipe dentes hominis mortui, corall. lunariæ maioris, vel minoris, vel ſolſequij, thuris, maſtich. an. quantum placet, & ſuffumigetur patiens, quando ibit dormitum; poſtea accipe artemiſiæ, hipericonis, pimpinellæ, peruingæ, & radicum iringorum an. quantum placet, & decoquantur in aqua communi, & lauetur patiens in facie, vlnis, manibus, tibiis, genitalibus, ſeu verendis, & pedibus per nouem dies cum aqua decoctionis prædictorum; poſt ſumat de lapide Philoſophico (de quo antea dictum eſt) ex aqua ardenti, nimis rectificata, & ad quintam eſſentiam redacta cum aqua teſticulorum ſatyrionis, rubei, & aliis, vti ſupra dictum eſt. & poſt mingat patiens per medium annuli ferri igniti, vel foraminis ligonis, aut mingat per annulum ſponſalem & deſtruetur maleficium; Viri iſti potiùs admiratione videntur velle infatuari ſtupida ingenia, quàm ſecuram doctrinam edocere: fateor enim, & ingenuè fateor, quod in his auxiliis nullam vim naturalem agnoſco, quæ veneficium valeat ſuperare, niſi illorum virtus à magia damnata eleuetur, qua dæmonis pactum facillimè occulitur, à quo certè veneficium conſeruatur, & non ab inſtrumento, quantumuis ſub illo videatur ligaminis ignauia conſeruari.

Si tamen placet eligere ſecura & catholica; his pro virilitatis defectu vti decet. ℞. teſticuli gallorum, genitalis cerui, & ſatyrionis an. ℥ß. cerebri paſſerculorum & linguæ anſeris an. ℨj. ſeminis fœniculi, erucæ, pudendi tauri in cinerem redacti & teſticuli vulpis an. ℨj. caudæ ſchincorum ℨß. pineorum, amigdalarum dulcium, an. ℨij. galangæ, cinamomi, piperis longi, aniſi, ſeminis paſtinacæ an. ℨß. diambræ, diamuſci, an. ℈j. & pulueriſata

macerentur in aqua meliſſæ & vino albo &cum condito de cortice citri & ſaccharo albo fiat conditum, aut tabellæ, vel pulueres, & detur ʒj. in vino aut chocolate valido.

Et poſtea, vngantur genitalia & renes hoc vnguento. ℞. olei de angelica ℥j. olei caſtorei ℥ß. axungiæ vulpis ʒiij. teſticuli vulpis ʒj. pulueris ſchineorum ʒß. aniſi, cinamomi, ſeminis angelicæ & caſtorei an. ʒß. aquæ vitæ ʒij. aliptæ muſcatæ & diamuſci an. ℈j ceræ & labdani, quod ſat ſit vt fiat leniment um.

De Dolore Ventriculi.

De calida ventriculi in temperie eſt Galeni hiſtoria 7. Meth. 8.

SI ab hipochondriaco affectu, fere ſemper à flatu, concitatur, in tunicis illius imbibito iam calido, iam frigido, & in hoc caſu eſt mirabilis clyſter; ℞. vini albi lb.j. olei iuniperini, cinamomi, cariophyllorum an. gut. iiij. Amatus commendat aquam ex floribus camomeli diſtillatam, & Foreſtus ad ℥iiij. ſeu vomat, aut aliter, & calida ſumatur: nam inquit incantamento ſimile auxilium videtur; haud minùs efficax à Galeno videtur cucurbitula magna ventriculo appoſita: ſacculi duo parentur, vt ad inuicem etiam permutentur; ℞. galangæ, cinamomi, calami aromatici an. ℥j. mentæ. origani, pulegij, maioranæ, hyſſopi, ſaluiæ, an. m.j. ſeminis aniſi, fæniculi, carui, dauci, baccarum lauri, an. ℥ß. florum camomeli, meliloti, anthos, lauendulæ an. p. j. contundantur & bulliant in vino generoſo, in duobus ſacculis incluſa, & ventriculo applicentur: ſin minùs pulli columborum, aut omentum arietis clyſteres carminantes & purgantes applicentur: quod ſi ita pertinaciter hæret, confugiendum eſt ad balneum herbarum mollientium; quod tutiſſimum & efficaciſſimum ſolet eſſe auxilium, & ſi nec illo ſedetur dolor, in ipſo balneo medicamêtum purgans propinetur, & per horam aut dimidiam moretur, donec vis cathartici operari incipiat, aut in ventre dolor percipiatur; vt ℞. maſſæ pillularum de hiera ʒij. de agarico ʒß. de agridij gut. ij. & fiant 9. & autentur.

Balneum tatemnatū herbarum & in illo purgãs medicamētum propinetur.

Quòd ſi neque illis ſedatur, ad narcotica venire neceſſitas conſulit, ſin minùs cum ipſis catharticis miſceantur; vt ℞. diaphiniconis ℥ß. philonij Romani ʒß. diſſoluantur in aqua florum camomillæ diſtillata & propinentur. Vel ℞. aquæ nucum, raphanis diſtillatæ ℥iiij. ſalis tartari ℈ß. & fiat vomitorium.

Quòd ſi cum febre accidat, aut inflammationem comitatur, aut minatur, maximè cum bilis vomitu, lipiria aut ſyncope, quo tempore lethalis caſus eſt, in hoc ſtatu conſiderentur vires: nam in principio per aggrauationem debiles ſolent eſſe, & adhuc cum periculo debet ſanguis mitti, & ſanguiſugas ano adaptare, vt reuellant & vacuent, & ſuccum roſarum ad ℥ij. in iure propinare, aut granatorum, ſucco aut ʒij. terebenthinæ in àqua abſynthij, aut in iure diſſoluere: nam reſoluit, aut maturat, prout natura inclinat: non vtatur emplaſtris: quia pondere grauant; ſed oleis & pulueribus, & ſecundum intentionem maturandi, reſoluendi, aut aperiendi, permutentur topica, ſeu fotus, ſemper de virtute ventriculi conſeruanda ſolliciti; cui etiam intentioni proſunt pulli columbini, aut gallinæ. & ſi forte rumpatur ventriculi abſceſſus; mundo & deterſo vlcere, hoc mundat abſtergit & conſolidat: ℞. aquæ capitum roſarum & plantaginis an. ℥iij. ſpiritus vitrioli gut. iij. ſyrup. roſati ℥iß. cætera committuntor prudentia medentis. *In ardore ventriculi*, dixit Zacutus, *in ſectione ſalutatellæ auxilium inueni, & ſolo ſyrupo omphacij, arantiorum, & portulacæ, affectum ſedari vidi*. 2. Proxis. Obſeruatione 4.

Sang. miſſio quando in hoc caſu temperãda.

Lumbricorum Singularis Obſeruatio.

Mirabilis hiſtoria lumbricorum.

ANno Domini 1659. Aprilis initiò, nos vocauit D. Franciſcus de Salas Infante, nobilis Aduocatus Hiſpalenſis, ad filiam 4. annorum, grauiſſimis turbatam accidentibus: nam ventris fluxum ſatis confuſum patiebatur, album, viridem, flauum, cum torminibus ventris, ac febrem, quæ duplicis, tertianæ typum æmulabatur, ita confuſo ordine, vt erratica potiùs videretur: nam bis in die repetebat, deficiebat altera, & ſequebatur, & non alterius reſpectu; poſtea repête, clamosū ventris dolorem patitur, vt hinc inde tota ſe ipſam videretur conuellere, & veluti piſces littore palpitantes, ſubſultare, motu inordinato, & clamoſo ventris dolore, & vrina interim fere à naturali colore & ſubſtantia non mutata: nos ideo inter tam confuſa accidentia; varia & diuerſa ſigna ſollicitabant animum: nam pulſus nullam malignitatis ſuſpitionem adferebant, & in quietis tempore cibum capiebat, & placidè degebat; clyſterem interim imperauimus abſtergentem ex hordei decocto, ouo, & ſaccharo. & bis ex brachiò illi ſanguinem mittimus in declinatione acceſſio-

acceſſionis,& pullum colũbiolũ per medium diſſectum ventris regioni adaptauimus, ſed à clyſtere vnum aut alterum lumbricum eiecit, ſimul cum excrementis,quo de lumbricorum multitudine ſuſpicari incœpimus (nullo enim antea vitæ tempore tales apparuerunt) vnde in ſubſequenti die talem clyſterem iniici imperauimus; ℞. aquæ ſaccharatæ ℔. ß. vitelli oui num. j. aloës hepaticæ ʒiß. catholici ℥. j. quo certè clyſtere, tam magnam quantitatem lumbricorum eiecit, vix crederes in ventre puerulæ poſſe (ne quidem per longum tempus) coaceruari: erant enim ſupra triginta lumbrici teretes, & oblongi, veluti conuoluti, abſque vllo excremento eiecti: quo ægrotula iam quieſcere cœpit: ſed die ſubſequenti accepit io ℥ij. aquæ portulacæ ʒß. ſeminis roſarum Aleandrinarum, parùm ſacchari mixto, quo æqualem quantitatem lumbricorum eiecit, ſed inde ventris tormina quieuerunt, febris in totum dimiſit, conſtitit fluxus ventris,& priſtinæ ſanitati omnino reſtituitur.

Ex hac obſeruatione illud tantùm vt attendatis oro, quàm varia accidentia & aliena ab ipſa lumbricorum natura, & cauſis obſeruentur, vt nulla fere videantur proximè illius conſequi eſſentiam; ideo in quæſtionem, verti, an detur aliquod ſignum pathognomicum lumbricorum ex illis quæ proximè morbi eſſentiam conſequũntur; nos enim inter tot obſeruationes nullum vidimus, nec qui viderit legimus, niſi multa coniecturalia, & aliis communia, nullum tamen quod illis ſoli & ſemper conueniat à lumbricis epileptiam interdum concitari obſeruauimus & ſoporem induci ſæpe vidimus: vẽtris regionem lancinari, podicis regionem prurigine afficere, dolores clamoſos in ventre concitari, nares ſcalpere, dentibus ſtridere, ſolet ſæpe lumbricos demonſtrare, plus cibi appetere,& in ſomno terreri; ſed hæc & alia quæ in illis adueniunt ſunt aliis communia, & forte conſectaria diuerſi apparatus: nam ſola puerorum voracitas & illos aliquando expellere, aliquam ſecuritatem afferunt.

An detur ſignum pathognomicum lumbricorum.

Indicationes obſeruanda in hac curatione.

Vtcumque ergo ſit, in huius ſæui & confuſi affectus curatione, prima tibi erit intentio vermes necare, ac poſtea expellere, ac inde ne in poſterum generentur, putredini aptam materiam vacuare: ſeu prout vrget aut cauſa aut affectus, inter quæ potiſſimum auxilium eſt rhabarbarum, ſed aloës & agaricum præcipuas indicationes implent: quare præcedere debent lumbricos necantia, aut ſaltem quæ illos ad inteſtina detrudant: per os ſumpta ſint amara,& per clyſteres dulcia, ſed necantibus mixta, poſtea purgantia: quare primò imperetur. ℞. aquarum abſynth. portulacæ, & graminis an. ℥iß. confect. iacinth. ʒß. pulueris contra-vermes ℈j. ac poſtea iniiciatur clyſter ex lacte aut aqua ſaccharata, aut ex decocto paſſularum & prunorum, cum ſaccharo & vitello oui: vt dulcedine ad ventrem alliciantur, ac poſtea detur de hac infuſione. ℞. rhabarbari ʒj. ſantali, citrini, ℈ß. infundantur in aqua graminis & expreſſioni adde pulueris contra-vermes vel corallinæ ℈j. quod ſi hoc non accipiat: dentur hieræ Galeni ℥ij. in iure aut chocolate.

Rondoletius diarcartamum laudat, vt etiam agarici infuſio cum oximelle, & necantia cum aqua ſaccharata, aut lacte propinentur: mirabili tamen fallacia in chocolate diſſoluuntur; vt ℞. ſantonici, corallinæ, cornu cerui vſti & albi ao. ʒß. & quouis ex iſtis propinetur; vel ℞. ſalis abſynthij, tartari, vitrioli, aut mercurij an. gut. ij. & detur in aqua graminis.

Foreſtus laudat cornu cerui vſtum in aqua plantag. aut centinodiæ. ſi adſit alui fluxus: Matthiolus, Falopius, Fabricius, Zapata, Bariſelus, argentum viuum, puerulis poſſe abſque vlla noxa propinari conſtantiſſimè aſſerunt, ad ℈ij. & corrigitur, inquit Bariſelus, ſi in mortario vitreo cum ſaccharo rubro, tam diu miſceatur, donec in partes minutiſſimas reddatur.& ne redeat ad priſtinam formam conſulit, vt illi miſceantur guttulæ olei amigdalarum dulcium, & cum ſaccharo, roſato propinetur.

Argentum viuũ puerulis conceditur.

Sanctorius in *Methodo de vitandis erroribus*, licet in lumbricis necandis, inquit, ad valida præſidia confugias, vt ad aloëm non lotam, vel ad mercurij ℈j. & cum aloës & terebenthinæ pauxillum, ad pillulæ perexiguæ formam, nil officies.

Lib. 5. c. 11.

Magnæ efficaciæ eſt, dixit Riberius, ſi in aqua fontis, ſpiritus vitrioli, aut ſulphuris tantùm addatur, vt aqua acidula euadat, vt ſi ad ℔. j. guttulæ 3. mittas: ſunt enim acetoſitates iſtæ ſpecificæ materiæ, quibus moriuntur vermes; pulueres etiam ſic parentur; vti antea dixi. Hoc auxilium vt mirabile commendat Zacutus, in pueris maximè. ℞. caſtoreum ℈j. in lacte diſſolutum; per vices propinatum, & hoc ſe puerum curaſſe tradit, *Obſeru* 123. nam caſtoreum mucum expurgat & fætore vermes necat. Vel ℞. pulueres abſynth. ʒiij. cornu cerui ʒj. corallinæ ʒß. & cum ſyrupo abſynthij fiat pillulæ & capiat ʒß.

Venter etiam hoc vnguento liniatur; ℞. vnguenti de artanita ℥ij. mercurij, ſucco limonum extincti, ʒj. & miſceantur.

Hoc

Hoc etiam eſt mirabile. ℞. radicum, gentianæ ℥j. ariſtolochiæ ʒvj. corticis aurantiorum ʒiiij. colocintidis ʒi. cornu cerui vſti ʒij. croci ʒß. & fiat puluis, qui ſubigatur cum felle bouis ℥ß olei abſynthij & amigdalarum an. ℥i ceræ parum.

Vel ℞. pulpæ colocintidis ʒvj. gentianæ, corticis aurantiorum an. ℥ß. fellis ℥j. vini parum & fiat ad modum lenimenti, quod non tantum vermes necat, ſed ventrem ſoluit.

Vel ℞. farinæ lupinorum ℥j. fellis bouis ℥ij. gentianæ, corticis aurantiorum an. ʒß. colocintidis ℈j. & ſubiganrur cum oleo amigdalarum amararum & lini & fiat emplaſtrum pro ventre; & interim hic imperetur clyſter. ℞. lactis ℥iiij. pulueris hieræ Galeni, corallinæ an. ℈j. aloës ℈iß. ſacchari ℥ß. vel fiat in iure aut aqua ſaccharata, & ſi potiones faſtidiat, fiant tabellæ, ℞. rhabarbari ʒß. ſpecierum hieræ Galeni ʒß. pulueris ſantonici, ſcordij, corallinæ an. ℈j. infundantur in aqua ſaccharata, & adde diatraganti ʒß. & fiat tabellæ; detur ℈j. cum aqua graminis.

Pro Calida hepatis intemperie, à febre derelicta.

De ſitis ex hauſta eſt Galeni hiſtoria 1. de ſymp cauſis. 7.

VEnæ ſectio maximè hepar refrigerat, & bilem educit, obſtructiones ſoluit: ſyrupus de duplicato & quadruplicato rhabarbaro obſtructiones aperit: hæc potio refrigerat. ℞. aquæ bugloſſæ & ſcorſoneræ an. ℥iiij. eſſentiæ ſulphuris, aut vitrioli gut. ij. & ſi miſceatur conſerua roſarum & coletur efficacior erit, vt aqua acidula reddatur grata aciditate.

* Tinctura corallorum in ſucco limonum hepar refrigerat & roborat: balneum aquæ dulcis ſuper omnia valet: ſerum pro hac intenrione ſic Quercetanus docuit præparare. ℞. ſeri lactis lb. j. ſucci pomorum redolentium recenter extracti ℥iiij. albumine oui clarificetur & adde parum ſacchari & ad 15. dies ℥vj. ſumatur, & in extenuatis lac aſinæ maximè prodeſſe nouimus, & ſi adſint obſtructiones hoc paretur decoctum, ℞. radicis chinæ in talleolis ℥j. aquę fontis lb. vj. ſucci limonum ℥iij. infundantur, ad horas 24 & coquantur ad tertias, & coletur per manicam, capiat ℥vj, mane & veſpere, & illa etiam diluatur vinum, & tandem terebenthina aquâ agrimoniæ lota, bis aut ter, data cum aqua graminis, aut in iure reliquias abſtergit.

Quercetanus ſic puluerê docuit preparare, ℞. limaturæ chalybis cum ſulphure paratæ ℥j. fæculæ radicis Aaronis ʒiß. lapidis beſuar orientalis ℈ß. coralli, margarit. præparat. an. ʒj. ſuccini præparati, cinamomi an. ʒß. ſacchari ad guſtum; vel cum condito de ſucco citri, fiant tabellæ, ſi hepatis dolor complicetur; Abenzoar *lib. 1. Theizir. tract. 13. cap. 4.* ſæuiſſimum hepatis dolorem ſe ſedaſſe affirmat oleo nucum & de vitellis ouorum propinatis & eadem die.

De Vlceribus renum & veſicæ.

VLcus dignoſcitur ex doloris ſitu, puris excretione mixta aut ſeparata vrinandi frequentia & ardore; ſeu ab abſceſſu, ſeu ab eroſione. In curatione illud primò attende, an vlcus inflammatum, vt hoc prius auferatur impediens: quod noſcitur ex febre & intenſo dolore: ſanguinis miſſio prius fiat ex brachio, & poſtea ex talo, purgatio ſemper in declinatione (& neque ſemper conuenit, ſed corpore impuro) & hoc lenienti auxilio, vt caſſia & manna, mixtis cum terebenthina & puluere liquiritiæ: nam dum vlcus abſtergit, aluum laxat, & hoc maximè, quando eſt craſſa, & mucoſa vrina. Auicenna, *capite de Vlceribus renum*, vomitum maximè commendat, quod etiam Aëtius confirmat, & omnes neoterici; ℞. aquæ nucum raphanis diſtillatæ ℥vj. ſalis tartari ℈ß. & vomat: ſiue aquæ & olei amigdalarum dulcium tepidis: illud tamen aduerte, ne difficulter vomentibus imperetur, ne vlcus irritetur.

Vlcus inflammatũ vnde dignoſcatur.

Peractis ergo euacuationibus, ad vlcus detergendum accedes, vel ſero lactis in magna quantitate, vel hidromelle liquido in hyeme ad ℥vj. vel ex decocto hordei, liquiritiæ, cum ſacchāro vel hydroſaccharo, cum emulſione ſeminum frigidorum, ſi attemperandi præualet indicatio.

Sed lac aſininum hæc omnia ſuperat auxilia: nam detergit ſui parte ſeroſa; conſolidat caſeoſa, & in pituitoſis, & cachecticis ſudores chinæ, ſarſæ, ligni ſancti, & ſaſſafras ad 20. dies imperentur, & ſi intemperatur ad calidum, renum vnctiones permittantur, & iura alterata frigidiora, & ſint vnctiones ex oleo roſato, maſtichis & cidoneorum.

Lac aſininum maximè commendatur.

Cognoſcitur vlcus mundificatum iri, quando pus cum vrina minori quantitate excernitur, ſi iam deficit fœtor, & eſt album, leue, & æquale, & tunc ſiccantia & adſtringentia glutinant & conſolidãt, vt trociſchi Gordonij ad ʒß. in hydromelle, aut in decocto hordei & liquiritiæ, & vt magis abſtergas, in lacte caprino, aut ouillo:

Vlcus mũdificati vnde.

ouillo : ad hoc Foreſtus bubulum commendat, cum ʒß. boli Armeni orientalis per multos dies & illud eſſe ſecretum Elidæi. Quercetanus auxilia dicata gonorrhææ commendat, vt ʒß. eboris in lacte aut ſero caprino. Hermannus laudat opiatam ex conditi roſarum ℥ij. ſeminis hyperici ʒj. & laudat vt mercurij dulcis gut. iij. in plantag. aqua propinetur, & hoc per multos dies, & ad extra emplaſtra roborantia, vt ex abſynthio conciſo & in vino decocto, cùm puluere ſantali & boli Armeni.

De Veſicæ vlceribus.

Veſicæ vlcera pari modo curantur, ſed iniectionibus ad veſicam, nempe ſero lactis & hydromelle cum trociſcis Gordonij, aut terebenthina in illa diſſoluta. Fabricius Hildanus hanc iniectionem maximè commendauit. ℞. radicis conſolidæ maioris ℥j. hordei m. j. foliorum agrimoniæ, veronicæ, ſcordij, archimillæ an. m. ß. coquantur ad ℔. j. & in colatura diſſolue mellis roſati ℥ij. & fiat iniectio: illud tamen aduertit, quod iniectiones non vt vulgò fiant, quia in veſicæ cauitatem non penetrant clauſo ſphinctere obſtante, ſed miſſo in veſicam priùs cathetere, ſyringa aptanda eſt, vt iniectio in partem affectam deferatur

Cautio.

Ad dolores mulcendos.

Et ſi dolores ad primam curationem vocaret, ſyrupi papaueris ℥j. aquæ lactucæ ℥iij. laudani opiati gut. ij. accipiatur : ſed ſuper omnia trociſchi alcechengi ʒß. emulſionis ſeminis frigidorum & papaueris ℥iij. & exterius fotu lactis, ſeu decocto hioſchiami, maluæ, parietariæ, fœnu græci: ſed lac recens mulctum, in veſicam iniectum, dolores maximè lenit.

De Diabete.

De diabete eſt Galeni hiſtoria 6. de locis 3. hoc eſt minima periculoſi.

SI eſt confirmata calida intemperies in renibus, ex qua & perennis attractio, rarò proſunt, neque ſanguinis miſſio, nec purgatio, excepto in plethoricis; quoniam attemperantium præualet. indicatio quæ in balneo aquæ dulcis ſita eſt : ſed poſt euacuationes (ſi aliquæ conueniunt) Eraſtus ſe feliciter expertum fatetur, ſyrupum ex radicibus ſymphiti & prunis ſilueſtribus confectum; narcotica ſolent in hoc caſu eſſe maximi vſus, vt theriacæ recentis ʒß. laudani opiati gut. ij. ſyrup. papaueris ℥ß. aquæ capitum roſarum ℥ij. Nobis profuit aliquando muſcilaginis pſyllij & cidoneorum an. ℥ß. diſſolutæ in aquæ lactucæ ℥iij. cum ſucci granatorum ℥j. & vſus continuatus conditi de acido citri cochlearia interdiu accipere, & ſacchari toſati veteris frequens vſus, & quod magis miri eſt, additis guttulis ij. eſſentiæ vitrioli, & ſi affectus producitur, lac ouillum, bubulum, aut aſininum, prodeſſe ſolet, maximè lapidibus ignitis chalibeatum, potus communis ſit aqua chalibeata, ſeu ex radice interiori quercus benè cocta, quo ſolo auxilio ſe puerum curaſſe dixiſſe Eraſtus; lactis aſinini chalybeati potu & philonio perſico per vices propinato, diabeticum ſe curaſſe testatur Vidus Vidius 10. de *cur. morb.* 26.

De Vrinæ incontinentia.

SI ex ætate, aut ſumma imbecillitate eſt incurabilis, ſi ex frigida & humida intemperie muſculi ſphincteris, nimia humiditate laxati, aut veſicæ etiam laxitate & forte à paralyſi, ſui ratione ſanguinis miſſionem non petit, imo etiam ſolet grauiſſimè nocere, calore defraudato; ſed præciſa eſt purgatio illis quæ roborando purgant; vt ℞. rhabarbari electi, & mirabolanorum an. ʒj. ſpicæ ℈ß. infundantur in aquæ plantag. ℥iiij. & colaturæ adde ſyrupi perſici ℥ij. & aromatiſetur & de hoc puluere detur ʒj. in vino adſtringenti : ℞. de cortice interiori quercus, nucum cupreſſi, myrtillorum toſtorum, raſuræ eboris, coriandri præparati, coralli rubri, charabes, an. ʒij. epodij ʒi. radicum ciperi, galangæ, an. ʒß. & cum ſyrupo de cortice citri fiat opiata, & detur mane & ſerò cùm vino rubro.

Lib. de facilè parabilib. & 6. 2. locor.

Galenus laudat teſticulos leporis combuſtos, vt ſpecificum auxilium: ſtercus leporis & murium commendat neoterici Solenander ex Gilberto Anglico teſtatur guttur galli exſiccatum & in puluerem redactum : eſſe magnum ſecretum, ſi ante cœnam cum vino rubro aut oxicrato dulci propinetur; decocta ſudorifera ſunt maximi vſus in hoc caſu, maximè ligni Indici & ſarſæ: non ſaſſafraſis, non chinæ, quia ſunt illa maximè diuretica: ad renis regionem & veſicæ fiat hoc emplaſtrum, ℞ maſtichis, labdani, ligni aloës, ſtiracis an. ʒj. terebenthinæ & balſamo an. ℥ß. & fiat emplaſtrum oleis maſtichis, myrtillorum & ſpicæ, hæ partes leniantur, additis pulueribus de corticibus citri & boli Armeni orientalis, aqua pro communi potu ſit decocta lentiſco, ligno aloës, ſiue ex ligno Indico, aut ſarſa ſi aliqua Gallici ſit ſuſpitio.

Cautio de ſaſſafras & china.

De Fluxu menſtruorũ immodico.

Raph 50. De fluxu menſtruorũ immodico per vrinã & ventrẽ deriuato & ſiccãtibus curato eſt Galeni hiſtoria de praecognitione ad Poſthumũ 8.

SI Olerij ſententiam attendimus. *Nec dubites*, inquit, *magnam ſanguinis quantitatem detrahere, vicibus partitis, & paulatim: nam multas vidimus mulieres, quæ multo detracto ſanguine ex venis, conualuerunt: cum nullis aliis auxiliis cedere poſſit fluxus*; cucurbitulam quàm magnam Hippocrates, ſub mammis apponere, citato Aphoriſmo mandauit: ſi tamen admotâ cucurbitulâ reſpirandi oritur difficultas, eſt illicò auferenda.

Si bilioſi & acres humores, aut ſeroſi ſtimulum præbent ſanguini, illico purgandos conſulimus: quia ibi præualet cathartici obiectum; puluere nempe mechoacanis & rhabarbaro & repetitis vicibus, antequam cohibere incipias.

Solenander pro hoc ſiſtendo fluxu, hoc veluti infallibile commendat: accipe ſucci plantaginis, ſciatum vinum impone colophoniæ puluerifatæ ʒj. & ægræ tribue, idque fiet quater, & erit curata; infallenter, Deo dante, aqua ex tenerrimis foliis quercus diſtillata ab illo maximè commendatur.

De lacte chalybeato.

In fluxu inueterato lac chalybeatum ad plures dies multũ prodeſſe nouimus: nam temperat acrimoniam, reficit, incraſſat, & fluxui obſiſtit, & eſt à Ruſo maximè commendatum, & omnibus Arabibus, & hoc idem auxilium Augenius ad cælum extollit: illa tamen tibi cautio erit, ne in febre putrida propinetur, aut vbi eſt nimia in corpore impuritas.

Lib. 7. Animaduerſionum, art. 144.

In fluxu inueterato & in habitum verſo, adſtringentia magna circunſpectione imperabimus: vidimus enim aliquam, menſibus iam diu profluentibus ſuppreſſis, in tabem incidiſſe, ob pectoris conſenſum cum genitalibus: Ludouicus Septalius decoctum corticum arantiorum, tanquam vltimum huius morbi ſecretum commendat: modo ex vlcere veteri occaſionem non habeat, & ſic paratur. ℞. aquæ ℔.vj. & in ea decoquantur cortices trium auranriorum aliquanto viridium, & illas in filuras inſcinde, & decoque, ad duarum partium conſumptionem, & facta colatura potandas manè do, ℥viij. & magis roboratur, ſi ignito chalybe ſæpiùs præparetur.

Balneum decoctionis aluminis (ſi ſterilitatem non induceret) eſt efficaciſſimum auxilium, ſi repetatur, quatuor vicibus; Solenander hoc cataplaſma fluxum vno die ſiſtere nobis dixit. ℞. pulueris gypſi ℔.j. gummi Arabici torrefacti ʒvj. cum quatuor albuminibus ouorum incorporentur, in placentis goſſypij imponantur; quod ſi iſta non ſiſtant, iniectiones in vterum mittantur; vt ℞. ſucci plantag. ℥iiij. acaciæ ʒß. vel vini adſtringentis ℔. ß. boli Armeni & terræ ſigillatæ an. ʒj. & peſſaria & ſuffitus adſtringentia imperentur, & hæc omnia corpore vacuato.

In extrema vteri hæmorrhagia, nullum hoc emplaſtro efficacius auxilium inueni; vt ℞. olei cidoneorum, myrtillorum ablutorum decocto radicis biſtortæ ℥iiij. ceræ rubræ ℥vj. ſanguinis draconis, boli Armeni, acaciæ, hypociſtidis an. ʒj. corticis mediani, caſtaneorum, corticis glandium arboris, myrtillorum, ſumat terræ ſigillatæ, ſpodij, gallarum, corticum fabarum, ſorborum, meſpillorum, radicis biſtortæ, chelidoniæ, trochis de charabe, cineris oſſis bouis an. ʒj. ceruſſæ ℥ij. terebenthinæ lotæ ſucco burſæ paſtoris, ſatis ad emplaſtrum & extendatur in pube & oſſe ſacro.

De vteri fluore à vitioſis ſuccis.

OMnis res agitur in vitioſorum humorum expurgatione, in principio: poſtea in ſudoriferis, vt ad cutim diuertantur humores ad vterum fluentes; thermæ ſulphureæ ſunt maximi momenti: ſin minùs in omni potione miſceantur gut. iij. eſſentiæ ſulphuris.

An diuretica in hoc caſu conueniant.

In diureticis, non leuis agitur difficultas, cùm illa vrinas & menſes prouocent, & adhuc ſub hac difficultate Galenus in vxore Boethi, viri conſularis, diureticis vtitur, & ratio eſt, quia primò vrinam mouent, & ſecundariò & per accidens menſes, & ſecundò quia cum ſeroſos humores ad renes ducant, illos ab vtero diuertunt: præterquam quod renes illos etiam attrahunt: patet, quia decocto aſari & apij Galenus vtitur: quibus nos addimus calamentum, flores ſambuci & lauendulæ; lactis chalybeati vſus in fluxu deſperato, eſt extremum auxilium, additis boli Armeni in terræ ſigillatæ an. ʒß. antea præaſſumpta ℥j. ſacchari roſati antiqui, cum gut. iij. eſſentiæ vitrioli.

Lac chalybeatum laudatur.

Quando adſtringentibus vtendum.

Adſtringentia ſunt etiam cautiſſime imperanda, & non niſi corpore exquiſitè vacuato, vt Galenus aduertit in vxore Boethi, & loco illorum roborantibus vtitur; ideo nos vtimur theriaca recenti, & mithridati an. ʒß. conſeruæ roſarum & abſynthij an. ℥j. & duo cochlearia accipiat; Zechius hanc opiatam mirificè extollit. ℞. gummi Arabici, tragacanti an. ʒij. coralli vtriuſque, cineris putaminis

ouorum,

ouorum, cornu cerui, ſeminis aneti, ſuccini an. ℈iiij. ſyrupi roſati ſatis ad opiatam & detur ℥ß. cum tribus aquæ plantag. & vini rubri ℥ß.

Mercurialis laudat decoctum foliorum quercus cum coagulo leporis: quo multas ſe curaſſe refert, vel ℞. aquæ roſarum ℔.iiij. quibus infunde roſarum rubrarum p.iij. & fiat tinctura, cui adde ſpiritus vitrioli gut.iiij. vt acidula reddatur, & colaturæ adde ſatis ſacchari ad ſyrupum: vel per ſe ſumantur ℥ij. mane & veſpere.

Iniectiones ad vterũ.

Iniectiones in vterum non ſint à principio adſtringentes, ne reprimant impuritates, ſed abſtergentes: in humore bilioſo, ex aqua hordei ſero lactis cum ſaccharo, ſeu infuſione ſacchari roſati: in pituitoſis ex hydromelle & decocto abſynthij & matricariæ, & peſſaria detergentia fiant, ex theriaca terebenthina, foliis mercurialis contuſis & ſacculo raro inuolutis & ſi vlceris ſit ſuſpirio; additis thure & maſtiche; ſed deterſum vlcus cognoſces, ſi nullus aut paucus humor vitioſus ex vtero diffluat, & iam deterſo vlcere ſuffitibus vteris, quæ vterum roborent & ſiccent: nempe ex thure, labdano, maſtice, ſantalis, nuce muſcata, roſis rubris & matricaria, orbiculis paratis; poſtea verò ad adſtringentia venire iam tempus eſt; qualia ante diximus.

Mulier ex albo vteri fluore, viſceribus ferè tabida, & cum tumore ventris, cùm nec purgantibus, nec lacte mederetur: obſtructionibus reſeratis, & decocto chynæ & ſarſæ & vrinam cientibus medetur, craſſo purgantibus vacuato. & tenue poſtea per ſudores ex ebano & radicis chinæ totus venter detumuit, & ceſſauit fluxus, & poſtea confirmatur, tabellis ex ebore confectis. Hæc Zacutus, *Obſeru.* 98.

Cautio neceſſaria.

In eo tamen eſt maxima cautio adhibenda; an ab aliquo ſingulari membro, fluxus concitetur ad vterum, nempe à cerebro, ventriculo, hepate, aut liene, vt prima prouidentia ſit ad mandantem membrum: hæc enim eſt melior curatio; de hoc enim refert hiſtoriam Fabricius Hildanus, ſe curaſſe mulierem ab hoc fluxu, inde orta ſterilitate: cetacco inducto in parte poſteriori coli: ſed nos fonticulos ad brachia ſat eſſe exiſtimamus; an verò in crure valeant excauari fonticuli, quis poſſet dubitare? cùm fluores ad vterum inclinent: experientia tamen & longa obſeruatio contrarium ſuadet, in diuturnis maximè fluoribus: nam per hæc emiſſaria inutilis humor vacuatur, aliter ad vterum fluxurus, quo etiam fluor minuitur, & ab vtero diuertitur.

Hiſtoria Fabricij

Fonticuli in cruribus commendantur.

De Vteri vlceribus.

SI non in Gallico, contagio, purgatione benignis catharticis repetita, ſanantur: ſi Thiengio Medico credimus, & Foreſto, qui ſe hac ſorte mulierem curaſſe fatetur, & abſtergente decocto in vterum immiſſo, & ſi febris vrget, per multos dies accipiat ſeri lactis ℥vj. cum g.iij. ſpiritus vitrioli & ℥ß. mellis roſati, aut lacte aſinæ cum ſaccharo roſato, & in febris carentia ſudores prouocare eſt optimum auxiliũ; accipiat per interualla terebenthinæ Venetæ ʒi. ſacchari roſati ℥j. nam abſtergit & conſolidat, aut pillulas de bdellio ℈j. per multos dies; vel de hoc puluere; ℞. radicis iridis, ariſtolochiæ conſolidæ maioris an. ʒß. myrrhæ ℥i. aloës ℥iij. & fiat puluis, de quo accipiat ʒi. in vino rubro, aut aqua plantaginis, & de his etiam miſceantur pro qualibet iniectione in vterum, quæ fiat ex ſero aut ſucco roſarum, plantaginis, & vnguenti pompholigis de ceruſſa aut de plumbo ʒiß. cum puluere boli Armeni orientalis, aut trociſchorum alborum Raſiſcum opin. ſi dolor vrget: aut ſine illo ſi vlcera conſolidare eſt intentio. In hydrope vteri in grauida muliere vndique tumida altis ſcarificationibus crurum & copioſa euacuatione ſe mulierem curaſſe teſtatur Zacutus, *Obſeru.* 28.

Sin Gallica ſint vlcera, etiam prædictis auxiliis medentur: ſeu ſolis ſuffumigiis cinnabrij, aut vnguento etiam de mercurio, vniuerſalibus nempe vnctionibus, & pro iniectione in vterum vteris decocti ligni aut ſarſæ ℥vj. vnguenti de mercurio ʒij. aquæ aluminoſæ ℥ß. ſeu ex decocto hordei, aut ſero cum prædictis decocto vnguento de tutia & aqua aluminoſa pari quantitate mixta; vt conſolidatio etiam comparetur.

In vlceribus vteri inter varia & diuerſa auxilia hoc maximè profuiſſe vidi, dixit Zacutus, *Obſeru.* 96. ℞. conſeruæ roſatæ viol. borag. bugloſſæ. an. ℥ij. mithridati ℥ij. confect. iacinth. ℥ß. pulueres diarrhodon & trium ſantalorum an. ʒij. margarit. præparat. ʒiß. raſuræ eboris ʒß. theriacæ ℥iij. ſarſæ ℥iij. radicis chinæ ℥iß. fol. ſen. ℥ß. polipod. hermodact. an. ʒij. mechoacæ ʒiß. epith. ʒß. turbith. ʒiiß. & puluerifata cum ℥iiij. ſyrupi fumariæ maioris, & ſaccharo fiat electuarium & detur ℥ß. cum aqua meliſſæ, aut decocto ſarſæ, aut vino odorifero per menſem; nam hoc mulierem perfectè ſanata vidi.

Alia patiebatur, inquit, vlcera, cum

fluore purulento & fœtidò, & ardore interno, & poſt ſudores ſarſæ hac aqua theriacali perſanatur. ℞. ligni Indici lb. ß. radicis chinæ ℥iij. electuar. lætificantis Raſis ℥ß. theriacæ, mithridati an. ℥iij. confect. alchermes, iacynth. an. ℥iß. vini odorif. lb. j. aquæ naphæ lb. ß. aquæ roſar. & mellis an. lb. iij. aquæ fumar. cichorij borag. lb. iij. macerentur per noctè & diſtillentur per balneum mariæ & capiat ℥ij, per 20. dies manè, & clementer ſudore prouocatò, mulier ſana euaſit; abſterſo vlcere & nimia humiditate hauſto, conſolidato vlcere, *Obſeru.* 97.

De Narium fœtore.

De læſo odoratu & puluere nigella reſtituto eſt hiſtoria Galeni, libro de inſtrumento odoratus c. 4.

PVrgato corpore, mane & veſpere hoc vinum per nares attrahatur. ℞. vini hypocras, aliter aut medicati, aut ſeleƈtiſſimi ℥ii. moſchi & ambaris an. gut. ii. & pro errhino frequenti accipe ſucci betæ & maioranæ an. ℥iß. vel ℞. ciperi, calamentì an. ʒii. myrrhæ ʒi. coquantur in vino pro errhino: quibus adde tabaci odoriferi ℈i. & ſi in oſſe iſmoidis ſit pituita imbibita, hoc alliciatur auxilio ad nares; ℞. radicis iridis florentinæ, ʒß. ellebori albi, piperis longi, an. ℈ß. aniſi, maioranæ ſiccæ, nucis muſcatæ an. ℈i. euphorbii gut. ii. olei cheyrini, violacei an. ʒß. ad vnguentum molle; quod peƈtiâ imponatur, intra narium pinnas, quibus ſuaue olentia addi poſſunt: quæ ſi non proſint, ad ſudorifera ex radice chinæ te conferes, & ad caput purgantia.

Hæ pillulæ ſunt mirabiles & ſuper alia auxilia à Zacuto etiam commendatæ: ℞. mirabol. chebulorum, emblicorum, an. ʒß. roris marini, ſeminis citri, myrrhæ, ſeminis myrthi an. ʒj. cinamomi ʒj. galangæ, malabatri, hydropiperis, nucis miriſticæ an. ℈i. cariophyllor. ℈ß. maſtich. coriandri. ſeminis fœniculi, aniſi an. ℈i. moſchi odorati, ambaris, an. grana xx agalochi eleƈti ℈ß. puluериſata exſiccentur in vmbra, priùs irrorata vino odorifero & aqua naphæ; deinde cum guttulis balſami & hydromelle fiant pillulæ paruæ, & aurentur foliis auri, & binas poſt cœnam accipiat per multos dies: nam non tantùm narium, ſed oris fœtor extinguitur & abolетur, & ſuper-bibat hauſtulum chocolatis eleƈti.

Ad Narium hæmorrhagiam.

SAnguinis miſſio in hoc caſu ſit, & copioſa & amplo foramine, quoniam ſanguinis motus, validus minorem ſuperat, quanто magis violentus: Auicenna, Paulus Trallianus, ſanguinem ex talo mitti conſulunt, forte quod magis exquiſita reuulſio: Galenus cucurbitulam hypochondrio admouere iuſſit, à quo erat illi fluxionis origo: Foreſtus cucurbitulas ſupra pedes imponere mandauit ſiue in planta pedis: Zacutus cauterium actuale in vtraque planta pedis imponere conſuluit: in maximè profuſa, & fronti adſtringentia, ex bolo Armeno, acacia, balauſtia, & albumine oui, & ſpongiâ (acceto, vbi peritis lapis ſit extinƈtus) imbutâ naribus adaptare mandauit, ſin minùs ad ſcaroticâ deuenire, ſibi prudens videtur, ex oleo vitrioli in petia intra nares impoſita & interim potiones adſtringentes imperentur, vt in diarrhæa & fluxu hæmorrhoidum; teſtes oxicrato etiam toucantur: ſanguinis feruor, à quâ niue refrigerata temperetur & in æquali gradu vt æqualiras auxilij comparetur; ſuccus vrticæ per os datus ad ℥iiij. vt ſpecificum auxilium commendatur, & pro topico in fronte ſic paratur. ℞. ſucci vrticæ ℥ii. farinæ ℥ß. ſtercoris aſini recentis, aut porci, an. ℥ß. & ſubiganrur omnia ad emplaſtri formam, & eſt auxilium maximè à Zacuto commendarum, & per os hoc etiam propinetur: ℞. ſalis prunellæ ʒi. trochiſc. de charabe ʒß. lapidis hæmatitis, coralli rubri an. ℈i. ſyrupi roſarum ſiccatum ℥i. aquæ plantag. ℥iii: & in potu communi accipiat aquæ fontis inauratæ. aut chalybeatæ lb. ii. eſſentiæ vitrioli gut. ii. & ſit aciditate grata, & adſtringens.

In hæmorrhagia Galenus cucurbitulâ adaptauit hypochondria dextro 5. Met. 5. & ſanguinem partibus vacuari.

Hic eſt fruƈtus illius meſſis, quam in noſtro Medico Tribunali ſeminauimus; qui, ſi non abundantior terræ ſterilitati tribuatur, non deſidioſo agricolæ ſtudio, non ſoli beneficio: quia quantum artis permiſit magiſterium, cæli influxus, temporum eleƈtio, rerum complicatio, & immortalis labor, ſummo proficiendi genio ab illo adimpletur, in tellure verſata, & in prodiga manu frumentum vndique diſpergendo.

De Suppreſſione vrinæ altâ ab emulgentibus ſurſum.

IN vltima deſperatione huius ſuppreſſionis & à 14. die ſingultu oppreſſo Doƈtore Damas Hiſpalenſi anno Domini 1661. Februario menſe, nihil adhuc proficientibus validiſſimis auxiliis, iis quæ ſequuntur, incœpit vrinam copioſè emittere, tenuem, pallidam, & abſque vllo fœtore, 12. guttulas olei de vitriolo in lb. I. aquę

aquæ communis accepit, & veſpere guttulas vi. eſſentiæ iuniperi, in aqua ſaxifragiæ, ac poſtea in mane ſubſequenti guttulas 10. eſſentiæ ſuccini, quibus parum vrina mouetur; ac ideò poſtea accepit ℈iſ. ſalis tartari in iure auis, & facta vnctione ex oleo ſcorpionum Matthioli cum guttulis eſſentiæ ſuccini, incœpit vrinam copiosè emittere, vſque ad libras aliquot, quo à ſingultu leuari cœpit, & in totum conualuit. Non eſt experientiæ deroganda fides, quantumuis videantur empyrica auxilia.

De Apoplexia, actu fluentibus menſibus.

IN hoc caſu, dixit Zacutus *hiſt.* 33. *Obſeru.* 31. *&* 32 cucurbitulis fæmoribus appliciris, quater cæphalicâ ſectâ, & ſanguine copiosè miſſo, ægra conualuit. Et in alia, viribus deficientibus, cucurbitulis occipiti ſcarificatis, poſt acre enema etiam conualuit.

De Lingua tumente.

CVm nullis auxiliis iuuaretur: ſub lingua, quæ exerta erat, 4. ſanguiſugas applicui, dixit Zacutus, & vehementer adhærentes ſanguinem copiosè extraxere & lingua breuiſſimè detumuit; *Obſeru.* 47. *fol.* 121. & in puero tumente lingua ſub illa altis plagis ſcarificare iuſſi, & aquoſis humoribus extractis, conualuit, quod etiam Camerarius ſe Imperaſſe refert, *lib. Obſeru ſuarum* 48.

De Angina.

MVlier, omnibus euacuationibus peractis, adhuc leonicis ſub lingua ſectis, & occipiti ſcarificatâ cucurbitulâ, moriebatur, vſque ad ſub mento ſcarificatâ cucurbitulâ remedium inuenit & euaſit. Zacutus, *Obſeru.* 54. *fol.* 132.

De Cordis palpitatione:

De cucurbitula cordi applicata.

ZAcutus *lib.* 2. *hiſt. Obſeru.* 9. in ſæua palpitatione, omnibus peractis methodicis auxiliis, vſque ad ſanguiſugas, & nihil proficientibus, ſuper læuam mamillam cucurbitulam magnam ſiccam imponi iubeo, deinde octo hyrudines circumcirca aſſigi curo, & ita auidè & importunè ſuxerunt, vt exhauſto ſanguine craſſo & multo; æger ab acceſſione liberatur, & ſine recidiua; in praxi admiranda; *Obſeru.* 143.

De Capitis dolore vehementi.

ZAcutus, ſæuus capitis dolor, omnibus auxiliis ſine fructu tentatis, tandem excitato fonticulo, in ſumma manu dextera, inter indicem & pollicem, in parte externa, vanus omnino factus eſt, ea ſola ratione, quia ob viciniam cum carpo, vbi ramus cæphalicæ excurrit, humorem peccantem promptius à capite exhaurit, *Obſeru.* 8.

Et alius immanis temporum dolor, decem hyrudinibus temporibus circulariter impoſitis, & extracto limoſo ſanguine, à dolore liberatur; quantumuis ex vtero, aut inferis ſedibus reciperetur, *Obſeru.* 9. Alius venâ in fronte ſectâ iuuatur. *Obſeru.* 10. Et alius cauterio in vertice capitis impoſito, à cauſa frigida. *Obſeru.* 12.

De Vertigine.

IN hoc caſu, nullis proficientibus auxiliis, cauterio bregmati impoſito, nempe iuxtà extremam vertebram dorſi, hoc ſolo auxilio iuuatur, & hoc auxilio alios cerebri rebelles affectus perſanaui. Zacutus *Obſeru.* 41

De Conuulſione.

COnuulſio, ex bile æruginoſa, nullis potuit leuari auxiliis, vſque ad ſectione ſaluatellæ dexteræ perſanatur, nec immeritò, dicit Zacutus, quia hepar (vbi illa producitur) temperatur: cauſam reddit Gentilis, *in Com. capitis* 24. *ad Fen.* 22. 3. quia hepate naturaliter habet cognationem, vt dixit Paulus, *lib.* 3. *cap.* 49. *Zacut.* 1. *hiſt.* 54. *De ſaluatella ſectione.*

De Gutta ſerena:

AVxiliis vniuerſalibus, mucoſâ ſubſtantiâ vacuatâ, pillulis caput reſpicientibus, per 30. dies ſudauit decocto chinæ, cucufis, & lauactis ſuper caput admotis ex herbis roborantibus & reſoluentibus, raſo capite, maſticatoriis & errhinis admotis, cauſtica retrò aures impoſuimus, ſetonem poſteà in nuca; collyriis exinde vtebamur, à leuioribus incipiendo, ex decocto verbenæ, puluere oſſis

 ſæpiæ,

ſæpiæ, ſucco rutæ & fœniculi depuratis, cum aqua raphani diſtillata; melle cocto cum ſucco marrubij, additâ euphraſia & chelidoniâ, & in fine croci metallorum, ℈j. poſtea ſelle teſtudinis vtebamur, cum ſaccharo cando & vino albo, in quo aurum quinquies erat extinctum, & in fine hoc mirabili auxilio viſum recuperauit; Extremū auxilium. accipe ſruſtula porcinæ carnis, vetuſtæ & in minutiſſimas talleolas ſeca, ſerua in olla ænea paruiſſima, adiecto ſale & odorifero vino albo, & poſt decem dies aqua ſtillabit, quam ad recuperandum viſum, roborandos neruos, auferendam obſtructionem, mirificam opem preſtare, fideliſſimo exemplo adimpleuit. Hæc Zacutus, *Obſeru.* 56.

De Ophtalmia.

OPhtalmia diuturna, ex calido & vrenti humore, palpebris vlceratis, nullo auxilio potuit perſanari, vſquead bis ſectâ ſaluatellâ dexterâ, hepate temperato, & humore ad externas partes auocato, conualuit. Zacutus *Obſeru.* 67. & in alio Gallica ophtalmia occupato, nihil proficientibus auxiliis, ſola vnctione argenti viui, & ſeptem diebus vt puto precedente, conualuit, ſed ad præſeruationem fonticulo in brachio ſiniſtro adaperto. *Obſeru.* 58.

Pro Reſolutis palpebris.

POſt vniuerſalia auxilia, hoc vnguento perſanatur, ex balſamo, aquâ vitæ permixto illiniebat palpebras quo roborantur nerui & illæ attolluntur. *Obſeru.* 64.

Pro Verucis extirpandis.

NOs vtimur oleo de vitriolo, ſi ſtylo tangantur verucæ: nam mox excidunt exſiccatæ. Zacutus ex Lacuna foliis chelidoniæ maioris (herba hyrundinaria dicta) contuſis ad formam emplaſtri, vtitur, ſuper ipſas verucas. *Obſeru.* 79.

Pro Paralyſi linguæ.

NIhil proficientibus generalibus auxiliis, nec roborantibus, ex venis ſub lingua bis ſanguinem exhaurio, & æger reſtituitur, quod auxilium ab Auicenna laudatur 6. 3. *tract.* 1. *cap.* 7. 8. & ſi exiſtimatur quod cum humiditate dominetur ſanguis, phlebotomentur venæ linguæ, & ventoſetur mentum, *Obſeru.* 82.

Ad Strumas.

HOc validiſſimum auxilium ſemper inueni; ℞. radicis brioniæ rotundæ craſſæ, ℔. ß. & in talleolas minutas illa ſrige in ℔. iij. olei communis, quouſque contabeſcant & ſiccentur, colabis oleum, cui adde terebenthinæ abietis ℔. ß. ceræ ℥v. & vaſe ab igne remoto fiat vnguentum & impone ſuper ſtrumam clauſam aut apertam, & vt radix euellatur & impone ſuper emplaſtrum gut. j. ſublimati, vt extrahatur radix, & ſi inflammatur, accipe ouum integrum, lacte & aqua roſata conquaſſatum & felicem curationem facies. *Obſeru.* 101.

De Aphonia, ex recurrentium neruorum rigiditate.

POtus ſit aqua mulſa; totam laringis regionem fouebis aquâ vitæ, poſtea oleo vulpino, camomillæ, caſtorei, & lumbricorum: ac tandem ℞. pinguedinis taxi, vulpis, equi, gallinæ, anſeris, ciconiæ, an. ℥j. ſucci ſaluiæ & abſynthij inſpiſſati, an. ℥ß. olei laurini, caſtorei, & Matthioli an. ℥ß. eſſentiæ aniſi, cinamomi an. gut. iiii. & cum cera fiat vnguentum. *Obſeru.* 106.

De Pleuritide.

IN cucurbitula lateri applicanda, poſt vniuerſales euacuationes & poſt 7. ſi non ſatis ſanguinem præſtet, octo ſanguiſugæ ſuper humorem attractum à cucurbitula applicentur, & locis circumcirca, vt compleatur vacuatio.

De Electione nutricis.

PRæter lactis conditiones, illa deſpiciatur quæ patiatur menſtrua, & eligatur immenſtruata mulier: quia ob conſenſum mammarum cum vtero, ſanguis neceſſariò vitiatur, quo corrumpitur lac, & prauas qualitates acquirit, quales ſanguis communicat in vtero retentus, & praua conditione deſædatus.

De Ardore Ventriculi.

POſt varia auxilia non ſedatur, vſque ad ſaluatella ſecta & ſyrupo ex ſucco omphacij, aurantiorum, & portulacæ affectum ſedari vidi. Zacutus. *lib.* 2. *Praxis, Obſeru.* 4. Et in tabe ventriculi, farro & la-

ctis

ctis capræ vſu, rhodoſaccharo & humectantibus intus & extra perſanatur, *Obſeru.* 5.

De Ructu importuno.

RVctus importunus 4. granis ambaris griſij in ℥ij. vini generoſi per menſem ſumptis, mirabiliter ſedatur, *Obſeru.* 8.

De Fluxu chyloſo.

Adſtringētia vitāda & aperientia imperanda.

AVicenna *Fen.* 13.3. *Tract* 2. *cap.* 10. de hoc fluxu, *De errore igitur eſt, vt cadat oppilatione per ſtiptica, imò oporte vt iunetur quod expellitur ab oppilatione cum euacuatione; cumque vacuantur viæ ab eo, & pertranſeant meditinæ aperitiuæ oppilationum, vt aperiant eas, & quandoque neceſſarium eſt in aperiendo oppilationes ſolatiuum fortiter attrahens materias groſſas generantes oppilationem & clyſteria fortis apertionis & attractionis.* Et paulò infra, *Oppilationum verò curationem iam ſciuiſtis, & oportet vt non probibeat te macredo infirmi ad hoc: nam cùm vacuaueris eum & aperueris oppilationes & vacuaueris humores oppilatiuos, penetrabit cibus ad corpus eius. & non accedet diarrhea. poſt illud & confortabitur corpus eius &c.* Quibus addit Zacutus: *Quibus aureis verbis munitus plurimas febre alba detentas, fluxuque diuturno oppilatiuo oppreſſas & marcidas, chalybeatis medicamentis perſanaſſe recordor, quæ incraſſantibus exhibitis, ibant in peius: nam chalybeatis ad 20. dies exhibitis, fluxus ceſſauit.* Obſeru. 21.

De Fluxu ventris catharrali.

EX eadem Auicennæ ſententia. 16.3. *tract* 2. *ca.* 9. raſo capite, frictione illius ſinapiſmis & fonticulis, ſi non ſufficit, cauterio in bregmate impoſito, & ſanie manante, ægrotum vidi liberatum. Zacutus. *Obſeru.* 22.

De Hepatis ſcirrho.

IN hoc, nihil auxiliis proficientibus, ſola profuit conſerua florum marrubij, melle parata & ad 40. dies ſumpta ad ℥j. & deſuper aqua ex illius foliis diſtillata ſuperbibita: nam ſenſim reſolutus eſt tumor. *Obſeru.* 48.

De Scirrho lienis.

ALiis non proficientibus auxiliis, tria aut 4. cauteria ſuper lienis duritiem impoſui, vt humor inde expiret, & melius habuit; hoc etiam auxilium eſt ab Auicenna commendatum 15.3. *tract.* 2. *cap.* 7. per hæc verba: *Quandoque oportet cùm dominatur humor melancholicus, vt fiant cauteria quinque aut ſex ſuper loca ſplenis, deinde non permittatur ſanari: quod ſi non tolerat cauteria, adminiſtretur emplaſtrum de ficubus cum ſinapi* &c. Ad hanc ſententiam dixit Zacutus, ſecurè poſſunt apponi cauteria ſuper ſplenem. *Obſeru.* 50.

De Hydrope.

AScititicum vidi, dixit Zacutus, ſolo rhabarbari vſu curatum, humore per vrinam & aluum vacuato. eo maſticato, & in pillulas redacto. & vſu aquæ cum eo decoctæ, & in vino infuſo, & cum tribus menſibus illo vſus eſſet æger, miraculo detumuit venter & viſcera ſunt roborata; nec illud miri erit, quando à Rondeletio rhabarbarum dicitur *Pater hepatis*; ſic etiam teſtatur Adolphus *lib.* 2. *conſiliorum fol.* 169. Vel talis accipiatur ſyrupus. ℞. ſarſę ligni Indici an. ℥iiß. chinę ℥ß ligni ſaſſafras ʒij. infundantur in vini albi lb. iiij. ferueant ad medias & colaturę adde rhabarbari ʒij aniſi, maratri, ameos cinamomi, carui. an. ʒj. polypod. epithim. an. ʒß. hermodact. ʒij. fol. ſeminis ℥iij. ferueant iterum ad medias & in fine adde rhei. & mechoacæ an. ʒj. agarici ʒiß. ſeminis dauci ʒß. colentur & cum ſaccharo clarificato fiat ſyrupus & aromatiſetur cum eſſentia cinamomi & aniſi & ſuccini an. gut. iiij. vitrioli gut. vj. & ſumat mane ℥iß. cum aqua rhabarbari; hoc eſt auxilium pro tympanite mirabile. *Obſeru.* 62.

De Lumborum dolore.

NIhil proficientibus generalibus euacuationibus, nec ſanguiſugis ano appoſitis, fomentis neque balneis, non quieuit affectus vſque ad hyrudinibus appoſitis ſuper lumbares muſculos & nimia copia ſanguinis vacuata leuatus eſt. *Obſ.* 65.

A Grumos in veſica diſſoluendos.

AEtius Tetrabibli 2. *ſerm.* 3. *cap.* 27. hoc auxilium vt vltimum commendat &

De ſterco-re bouino.

Zacutus illud ſæpius ſe expertum fatetur: ſtercus bouinum recens, ſi cum eo vngantur renes, pecten, pudendum, & partes intra anum & teſtes, pauco ſpatio manabit vrina & miteſcent ſymptomata, & ſi recens non adſit, ſiccum cum oleo ſcorpionum diſſoluatur, lumbricorum, amigdalarum dulcium, malaxetur & imponatur: hoc enim præſidium acri ſua virtute vrinam proritat, fundit, liquat, aperit, & grumos natiua proprietate diſſoluit. *Obſeru.* 74.

De Vrinæ ardore, qui ad tabem ducebat.

NOn calidis auxiliis, ſed humectantibus frigidis, curatur: nam ille vrinæ ardor erat ex glandularum collo veſicæ adiacentium ſiccitate ſumma & humiditatis defectu acrem & mordacem vrinam reddebat, quo facto ſemicupium ex decocto herbarum frigidarum capitis & pedum verrucis cum oleo viol. amigdalarum dulc. an. ℔. ß. ingreſſus, leuamen ſentit ac poſtea balneo lactis cum eiſdem oleis reſtituitur. *Obſeru.* 79.

De Dolore inguinis.

A Cauſa calida orto poſt cauſonem, nullo auxilio ſedabatur, vſque ad ſaluatella ſecta incantamento ſimile quid efficitur: mira eſt enim vis huius venæ in affectibus hepatis. Zacutus, *Obſeru.* 81.

De Vteri ſcirrhoſo & flatuoſo tumore.

SOlo chalybis vſu hic affectus ſanatur: nullo alio proficiente auxilio. *Obſ.* 96.

De Pruritu & furore vteri.

IN vtroque fæmore, in parte domeſtica, 6. digitis infra vterum, cauterio impoſito, & manante, intra duos menſes ſanatur. *Obſeru.* 92.

De Vteri dolore.

OMnibus auxiliis ſine fructu tentatis, ſolo hoc ſyrupo ſedatur. ℞. hyſſopi, calamenti, origani an. ʒiij. artemiſiæ, aneti an. m. ß. florum anthos, meliſſæ, buglos. an. p. j. paſſularum ℥iß. ſeminis aniſi, fæniculi, ameos, carui, an. ʒiij. polypod. epithimi. an. ʒß. cinamomi, & aloes an. ℥ß. cori ℈j. floris ſulphuris ʒj. radicis chinæ ℥ij. coquantur in ℔. vj. vini generoſi ad tertias, & in fine adde fol. ſeminis ℥ij. agarici trociſc. ℥ß. & colat. adde ſacchari & mellis ſatis ad ſyrupum & capiat ℥iij. per 10. dies: nam aluus ſoluitur, & flatus diſſipantur; prodeſt etiam in colico flatuoſo.

De Impotentia, mox dilabente ſemine.

HAs pillulas per menſem accipiat. ℞. olei de liquidambar. ℥j. ſeminis erucæ, boracis præparati an. ℥iß. cinamomi ℈j. agalochi ℈ß. moſchi gut. viij. diamargarit. calidi ʒß. diaſatyrion. ℥ß. theriacæ ʒij. pudendi cerui ℈ß. & cum melle anthoſato fiant pillulæ ad ʒj. & capiat cum vino aut chocolate, 4. horis poſt cœnam, & bellariorum vice edat ſatyriones ſaccharo incruſtatos, & in aqua naphæ accipiat gut. iij. ambaris griſij, ac poſtea vtatur paſta regia. ℞. ſacchari albi duri, & farinæ oriſæ, an. ℔. ß. cinamomi ʒij. zinzib. & gariophyl. an. ʒiß. piperis ʒß. pulpæ caponis & perdicis an. ℥j. cerebri paſſerum & columbor. vino generoſo lotorum ℥ß, carnis ſchinei ℥iß. moſci ʒij. ambaris ʒiß. & cum aqua meliſſæ fiant paſta, de qua ſumat ʒj. cum vino aut chocolate, & interim hoc vnguento vtatur; ℞. ſucci erucæ ℥ij. adipis leonis, columbæ, paſſeris & vulpis an. ℥iß. teſticulorum vulpis ʒiij. coquantur ad ſucci conſumptionem, quibus adde olei formicarum, caſtorei, cinamomi, ſpicæ, & de ligno ſancto an. ℥j. pulpæ cœpæ, caſtorei, pyretri, erucæ an. ʒj. diambræ. galiæ muſcatæ an. ʒß. ſtoracis ℈j. balſami ℥j. liquidambar. ℥ß. zibeti ʒj. ambaris gut. iiij. moſchi gut. vj. & cum cera citrina fiat vnguentum.

Pro Sterilitate à cauſa frigida.

PIllulæ ſelectiſſimæ, ℞. ambaris, moſchi, agalochi an. ʒiß. raſuræ eboris ʒß. galiæ ʒj. diamuſci, galiæ muſcatæ an ʒß. radicis angelicæ, pæoniæ an. ʒj. carpobalſami ʒj. & cum cibeto aut balſamo fiant pillulæ & ſumat ʒß. cum vino, aut chocolate, per menſem.

De Præſeruando abortu.

NVllum felicius remedium inueni, quàm fonticulum aperire in brachio aut crure. *Obſeru.* 159.

De Reſolutione ſphincteris & fæcum retinendi impotentia.

AD 20. dies decoctô ligni Indici ſudauit, poſtea hoc emplaſtro oſſi ſacrô admoto, reſtituitur. ℞. emplaſt. confortatiui Vigonis, tacamacæ an ℥ß. olei laurini, angelica, caſtorei, aniſi, de terebenthina, roris-marini, de piperibus an. ℥ß. & cum cera citrina fiat vnguentum & in pelle vulpina extendatur. *Obſeru.* 167.

In Dolore Coxendico.

PAulus *lib.* 3. *cap.* 79. Aurelianus *lib.* 5. *tard.paſſ.cap.* 1. ſanguiſugas ſupra dolorem apponere conſulunt. Auicenna 22. *tract.* 2. *cap.* 7. *&* *cap.* 25. balnea ſulphurea conſulit. Aetius, Oribaſius, Cardanus, Sauanarola, & Zacutus. *Obſeru.* 163.

De Dolore in Genu.

ALius vnguentô de mercurio ſanatur: alius fonticulo iuxta inguen apertô. *Obſeru.* 75. *&* 176.

De Arthritide.

Oleum de oſſibus humanis. OLeum ex oſſibus humanis alia ſuperat auxilia, & ſic paratur: accipe oſſa magna fruſtulatim inciſa, ad ignem excandeſcant. extingue illa oleo vetuſtiſſimo & ex illis contuſis oleum diſtilla ad iuncturarum dolores efficaciſſimum. Crato in conſiliis; Euonomus, Zacutus, *lib. de morb. capitis, cap.* 10.

Ad Tophos Arthritidis.

EMplaſtro ex teſtis cochlearum contuſis, cum vino hordei, aut oxe Crato vtor: decocto ſmilacis aſperæ: lamina plumbi tophos diſcutit, ob portionem argenti viui. *Obſeru.* 5.6. *&* 7.

De Dolore ſæuo in planta Pedis.

OMnia ſuperauit auxilia vſque ad cauterio impoſito loco dolenti & ſcata depiſſa, 20. diebus ſanie virulenta manante à dolore leuatur, quia venenum ſolo igni cedit, vt Hip. dixit; *Obſeru.* 189.

De Febribus, de Lipyria à ventriculi inflammatione.

AB vniuerſali euacuatione, aliis non proficientibus auxiliis, cucurbitulam magnam cum multâ flammâ ventriculô impono ſcatiſicatam, & leuatur dolor & febris. *Obſeru.* 25. Nec illud miri erit, nam Galenus cucurbitulā ſuper cor imponere mandauit. *lib. de facilè Parabil. cap.* 6. & ſuper hepar 13. *Meth.* 10. *&* 11. *Meth.* 17. Aëtius *Tetrab.* 2. *ſer.* 4. *ca.* 60. Auic. 18.3. *tract.* 5. *cap.* 2. Raſis 9. *ad Almans. cap.* 117. *Cucurbitula ſuper ventriculū ſuper cor & ſuper hepar.*

De Quotidiana.

HAnc decoctô ebeni, ſarſæ, & chinæ curaui, dicit Zacutus, & tutiſſimè. *Obſeru.* 30.

In die Purgationis quando poteſt fieri ſanguinis miſſio, & potus frigidæ concedi.

QVando eſt maior vrgentia ex parte accidentium, quæ petunt ſanguinis miſſionem, nempe internus ardor, intentiſſima febris, & validiſſima ſitis, hoc ego practicaui in hoc caſu, dicit Zacutus 3. *Pract. Obſeru.* 58. & ex Pauli. ſententia *lib.* 7. *cap.* 6. §. *quocumque medicamento* &c. & procedit vbi grauatum eſt corpus, repletumque, ſanguinis miſſio conducit, & Auicenna confirmat, 41. *cap.* 18. per hæc verba. *Quòd ſi enema non iuuerit & mala ſuperuenerint accidentia, extenſiones corporis & oculi exierint extra, & fuerit motus ad ſuperiora, neceſſaria eſt minutio,* &c.

Ad eliciendum venenum per poros corporis in intoxicato, aut ex mercurij vnctione.

AMuletis non proficientibus, nec clyſteribus, quidam hoc vnguento conualuit, vnctô à planta pedis ad verticem ſudore fœdiſſimo; ℞. olei nenufaris & nymphææ an. ℥iiij. de ſcorpionibus Matthioli ℥i. ſucci bugloſ. borag. ſcabioſæ, ſcordij, pentafili an. ℥j. ſeminis citri, acetoſæ, an. ℈j. oſſis de corde cerui ʒj. croci gut. vj. theriacæ ʒij. vini odori ℥ij. elect. de gemmis, alchermes, iacynth. confect. an. ℥iß. lapid. bezuar. grana x. aceti odori parum & fiat lenimentum. *Obſeru.* 84.

De Dyſenteria à veneno.

SOlo ſmaragdi puluere ad 12.grana accepto, in condito cidoneorum & aqua decocti tragacanti, quinquies deuoratis, conualuit. *Obſeru.* 91.

De Morſu Viperæ.

ALiis non proficientibus auxiliis, puella ſola vrinæ potione conualuit. *Obſeru.*94.

De Temporum pulſatione.

MVlier, arteriâ ſectâ, quæ pulſabat, conualuit: hanc probat Galen. de ſanguinis miſſione Altomarus 13. *Meth. vlt.* Aëtius *Tetrabt.*2. *ſerm.*3. *cap.*9. non obliquè ſed tranſuerſum ſecta.

Ad Impinguandum.

BAlneo oleagineo per duos menſes pane benè fermentato & carnibus conualuit. *Obſeru.*124.

Hydropicus extenuatus ab empyemate.

LActis caprini vſtulati vſu perſanatur; poſtea hordeato ex hordeo toſto & amylo per duos menſes conualuit. *Obſ.*119.

Ad Conciliandum ſomnum & vires reficiendas.

℞. ſeminis mandragoræ, hioſchiami, ſeminis lactucæ, portulacæ, coriandri viridis an.ʒij. opij ℈j. filonij perſici ʒij. bulliant in ℔.iij. vini albi ad medias, & coletur & de hoc vino naribus & temporibus imponatur, illiniatur facies, abluantur plantæ pedum, & volæ manuum, & parum aceti miſceatur. *lib.* 1. *praxeos, cap. de phrenitide,* Zacutus.

De Cornu Rhinocerotis.

PEſtilentibus febribus, & omnibus venenis omnia ſuperare antidota ad grana iiii. cum aqua bugloſſæ, obſeruauit Zacutus. *obſeru.*98.

An in puerpera, dum lochia ſuperius recurrunt, ac inde grauior affectus concitatur, purgare aliquando conueniat? doctiſſimi Mercati ſententia expenditur, libro diſputationum vlt.

RAtio horum malorum (dicit Mercatus) & difficultatis in curatione eſt, quia ſiue ſanguinem mittas, ſiue ſcarifices, & quod grauius eſt, ſi per vterum innitaris iterùm reuocare, nihil proficics, nec ſi ex talo mittas, & crede mihi, quod ſempet magis lædes, quia ex locis illis nullus eſt recurſus ad venas, ſed quod ſemel ibidem collectum fuerit, ſolùm per propria & peculiaria emunctoria, poſſe vacuari. Quare coniicimus, quod ad ventris ſpatia inania recurrunt, qua ſolùm habent conſenſum cum ventris regione, ideo audacter oportebit pharmaco purganti vti, quod poſſit per aluum ducere quidquid in venis prædictis immoratur; hæc Mercatus.

Leuiſſimo argumento ſe mouet doctiſſimus Mercatus ad purgandum, ex cadauere nempe à quo per aluum & per os prauus diffluit humot: hoc enim non in hoc caſu tantùm, ſed in illis vbi nullus conſenſus obſeruatur, accidere notauimus, & nos debemus naturam imitari, & non actionem cadaueris, ſi talis dici meretur.

Nec ideo ſubitò eſſe Veteribus, nec doctiſſimis Viris ſuccenſendum ſemper exiſtimauimus, ſi quando ipſis, quod humanum eſt, labi contingerit; quin illud potius eloquentiæ magiſtri nobis ac modeſtis ingeuiis ſemper ante oculos habêdum; neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit (dixit Quintilianus) omnia quæ magni Auctores dixerint, vtique eſſe perfecta: nam labuntur aliquando & oneri cadunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper intendunt animum & nonnunquam fatigantur; modeſtè & circumſpecto iudicio de tantis Viris pronuntiandum eſt, ne (quod pleriſque accidit) damnent quæ non intelligunt; ſæpe enim magnos Viros minutulis in rebus carpunt, dum commorantur ſyllabis, magna non attendentes, quod idem Quintilianus diſertè ſanè improbat, Omiſſa rerum inquit (qui nerui ſunt in cauſis) diligentia, quodam inani ſtudio circa voces ſeneſcunt: ſatiùs enim eſſet & conſultius faciet ſtudioſus, ſi verba rebus aptet;

ptet;ego enim in re magna,ſed dubia inter credendi temeritatem,& explodendi negandique pudorem medius planè hæſi, donec manus meæ(planè oculatæ)crederent tandem quod videbant; ac ideo, in huius Viri ſententia priùs rationem expendere, quàm explodere.

Veniamus ergò ad praua lochia recurrentia, hæc recurrunt per eademnet vaſa, in quibus continentur,, in illis continentur quæ vterum circundant,& ad vteri cauitatem terminantur, per 9. aut 8. menſes: nunc cum quibus communionem habeant, nos oportet videre: hæc eſt vera illius anatomia: à caua deſcendenti caudex & ramus oritur, cuius pars vna inſeritur & circundat totum vteri corpus, & ad illius penetrat cauitatem, ſine à naturâ præſcripto: ramus alter per ilia deſcendit obliquo ductu ad anum & rectum inteſtinum ſphinctera dictum, vnum nempe à dextera,alterum à ſiniſtra, quorum alter cingit inteſtinum, alter totum vteri corpus: In his duobus vaſis quæ à caua deſcendunt,& continentur lochia & fæculentus ſanguis, quæ per hæmorrhoidas, aut per vterum natura ſatagit expurgare, & venæ iſtæ cum nulla alia corporis parte communionem habent, quàm cum venæ deſcendentis caudice illo magno, quo per hepatis cauum ingreditur, & ad truncum ſuperiorem penetrat, ac exinde ad pectoris regionem, in quo magnus conſenſus etiam obſeruatur: ex hoc eodem trunco deſcendenti alter ramus, venam portæ conſtituit, ex quo ſpleniticus ad lienem, iliacus ad totum meſentereum terminatur, vbi meſoeraicæ venæ. quæ ad inteſtinorum cauitatem terminantur,pars iliaci rami ad pancreas & meſenterei ſpatia etiã diffunditur, ex quibus poterit ad vaſa inania penetrare, quod interdum accidit à natura coacta per ſibi notas vias: ſed hæc ſpatia nullam communionem habent proximam cum trunco venæ cauæ,ſed cum ramo venæ portæ, qui à caua deſcendenti, parùm ab illius egreſſu, originem ſortitur; cuius prima ramificatio ad ſuperiorem ventriculi partem diffunditur;ſecundus partem inferiorem petit; tertius ad omentum pertingit, quartus ad lienem ſe confert, quintus ad colon inteſtinum: ſextus ad gracilia inteſtina, ex quibus ad meſentereum diffunditur & in meſeraicas venas terminatur, & ad inteſtinorum cauitates, exinde ad ventrem, per quem fæces & humores expurgantur.

Ex hac doctrina & ſecura venarum anatomia manifeſtè conuincitur, quòd lochia ab vtero refluentia priùs debent recurrere ad ramos, & caudicem ipſius venæ cauæ, à quibus oriuntur, & ſi vlteriùs humoris refluentis perſiſtit abundantia,poterit venæ cauæ originem conſcendere ac exinde in venæ portæ ramum penetrare,qui iam eſt alius & diuerſus à ramo venæ cauæ, cum quo longiorem & tardiorem ſocietatem habet, quàm cum venæ cauæ ramo qui vterùm circundat: quare ſi in hoc caſu venæ tali aperiantur, aut ſanguiſugis hæmorrhoides etiam prouocentur, qui detrahitur ſanguis, aut quæ vocantur lochia, per venas magis conſociales extrahuntur,quàm per ipſam ventris regionem, cum qua nullam aut tardiorem ſocietatem habent & ſi ad ſpatia inania meſenterij lochia refunduntur, nec ad ventrem, nec ad venas, erit vlla ſocietas.

Hoc conuincitur ex parte anatomiæ, quæ nos vaſorum ſocietatem clariſſimè edocet: in hoc etiam eſt viri doctiſſimi doctrina magis lubrica,ſi non periculoſa, quod à prauo & teterrimo humore refluente, teterrimus concitatur affectus, nempe febris ardens, aut pleuriticus dolor, pulmonia phrenitis, aut angina: quis ergo (adhuc dato quod nullo artificio, refluentia lochia valerent prouocari. neque per venam tali neque brachij, neque per hæmorrhoidas, vt vir doctus exiſtimat) audebit contra Hippocratis & Galeni præcepta, medicamentum purgans propinare? nam caliditas intenſa medicamentum abſorbet,aut de parte inflammata nihil adimit, & partem ſanam colliquat.

Sin minùs, quæſo, ô doctiſſime Vir, ſi ab hæmorrhoidibus prauus ſanguis recurrit ad truncum, ſeu ad aliquod membrorum principalium per quas vias Hippocrates conſuluit prouocandum, & per quas conſultius & prudentius erit? nonne per eaſdem vias per quas recurrit, ſeu per venas ſibi magis conſociales? prudens erit conſilium, adhuc in corpore plethorico; priùs venas tali inſcindere,ac poſtea ſanguiſugarum ſuctu, ad venas hæmorrhoidales ſanguinem trahere, vt conſueta vacuatio prouocetur,ad naturæ imitationem, & per eaſdem vias per quas ipſe recurrit. Ita nos docuit Veterum obſeruatio; ratio & doctrina à mille annis tradita ea ſola ratione, quòd ex ramo ſplenitico eſt clarior conſenſus cum hæmorrhoidalibus, aut ipſis venis tali: licet ſit alius cum meſaraei venis,& ipſis inteſtinis.

Non in hoc caſu tantùm, nec menſibus & lochiis ſuppreſſis, ſed in ſuppreſſa euacuatione, Auicenna regulam, protulit

lit generalem, nam *Fen.4.1.cap.3.* ſic alloquitur, *Cumque ventris conſtrictio, qui fluere ſolebat, aliquam ægritudinem poſſidere fecerit, illius euacuationis reuocatio ſecundùm plurimùm illi medicabitur, ſicut ab eo, quem conſtrictio ſaniei aurium, aut mucorum narium vertiginem poſſidere fecerit, eius reuerſio ipſam remouebit*: hoc enim exemplum ad omnem ſuppreſſionem extenditur: nam ſicut Galenus dixit, *Sub vno exemplo cætera comprehenduntur*, & Hippocrates *Mulieri ſanguinem euomenti, menſibus erumpentibus, ſolutio*, inquit, *non tantum quæ reuellit, ſed quæ naturam iuuat, conſueta vacuatione, per loca conſerentia: Nos enim*, dixit Galenus, *naturæ opera, quæ bene geruntur, imitabimur*, & Zacutus bajulum ſe curaſſe teſtatur, cui cum ſuppreſſa eſſet virulenta gonorrhæa in inguinibus, fonticulis excitatis, & manantibus, vocem amiſſam recuperauit.

Rarum 33. & lib 1. 42. & 62. Aph. 32.

Sed exemplum quod omnia ſuperauit exempla, in propoſito caſu ex hypotheſi legitur in noſtra obſeruatione ſuperiùs adducta, de illa muliere, cui à tertia partus die, praua lochia recurrerunt ſuperiùs ad cerebrum, ex quo recurſu mania concitatur, & neque ſanguinis miſſione ex talo repetita, neque ex ſanguiſugis hæmorrhoidibus applicitis, neque cucurbitulis ſiccis & ſcarificatis, neque vllo auxilio potuit reuocari, vſque ad circumcirca in ipſo ore pudendi, 12. ſanguiſugæ adaptantur, & multo prauo & deſædato extracto ſanguine ſuppreſſa vacuatio reuocaur, quo & illa conualuit, & priſtinæ ſanitati reſtituta peperit proſperæ ſalutis puerum, qui adhuc Hiſpali viuit.

Hæ ſunt certè, validæ rationes, quæ nos compellunt à viro doctiſſimo, in hoc purgandi conſilio diſcedere in caſu ſatis dubio, maximè in principio, augmento & ſtatu, & adhuc in declinatione nos oportet conſulere Hippocratis conſilium in duplici ſententia, in illa nempe, *Quæ indicantur & iudicata ſunt integrè, nihil mouere, ſed ſine oportet*: vt etiam in alia *Quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere conſueuerunt*: non vtcunque enim & ſemper nos oportet purgare quieſcentem humorem, niſi quando recidiua timetur, quod nos monent reliquiæ, quæ adhuc morbo ſuperato relinquuntur, vti oris amator, ſitis, & implacida quies, dolor, & aliqua febricula.

Faciliùs enim conſcendentia lochia, attracta vel compulſa deſcendent, per ipſaſmet vias, quas aſcenderunt, ſibi conſociales, quàm per ignotas, aut per illas cum quibus neque communionem, neque ſocietatem agnouerunt, & fortaſſe ſi per illas humorem prauum, nos ducere velimus, totam ſanguinis maſſam conſpurcabimus, & grauiora mala concitabimus. quæ antea non erant: vidimus enim ex prauo lochiorum recurſu, ventris fluxum à natura irritata concitatum ab irritatione illius praui ſucci, in grauiſſima nos ducere pericula, quia non per conuenientem regionem ab ipſa natura conſucta illa expurgare conatur; quod ſi daretur quòd ad ſpatia ventris inania hæc lochia recurrerent, nec per ventrem nec per venas vllus obſeruatur conſenſus, ſed per ipſamet loca vbi ſtabulanrur.

Quare concludimus, quòd ſi in puerpera lochia ſuperiùs recurrant, ſeu aliquid inſtillet, ſiue omnino ſupprimantur, ac exinde grauiſſimus concitetur affectus, veluti febris ardens, ſeu ex peculiari conditione vteri, ſeu focus deliteſcat in maiotibus venis, inter alas & inguinâ, dum praua lochia ſanguinem vniuerſum inficiunt: ſeu loco determinato lochiis putreſcentibus aliqua inflammatio concitetur, vt pleuritis, angina, ſeu magna difficultas anhelitus ex vteri cum pectoris regione conſenſu, ſeu tandem phrenitis, aut lethargus quod priùs ſanguis ex talo mittatur quantum vires ferant & plenitudo ſui ablationem conſulat: quod ſi his non cedat, prudens erit conſilium venas hæmorrhoidales aperire ſanguiſugis, in bona quantitate adaptatis, non exilibus, ſed ſemper grandioribus, vt ſuctu validiori alliciant lochia recurrentia: ſunt enim externæ hæmorrhoides cum venis vteri, venæ conſociales ex ramo venæ cauæ deſcendentis, vt antea ex anatome vidimus, quod ſi neque hac tractione alliciantur lochia recurrentia; fæmoribus internis cucurbitulæ cum ſcarificatione affigantur: ſi non videatur (quod nobis videtur efficacius & Proſperus conſuluit Alpinus, Arabum longa conſuetudine: altas ſcarificationes infigere fæmoribus, aut ſuris, & ſanguinis quantitatem extrahere) quod ſi neque tam validis auxiliis adhuc affectus cedere videatur, circumcirca pudendi margines 12. aut plures ſanguiſugas affigere vltimum nobis auxilium videtur, vt antea in puerpera dedimus obſeruatum; de peſſariis vterinis non oblitus ſum validioribus.

Inter hæc tamen, in quibus nos certe naturam imitamur, dum ſuppreſſam euacuationem conuocamus ad Auicennę, Hippocratis & Galeni conſilium: ſi vltima vrgentiæ nos compellit neceſſitas, ſecundùm vrgentiæ neceſſitatem erit ſanguinem ex brachio mittere ex carpo, fortaſſe ex leonicis, ſeu ipſa vena frontis, vt extremæ

extremæ ſuccurratur vrgentiæ.

Sed medicamento purganti vti in principio, augmento, nec ſtatu, nobis placere nunquam potuit, ob dictas rationes: Hippocrates enim *libro de morbo ſacro*, prudentiſſimè dixit, Medicus temporis occaſionem noſcat, ne venenum fiat quod alimentum datur; hæc de dubiis conceſſi nobis optio eſt, ſi cui vero hæc minus arrideant, virum ſe præſtet, ac meliora reponat.

Huius affectus curatio.

INterim tamen dum hæc ipſa arte & doctrina operamur, debemus etiam auxiliis internis & externis, & febrem temperare, & lochia & menſes prouocare, quantùm fert empyreuma & humoris conditio: de lapide bezuar orientali claſſicus quidam dixit, quod dum cordi opitulatur, menſes prouocat; ideo in omni potione & cibis tribuendum conſulimus ad 6. aut 8. grana, quoniam nihil in parua quantitate operatur: vt etiam in aquis cordialibus & cardus ſancti aqua, aut artemiſiæ vel in aqua agrimoniæ cum gut. iij. eſſentiæ ſuccini.

Sin minus hoc paretur apozima, quod temperat, menſes & lochia prouocat. ℞. radicis cardus ſancti, petroſelij, boraginis, graminis, & rubeæ an. ℥j. liliorum, eryngij an. ʒß. radicis ſcorſoneræ & pæoniæ recentis an. num. ij. capil. veneris, ceterac. an. m. ß. 4. ſeminum frigid. an. m. ß. florum tamariſci, maluarum, an. p. ß. florum cordial. p. j. ferueat in lib. ij. aquæ ad medias, & colaturæ adde eſſentiæ ſuccini gut. iiij. ſacchari albi in aqua artemiſiæ diſſolui ℥iß. ſyrupi ſcorſoneræ ℥ij. & aromatiſetur, & capiat ℥iij. mane & ſerò. & noctu pedes abluat in decocto artemiſiæ, ſaluiæ, & camomillæ. ac poſtea ſuffitum accipiat, ex balſamo ſelecto Alexandriæ: aut ex decocto artemiſiæ, ſabinæ, meliſſæ, apiaſtri, ſaluiæ, matricariæ an. p. j. quæ coquantur in olla obturata, & fumum temperatum accipiat, & ſi puriſſimum inueniatur balſamum, totum pudendi oſculum inungatur intus & extra: nam etiam mirabiliter lochia recurrentia trahit, & ſi febris moderatio id permittit, de hoc puluere cochleare accipiat in aqua cardus ſancti, aut meliſſæ: ℞. ſileris montani, ʒij. raſuræ eboris ʒj. lapidis bezuar orientalis ℈ß. nucis muſcatæ toſtæ ʒß. diamuſci dulcis ℈j. ſuccini præparati ℈ß. ſacchari albi ℥ß. & fiat puluis, & hoc vnguento pars inferior ventris & oſſis ſacri regio leniatur; ℞. olei amigdalarum amararum & naphæ an. ℥j. de ſemine lini & capparorum an. ℥ß. ſucci opij & aceti ſquillitici an. ℥ß. ferueant ad illorum conſumptionem, & adde olei croci ʒi. ammoniaci in vino diſſoluti ʒij. radicis aſari, ſpicæ, ſeminis vrticis an. ℈j. ceræ ſatis ad vnguentum; peſſaria vterina in hoc caſu maximi vſus erunt, & hoc modo parentur; ℞. balſami electi ʒiij. ſtoracis liquidi. ʒj. eſſentiæ ſuccini gut. iij. troch. de mirrha ℈ß. & fiat peſſarium: vel ex ſucco betæ, agarico, & melle, oleo croci inunctis.

Hæc tantùm nos in exempla dedimus, vt magis temperata, non quòd ſola ſufficiant, ſed vt quiſque reponat quæ peculiariter habeat obſeruata.

Ad Iudicium Chymicorum auxiliorum.

CHymicâ officinâ educati, ſpagyrici tantùm, nobis ſuadere conantur, noctis in medio aut tenebras, aut ſpiritum tenebrarum lucem eſſe; patet ratio, non tantùm ab effectu, ſed auctoritate illuſtrium Virorũ. Germania eſt mater Chymicorum, & ob climacam temperiem illius regionis (ſummam nempe frigiditatem) faciliùs ferunt chymicorum auxiliorum empyreuma (ridiculum eſt enim calidum in ſummo, poſſe ad narcoticum duci, & in hoc ſtatu, & conſideratione, vt ab effectu etiam, celebriores Viri, & humanitariæ eruditionis Archiatri, & qui clauum in Germania tenuerunt, horum auxiliorum vſum, vt ſuſpectum, & formidabilem condemnant, ne tantùm inſecurum & lætiferum: quid ergo cenſendum videbitur in noſtra Hiſpaniæ regione, omnium calidiſſima, maximè qua Occidentem vergit? Attendite Ioannem Cratonem, trium Imperatorum Germaniæ Archiatrum, & longa illius regionis experientia ſatiatum, poſt annos octoginta: Mihi ſemper, inquit, auxiliorum Chymicorum vſus ſuſpectus eſt, nam leuatione fallit, ſed poſtea, cachexiam, & alia mala inducit, vi cauſtica in membris derelicta, quæ membra labefactat, & aliò in loco vnctiones Chymicas totò pectore auerſor: quia noſtro naturali calori ſunt improportionata, & inferunt vim naturæ (& nos vidimus in vlceribus crurum humiditatem colliquatam attrahere) & hoc & illud dixit, in ſumma deſperatione apoplexiæ, in qua forte eſt magis tolerabile, & in nodoſa podagra, cuius rebellis natura & conditio, validioribus auxiliis reſiſtit, nam ***Soluere nodoſam neſcit medicina podagram***: demitto quod Eraſtus contra

tra Paracelſum ex profeſſo diſſeruit, & alios viros omni politiori literatura præclaros. Si ergo in hac frigidiſſima regione, hæc præcauentur mala, in noſtra calidiſſima quid erit ſentiendum? Hoc arte videtur ſi logice loquatur, argumentum in Darij, à maiori ad minus, ſi non illud dicimus argumentum ad hominem.

Preguntome vno de los releuantes juizios de nueſtra edad, qual ſea la razon eſtar la medicina de oy, no en aquel punto de veneracion que tuuo antiguamẽte, ſiendo vna de las ciencias mas illuſtres y la mas neceſſaria en la Rep. *y la que ſe me ofreciò, es eſta.*

COſa es cierto digna de grande compaſſion y ſentimiento, que la profeſſiõ mas noble, la ciencia mas illuſtre y mas neceſſaria en la Rep. ſe aya enuilecido con los tiempos, y mucho mas con la vileſa y poco decoro de los que la profeſſan, no ſolo de los agyrtas y circunforaneos, ſino de los hombres humildes, plebeyos, y de humilde nacimiento, que por ſu pobreſa y eſperança proxima, de ganar de comer, an eſcogido la medicina, por mas ſocorrida ciencia de ſu neceſſidad: y como eſtos no an ſalido de aquella humilde esfera y gerarchia ſordida de la plebe, no leuantan el eſpiritu al decoro de tã noble ciencia, que vn animo generoſo, no cabe en vn coraſon eſtrecho: y aſſi pierde por ellos lo que gano con los hombres, que con eminencia y generoſo coraſon la profeſſaron en otros ſiglos y aunque algunos oy la podian enoblecer, y dar nueuo luſtre y decoro por ſu illuſtre nacimiento, y gerarchia ſuperior, como el numero deſta es inſinitamente menor que el de aquellos, todos corren vna miſma fortuna, de la indignidad y poca eſtimacion: y no à ſido eſta poca fortuna, ſolo ocaſionada de la imperfeccion de los ſujetos, que la profeſſan, ſino de los juizios, que no haçen reflexion ſobre eſta differencia; por que ſaber medir el juyzio ageno, es ſaber medir el ſuyo, mas importa ſaber conocer los genios y las propriedades de las perſonas, que las hieruas, y piedras: accion es eſta de las ſutiles de la vida, però araſtranla las coſtumbres no bien morigeradas. Por el ſonido ſe conocen los metales, por la habla las perſonas, y por los juyzios el talento, eſtas mueſtran la entereſa de animo, però mucho mas las obras, aqui es meneſter el extrauagante reparo, y la reflexion cuerda, la obſeruacion profunda, la ſutil nota, y la juyzioſa criſis para diſcernir lo que cada vno mereçe en ſu esfera.

Ars medica apud Ægyptios, dice Proſpero Alpino, omnium vilior exercetur, & ob gẽtis barbariem tum ob eorũ qui per vrbẽ medentur ignorantiam.

No podemos negar eſta differencia aun entre los Profeſſores de oy, porque la madures y fondo de la cordura reſplãdeçe en las coſtumbres, y la grauidad en el decoro, y eſte ocaſiona la mayor veneracion: la compoſtura del hombre es la ſachada del alma, no lo es la necedad con poco menco, como dixo algun corteſano ſino vna autoridad muy ſoſſegada, habla por ſentencias, obra con aciertos, ſupone vn hombre muy hecho que tanto tiene de perſona, quanto de madures; no es razon pues, que todos corran vna miſma fortuna, pues ay eſta differencia en algunos. Todas las perfecciones, y todas las eminencias tienen ſu punto, y ſu balor però eſte le minora el vicio ò ſube de punto la eſtimacion ò la virtud, que eſta es la cadena de las perfecciones, centro de las felicidades: ella haçe que la prudencia parecſa mayor, el cuerdo mas attento, ſagas, ſabio, valeroſo, reportado, entero, felis, plauſible, verdadero, y vniuerſal en toda perfeccion, cõ que no ay coſa mas amable que la virtud, no mas aborecible que el vicio: la capacidad y grandeſa ſe an de medir por la virtud y no por la fortuna, ella ſola ſe baſta à ſi miſma, las demas perfecciones ſin ella no lo pareçen, viuo el hombre le hace amable, y muerto memorable; ſea pues eſta la regla para differenciar eſtos dos eſtados, y dar à cada vno lo que mereçe que no es razon confundir las gerarchias o con falta de juizio, ò de reflexion de la verdadera ſindereſis, con que deuen obrar los mayores juizios, ſi quiera por no pareçer plebeyos.

Si no decimos que eſte es vn curſo fatal de las coſas humanas, que tienen ſus periodos, ſus crecientes y menguantes, como la Luna, ò por falta de aplicacion en los hombres, ò porque ſe aplican à otras eminencias mas plauſibles: razon à mi juyzio porque refiri ò Plinio, que la medicina eſtuuo en alto ſilencio ſin auer quien la cultiuaſſe, *A trecenteſimo anno Vrbis Romæ delituit, veluti ſepulta, medicina, alto ſilentio; vſque ad Hippocratem, qui illam à tenebris in lucem reuocauit ex Aſclepiadum familia, Pheneratis filius & Herodici, & Leontij Rhetoris & Philoſophi diſcipulus*: y no por la vulgar cenſura que hombres de vulgares noticias an hecho, *Li. 11. Nat. hiſt. c. 13.*

que

que echaron los Medicos de Roma, y eſtuuo ſin ellos 600. annos eſta fue la ocaſion que huuo deſta fabula, por la tradicion de hombres ſin noricias.

Quando ſabemos que el verdadero origen de la medicina tuuò ſu principio en Adan, como lo refiere Marſilio Ficino, Principe de los Platonicos : *à Diis acceptam, & Deorum oraculis*, dixo Plinio, muy en los principios del mundo y Diodoro Siculo, que tuuò principio en los Ægiptios, que en eſto contendieron con los Athenienſes y eſtos con los Arcades, en ſu antiguedad; otros quieren, que à Mercurio ſe deua, y à Oro Iſidis filio, vno hijo, otro nieto de los Dioſes, que començaron ſolos 300. años deſpues del diluuio, en la edad de oro: opinion conſtante en toda el anriguedad, como lo refiere Galeno de Homero, de Plinio, Diodoro Siculo y Quinriliano: à Apollo, hijo de Vulcano y de Minerua, le atribuyen los mas eſte principio, por cuya raſon le dieron nombre de Dios en aquella primera infancia del mundo, aſſi lo teſtifica Quinto Sereno, Ouidio, y Virgilio : y à Eſculapio deſpues, por auer ſido enſeñado de ſu padre Apollo, por cuya raſon tambien le puſieron en la matricula de los Dioſes : como es conſtante tradicion de Ouidio, Hygino, Homero, Heſiodo y Quintiliano, cuyas ſon eſtas palabras : *Vix crediderunt veteres medicinam potuiſſe humano ingenio inueniri, quia medicina per ſe ſacra eſt*; y añade Luciano, *Eſt Deorum doctrina, Græci ab Ægyptiis medicinam acceperunt, dixò Quintiliano.*

4 Epid. 29 Nat. hiſt. cap. 1. Lib. 1. bibliotheca.

6. Meth. & 2. ad Glauc. Lib 10. Odyſſea. Lib 25. c. 4 Lib. 6. Lib 3. de laude & Vituperat. Faſtorum 2. & lib. 2. ſignorum caleſtum 2. Tabul. 34 162. & 202. in Theogonia Declam. 268.

Dende el principio del mundo hallamos la medicina en la eſtimacion que vemos cultiuada, y excerſida por los Dioſes ſus hijos y ſus nietos: paſſaron aquellos hombres que reſibieron aquellos beneficios, y los pagaron con la tal veneracion y illuſtre culto : ſiguieronſe otras edades, otros ſiglos, y otros hombres, en que ſe fue oluidando la memoria de aquellos (curſo fatal de las coſas humanas) y por eſta raſon eſtuuo ſepultada, en aquel ſilencio que refiere Plinio. Naciò Hippocrates deſpues de los 600. años, diola Dios nueuo eſpiritu, quiça para maeſtro de la poſteridad, o por la neceſſidad que auia de aqueſte beneficio en los hombres para conſeruar eſta naturaleſa, que por ventura ſe hallaua ſin remedio y con el adquiriò tan illuſtre nombre y tanta eſtimacion por ſu ciencia, que refiere Suidas y Plutarcho que hallandoſe Artaxerxes (el mas poderoſo Emperador del mundo en aquel tiempo) affligido de vna graue peſte, qne ocupaua y deuaſtaua el Aſia, eſcriuiò à Aſtanio ſu Virey en Eleſponto eſtas palabras; *Artaxerxes Aſtanio Heleſpontici Præfecto, ſalutem. Hippocratis Coi Medici Eſculapio prognati, ad me artis fama peruenit, da igitur operam vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaque item quorum indiget, & ad me mitte, erit enim par honore ſummis in Perſide viris*; mucho es eſto, que eſcriua con tanto rendimiento vn Principe tan grande, però mucho mas auer reſpondido Hippocrates, que preciaua mas la ſalud de los ciudadanos de Athenas, que los honores y oro de Attaxerxes: lo que el Senado gratificò con ſeñalarle vn honrado premio para el y ſus deſcendientes; del erario publico del Senado. A tanto llegò la eſtimacion de la medicina en aquel tiempo; dexo lo que dice el Derecho, Aulo Gellio, Macrobio, y Platon de Hippocrates, *Qui nec fallere, nec falli potuit*. Siguioſe à Hippocrates Diocles Cariſtio, en tiempo de Dario, poco menos en auctoridad. Proxagoras, Nicarcus, Cryſippus & Heraſiſtratus, que hicieron otra edad, ygualmente luſtroſa en ſu eſtimacion: paſsò aquella y vinò otra, no de tanta fortuna, en que floreciò Scrapio Alexandrino, Glaucias, Heraclides Tharentino, Medicos mas empyricos que racionales : vinò deſpues Cornelio Celſo, Theſſalo, y començò Galeno en tiempo de Neron, y Criſias Maſſilienſis, de quien dice Plinio, que todo lo atribuya à las eſtrellas. Plinio floreciò en tiempo de Trajano y Adriano, y Sorano Epheſio y Claudio Galeno, *Niconis Geometræ filius*, que deſpues de Hippocrates fuè el mas eminente que todos los demas, ya por ſu larga vida y ſus grandes eſtudios, que dicen biuiò 130. años, aunque Suidas ſolo le dexa los 70.

In Catone Cenſorino.

Leg. ſept. menſe, de ſtatu hominum.

Lib. 29. cap. 1.

No pongo en eſte parallelo, ni me parece del caſo, el que Dios fuè Medico para nueſtras miſerias, y Chriſto, para los enfermos, que ſabemos, y el Angel para Tobias, ni los Profetas y Apoſtoles para los que curaron, que eſtas fueron actiones releuantes de la diuinidad propria, o comunicada de Dios, mas que de los Medios de que ſe vale la medicina. Tan poco me ha parecido poner en eſte catalogo los Reyes, Emperadores, y Pontifices, Poëtas, y Philoſophos, à quien dieron nombre de Medicos, porque eſto es ſalir de la esfera del caſo, que mas adorna que prueua, que aqui ſolo ſe trata de los que dieron nueuo luſtre, credito, y admiracion à la grandeſa de la medicina, con ſu profeſſion, o de los que la deſcaëcieron en ſu tiempo.

Tuuo veneracion y culto la medicina,

en quanto biuieron aquellos Varones illuſtres, que con ſu eminencia la cultiuaron, y la dieron en beneficio à los hombres: que la excelencia del arte la hace la eminencia del artifice, y ſu culto la eſtimacion, que de la admiracion naçe el reſpeto; Paſsò aquel ſiglo de oro, murieron eſtos hombres, à quien el admiracion diò culto de Dioſes: vinieron otros deſpues (oluidados ya aquellos primeros) eſtos por menos affectos, o menos eſtudioſos en los ſecretos de la naturaleſa, baxaron de aquel punto de la eſtimaciõ, que no ay perfeccion que no de en *Barbara* ſin el realce del artificio, eſte à lo malo ſocorre, à lo bueno perficiona, y quando la naturaleſa nos dexa, es preciſo ſocorrernos del arte. y aſſi es neceſſariò, no comun, ſino particular eſtudio en perficionar lo que otros an començado, para merecer la eminencia que à ellos los hiço illuſtres, que falta la mitad de las perfecciones à la naturaleſa; ſin la cultura todo hombre ſabe à toſco, y ſin artificio à vulgar: y ha meneſter pulirſe en toda orden de perfeccion: como eſta pues faltaſſe en aquella edad que ſe ſeguiò, baxò de precio el aprecio, que antes ſe auia hecho de la medicina.

En èl meſmo ſilencio le hallamos ſepultada entre los Arabes, haſta el tiempo del Rey Almanſor, de Arabia y Africa, Principe que por ſu grande juyzio honrò ſa medicina: en eſte tiempo floreciò Raſis antes de la perdida de Eſpaña poco menos de 1200. años, ganada Eſpaña por eſte Principe floreciò en Arabia, deſpues en Cordoua Auicena, Auerroës y Haliabas y otros Medicos grandes, no ſolo en ciencia, ſino de generoſa ſangre que Auicena no fuè Principe por la ciencia, ſino por ſu illuſtre nacimiento. Paſsò aquel ſiglo y con el la eſtimacion y luſtre que eſtos Varones auian dado à la medicina, y quedò en otro genero de Medicos Empyricos, que ſolo curan por la tradicion deſtos, y noticia de algunas hieruas, que la experiẽciâ les à moſtrado, como lo teſtifica Proſpero Alpino, Medico 14. años en el Cayro, antigua Babylonia y eſtos an baxado tanto de punto el credito de la medicina, que eſta oy entre ellos en muy poca eſtimacion con que *de primo ad vltimum*, ſe cõcluye, que no à perdido la ciencia por ſu grandeſa y eminencia, que ſiempre à ſido, es, y ſerà venerada entre los hombres de juyzio, ſino por los profeſſores della, que engradecen ò minoran ſu eſtimacion. *Adulatores Medicos non ſola Ægyptus habet* (dice Proſpeto Alpino) *ſed non minùs multa Italia loca, vbi ignari optimis præferuntur, quæ infelicitas adhuc in noſtra Hiſpania experitur* porque (como dice Plinio) *Non nulli facilius creditur, quam ſe Medicum profitenti, cùm non ſit in alio periculum maius, negotiantur enim animas noſtras ac experimenta per mortes agunt.*

Lib. de med. Ægyptiorum c. 3 4. & 5.

Lo meſmo nos ſuccede oy por las razones dichas de los que la profeſſan, ya por el poco deſvelo, en lo oculto de la naturaleſa, ya finalmente porque la eſtimacion corta no leuanta el eſpirito, ô à la eminencia del arte, ô à la gloria de ſer celebrada en ella, por la vileſa del nacimiento del que la profeſſa, con que deſcaeſſe. y baxa de aquel punto en eſta ô en aquella edad, conforme el tiempo lo trae: que vn grande eſpirito no cabe en vn coraſon eſtrecho, y los tales ſe quedan en el lymbo de la vida politica ſin pena, però ſin gloria. Eſtas ſon las razones que an motiuado eſta quexa, ô affectado ſentimiento de nueſtra edad: y con ſer eſto al parecer tan contra la raſon, y del comun ſentir de los Varones ſabios, tiene ſu harmonia en la trauaſon del Vniuerſo: *Quoniam adhuc quæ videntur deformia, in hoc admirabili artificio cedunt in perfectionem Vniuerſi, ſi non in pulchritudinem.*

Tambien es de aduertir, que no premiar la eminencia del artifice, tal ves eſta de parte de la fortuna, tal de la cortedad de animo de los Principes, que les parece baſtante premio el dexarſe ſeruir, y las mas vezes de parte del artifice, que eſcureçe la eminencia del arte con la vileſa de ſus coſtumbres, ô de ſu humilde nacimiento: però en medio deſto, el ſol ſiempre tiene ſu lus, aunque alguna nube procure eſcurecerle, que vencida. alumbra con nueuos reſplandores, y la verdad, deſempeñado ſu credito, pues en nueſtra edad auemos viſto algunos Medicos illuſtres, illuſtrados y honrados con ſingulares honores, y honorificos premios: y en las naciones eſtrañas es ordinario honrarles con el titulo de Conſiliarios y Senadores de ſu Rep. es el titulo que goçan los generoſos y illuſtres dellas: y el Emperador Ferdinando II. diò titulo de Marques à ſu Medico de camara, y nueſtro Monarcha Philippo IV. al Doctor Ponce de Sãta Cruz y al Doctor Herera, ſus Protomedicos, les honrò con titulos de grandes Abadias y con el de Señoria: y los Medicos de camara de los Reyes goçan en el Protomedicato el titulo de Iuezes y Conſiliarios de aquel conſejo priuatiuo, y finalmente ſiempre la virtud y el balor, y la eminencia en el arte ô

ciencia que cada vno profeſſa, tiene ſu merito, y por la mayor parte ſu premio, y ſeria poſſible que à eſte ſe ſiguieſſe otro mas dichoſo ſiglo, que caſtigue los deſcuidos paſſados, y premie los meritos preſentes, que no todos los ſiglos ſon a propoſito para las eminencias en el arte ò ciencia que cada vno profeſſa, que aun las eminencias ſon al vſo: però los ſujetos raros dependen de los tiempos, como el phenix, y aſſi no todos tuuieron el aplauſo que merecian, y muchos aunque le tuuieron, no acertaron à lograrle: fueron dignos de mejor ſiglo, y à ottos ſe le hiço la fortuna, que no todo lo bueno triunfa ſiempre, però lleua vna ventaja el ſabio, que es eterno, y ſi eſte no es ſu ſiglo, muchos otros lo ſeran, y en aquel ſe dira hombre de vn ſiglo. Eſto Señor, es lo que ſe me à offrecido que reſponder, en eſta duda, que V.S. podra adelantar con ſu reuelante juizio y ſingular diſcurſo.

Appendix ad morbi Gallici Illuſtrationem.

Plura diximus in Illuſtratione ad curationem morbi Gallici, ſed non omnia ſubitò & in occaſione ſub manum venere ſubitaria: hæc enim poſtea occurrerunt, quæ amplius illuſtrant.

Pueri & mulieres albæ ſolent febriculâ prehendi, lentâ moleſtiâ & indeficiente, quæ æmulatur hecticam: quia in illa & lentè contabeſcunt, & partes ſolidas videtur occupare, & ſub illa ſolent laxi & molles tumores & veluti botores erumpere, in capite, in collo, & pectore, aliquando in tibiis, ex humore craſſo, viſcido, glutinoſo, & aliquibus ſuppurant, aliis obdureſcunt, illi tamen aut Gallica lue infecti, ſeu ex ſolo craſſo & viſcido humore congenere huius temperamenti.

Ad primum dicimus; quòd hæc moleſta febris (in Gallicatis maximè) quantum obſeruare potuimus, nec eſt putrida, nec hectica, ſed lactea: non putrida, quia à nulla humorum putredine fouetur, ſed à ſola incaleſcentia humiditatur, quæ corpus occupant vniuerſum & ſunt ſparſæ, non in ſolidis tantùm, ſed carneis ſpatiis, & cum hæ incaleſcunt, febrem fouent continua periodo, vſque ad conſumatur ad radicale humidum, & ab hectica differt, quia hæc in partibus ſolidis adhæreſcit, præter humiditates & in carnea & ſolida ſubſtantia: ſed in Gallicis, ſolet maximè hecticam æmulari, non tantùm quòd ſolida diſſipetur ſubſtantia: illi enim magis extenuantur, ex peculiari alia ratione, non febris, ſed quia partes corporis reſpuunt alimentum, quia Gallica labe infectum, ac ideo atrophici redduntur.

Tubercula etiam & in pueris (quia nimia ſcatent humiditate) vt albis mulieribus, ſolent variis in locis erumpere: in hoc tamen alta conſideratio, noſtrum acrioribus ſtimulis ſollicitauit animum, an ex Gallica lue, iis craſſis humoribus infectis, an ex ſolo viſcido, craſſo, & rebelli humore; ac deinde an hæc Gallica lues, iam in membris impreſſa, ſit ſolùm in potentia, an in actu ſecundo: nam lue à parentibus contracta in ſemine & ſanguine, vt in hereditariis, ſeu vbi in craſſis & viſcidis humoribus, non facilè ad actum reducitur, ſeu vbi Gallica lues puſillæ actiuitatis eſt, vbi iam eſt virtus exoleta, ſeu tandem in antiquata & obſoleta lue: in his eſt in potentia illa Gallica lues, non in actu: ideo quæ his cauſis contrahitur, reſidet in potentia in membris derelicta, & nihilominus ſuam prauam conditionem imprimit, vniformiter diſformiter, ſecundùm ſubiecti aptitudinem & paſſi reſiſtentiam: ſi verò maiorem & acriorem poſſideat acutiem, ſeu illam ſubiecti diſpoſitio in actum reducat, adhuc in craſſis & viſcidis humoribus & fecundis humiditatibus ſuos, malignos effectus inducit, & producit tubercula, quæ aliquando ſuppurant ſeu laxa diu permanent, ſeu partibus tenuibus exolutis dureſcunt, vt poteſtate Gallicos abſceſſus æmulentur, & licet illi Gallici videantur, non ſemper extremè Gallicis præſidiis medentur, illis maximè quæ hermetica virtute intus repellunt, veluti hydrargyrium, ſi extra leniuntur: quia dum intus repellunt, quæ ad extra natura propulſare conatur, grauiſſima damna concitantur, dum humor ad interna repellitur, quoniam ſana inficiuntur membra, iecur & ſanguinis maſſa dep̄dantur, & gallicus character, qui erat antea in potentia, reducitur ad actum, noua acutie contracta, & vitio, lentore, & acutie, membra corrodit, tophos & duritias inducit, quæ antea non erant, vti in verè Gallicis, & hæc eſt ratio quare ab vnctione hydrargyrij deteriùs laborent, & in grauiora ſymptomata dilabantur, & grauiſſimis afficiantur doloribus, qui omni ferè auxilio reſiſtunt.

Sed qui ita laborant, ex prædicta febricula, enarratis tuberculis, Gallicis auxiliis (præter hydrargyrium) quæ à tota ſubſtantia operantur, licet longiori tempore ſecuriùs medentur; ſed inter varios huius

huius fortis ægrotos, hoc maximè ſingulare obſeruauimus; quando nempe febris ex ſecundis humiditatibus, impensè calefactis,fouetur(quod indicat vrina aut extremè cruda, aut ferè naturalis) quod ſanguinis miſſione læduntur, & medicamentis purgantibus ſemper febris in deterius redditur,& loco lcuationis exacerbatur; quia cum ſint adhuc inculpati humores, nec contagio, nec vitio infecti, nulla ſanguinis miſſio indicatur (quia hæc plenitudinem reſpicit, aut vitium in ſanguine & ſolam humorum cacochymiam purgatio) & cum hîc neutrum inueniatur, nocet ſanguinis miſſio, purgatio non iuuat.

Si verò iam præter humiditatum infectionem inculpati humores reddantur Gallico contagio infecti, quod monſtrat non tantum vrina cruda, flaua,& perturbata, ſed etiam tubercula in varias ſedes erumpentia,capitis & iuncturarum dolores, fluxiones ad oculos, aut guttur, tunc *ſub hac diſtinctione*, vt curatio inſtituatur oro; dum ſolæ humiditates incaleſcunt, ne dum vitio humoribus contracto, vt inde lenta febris perſiſtat, ſolo lactis ſero optimè depurato vtamur & hoc ad plures dies,ſolo puluere addito ſarſæ,aut chinæ, & in communi potu, aqua radice chinæ ad ℥i.cum hordeo,aut radice ſcorſoneræ cocta, & poſt feri vſum, ſi ita videatur, paretur hordeatum in decocto ligni guaiaci,ſarſæ,aut chinæ,additis elenij radicibus, pimpinellæ, ſcorſoneræ an. ℥iß. agrimoniæ & linguæ ceruinæ an. p.ß. quo in ſtatu Fernelius longa experientia ſatiatus (quod noſtra etiam confirmat obſeruatio) in ſimili caſu in conſumptis & Gallica qualitate altius radicata, balneum aquæ dulcis conſuluit, ad plures dies continuata ſerie; conſuluit etiam vt in balneo bibat decoctum chinæ, ſarſæ, ſcorſoneræ, cardus ſancti, ad ℥iiij. vt etiam vnctiones, quas in tabe Gallica propoſuimus:conſulimus etiam vt panni lacte madidi in pectore & dorſo applicentur: nec in hoc caſu diſplicet, lac ex muliere, capra, aut aſina emulgere, aut de recenter extracto propinare cum ſaccharo, aut ſaccharo roſato; aut ex aliquo tenutrientte condito, vt diximus citato loco.

Si verò iam in actu ſecundo, hepate & humoribus infectis, ægrotum Gallica lues opprimit(quod noſcitur,tumoribus, vlceribus, ſcabie,impetigine & doloribus noctu exacerbatis,hoc enim indicat ſanguinis maſſam iam infectam & iecur iam labe fædatum, tunc oportet, ſi præſt in venis apparatus, ſanguinis miſſionem imperare, hyrudines & cucurbitulas, prout caſus neceſſitat: ſi non priùs leui medicamento, crudos & vitioſos humores repurgare prudentia conſuluit, maximè ex prima regione, ne ad venas remeantes tertiam corporis regionem, cùm nutrire non poſſint,in abſceſſus vertantur,in ſcabies malignos & rebelles: ideo ne tantùm primam,ſed ſecundam & tertiam regionem, ſi illam iam praui occuparunt humores, purgare & repurgare oportet; ne quod ad extra propellitur,intus aliquo auxilio repellatur, ne cedat in cauſam grauiorum malorum, quare tales humores auxiliis medicari oportet, quæ virtutem habeant purgandi, abſtergendi, & incindendi: ſi craſſi, viſcidi, aduſti aut maligni, vſque ad nihil in corpore huius praui humoris ſupereſſe videatur, additis quæ à tota ſubſtantia prauam qualitatem diſſipent & exoluant, ne ſuperſit quod carnoſam aut ſolidam ſubſtantiam inficiat.

Huic intentioni aptiſſima auxilia diximus in Illuſtratione ſuperiùs adducta, in prima, 2. aut 3. ſpecie huius luis: ſed quia non eſt facile puerorum indocilem naturã ſuperare, ideo opportet feligere auxilia,in quibus occulitur fallacia, vt prudenti deceptione valeant propinari: vti in chocolate aut condito, aut diſtillationem ſublimata, vt puerorum auerſio ſuperetur: velut in hoc exemplo. ℞. agrimoniæ, cardus ſancti, ſcorſoneræ & radicis elenij, linguæ ceruinæ an. p.j.epithimi,polypodij & ſeminis cartami,an. ℥iij. ſol.ſen.℥ß.roſarum perſicarum ℥iiij. coquantur in ℔.iij.aquæ ad medias,deinde adde ſucci pomorum dulcium & lupulorum an. ℥ij. & infuſio illa diſtilletur in vitro & ex hac diſtillatione cum ſaccharo fiat ſyrupus,& dum coquitur,adde in nodulo confect. alchermes ℨij. lapid. bezuar oriental. gut. vj. eſſentiæ cinamomi gut. iij,& detur ad ℥iij. & poſt purgationem bis aut ter repetitam propinentur aliæ diſtillationes, ex ligno ſancto, ſarſa, & china, cum ſimilibus herbis in aqua maceratis, de qua ſublimatione detur ad ℥iß. parum ſacchari, addito vſque ad Gallica lues extincta & ptorſus ſuperata videatur.

Singularis Tremoris antiqui Obſeruatio.

PLeraque nos interdum rationalis docuit obſeruatio, & genium medicum ſingulari ſolertiâ adinuenit, & pleraque abſtruſa demonſtrauit, quæ nec librorum conge-

congeries, nec veterum præcepta nos ſatis docere valuerunt, quin pleraque alia in arcanis naturæ abſtruſa adhuc poſteris reſeruata, admitetur: non illa dico prodigioſa,rata,quæ in oſtentationis maieſtatem promit quotidie natura,ſed quæ frequenter præ manibus habemus, vt luce clariùs comptobetur, quod interdum ab arte recedere ats eſt, quando maximè illa intellectus ſingulatis illuſtratio illuſtrat,& ſcientiæ maieſtatem commendat.

Sit huius veritatis exemplum Antonius Peres de la Breña,nobilis Hiſpalenſis. Is: anno Domini 1662. Decembris die 15.de tremore antiquo corporis vniuerſi nos conſuluit, ferè iam de auxilio deſperatus, læſus potiùs quàm iuuatus auxiliis: nam cum varios conſuleret Doctores, dum ad placita regularia medicinæ recurrerent,omnes cauſam(quæ morbi putabatur) vacuare intendunt, quibus vacuationibus, neruorum non tantùm vis infringitur,ſed aſſectus in dies obſeruatur deterior, & ferè deſperatus.

De cauſa, nil memotatu dignum nobis refert, dum imbecillitatem corporis vniuerſi, ſolam arguit (quam nec à Medicis vnquam potuit extorquere) nos verò magis de cauſæ iudagine ſolliciti, quàm de vera curatione cauſæ, varia & diuerſa animnm longa experientia ſatiatum, ſollicitant:iam ſeſe offert frigida & humida materialis nerūorum intemperies, quæ altiùs radicata actum deiicit virtutis animalis, & tracta in conſenſum naturalis iam priuatio humidi primigenij & nectaris viuifici cuius occaſione facultas motiua actionem quando mouet, non perficit;eſt enim tremor motus compoſitus,nam quando facultas ſurſum mouet,pondus ſiue cauſæ imbibitæ, ſeu neruí gtauiter lapſi imbecillitas deorſum deprimit; quod ſolet etiam poſt longam motbi patientiam aduenire, ſeu ab ardenti ſebre, ſeu maligna, ſeu à pungenti cauſa: ſeu tandem à longioris morbi macronoxia, ab hac aut illa cauſa viribus iam exhauſtis, illa tamen acriotibus ſtimulis noſtrum ſollicitauit animum,longa fortaſſe obſeruatione edoctum, quando nempe cerebri & neruorum imbecillitas præſumitur à corporis,aut partis ſingularis ſtupore, ſeu longa præcedente vertigine, paralyſi,ſeu capitis dolore,ſiue obſtructione ſpinalis medullæ.Nos etiam ttemorem vidimus ex longa ebrietate accidiſſe, ſeu neruis continuo vini calore areſactis, ſeu perenni ctuditate (in ſtomacho vino non ſuperato) madeſactis.

His ergo a nobis ad limam & lineam redactis(à priuatione aliarum cauſarum) iudicauimus, à biennio huius macronoxiæ paſſionis cauſam continentem in neruis non perſiſtere, frigidam nempe & humidam cauſam materialem, ſed ſolam imbecillitatem in neruis derelictam.

Hoc ex duplici ptincipio iudicare par erat, & quòd omni purgantis medicamenti exhibitione grauiter lædebatur,adhuc humoribus ad fluendum diſpoſitis,& quòd per tam longa ſpatia,aut diſſipatur cauſa,aut lapſa imbecillitas contrahitur: quod vltimum nobis ſemper in hoc caſu magis rationi conſentancum videbatur; longa enim obſeruatione didiſcimus, quòd in quattis cerebri & neruorum imbecillitate,quæ præſumitur à corporis aut partis ſingularis ſtupore, quòd non tantùm in ptincipio, ſed quouis morbi tempore (ſi huius aut illius membti perſiſtit imbecillitas)quòd ex illa ptima & potiſſima deſumitur vrgentiæ indicatio, ac ideo à medicamento purganti, veluti à veneno ſugiendum(in caſu ex hipotheſi) quid multum ? adhuc à vomitotio iam commotus humot, facilè ad cerebrum ſeu neruorum principium impellitur, & cum nullam habeant teſiſtentiam ob imbecillitatem, facilè recipiunt iam commotum humorem: maximè ſi non eſt cauſa quæ vacuari optet: quoniam maior imbecillitas contrahitut ex laudabili humore vacuato,à quo non tantùm natura deíraudatur, ſed etiam à vitali ſpiritu, quo non tantùm vegetantur potentiæ,ſed earum actiones actuantur, vt etiam ab animali, quo ptæcipuæ cerebri & neruorum actiones eduntur: vnde neceſſariâ conſequentiâ inſuperabilis debilitas contrahitur;quod nos his diebus in duobus ægrotis obſetuauimus; in muliere nempe, quæ linguæ ſtupotem patiebatur, neruorum imbecillitate iam antea contracta, quæ purgata (adhuc ſub debita & regulari præpatatione) in cæcitatem incidit, à netuorum obticorum obſtructione, à qua poſtea reſtitui non valuit, in alio etiam vidimus, in corporis vniuerſi ſtupore & valida virtute, adhuc extracto ſanguine, vt par etat (Hippocratis conſilio in ſimili hiſtoria) cum in ſingultum etiam incidiſſet,humote impacto in neruoſa ventriculi ſubſtantia, cùm leue vomitorium acciperet, ex aqua raſanis diſtillata & floribus Camomeli & parùm oximellis, hic etiam incidit in ſottem apoplexiam, à qua, nullis proficientibus auxiliis, interiit; facilè enim cerebrum (imbecillitate ex alio principio contracta) quouis incurſu ſuccumbit,vt humorem poſtea à ſe expellere non valeat, nec à medicamentis adiuuari.

Quibus cautionibus edoctus, ſemper exiſtimaui, quod tamen magis facit occaſio auxilij, quàm auxilium, ſi prudenti iudicio libratur, quantum ciuilibus negotiis prudentia lucratur, tantùm perditur quãtùm fatalis imprudentia præcipitat. Ideo in propoſito caſu huius nobilis Hiſpalenſis ab omni vacuante auxilio ſuperſedere conſultiſſimum duxi, ne commotus humor (fortaſſe qui in culpa non erat) non tantùm ad neruorum principium duceretur, ſed ad alias neruorum propagines, ad illas nempe, quæ os ſacrum perforantes, in iſchiam & fæmur vniuerſum deſcendunt, quas tremore debiliſſimas arguebat inceſſus impotentia, ſeu cum graui labore, vt corpus rectè nec ſtare nec incedere poſſet, quin frequenti tremore premeretur: in eo tamen ſummam neceſſitatem locatam, planè exiſtimaui, & ſummum auxilij libratum, vt roborantibus auxiliis veteremur, quæ iam diu languentibus & debilibus neruis robur adderent & virtutem amiſſam reſtituerent, vt inde redintegratis viribus. & tremores deſicerent, & valeret æger alacriter incedere.

Noſtrum certè non fefellit iudicium euentus, nam pauciſſimis auxiliis & breuiſſimo tempore, ægrotum vidimus reſtitutum; quare cùm de pedum torpore maximè quæreretur. & à pedibus ad talos, torpore & impotẽtia maximè vexaretur, hoc auxilium, pro robore comparando imperauimus. ℞. aquæ vitæ rectificatæ & validæ virtutis ℔. ß. ſelectiſſimi vini albi & potentis ℔. ß. theriacæ magnæ veteris ℥ij. mithridati ſelecti ℥j. hæc omnia calefiant, vſquead miſceantur, & pedum tegumenta, quæ apud noſtros dicuntur (*eſcarpines*) hac mixturâ calidâ imbuta & benè penetrata, pedibus adaptentur; ac poſtea faſcia hac mixta, perfectè madida vſque ſupra talos circumcirca inuoluta perſiſtat, & maximè ad noctem renouetur, & linteum duplicatum illâ mixturâ madidum iuſſimus adaptari ſupra totam regionem oſſis ſacri, etiam actuali calore inuolutum; quo auxilio primò incipiebat corpus vniuerſum calefieri, & cùm vapor ambitum penetraret, ſudor concitabatur, ac poſtea quandam veluti delectationem in neruis ſentiebat, vt ſæpe mihi retulit, & obſeruatione iuuamenti roborantis auxilij (ſi verum eſt *quod à iuuantibus & nocentibus ſumitur indicatio.* Intus etiam totum neruoſum genus roborare feliciter decreui, pro qua intentione has roborantes tabellas ordinaui, quæ in vertigine, paralyſi, tremore & omni neruorum exolutione, validiſſimi eſſe auxilij ſæpiùs obſeruaui; ℞. margarit. præparat. ſpecierum manus Chriſti an. ℈j. nucis muſcat. ʒß. rad. pyretri ʒß. tol. maioranæ. ſaluiæ, florum lauendulæ, anthos, an. ʒß. ſeminis nigellæ ℈j. cinamomi ʒj. caſtorei ℈ß. cariophyl. galangæ an. ʒß. ligni aloës ʒß. ambaris griſij gut. vj. & cum ſaccharo aquâ ſaluiæ diſſoluto fiant tabellæ ad ʒj. & vnam ſingulo mane accipiebat cum hauſtulo vini generoſi, & alteram duabus horis ante cœnam, ſeu cum hauſtulo ſelecti chocolatis benè calidi, & in omni veritate polliceor & teſtor, quòd ante diem 15. ita cœpit ſe validum ſentire, & ad omnes actiones promptiſſimum, vt nobis ſæpe diceret, ſe nunquam antea ita robuſti vigoris extitiſſe, & pro communi potu aquam cinamomi ordinauimus, quam cum vino etiam lymphatam capiebat.

F I N I S.

INDEX

I N D E X

LOCVPLETISSIMVS

RERVM MEMORABILIVM

Quæ in Tribunalis Medici Illuſtrationibus & Obſeruationibus Practicis continetur.

A.

ABſtinere à cœnis, quibus in morbis proſit. 163.
Abſynchij ſuccûs præparatio, ſtomacho ſuccurrendo, 226.
Acceſſiones febrium quare ex imparibus ad pares mutentur. 6.
Accidentium vrgentia, & cauſæ, conſideratio quomodo, & qua cautione attendenda. 8.
Accidentia quæ ſequuntur cerebri commotionem. 237.
Achiotes illiuſque virtus & quibus morbis proſit aut noceat. 155.
Actio generantis in hominis generatione, an attingat productionem formæ & materiæ. 131. *actio virtutis generantis, eadem actione attingit aptum modum ſubſtantiæ, ac productionem formæ; obiectio contra iſta diſſoluitur.* ibid.
Adſtrictio ventris natiua, aut morbo comparata, quibus ſit periculoſa, & eius curatio. 273.
Aër quomodo rumpat cranium in contrafiſſura, ne detur vacuum. 245. *aër quando illuminatur quare dicatur pati.* 145.
Ægri ſalſa leuatio, ac de ſignis, quibus fidere non oportet. 52. *id hiſtoriis comprobatur.* 56. *ægroti quomodo alendi tempore cruditatis, & in ſyncopali humoroſa.* 20. *ægroti Gallicis, accidentia cur excuſent ſub alio titulo.* 96.
Ægyptiorum auxilia in horrifica febre. 14.
Aëtius mulierem ſemimortuam reſtituit potu frigidiſſimo, in ſumma imbecillitate. 47.
Affectibus externis quomodo medendum. 99.
Alexipharmaca an ſint in principio malignæ febris propinanda, & quo in ſtatu. 39. *alexipharmaci virtus & operatio.* 40. 91. *cur alexipharmaca in parua quantitate ſumenda.* 93.
Alſereſia puerorum illuſtratur Conſultatione, Hiſpano idiomate ſcripta. 261. & ſeqq.
Aluo fluidæ & flatulentæ decoctum roborans & diſſipans. 285.
Amoris definitio & affectus à Platone. 141. *amor quare nos cæcos reddat, ac de aliis animi paſſionibus ex Platone & Galeno.* 211. *amorem Dæmonem eſſe dixit Plato ex copia & inopia genitum, vbi fabula grauiſſima expenditur fatidicæ Dyotimæ.* ibid. *qui amoris triumphum ſequebantur.* ibid. *amor quare Chaos dicatur.* 212. *ſolis amantibus periuriis Dij dedere veniam.* ibid. *amor quare ſemper iuuenes comitetur, & ſenes deſerat.* ibid. *amoris currum & cupidinem illum gubernantem deſcribit Petrarcha.* ibid. *amor quare per ignem adumbratur Ægyptiis.* ibid. *cur amantium partes modò calidæ, modò frigidæ ſint.* ibid. *quare in amore cor validiores alterationes patiatur.* ibid. *& quare alatus amor pingitur.* ibid. *quare amor in igne vt Salamandra moritur.* ibid. *amor quare per delphinum adumbratur.* ibid. *amori quare poma dicantur.* ibid. *cupidines alatos cum leæna ludentes quare depingit Acuſilaus.* ibid. & 213. *amorem Salamandræ hyeroglyfico Pierius expreſſit, & Plinius Pyralis.* ibid. *quæ amantibus admiranda euenerunt, recenſentur.* ibid. *amicorum quare omnia communia Eraſmi expoſitio & Socratis.* 214. 215. *ſub amoris fundamentum legiſlatores ſtatuerunt Reip. ſtatum.* 215. *in amore legem Chriſtus Dominus inſtituit.* ibid. *amicitia quare æqualitas dicatur.* ibid. *qui in amore patriæ magis excelluerunt.* ibid. *in amore omnes res vniuerſi vniuntur & quare.* ibid. *de amore, aurea catena.* ibid. *amorem cunctis in rebus ipſa natura indidit.* ibid. *de hoc Iamblici ſententia.* ibid. *in amore quàm variæ paſſiones concitentur.* 216. *amor inſanus hiſtoriâ Philippi Macedonis depingitur.* 226. *amoris radij quales à Platone dicantur.* 213.

amor quare dicatur faſcinatio per extramiſſionem ſpirituum, per oculos inducta. ibid. amor eſt animæ concupiſcibilis paſſio, quæ incipit ab hepate, in corde terminatur. ibid. amor eraſtos dicitur, à viſione heroa, & quibus nominibus à variis nationibus, appelletur. ibid. de honeſti amoris differentia, quo differt à laſciuo. ibid. Artemiſiæ amor altiſſimus expenditur. ibid. Alceſtis pro marito amans moritur. ibid. amoris honeſti paſſiones quales. ibid. quomodo amato amantis anima copuletur. ibid. amor, quare apud Platonem dicatur, immortalitatis deſiderium. ibid.

Anatomia totius venæ partæ & cauæ deſcendentis. 188. anatomia hepatis & lienis, & quibus vaſibus ventriculo & inteſtinis communicent. 58. anatomia vtriuſque hemorrhoidis. 230.

Angelus Sala de virtute ſalis vitrioli ad vomendum. 73. Angelus Sala de peſſario ex elleboro, ad menſes potenter prouocandos. 115.

Anginæ ſuffocantis deſcriptio & auxilia. 179. Illuſtratio de angina 246. in eius curatione non eſt tentanda arteriotomia, & quare. 447. angina ſuffocans, in vltima deſperatione, an expetat aſperam arteriam reſecari. 240.

Anima corpus regit quandiu vires conſtant. 14 animi deliquij, ex icterico affectu, curatio. 20. de alimentis & diæta in animi deliquio & ſyncope, ex calido aut frigido affectu. 29. ſi animi deliquium à ſuppreſſione hæmorrhoidum aut menſium adueniat, non dubites ſanguinem extrahere ſanguiſugis, aut cucurbitulis. ibid. animæ morbi vehementiores ſunt quàm corporis. 143. 144. anima ſpiritualis non producit qualitates corporeas, quia illas continet eminenter. 108. ex animi paſſionibus quare in corpus morbi refluant. 114. animæ paſſiones quot & quàm varias alterationes in corpora inducant. ibid. ad animæ obeunda officia, ſingula membra natura deputauit, ſingulari officio. 143. animæ ornamentum eſt rerum diuinarum contemplatio, & quomodo à corpore anima patiatur. ibid. anima quibus officiis præſit in corpore. ibid. & ſeq. anima in corpore eſt ſicut in mundo ſol. 144. anima & corpus quomodo inter ſe vniantur. ibid. quomodo anima in corpus influat, & quare illius influxus interdum præuertatur. 145. quo differant, animæ à corporis paſſionibus. ibid. anima licet in paſſionibus non moueatur, verè tamen patitur, & quomodo. ibid. & ſeq. anima ad operationes ſpiritu vt inſtrumento vtitur, 147. animalis facultatis roborantia. 84. animæ paſſiones illud membrum præcipuè immutant, in quo reſident, primariò aut ſecundariò. 217. animæ facultates quomodo ſe ad inuicem inuitentur, & vna ſuper aliam imperet. ibid. Galenus ſingulares actiones cuiuſque animi paſſionis expendit. ibid. Ani excreſcentiæ ſuffumigium. 285.

Aniſi, cinamomi, roris marini extracta, quibus miſceantur. 125.

Anodina in duplici differentia expenduntur ad clyſteria & appoſita. 62. anodina vtrique extremo ſunt contraria frigoris & caloris. ibid.

Anthiſtenis ſententia de amore puriſſimo. 214.

Antidota & alexiteria quomodo operentur. 91.

Antimonij flores quibus morbis & quando propinentur. 124. 128.

Antiochi Seleuci Regis filij de amore hiſtoria & vxoris Boëthi viri conſularis. 214.

Antiochi Seleuci Regis filij, præ amore tabeſcentis hiſtoria, & Pyladis Galeni. 141.

Antipathia & ſympathia quomodo operentur. 90. 91. lues venerea per antipathiam corpus afficit. 93.

Aperientia auxilia pro omni obſtructione. 115.

Apocima Fernelij, eius virtus, & quibus conferat. 65.

Apoplexia & ſyncopes, ex flatuum illuuie ventriculos cerebri diſtendente. 15. confirmatur exemplo catholici & veſicæ diſtentæ. 16. 17. à flatu etiam fieri ſanguine congelato, ſiue à veneno, probatur. 18. apoplexia & deliquium à venarum interceptione, an petat ſanguinis miſſionem. 28. apoplexia, omnium morborum acutiſſima. 178. eius quatuor gradus ad præſagium conſiderantur. 234. eius curatio. ibid. apoplexiæ deſperatæ ſigna. 277. apoplexia quo à lethargo differat, & ab aliis ſoporoſis affectibus. 79. de apoplexia conſulo Trolliani & Oribaſij auxilia an ſint ita ſecura vt in lethargo. 80. 81. apoplexiæ auxilium felici ſucceſſu celebratum, & alia auxilia valida expenduntur. 81. apoplectici & lethargici quibus auxiliis à ſomno excitentur. ibid.

Appetitûs paſſionibus quomodo operationes lædantur & quos effectus pariant. 140. & qui ex illis in corpus morbi refluant & in hoc mirabiles expenduntur. 141. de appetituum definitione, & quot ſint iraſci-

iraſcibilis & concupiſcibilis actus ex D. Thoma. 140. *in paſſionibus appetituum quomodo operationes lædantur, & quos affectus pariant.* 147. *appetitus ſenſitiuus quare eſt homini conceſſus.* 148. *triplicem appetitum natura animals inſeruit, naturalem, ſenſificum & intellectualem.* 149. *qua in ratione conueniant, omnes ſimul, & differant inter ſe.* ibid. *appetitus definitio, tam naturalis quàm ſenſifici & intellectualis, & quomodo quiſque feratur.* ibid. *appetitus ſenſificus & intellectualis poſſunt contrarios actus efficere, circa idem obiectum.* ibid. *appetitus concupiſcibilis reſidet in iecore, iraſcibilis in corde, rationalis in cerebro.* ibid. *in vtroque appetitu, duplex conſideratur actio, alia in motu ſpirituum, alia in cognitione rei.* ibid. *hæc pro formali pertinet ad cerebrum, pro materiali ad appetitum: ſed fortiùs elucet, appetitu.* ibid. *de obedientia appetitus naturalis ad ſenſificum, & quomodo vnus imperet, & obſequatur alius.* 150. *quomodo quiſque ad ſuas actiones feratur.* ibid. *appetitus. vbi reſident paſſiones, eſt duplex: concupiſcibilis & iraſcibilis.* 140.

Aptiores qui ſint Gallica lue contaminari. 99.

Aqua nucum viridium ad vomendum quãtùm conducat. 21. *de aqua niue refrigerata ſudori diaphoretico.* 28. *aqua theriacalis pro febre peſtilenti & maligna, quæ fouetur à craſſis & frigidis humoribus.* 38. *aqua ex foliis quercûs diſtillata ſudorem ſiſtit.* 52. *aqua apoplectica letargicis & apoplecticis ad depellendum ſoporem à Sala & Quercetano laudatur.* 82.

Aquæ diuinæ Fernelij virtus. 101.

Argenti viui damna, admonitione digna. 107. *vide* Hydrargyrum.

Archigines ad ſiſtendum ſudorem calce viua vtitur & flore vini, in extremorum frigiditate. 45.

Aretei conſilium probatur in lethargica febre, clyſteribus caſtoreum miſcendum. 81.

Arenæ an ſint calculi ſignum. 193. *calculi maius eſt ſignum arenarum retentio, quã expulſio.* ibid. *arenæ flauæ quare hepate calido generentur.* ibid. *arenæ quo ſigno, & quare calculi ſigna ſint, ex Hippocrate & Auicenna.* 194. *Fernelius, arenas, lapidis ſemina dixit, non ſigna.* ibid. *& quæ propria calculi ſigna ſint, ex Fernelio.* ibid. *geniti lapidis Cardani ſigna.* ibid.

Ariſtocrates ex maligna febre purgatus interiit, eſt malæ purgationis exemplum. 38.

Ariſtotelis habitûs definitio, & quibus in rebus contrahatur. 108.

Artes mercenariæ recenſentur, & illarum labores. 141. *ars ex quibus reddatur magis coniecturalis, & quantitas in vnoquoque quare non definibilis.* 122.

Artem edocet natura. 171. *ab arte recedere ars eſt aliquando.* 73. *quo artificio ſit illud peragendum.* ibid.

Articulorum confirmatio quomodo ad curationem arthritidis conſideranda. 163.

De Arthridis curatione ſelectiora auxilia expenduntur. ibid. *quo arthritidis affectu à vino abſtinendum, & quid tribuere conueniat.* ibid. *occaſio arthriticorum dolorum & recurſûs.* 272. *de arthriticorum & podagricorum præſeruatione.* 164. *arthritis à cauſa calida.* 227. *arthritis à cauſa frigida.* 229.

Aſthmatis quàm difficilis ſit curatio. 126. *cur pueri aſthmate faciliùs liberentur.* 248. *aſthmatis cauſæ communes & peregrinæ.* 126. *de aſthmate à melancholia hypochondriaca & ab obſtructione hepatis, lienis & ventriculi.* ibid. *de aſthmate quid olim antiqui ſcripſerint.* ibid. *recentiorum de aſthmate ſententiæ, vbi abſtruſa & noua expenduntur, & enumerantur omnes aſthmatis cauſæ.* ibid. *cur in aſthmatis curatione Herculanus incraſſantibus frigidis & narcoticis vtatur.* 127. *qua cautione ſit aſthma curandum.* ibid. *an ſanguinis miſſione ex talo an ex brachio.* 128. *an tabaci fumo.* 130. *Aſthmatis omnes differentiæ perpenduntur.* 270. 271. *aſthmatis curatio, renibus obſtructis.* 271.

Auari tabifici deſcriptio, & aliorum qui liuoris curſum ſequebantur. 221.

Auctor quare Herculis inſcriptioni addidit Plus vltrà *in columnis.* 174. *auctor de immerita calumnia excuſatur.* ibid. *auctor probat, ſanguinis miſſionem ex talo in caſu ex hypotheſi, non eſſe nouum, ſed veterum inuentum.* 174. *inter auctores claſſicos, quando alter alteri non aſſentit, in re graui, in dubio eſt veritas.* 181.

Auctoris iudicium, de arenarum & lapidis ſignis. 194. *auctor quare ad aliorum exemplaria non ſcripſit.* 1. *auctores malè iter ingreſſos, & ſine præiudicio, non habent excuſationem, ſi à publica errant via.* ibid.

Audaciæ an ſit timor præferendus. 235.

Auditui difficili, & aurium tinnitui, turunda præparatur. 286.

Aurum, curandæ melancholiæ efficaciſſimum. 209. *aurum potabile hypochondriacos curat.*

curan 109.

Auicenna de ſudore diaphoretico coërcendo. 46. *Auicennæ ſententia expenditur, an in febris principio purgare conueniat.* 72.

Auriginoſa febris, & eius curatio. 52.

Auxilia in vrgentia, adhuc cum noxæ periculo, ſunt imperanda, ex Galeno. 19. 49. 50. *auxilia ſi fluxus ventris implicatur cum ſudoroſa febre.* 49. *auxilium mirabile in ſyncope pro viribus deperditis inſtaurandis.* 25. *à minoribus auxiliis non ſemper inchoandum & quando aggredienda maiora.* 50. *auxiliis temerariis quando & quomodo vtendum.* 81. *auxilia, ſingularia membra reſpicientia, expenduntur.* 82. *auxiliorum importuno vſu ſæpiùs peccatur, quando eſt quies imperanda.* 85. *auxilij felicitatem occaſio, locus & tempus commendant.* 118. *auxilia quare adhuc rectè applicata aliquando non proſint.* 122. *quare inter medendum ad tam varia confugimus auxilia.* 122. *qui ab hoc aut illo auxilio ſalutem pollicentur, quare decipiantur.* ibid. *auxilia magna, ſi non in occaſione applicentur magis lædunt quàm proſint.* ibid. *auxiliorum frequens applicatio, quando suppleat intentionem.* 102. *auxilia interdum à latente & occulta malignitate ſuperantur, Medici nulla in eo culpa.* ibid.

B.

Balnea dulcis aquæ proſunt hypochondriacis valde extenuatis & ſiccis. 115. *abſtergunt impactam bilem ab vniuerſa cute.* 57. *balneum tabidis & extenuatis Gallicis & lac quando & quibus conueniant.* 89. *balneum, quale ſit nephriticis neceſſarium.* 197. *balneum aquæ dulcis quando ſit in Gallicis imperandum, & in quibus denegandum.* 101.

Balſami ſingularis præparatio pro phreneticis. 242.

Bariſelus de hydronoſa natura & de ſudore Chriſti Domini, an naturalis, an miraculoſus. 40.

Bezuartica operantur, dum roborant viuificum calorem & ſpiritus malignos diſſipant. 40. *bezuartica & frigida quare interdum lædant aut nõ proſint. in maligna febre & quæ in hoc caſu eligenda.* ibid. *bezuar lapis, melancholicis & hypochondriacis vtilis.* 209. *bezuartica ſingulis membris appropriata quæ.* ibid.

à Bile æruginoſa quæ febris concitetur & quibus dignoſcatur. 6. 7.

Biſcocti præparatio vtilis. 106.

Bongelic & amphion, quo Turcæ vtuntur, nihil aliud eſt quàm opium vulgare. 235.

Bubones & gonorrhææ cur inguinibus prorumpant. 96.

Brabo Doctoris de caloris tractione ſententia: 133. *idem de ſanguinis miſſione ex talo quo in caſu conueniat.* 191.

Brindorum lex apud Germanos. 449.

Bulla vitrea quare olim ante currum triumphalem ferebatur, in liuoris auxilium. 223.

C.

Cachexiæ, & hydropi cum magna extenuatione, imperantur auxilia. 286. 287.

Cadauera, Gallicis infecta, quibus ſordibus ſcatere ſint reperta. 96.

de duplici Calculo, & renum & veſicæ. 192. *quare in calculi iudicio decipiamur.* ibid. *calculo & vlceribus renum illuſtratio.* 253. 254. *auxilia calculum deturbantia.* 254. *affectus veſicæ quanam incurabiles.* ibid. *an cantharidibus aut bupreſte huic morbo extirpando ſit vtendum.* ibid. *an cineres ſcorpionum lapides frangant.* ibid. *vide* Vrina, Veſica, Arenæ, Lapides, Renes. *in renibus & in veſica calculoſis an diuretica propinanda, in dubium à pleriſque vertitur.* 274. *de calculi ſignis ex Hippocrate & Fernelio.* 193. *Cardani calculi ſigna expenduntur.* 194. *calculi definitio à Someren.* ibid. *intra diem poſſe calculum generari & coagmentari, dixit Carolus Piſo.* 195. *ad calculi generationem quæ concurrant, ex Meyſonerio.* 195. *dolor ventris à calculo, quo differat, à colico dolore, & vtriuſque ſigna expenduntur.* 195. *calculum in veſica poſſe conteri impoſſibile indicat P. Marinus Mercennus.* ibid. *de calculo, quem veſica non capit, conſule obſeruationem Medici Tribunalis.* 196. *in curatione calculi, laxantium vſus qua moderatione & cautione commendetur.* ibid. *vomitus vt potiſſimum commendatur auxilium.* ibid. *clyſteres ex capite veruecis & terebenthinæ vſus cõmendatur.* ibid. *& in potu oleum amygdalarum, & nucum, & alia ſelelecta commendantur.* ibid. *an ſanguinis miſſio ex brachio, an ex talo, imperanda.* ibid. *an & quando diuretica imperare conueniat, & an lac aſinæ in hoc caſu conueniat.* ibid. *lac in hoc caſu damnatur ab Augenio.* 197. *diuretica in hoc caſu, an miſcenda catharticis.* ibid. *an in calculi dolore propinanda narcotica.*

narcotica. ibid. aqua calida calculo expellendo laudatur, à Piſone Meyſonerio & Oropeſa. ibid. in topicis lenientibus quæ adhibenda cautio. ibid. lenientia in duplici differentia expenduntur, & quo gradu ſint dolori contraria. ibid. narcotica in potu, aut clyſteribus, quomodo applicanda, & alia clyſteria. ibid. topica in calculo & nephritide qualia eligenda. ibid. Balneum in tinna à Paulo & Aëtio commendatur, ibid. in extremo periculo ſunt verè diuretica & lapides mouentia imperanda. 198. calculi mentiti hiſtoria ex mucoſa materia vretera infixa. ibid. Carolus Piſo, ſolo butyri recentis vſu calculos deturbauit, & quare. ibid. auxilia calculum validè deturbantia. 199. quo in ſtatu hæc valida expetantur auxilia, iam calculo concreto, & quæ ſint illa. ibid. validiſſimum auxilium Meyſonerij & vinum diureticum. ibid. de præſeruatione à calculo, & clyſter pro hac intentione. ibid.

Cachexia principio aqua rhabarbari. 14. 114.

Calida arthritis. 227. calidum innatum & ſpiritus naturales expenduntur. 264. caloris innati vires & natura illuſtrantur. ibid. & 295.

Calor præter naturam oritur à forma ſubiecti quo inhæret, ſpiritu, humore, aut ſolida ſubſtantia. 109. calor, an & quomodo attrahat. 133. opiniones circa caloris tractionem expenduntur, vt etiam ratio fundamentalis. ibid. & 134. de fructu Cacoalt Hiſpanè Cacao, illiuſque virtute. 154. 4. differentiæ huius fructûs. & eligitur optima & quibus morbis proſit, quibus noceat. ibid. Venerem quare concitet, & quare tabidis & ecticis & dyſſentericis propinetur. ibid. calor præter naturam, tantùm operatur ſeptem diebus, quantùm naturalis ſeptuaginta annis. 132.

Calx viua ad ſiſtendum ſudorem, in extremorum frigiditate, quomodo applicanda. 45

Camboche gummi quoddam ex India, ac de eius virtute. 64.

Canis rabidi ſigna & exploratio. 257.

Canones Valeſij de Taranta vſque ad exoluentem ſudorem in ſudoris curatione. 46.

Capitis & cerebri roborantia. 236. in capitis troma & contuſione quare altus ſopor. 79. capitis dolori, ex nodoſis tumoribus emplaſtrum. 105. oleum mirabile pro capitis dolore. ibid. capiti quæ infeſta. 236. peculiares lotiones ad capitis dolorem. 282.

Carbunculoſorum vlcerum auxilia. 246.

Cardinalis de Lugo pulueres, eorum temperies, qualitas, vſus ac methodus eos propinandi deſtribuntur. 158. 159. 160. 161,

Caroli Piſonis ſententia de conformatione articulorum in podagra, quare auxiliis non poſſit corrigi. 165. idem de reuulſione longanionis colici, & eius curatione. 75.

Caſtorei virtutes in apoplecticis. 234. & in lethargo & in veternoſis. 235. clyſteres ex caſtoreo ad quid proficiant. ibid. caſtoreum in ſoporoſis affectibus maximè commendatur, quia roborat neruos & ſomnos excutit. 81.

Cataphora in vndecimo quare malignitatis ſignum. 202.

Cataplaſma ad ſchirrhos & tophos Gallicos. 195.

Catarrhum quid foueat. 246. 247. in catarrho calido auxilia. ibid. decocta chinæ & ſarſæ in catarrho frigido quid valeant. ibid. quænam ſint in catarrho conſideranda, & per quas vias dilabatur. 269. 270.

Catochus, à ſubita diſtenſione ventriculorum cerebri, aut flatuum illuuie illiuſque curatione. 29.

Cauſtica an in lethargo, vertici capitis imponenda. 82. pro hac intentione tutius auxilium eligitur auribus, ſuturis, & carpis manuum imponendum. ibid. cauſtica nec cauteria imponenda, ſcirrhoſis tumoribus, nodis, nec talpariis Gallicis. 89.

Cauteriis & fonticulis quando & qua cautione ſit vtendum. 273.

Celſus & Quintus Serenus quomo intelligendi, quando in deſperatis periclitari conſulunt. 81.

Cælius Aurelianus de ſignorum fidelitate & infidelitate & Hippocrates 193.

Cenſuræ Scriptorum quando bonæ aut malæ, & ſub qua cadit cenſura infelicitas maior. 219.

Cephaleæ illuſtratio & curatio. 242.

Cerebri commotio quomodo ab animi paſſionibus inducatur. 236. ad cerebri imbecillitatem & animi deliquia quæ valida auxilia. 27. 236. cerebri facultatem quæ roborant ſingulari analogia. 82. cerebri debilis roborans & validum auxilium. 130.

Chalybeata auxilia in febre alba & omni obſtructionis forte commendantur. 115.

Chinæ & guaiaci virtutes celebrantur. 100.

Chiragra, iſchiadi, & podagræ remedia. 279. Vide Arthritis. quæ deſperata. & quæ non. 280.

Chocolatis encomia, ad debiles inualidos & ſyn-

ſyncope affectos. & qua lege ſumendum. 28. 29. chocolate ſi corrumpitur praua inducit accidentia. 29. poſt chocolate nec cibus, nec aqua adſumenda, & de hoc nobilis obſeruatio. ibid. chocolate etiam obſtructiones aperit. 61. chocolatis damna expenduntur. 29. chocolate in ſumma exolutione lethargi commendatur. 83. chocolatis auxilium cum granis iij. ambaris in hemitritæo. 13.
Chymicorum iudicium, & extracta ſpecifica morbis accommodata, & chimica auxilia. 123.
Cinamomi & roris-marini extracta quibus proſint. 125.
Cinnabrij virus admirabile. 104.
Colicæ remedia ſpecifica. 278.
Clyſter efficaciſſimus ad ſiſtendum ventrem in deſperata diarrhæa & dyſſenteria. 49. clyſteris validiſſimi exemplum in aſthmate. 128. clyſteres anodini & reſoluentes pro omni ventris dolore. 62.
Coctiones tres in tribus corporis partibus celebrantur. 41. coctionis ſigna diſquiruntur. 92. coctio in humoribus, quæ fida, & quæ dubia. 42.
Cocythi fluuij nomen luctum ſignificat & Phlegetontis ignem, & quare apud inferos. 152.
Coleræ quando ſit calidis occurrendum. 250. coleræ quæ lethalia ſigna. ibid.
Colliquationis auxilia, in febre colliquante, diaphoretico ſudore ſeu à malignitate. 27.
Colluuies cumulata, quæ valeat ſanguinis miſſione vacuari. 37.
Comatis vigilis & ſoporoſi conſideratio, ac de vigilandi impotentia ab exolutione. 84.
Commotionem cerebri quæ accidentia ſequantur. 237.
Complicatis morbis, eſt vrgentiori ſuccurrendum licet aliqua inde ſequatur noxa. 50. complicatis morbis cum Gallico, quid agendum. 102.
Conceptui facilitando electuarium & regimen imperatur. 288.
Concupiſcibilis paſſio in hepate ſedem habet, in cerebro potentiæ rectricis: quæ ſuper iraſcibilem & concupiſcibilem dominantur. 217. potentiæ quomodo ſe ad inuicem inuitentur, in obſequio & imperio. ibid.
Confectionis hamech vſus, & vbi hæc reiicienda Solenandri iudicium. 228.
Conſolatio ſatis laudandu Achillis Priamo. 142.
Conſultatio epileptiæ in ſereniſſimo Principe Philippo Proſpero, Hiſp. Infante. 260.
Contra-indicantia in febre, vti extremorum frigiditas, rigor & alui fluxus expenduntur. 9. 10. & quando ſanguinis miſſionem impediant, aut permittant. ibid.
Contraria duo quare in gradu intenſo ſe non compatiantur. 136.
Contagioſi morbi alij manifeſti, & alij occulti. 95. contagium in febre peſtilenti quomodo inferatur. 30.
Contrafiſſuræ in ictu capitis illuſtratio. 244.
Conuulſiui motus veluti palpitantes in pulſu & in manibus, quare in ſopore adueniant. 79. conuulſionis & paralyſis in lingua curatio. 244. conuulſionis illuſtratio & auxilia. 245. 246.
Corallij eſſentia commendatur. 39.
Cordis intemperies quomodo corrigenda. 228. cordis ſedes, & eius cum ſtomacho conſenſus. 225. cordis palpitatio in ſyncope, & eius medela. 29. Quare cor patiatur in mania. 227. cordis actione pereunte, quare reliquæ corporis actiones deficiant. 132.
Corporis ternæ regiones tria generant excrementa, tripliciq́ue coctione conficiunt. 41. corporis ſpiracula laxa atque patentia, qua cautione, & à quibus conſeruanda. 101. corpus in animam quos morbos inferat, & anima in corpus. 142. corpus vno è tribus modis à potentiis immutatur & pulchra in hoc argumento expenduntur. 215.
Corpora impura quantò magis nutries, tantò magis lædes, & quare. 21.
Coxendicus morbus illuſtratur. 255. quando & quomodo huic affectui curando conueniat vrere articulum. ibid. Vide Iſchias.
Criſis in malignis ferè nunquam fit ad ſalutem, & quare. 39. criſi quare hoc nomen impoſitum. 45. vehementiſſimi caſus criſes edunt, quare & quando. 140. critica vacuatio miſſionem ſanguinis impedit. 97.
Cruditatum conſideratio in omni curatione quomodo attendenda, 8. quæ cruditas ſanguinis miſſionem impediat. 9. quæ clyſterem acriorem requirat. 8. cruditates ſemper per medicamentum vacuandas & non ſanguinis miſſione, auctoris eſt ſententia. 187.
quod ad meliùs Curandum non conducit, ſophiſticum eſt, & ab arte alienum. 1. curatio in cōtrariis indicationibus à quo incipiendu. 7.
Cucubitula, ſcarificata in occipite ab Aretæo maximè commendatur. 202. ſectio venæ frontis eſt vltimum auxilium in hoc caſu. ibid. cucurbitulæ quando vicariæ ſanguinis miſſionis, & quando maximi auxilij in malignis. ibid. cucurbitula ventriculo appoſita commendatur in ſingultu ex flatibus in pueris & aliis.

aliis. 74. *cucurbitula in phrenitide quando ſummo capiti, ſuper ſuturas, imponenda, Zacuti.* 78. *& quando & quibus conditionibus in ſopore.* 83.
Cupiditas non eſt abſolutè mala, ſed illius abuſus. 152.
Cupidinem quare veteres inter Mercurium & Herculem poſuerunt in gymnaſiis. 214.
Cupido quare à veteribus proiiciens fulmina depingitur. 212.
Cutis non eſt conueniens regio expurgandis humoribus craſſis, nec ſufficiens vt plenitudo per illam deponatur, in puncticulis. 35.
Cyrſon curſor agiliſſimus, quare inimitandus. 211.
Cyſici fontis aquas qui potant amoribus obliniſcuntur, & quare, ex Plinio lib. 31. *c.* 1. 219.

D.

DAuid ex furore veſtitur, vt Achis Rex inuidiâ nudetur. 223.
Debilitas per aggrauationem & per eſſentiam quando ſanguinis miſſionem impediat, an non. 11. *debilitas generoſa molitur ſuis viribus diſproportionata conamina.* 92.
Decipi in rebus quæ rarò accidunt, æſtimationi non derogat. 192.
Decretoriis diebus quare malignus humor commouetur, Obſeruatio. 201.
Deleteria dicuntur à toto genere, fel & ſaliua venenatorum. 93.
Deliquium ab interceptione venarum, an ferat ſanguinis miſſionem. 28. *in deliquio à febre colliquante & ſudore, auxilia.* 27. *in deliquio ex timore aut terrore, auxilia.* 28. *in deliquio & ſyncope ex cordis imbecillitate; auxilium ex corde veruecis.* ibid. *deliquij à cordis palpitatione, apoplexia, caro, catalepſi, & icterico affectu, auxilia.* 29. *Deliquij à diſteatione ventriculorum cerebri, & ſpirituum orbitate, auxilia.* 27.
Delphinus quare amoris ſignum. 212.
Dentium dolor illuſtratur. 247. *auxilia dolori dentium in cauſa frigida.* ibid.
Deſiderij definitio. 140.
Deſtillationes renutrientes & corrigentes gallicam qualitatem. 87.
Deus ſanat & Natura, Medicus autem curat. 94.
Dextra parte patiente, cur in ſiniſtra paralyſis adueniat. 243.
Diacodium album pro ſomno & acri fluxione & quomodo paretur, qua doſi propinetur. 77.
Diaphoretici ſudoris auxilia. 27. *diaphoreticus ſudor cur ægrum interimat repente.* 47.
Diarrheæ curatio in febre maligniſſima. 11. 201. *pro diarrhea141 bilioſa orbiculi deſcribuntur.* 278.
Dierum & temporum ſeries veritatem aperit, & gloriâ coronat merita ſcriptorum. 219.
Differentiæ, per quas Gallica lues diuagatur. 94.
Dioſcoridis ſententia de hydrargyrio. 103.
Diuretica an miſcenda catarticis in calculo renum, aut veſicæ. 197.
Diſtillatio mirabilis aquæ deſcribitur. 106.
Diuerſa iudicia in rebus hominum, & quare. 94.
Doctor Franciſcus Fernandes, de herbis & plantis Occidentalis Indiæ. 154. *Doctor Robles, de plantis Indiarum, quare fallitur in virtute Cacao.* 155.
Dolor an & quomodo attrahat, an ſit tractionis occaſio. 133. *de doloris eſſentia, cauſis, & auxiliis ab illo indicatis.* 62. *de hoc variæ ſententiæ expenduntur.* 134. *in doloris tractione ratio philoſophica.* ibid.
Dyſenteria illuſtratur. 251. *an in dyſenteria deuciantur inteſtinorum tunicæ.* ibid. *an abſceſſus in inteſtino efficiatur.* ibid. *hydropicum morbum tollere conſueuit dyſenteria.* 252. *pro dyſenteria clyſter adſtringens.* 278.

E.

EBoris pulueres fœminas fœcundant, & fœtum retinent. 209.
Echo nympha, Narciſſi amore, in ſaxum obticeſcit, & quare aëris & linguæ filia. 214.
Electuarium morbis mulierum. 287.
Ellebori auxilium in rebelli podagra & omni arthriticô dolore. 164. *elleboriſmi chimici laudes.* 228.
Elodes & ſudorifera febris. 40. & ſeq. *eius curatio.* 43.
Emplaſtrum pro matrice ictericis, epilepticis ex vtero, ſelectum. 126. *emplaſtrum pro ventriculo.* 273.
Empyici per quas vias expurgentur. 248. *empyematis ſigna.* ibid.
Empyreumatis, vbi cum calore prævalet in ſyncopali humoroſa, auxilium. 27.
Energia ſingularis Gallicæ luis obſeruatur. 93.
Epilepticis quæ venæ intercipiantur pro ſyncope. 16. *epilepticæ iudicium ab Aretæo.* 231. *de epilepticæ differentiis, & remediis.* 277.
Epiſtolæ duæ Doctoris Vilar & Auctoris, Hiſpano idiomate. 210. 211.

Epithemata cordialia pro cordis feruore, maligna febre & ſyncope. 27. pro hepate flagrante epithema. ibid. pro capite & ſpina dorſi. 28. epithemata quando malignis applicanda, & quando renuenda. 40.

Errhina quando & quomodo ſoporoſis applicanda. 82.

Eryſipelatis hiſtoria, tabaci vitio indelebili inducta. 133. alia eryſipelatis mirabilis hiſtoria. 200. 201.

Euacuatio ſymptomatica quot modis talis fiat. 113.

Exemplis quæ tuemur, & in exempla erunt. 20.

Exercitationis definitio, & quando in quartana conueniat, & chronicis. 119. exercitium quo termino debeat præfiniri & quas vtilitates afferat. ibid.

Experientia quando & in quibus ſuperet rationem. 245.

Externis affectibus, quomodo ſit in Gallica lue ſuccurrendum. 99.

Extremorum frigiditas & horror quando contra-indicant ſanguinis miſſionem & quando non. 10. 11. hæc frigiditas quomodo auxilietur. 13. 14. extremorum frigiditas quando malignitatis ſignum & quando lethalis. 43.

F.

Facultas tractiua qua ratione trahat, quod illius obiectum & finis, & à qua ſpecie illius determinetur actio. 133. Facultates corporis ſunt animi inſtrumenta; ſpiritus & ſanguis ipſius facultatis. 150. Facultas vitalis, naturalis & animalis quomodo & à quibus rebus immutentur. 216.

Falſa morbi leuatio vnde deprehēditur. 205.

Faſcinatio, vnde & quomodo inducatur. 8.

Febris rigorifera, & eius curatio. 1. an putrida, an maligna & quæ eius conditio. ibid. & ſeq. quare ita dicatur, & qualis eius rigor. 2. febris horrificæ ſigna peculiaria. 5. eius diuturnitas vnde. 6. febres Tritæophiæ quæ, & quare ita dictæ. 2. quare ab imparibus ad pares mutentur. 2. de variis febrium complicationibus. ibid. febris horrificæ à ſemitertiana differentia. 3. à febre longiùs progreſſa quare phrenitis & lethargus. 5. febris quæ propriè dicitur horrifica. ibid. quæ illius accidentia ad differentiam hemitritæi, ex Hippocrate. 6. an fiat ex vno, aut duplici humore, an duplici minera, & quo à duplici tertiana differat. ibid. an ex bile æruginoſa & porracea concitetur. ibid. huius febris ſigna & pulchra ibi leges. ibid. & 7. hemitritæi & ſyncopalis differentia, & an horum ſit ſignum patognomicum. 7. & à quo humore periculum grauius in hac aut illa febre. ibid. quare neruoſæ & cerebrum ſingulariter lædat. ibid. hæc febris aut lethalis, aut in tabem tranſit. ibid. in harum febrium curatione, à quo humore curationē incipere conueniat. ibid. & ſeq. cruditatis, accidentis, & cauſæ vrgentia expenditur. 8. indicantia & contra-indicantia appenduntur, cauſæ morbi & ſymptomatis. 10. in hac febre quando ſanguis mittendus. ibid. & 11. humoris præparatio, victûs ratio, & purgandi occaſio expenditur. 11. mala purgationis exempla in hac febre. 12. purgato corpore quomodo contereudæ reliquiæ. 13. clyſteres attemperantes in hac febre proficui. 14. ad indicationis præualentiam quomodo auxilia mutanda, ad calidum vel frigidum. ibid. febres intermittentes quomodo reaccendantur & repetant, in ſuo quæque typo. 13. nocturnæ exacerbationes quare & vnde fiant in hac febre. ibid. febris horrificæ auxilia ab Ægyptiis. 14. extremorum frigiditas quomodo inſtauranda. ibid. neoterici obſeruatio, de attemperantibus clyſteribus. ibid. in cachexiæ principio aqua rhabarbari & alia expenduntur auxilia. ibid.

Febris ſyncopalis, nomen à ſymptomate tulit. 14. in ſyncopa nexus diſſoluitur animæ vegetantis. ibid. ſyncopes cauſæ expenduntur. 14. & 15. huius febris curatio, & primo vitalis indicatio attenditur. 18. feſtina lentè, quando & quomodo exequendum. ibid. ſyncopalis humoroſæ auxilia. 19. Galeni & Tralliani ſententia de vino impugnatur, & inedia. 20. ægroti quibus cibis alendi, & quomodo. 20. febris ſyncopalis humoroſa an ſang. miſſionem ferat, & quando. 22. & ſeq. de hoc Auicennæ & Galeni iudicium. 24. 25. an purgare conueniat & quando, & Galeni ſententia expenditur 1. ad Glauc. 14. 22. de hoc Herculani ſententia grauiſſima. 24. concluſio in ſanguinis miſſione in hoc caſu. ibid. quando nec ſanguinem mittere, nec purgare conueniat. ibid. quare antequam febris incipiat, vacuationem ferant ægroti, & cum febre non ferant. 25. vnguentum cordiale in hac febre & diſtillatio extremorum frigiditati apta. 26. vbi crudorum præualet abundantia, quæ auxilia eligenda. ibid. & 27. vbi putredo calor præualet & bilis, quid agendum. 27.

pro

pro febre ardente & maligna auxilia ſelecta. ibid. *in febre colliquante, diaphoretico ſudore, & animi deliquio: ſelecta elegimus.* ibid.

Febris peſtilens & maligna, & de eius qualitate 30. *febris ſi intenditur quando leuatio ſperabatur, quare fiat lethalis.* 31. 32. *maligna quare interdum typum quotidianæ aut quartanæ æmulatur.* 32. *febris maligna ſemper continua, unde dignoſcatur.* 30. *& quare interdum horrifica appareat.* 32. *quare ſemper continua.* ibid. *quare primò cor aggrediatur.* 33. *potiſsimum huius febris ſignum quale.* ibid. *calor mitis quare appareat in principio & ingraueſcant poſtea accidentia.* ibid. *quo differant maligna accidentia à non malignis.* ibid. *debiles & paruæ febres quare malignæ.* 34. *in malignis quare inopinatò moriantur.* ibid. *an in hac febre ſanguinis miſsio conueniat.* ibid. *in maligna febre & peſtilente qui ſanguinis miſsionem in principio neglexerunt, nullo poſtea auxilio mederi potuerunt, & quare.* 35. *puncticulis apparentibus, quibus ſanguinem mittere conueniat, & quibus non.* ibid. *an ſanguinis miſſio ex talo an ex brachio.* 36. *an purgare conueniat, & quomodo in hac febre.* 38. *quando & quibus ſudorem prouocare.* ibid. & 39. *quæ leges in potionibus cordialibus obſeruandæ.* 39. *an ephractica & diuretica in hac febre conueniant in principio,* ibid. *ſudore & puncticulis diminutis, quomodo & quando naturam adiuuare oporteat, & quibus auxiliis.* ibid. *vomitum & vrinam prouocare quando & quibus auxiliis conueniat.* ibid. *bezuartica & epithemata quando applicanda, aut remouenda. ex Fracaſtorio, Thorco. & Salio.* 40. *ſomnus quando, & quibus auxiliis in hac febre imperandus.* ibid.

Febris ſudoroſæ illuſtratio. 40. *febris ſudoroſa ad triplicem febris ſortem reducitur: ichoroſam, malignam, & colliquantem.* 42. *quibus febribus ſudores adueniant, & peculiari febris ſorte qui ſudor bonus, & qua conditione.* ibid. & ſeq. *febres rarò ſolo ſudore iudicantur & quare.* 43. *de febre colliquante, ac de illius ſignis ex Galeno.* ibid. *qui ſudor malignitatis ſignum, qui indifferens & qua in febris ſorte.* ibid. *de ichoroſæ, ſiue ſudoroſæ febris curatione.* ibid. *neglecta ſanguinis miſsione in hac febre quæ minentur pericula ex Garioponto.* 44. *in ſudoroſa febre, bezuartica malignitatem corrigunt & ſudorem ſiſtunt.* ibid. *quando ſudorem ferre, adiuuare, aut ſiſtere conueniat.* ibid. *quibus auxiliis eſt prouocandus ſudor.* ibid. *de ſudore critico ſymptomatico & medio ex Auicenna, & quid agendum in quoque ſingulari.* ibid. & 45. *quid ſenſerint in hoc caſu Paulus Gariopontus & alij veteres.* ibid. & 46. *quare à nimio potu & frequentibus clyſteribus abſtinendum.* ibid. *ſudores qui ob dolores aut conuulſiones concitantur, quomodo cohibendi.* 45. *Aëtius de colliquante ſudore cohibendo.* ibid. *quid Auicenna ſenſerit in hoc caſu,* ibid. *hanc febrem omnium grauiſſimam Aëtius appellat.* ibid. *malignus ſudor eſt alexipharmacis curandus.* 47. *ſi cum hac febre aluus ſoluitur quid agendum, & quibus auxiliis.* 49. *in profuſo ſudore auxilia temporibus, fronti, carpis manuum, & teſtibus ſunt imponenda.* ibid. *cordi jecori dorſo, quæ epithemata, & alia.* ibid. *ſudoris vrgentiæ quando & quomodo prius occurrendum, poſtpoſita cauſa.* 50. *extrema & efficacia auxilia in ſudore, expenduntur.* ibid. & 51. *in extremorum frigiditate quid agendum.* 51. *an nix imponenda, in extremo ſudore.* ibid. *victus ratio qualis in hac febre ſeruanda.* ibid. & ſeq *lac chalybeatum & aqua quercûs diſtillata in profuſo ſudore commendatur.* 52.

Febris auriginoſa & eius curatio. 52. *in 4. ſpecies iſta febris diuiditur.* ibid. *huius febris ſigna ex Aretæo hepate inflammato.* 53. *febris auriginoſæ curatio ab inflammatione.* ibid. *ſanguinis miſſio quare priùs ex brachio.* 54. *an vſque ad animi deliquium, aut vicibus partitis.* ibid. *cum ſingultu & ſtilla ſanguinis quid agendum.* ibid. *in hac febre unde deriuare & vacuare conueniat, & an ſanguiſugis.* ibid. *an ventris fluxus & vomitus ſit impediens ad ſanguinem mittendum, & de ſaluatella.* 55. *an deriuare conueniat & unde, in hoc caſu.* ibid. *ſi à veneno auriginoſa fiat, ex Arabum & Græcorum ſententia quid agendum.* 56. *an in venenoſa ſanguinem mittere conueniat, & quibus conditionibus.* ibid. *attemperandi indicatio quando vacuandi neceſſitatem ſuperat.* ibid. *neglectâ ſanguinis miſſione, quæ accidentia adueniunt.* ibid. *an purgare conueniat in hoc caſu.* 57. *in frigido veneno theriaca conuenit ex Galeni ſententia.*

ſententia. ibid. *febris à critico aut ſymptomatico ictero quomodo diſcernenda.* 58. *an in ſymptomatico ſanguinis miſſio conueniat ex brachio an ex talo.* 59. *an purgare conueniat in hac ſorte.* ibid. *an in illa coctio expectanda & quibus auxiliis, ex vrinæ iudicio, aut aliis.* ibid. *febris icterica quando venit ad criſim, quid agendum.* 62.

Febris ſingultuoſa. 68. *huius febris ſingularis obſeruatio, an focus ſit in ventriculo, an intra venas.* ibid. *de huius febris curatione, ſecundùm cauſas diuerſas.* ibid. *hæc febris ſemper continua, maligna aut ardens.* ibid. *an ſanguis in hac febre mittendus.* ibid. & 69. *impugnatur doctiſſimus Abas de Santa Cruce.* 69. *in omni febre putrida qui ſanguinem mittendum docent.* ibid. & 70. *obiectio contra iſtam ſententiam diſſoluitur.* 70. *an in hac febre ſanguis mittendus ex talo an ex brachio.* ibid. *ſanguiſugæ quare in hac febre imponendæ.* 71. *Quando purgare conueniat in hac febre.* ibid. & ſeq. *qua cautione ſyrupi & potiones imperandæ.* 73.

Febris phrenetica. 74. *ſingularis huius febris obſeruatio.* ibid. *furor inſpiratus interdum ſuperat Medicinæ præcepta.* 75. ● *ſanguinis miſſio ex talo quare in morbis capitis interdum plus valeat, quàm ex brachio.* ibid.

Febris ſoporoſa. 78. *de febre ſoporoſa ex ſeroſo humore, & raris ſymptomatibus.* ibid. & ſeq. *hæc febris quando amat ſanguinis miſſione mederi, & quando non.* 80. *quando in illa purgare conueniat.* ibid. *Tralliani & Oribaſij ſententia, expenditur in hoc caſu.* ibid. & ſeq. *Aretæi conſilium probatur, de fortibus clyſteribus, caſtoreo admixto, ante purgationem.* 81. *Veſicatoria, vomitus, hyrudines & topica, quæ huic febri conducunt, expenduntur.* 82. *clyſteribus fortibus & glandibus vtendum frequenter, conſulit altus ſopor.* ibid. & ſeq. *circa ſanguinis miſſionem obſeruatio vtiliſſima.* 83. *facultatis animalis impotentiam qua roborant.* 84. *Quando imperanda quies ab importuno auxiliorum vſu.* ibid. *Auctores qui de hac re ſcripſerunt.* 85.

Febris ex tabe Gallica. 86. *Fernelij iudicium & auxilia, per pharmaca & per alia, quæ in hoc caſu conducunt.* 87.

Febris hectica. 107. *an in hac febre temperamentum ſubſtantificum & qualitatiuum ſit euerſum.* 108. *febris habitualis quare difficulter curetur.* 108. *indicationes curatiuæ à quo eliciantur.* 109. *qua arte & quibus auxiliis impleantur.* ibid. *lactis vſus in hac febre, quibus cautionibus imperandus.* ibid.

Febris alba virginum. 111. *quibus in locis illis obſtructiones accidant.* ibid. *obſtructiones vteri quæ ferant accidentia.* ibid. *quo in ſtatu ſanguinis miſſionem non ferant & quo mitti conueniat, Aëtij & Galeni ſententia,* 112. *qua in complicatione difficilior reddatur huius febris curatio.* ibid. *an ſanguinis miſſio ex talo, & quando purgandum.* ibid. *Aëtij & Mercati ſententia impugnatur.* 113. *ſi fluxus ventris complicatur. ſanguinis miſſio an ex talo, an ex brachio imperanda.* ibid. *aliæ conſiderationes expenduntur maximè neceſſariæ in hoc caſu.* ibid. *febris albæ curatio ad Galeni præcepta* 114. *de humorum coctione & quando purgare in hac febre conueniat.* ibid. *de aperiendi indicatione & quæ aperientia ſeligenda ex Quercetano.* ibid. *Iacbinus decoctum ligni Indici cum dictamo commendat pro hac intentione.* ibid. *aquæ theriacalis deſcriptio pro hac intentione.* 115. *topica vteri regioni applicanda.* ibid. *alia ſingularia auxilia expenduntur, & an fonticuli ſint huius febris auxilia.* ibid.

Febris quartana. 116. *in huius febris curatione, omnes cautiones, & omnia præcepta expenduntur.* ibid & 117. *de ſanguinis miſſione ex talo, & ex ſaluatella ſiniſtra, & vtriuſque rationes expenduntur.* 117, *Zacutus inter minimum pedis digitum venam ſecare conſulit, & quare.* 118. *purgare an ante, an poſt coctionem conueniat.* ibid. *Quare in die acceſſionis purgare conſulit Herculanus & Conciliator.* 118. *an ſolum mutare conueniat in hac febre.* ibid. *Quare hac febre laborantes magno non capiantur morbo, aut illâ ab illo liberentur.* 119. *quare vltra annum non producitur ex Hippocrate.* ibid. *an exercitium in hac febre conueniat.* ibid. *auxilia à proprietate occulta expenduntur.* ibid. *vomitus an conuenit, Paracelſi auxilio.* ibid. & ſeq. *auxilia à proprietate alia cõmendantur,* ibid. *puluis expertus & mirabilis cõmendatur.* 120. *ſi à meſaræi obſtructione fouetur, quid agendum, quibus & quando purgandum,* ibid. *pillulæ Quercetani valde aperientes commendantur,* 121. *ſeri præparatio, tabellarum aperientium & purgantium exempla.*

exempla. ibid. ad lienem obſtructum & tumentem Soleuandri auxilium. ibid. lac aſinæ in atrophia & nimia huius febris ſiccitate & melancholia expertum commendatur. ibid. & 122. febris maligniſſimæ mirabilis hiſtoria. 200. febris ſymptomatica ex quibus iudicetur. . 203. 204. febris malignæ accidentia ex qua fiant energia. 203.

Fel & ſaliua veneuatorum, dicuntur à toto genere deleteria. 93.

Feſtinationem fugiendam eſſe ab eo qui tutò iudicare deſiderat. 192.

Fiſtula in recto inteſtino importunè curata, quæ mortis cauſam attulit. 204.

Flatus vnde generentur. 275.

Floces vini, ad ſiſtendum ſudorem, in membrorum frigiditate, ſalutares, & quomodo applicandi. 45.

Fluxus muliebris illuſtratio. 254. 255.

Fluxionibus in omnibus, quæ conſideranda, ad meliùs curandum. 162.

Fluxus ventris chyloſus, & lactearum venarum anatomia exploratur. 251. ad curationem eius quæ conſideranda. ibid. & 239. Fluxui ſanguinis è naribus auxilium. 283.

Forma vnaquæque ſingularem diſpoſitionem amat, in materia, ad introductionem. 131.

Fonticuli & cauteria, qua cautione, & quibus ſint imperandi. 273.

Fortunam accuſat, qui bis fortunæ pericula experitur. 104.

Frigus, rigor & horror impediunt ſanguinis miſſionem. 9.

Furiarum deſcriptio, in omni vehementia paſſionum. 152.

Furoris definitio, & furentis rara hiſtoria. 225.

G.

GAbrielis pulueres, quare ſic dicti, horum virtutes & eos propinandi methodus. 157.

Galenus quibus tyrones inſtruere conſuluit. 1. Galenus curare conſuluit vt illa ferebat ætas & non ſemper vt noſtra. 18. Galenus de omni ſyncopis differentia & curatione, cuiuſque ſingularis. ibid. Galenus in ſyncopis curatione expenditur, nec omnibus amplectitur. ibid. & 19. Galenus 5. Meth. 15. de extremis auxiliis adhuc cum noxa imperandis. 19. Galenus de vino & melicrato in ſyncope impugnatur. 20. Galeni locus ad Glauconem cap. 4. extenditur. 91. 92. & in ſyncopis medela ex membri nobilis obſtructione. 21. Galenus commendatur in notitia obſtructionis membri nobilis & pulſus differentiis. 21. Galenus de ſyncopali humoroſa, non vt res poſtulat tractauit. 22. Galeni locus 1. ad Glauc. 14. interpretatur, de afflicto ventriculo & vacuandi neceſſitate. ibid. Idem locus alia de cauſa perpenditur. 97. Galeni locus de ſanguinis miſſione. 8. expenditur, quando in ſyncopali vacuare conueniat, aut non. 25. Galenus 11. Meth. 15. exponitur, an in omni febre putrida venam incindere conueniat. 24. Galenus de ortu qualitatum, primis, ſecundis, & tertiis. 30. de manifeſtis & occultis qualitatibus. ibid. Galeni curatio in ſeipſo in peſte Aſia. 35. 36. 184 Galeni de cucurbitulis ſcarificatis, in maligna febre. ibid. Galenus 9. Meth. 5. de ſanguinis miſſione exponitur. 37. Galenus in malignis, de pulſu, nec de vrina fidit & quare. 42. Galenus, non eſſe adhuc ſudoris auxilia inuenta, planè fatetur. ibid. ex ira neminem periiſſe vidit. 153. Galenus, quare febres ſudore non ſoluantur, niſi aliis excretionibus etiam. ibid. & 43. Galeni vanitas arguitur & Hippocratis modeſtia commendatur. 122. Galenus de podagricis, an 40. diebus terminentur. 162. & quare ab articulis non repellendus humor & quæ damna minentur à repellendo. 163. Galenus quare epilepticis & vertiginoſis venam in talo ſecat. 191.

Gallicæ luis praua conditio, ac morbi ex illa pullulantes, expenduntur. 86. Gallicæ luis curatio quæ & quare à vino abſtinere conueniat. ibid. Gallica lues an in totius ſubſtantiæ proprietate conſiſtat. 90. an ſit improprium venenum. 91. an fuerit veteribus ignota. ibid. quomodo communicetur corporibus humanis. 95. cur ſolo tactu impuro contrahatur. ibid. ſolo halitu non communicatur iſta lues. ibid. & 96. Quinam ſint ad illam contrahendam aptiſſimi. 99. per triginta annos deliteſcit in corpore. 104. quinam ab ea conualeſcant. ibid. febris ex Gallica tabe iudicium & auxilia. 86. & ſeq. Gallica lues in duplici linea operatur, & à quo illius operatio determinetur. 87. quomodo & quibus purgandum in hac lue. ibid. an catarticum alimentis miſcere conueniat. ibid. an atrophicis ex Gallico ſanguinem mittere. ibid. quibus auxiliis in hoc caſu aperire conueniat. ibid. aqua pro communi potu in atrophia. ibid. quibus auxiliis ſudorem prouocare. ibid. in tabe Galli-

ea Fernelij auxilia. 88. quare Gallicis valida auxilia non verenda ibid. in tabe Gallica an vnctiones, conueniant & pretioſum auxilium proponitur, & conditiones. ibid. ad Gallica vlcera praua, & cacoëthem auxilia. ibid. ad Gonorrhœam inueteratam auxilia. 89.

Gaudium & triſtitia in quo conſiſtant. 146. gaudij definitio. 140. gaudium an valeat interficere, & ira. 151.

Gangrenæ curatio in D. Alfonſo de la Eſtrella. 202. & ſeq.

Gariopontus antiquus auctor de febre ſudoroſa ſcripſit mirabiliter. 44.

Gemmarum & earum extractorum virtutes. 268.

Genitalium vnde conſenſus cum pectore. 242.

Gingiuarum & dentium corroſioni pulueres & alia roborantia deſcribuntur. 281.

Generoſitas debilis maiora ſuis viribus appetit & conſectatur. 92.

Gonorrhœa & bubones cur inguinibus prorumpant. 96. pulueres in gonorrhœa propinandi. 281. non quæuis gonorrhœa eſt Gallica. ibid.

Gordonis ſudoris definitio. 41. Gordonius de ſudore critico ſymptomatico, medio, & diaphoretico coërcendo. 46. Gordonius ſudorem à tertia die cohibere docuit. 47.

Grauidis mulieribus quod regimen imperetur, 288.

Guaiaci & chinæ virtutes laudantur. 100. guaiaci temperies. ibid. humiditatem poſſidet & impinguat. ibid. eius cortex habet vires duplo maiores. ibid. eius decocti deſcriptio. 101.

Gutturis vlcera cur vnctione curentur in Gallicis. 100. vlcera carbunculoſa gutturis an pullulent humore 147. inflammati gutturis auxilia. ibid.

H.

HAbitus definitio adæquata, & quibus comparetur. 108. habitus non dat eſſe nec poſſe, ſed operandi facilitatem. ibid.

Hæmoptoicæ paſſioni remedia. 284.

Hæmorrhoidibus ſuppreſſis in ſyncope quomodo ſuccurrendum. 29. in fluentibus, eſt ab omnibus quæ ſupprimunt, cauendum. 284. hæmorrhoides prouocare in lethargo Aretæus conſuluit. 82. hæmorrhoidibus vlceratis auxilia ſelecta. 89. hæmorrhoidarum venarum anatomia. 166. 167. hæmorrhoides cæcæ & externæ per quas venas ad anum deferantur. 167. hæmorrhoides à quibus morbis liberent. ibid. & ſuppreſſa quos morbos pariant. ibid. hæmorrhoidibus dolentibus & turgentibus an ſanguinis miſſio ex brachio, an ex talo. ibid. quando ſanguiſugas adaptare conueniat, & ſuppreſſam vacuationem prouocare. ibid. ſi ex hæmorrhoidibus gangræna timeatur, quid agendum. 168. ad hæmorrhoidas deſiccandas & corrugandas puluis priapi tauri. 169. ſi in mulieribus adueniant, quæ vena ſecanda. ibid. ſi dolor & inflammatio magis vrget, vnde venæ ſectio, & quæ aptiora auxilia. ibid. dolentibus hæmorrhoidibus auxilium. ibid. ad prouocandas retentas hæmorrhoidas auxilia. ibid. ad dolentes hæmorrhoidas oleum nucum à Quercetano commendatur, & alia auxilia. ibid. ad hæmorrhoidas intus latentes auxilia, & doloroſas auxilia ſelecta. ibid. ad vlceratas hæmorrhoidas auxilia. 170. ad ani condyloma, alia. ibid. hæmorrhoidas fluentes qua cautione compeſcere conueniat. ibid. fluxus critici à ſymptomatico quo differant, & quibus dignoſcantur. ibid. Galeni iudicium in hoc caſu expenditur. ibid. quando fluxum permittere conueniat, quando adiuuare ſeu obſiſtere. 171. hæmorrhoidibus fluentibus tutiùs viuũt ægroti, quàm ſuppreſſis. ibid. fluxûs immoderantia eſt leniter & prudenter, compeſcenda, non ſubitò. ibid. vt vna intacta relinquatur Galenus conſulit. ibid. praxis compeſcendi hæmorrhoidum fluxum. 172. ſi ab obſtructione alterius membri fluxus conſeruetur, qua arte cohibendus. ibid. pillulæ de bdellio & de ſcoria in hoc caſu, & Solenandri hiſtoria. ibid. ſi ab impotentia fluxus concitatur, quid agendum, & validiſſima auxilia in hoc caſu. ibid. fluxui vterino deſperato, hæc eadem. 173. fluxui hæmorrhoidum deſperato, Hippocratis auxilium de filo contorto, & de vitrioli eſſentia. ibid.

Haliabatis iudicium quando purgandum in horrifica febre. 11.

Haliabas de ſudore diaphoretico coërcendo. 46.

Halitu an Gallica lues contrahatur. 95. 96.

Hebetudo viſus, cauſæ, remedia. 280. 282.

Hecticis an ſit principium, à quo poſſit demanare ſalus. 107. hecticis, lac, emulſio, conditum, electuarium, & teſtudinis caro, quomodo præparanda. 109. hecticis tabidis & atrophicis diſtillatio inſtaurans. 110. calor habitualis quomodo temperetur in corde, in hepate, ventriculo, & in corpore toto. ibid. in hectica confirmata ſiccitas & atrophia quomodo

quomodo corrigenda, ex Zacuto. ibid. & 111. *ſeptimo quoque die mannâ purgare hecticos oportet.* ibid. *de balneo dulcis aquæ in hecticis quo tempore, loco, & termino imperetur.* ibid.

Hemitritæum in hecticam vidimus tranſiiſſe. 5. *hemitritæi & horrificæ febris differentia.* 3. & ſeq. *hemitritæi ſigna peculiaria.* 5. *eius & horrificæ febris corollarium.* 6. *eius curatio.* 7. *In hac non purgandum, niſi in declinatione.* 11. *à purgatione quid agendum.* 12. *in hemitritæo primò attendas ad membra patientia ſecundò ad humoris confuſionem.* 13. *vera huius febris medela vnde incipiat.* ibid *veterum conſilium non placet de mulſa & oximelle.* ibid. *parùm & ſæpe eſt alendus æger & frequenter iniiciendi clyſteres.* ibid. *ſanguis qua cautione mittendus.* 8. & ſeq.

Hepatica dyſenteria quare lethalis. 53.

Hepar & lien ad inuicem ſuam noxam quomodo communicent. 58. *hepar cur facilè obſtruatur, & icterus ſequatur.* ibid.

Hepatis inflammati ſigna ex Aretæo. 53. *hepatis inflammatio in ſuppurationem verſa quare lethalis, & quibus ſignis expectanda.* ibid. *hepatica dyſenteria quare lethalis.* ibid. *an hepate inflammato ſuper hepatem cucurbitulam ſcarificare conueniat, an non.* 54. *hepar & lien per duplicem portam coniunguntur; quo alter alteri communicat.* 58. *hepar quare etiam ventriculo communicet.* ibid. *hepate obſtructo, quare in fellis veſicam obſtructio redundet, & inibi humoris præparatio.* ibid. *hepatis inflammatione quare purgare non conueniat.* 60. *in hepate quomodo ſanguis generetur.* 41.

Herbarum virtutes ſunt inquirendæ ab incolis, vbi illæ naſcuntur. 154.

Herculanus in aſthmatis curatione incraſſantibus & narcoticis vtitur, & Galenus. 127.

Herculani conſilium in purgando, & in quo febre. 13. *ad reliquias conterendas auxilia.* 13. *hecterico affectui complicato auxilium.* ibid. *Herculanus in febris ſyncopalis curatione nunquam purgare auſus eſt.* 23. 24. *in declinatione concedit dummodo, nec à clyſtere æger à lecto ſurgat.* ibid.

Herculis columnæ & illarum inſcriptio Plus Vltra, & Caroli Imperatoris, alia ſuperaddita. 173.

Herniæ aquoſæ & humoroſæ lenimentum. 285

Herophilus ob ſummã ſubtilitatem in pulſibus à diſcipulis deſertus eſt & quare amoris pulſum non inuenit, 218.

Hiſterica paßio an ab aura frigida concitetur, & an cordis motus frigiditate ceſſet. 15. & ſeq.

Hiera mulieribus obſtructis à Galeno laudatur. 90.

Hippocratis ſententia in gangræna. 168. *de reuulſione & deriuatione, quantùm huic inſtituto conducit, ſelectiſſima.* ibid. *Hippocrates de febre horrifica peſtilenti.* 4. *Hippocratis aphoriſmus 2. Aph. 41. expenditur.* 15. *Hippocratis ſententia de venarum interceptione expenditur, & an ſanguis mittendus in illa.* 28. *Hippocrates de maligna & peſtilenti qualitate, quo differant, & Cardanus.* 33. *Hippocratem, vt Deum veneratur Antiquitas.* 114. *Hippocratis grauis ſententia, vnde homines prudentes, aut aut imprudentes reddantur.* 142. *Hippocratis locus & Galeni contextus explicatur de variis animi paßionibus.* 148. *Hippocratis & Galeni iudicium de podagricis & arthritricis acceßionibus, an 40. finiantur.* 155. *Hippocrates, in mulieribus omnes morbi ex vtero.* 174. *Hippocrates in Stimargi famula non tantùm ad cauſam attendit, ſed ad originem cauſæ.* 180. *Hippocrates in mulieribus ſanguinis miſſionem ex talo ſupponit, vt conſtat ex variis hiſtoriis.* ibid. *Hippocrates de calculi veſicæ ſignis.* 193. *Hippocrates de veſicæ calculo explicatur à Salmatio, Beueronicio, & Voſſio.* 192.

Hiſtoria ictericiæ hepatis inflammati, an in gibba, an in caua, expenditur. 53. *hiſtoriæ, & exempla lethargi comatis, apoplexiæ, epilepiæ, & omnis affectus ſoporoſi.* 85. *hiſtoria malignæ febris & rara obſeruatio.* 200. *hiſtoria D. Alfonſi de la Eſtrella.* 202.

Homo quare neceſſariò moriatur. 131.

Homines prudentes debent temporum neceſſitati ſeruire. 223. *de hominis generatione, & quare non attingat productionem formæ immortalis.* ibid.

Homerus de Tyſij amatoris ſupplicio. 213. 214.

Horrificæ febris curatio. 13. *Ægyptiorum auxilia.* 14.

Humoris dominantis in febre, qualia accidentia. 7. 12.

Humoralis febris auxilia. 177. 178.

Humores ſequuntur peculiarem motum ſecundum ſuam naturam, & quomodo. 13. *humores ad externa pulſi, quomodo vacuandi.* 99. *humores ſeroſi & tenues quando purgandi à principio,*

& quando per ſanguinis miſſionem educendi. 43. *an humor ſupernatans ſit ſolius purgationis & obiectum, an etiam ſanguinis miſsionis.* 69.

Hydronoſam naturam illuſtrauit Bariſelus, & an ſudor Chriſti Domini ſit naturalis, an miraculoſus. 40.

Hydra quare linoris imaginem repreſentet, quæ Herculem illuſtriorem fecit. 222. *& in quo aſſimiletur inuidiæ.* ibid. *& quare à ſordido cæno pullulare dicatur, vti liuidus.* ibid.

Hydrargyrium numquam mali radicem auellit. 104. *hoc inuncti cur alia remedia non ſentiant.* ibid. & ſeq. *hydrargyrij vnctio cur in* Gallicis *proſit.* 100. *Hydrargyrium calidumne ſit, aut ſiccum, an frigidum.* 103. *de purgandi viribus eius.* ibid. *ſanis applicatum, quæ inferat mala.* ibid.

Hydropes cur ſit incurabilis. 253. *hydropicis curandis vinum aptiſſimum.* ibid. *aquæ thermales in hydrope ſunt externum auxilium.* ibid.

Hydrophobia illuſtratur. 257.

Hypochondriacæ melãcholiæ illuſtratio. 275. *Hypochondriacis valde extenuatis proſunt balnea.* 115.

I.

I*Cteri ſpecies omnes.* 52. *Ictericis & epilepticis quæ venæ intercipiantur pro ſyncope.* 16. *icterus quomodo à ventriculo & inteſtinis adueniat.* 252. *etiam poſt ſeptimum infirmos necauit.* ibid. *ab hepatis noxa & corporis habitu quomodo proueniat.* 253. *cur in hydropem vertatur.* ibid. *icteritiæ ſigna ab inflammato hepate.* 52. *huius hiſtoriæ ex Galeno diuerſæ.* ibid. & ſeq. *an in caua an gibba ſit inflammatio & vtriuſque ſigna expenduntur.* 53. *in caua aut in gibba quare ſingultus.* ibid. *quæ ex illis citius periculum minatur.* ibid. *icterici multùm ſedati quare citius pereant.* ibid. *icterus ante 7. quando cenſenda praua & quando non, ex Aretæo & Auerroe.* ibid. *in ictero ex veneno talis color qualis eſt humoris tranſmutatio.* 54. *in hoc ictero an venam ſecare conueniat.* ibid. *auxilia huius affectûs ex veneno.* ibid. *icteritia critica quo à ſymptomatica differat.* 57. *nigræ & flauæ icteritiæ ſigna.* ibid. *curatio icteritiæ ab obſtructione.* 58. *omnia huius argumenti expenduntur.* ibid. *de præparatione & purgandi ratione in hoc caſu.* ibid. *victûs ratio & potûs parſimonia.* 59. *an & quando purgare conueniat.* 60. *in ictero confirmato flatuoſo quid agendum.* ibid. *ad viſcera debilia roboranda in ictero.* ibid. *icteri topica deobſtruentia qualia eligenda.* 61. *clamoſi dolores in ictero quomodo demulcendi, ac de duplici anodinorum differentia.* ibid. & ſeq. *in clamoſo dolore ſanguinis miſſio eſt potiſſimum auxilium, & ſanguiſugæ.* 62. *de icterico affectu obſeruatio.* ibid. & 63. *per quas vias in ictero humor ad ventrem feratur pro clamoſo dolore.* ibid. *quare icterus ad hydropem perducat.* ibid. *quare iecur longè à cerebro diſsitum natura poſuit.* 167. *iecoris inflammatio ſuppurata quare lethalis.* 52. & ſeq. *quibus ſignis ſuppuratio ſpectanda.* 53. *iecore inflammato an cucurbitula inſcarificatam ferat.* 54. *& in topicis hepati apponendis, an roborantibus laxantia adhibere conueniat.* ibid. *an reſoluere, an ſuppurationem adiuuare in hoc caſu conueniat, & quo auxilio.* ibid. *an & quando diuretica miſcenda, ſi ad vias vrinæ natura & humor inclinet.* 55. *& in fluxu ventris & vomitu, ſi forte complicantur, quid agendum.* ibid.

Jecori & lieni cur humor Gallicus indureſcat. 99.

Ignauiæ deſidioſæ pericula expenduntur. 119.

Illuſtrationes quare Auctor tractauit illorum, quæ in Medico Tribunali ſcripſit. 1.

Jmaginationis efficacia ad varias paſsiones concitandas. 216.

Imbecillitas per aggrauationem & per eſſentiam quando impediat ſanguinis miſſionem & quando non 21. *quibus ſignis dignoſcatur.* 25. *imbecillitas ex acumine morbi aut intenſo calore, quomodo & quibus auxiliis inſtauretur.* 47. *imbecillitati à cruditatibus auxilia.* 276. *imbecillitas in vaſis vteri, quot cauſis contrahatur.* 111.

Importunus auxiliorum vſus ſæpius nocet, quando quies eſt imperanda. 85.

Impotentiam vigilandi quæ roborantia. 84.

Impoſtoris politica qui Eſculapium in ſerpente, quæ brachio alligatam deportabat, refertur. 85.

Impinguantia corporum extenuatorum. 87. 88.

Indicationes contrariæ expenduntur in hemithritæo, horrifica, maligna, & syncopali febre. 6. 7. 8. *alia indicationum complicatio in vrgentia cauſæ morbi & accidentium.* ibid. *indicatio vitalis quare omnium prima.* 12.

indicantia & contra indicantia in febre rigoriſera expenduntur. 11. *nulla ita ſecurè adimpletur indicatio, quin alteri officiat, iu vrgentia, tamen ſemper eſt vrgentiori ſuccurrendum.* 49. *quare inter indicationes complicatas magis periclitetur iudicij libertas.* 122.

Incautationem, Verba decipientia rationales animas, Socrates appellauit, 216.

Infuſio mirabilis in febre ſudoroſa, 48.

Iniuria eſt honoris & gloriæ interitus. 141.

Intemperantia citò fuge, ueſnæ intemperantiæ tibi tribuantur delicta. 163.

Inuentis recentibus non eſt deneganda fides, & quare. 154.

Inuidia cum mortuo ſepelitur, ideò laus poſt mortem. 219. *inuidiæ & liuoris infamia & pericula à Veteribus traduntur.* ibid. & 220. *inuidiæ & liuoris triumphus apud aquas Stygias celebratur & illius deſcriptio.* 220. *de inuidia Plutarchus & Baſilius admiranda dixerunt.* 221. *qui inuidiæ & liuoris currum ſequebantur Heroës & habiti Dij.* ibid. *inuidia quare carpit generoſos, non viles.* 222. *inuidiæ & liuoris definitio à Platone.* ibid. *quare inuidiam & liuorem hydra ſeptem capitum repreſentet.* ibid. *Ioſephum fera peſſima deuorauit, hoc eſt inuidia.* 223. *inuidia ſuiſmet auxiliis efferatur.* ibid. *inuidioſi liuidi ſibi oderunt priùs, poſtea aliis.* ibid. *in liuoris & inuidiæ auxilium bulla vitrea olim ante currum triumphalem ferebatur.* ibid. *inuidia eſt iactantiæ comes. quo admonemur vt tacitus quis ſua munera ſeruet.* ibid. *qui inuidiâ laceſſitur debet ferre inuidiam æquo animo: vt in quiete viuat.* ibid.

Ioannes Serapio de ſudore diaphoretico retinendo. 46.

Ioannis de Vega pulueres quomodo ad quartanam & tertianam præparentur. 246.

Ira vehemens quos pariat morbos. 140. 141. 150. *quibus ira excitanda, & quibus coërcenda.* 148. *in ira quare oculi rubeant, & partes tumeant.* 150. *iræ diffinitiones ex Ariſtotele.* ibid. *in ira quare motus contrarij ſpirituum.* ibid. & 151. *ira quæ laudanda, quæ damnanda.* ibid. *quæ faciliùs in iram propenſa animalia aut è contra.* 150. *quare in iram ruimus improuiſo periculo.* 151. *cur mentes irâ concitatæ non facilè quieſcant.* ibid. *quare in ira vindictæ deſiderium totum hominem ſuperet, vt nihil æſtimet voluptate pretioſius.* ibid. *quare vindictæ furor nemini mortalium pepercit.* ibid. *ira quando damnanda. vetuſtatis exemplo.* 152. *ira an quempiam valeat interficere.* 151. & ſeq. *Ariadnæ & Theſei fabula de ira implacabili.* ibid. *iræ omnes paſſiones receuſentur, Thiſiphonis imagine.* 152. *Furiarum quibus apud inferos delicta puniantur.* ibid. *ira eſt breuis intellectûs parentheſis, & hominis ebrietas & quare veluti canis.* 153. *ira quare in frigido affectu concitatur.* ibid. *ira quando eſt cauſa ſalutaris, & quando morboſa.* ibid. *ira quare interdum conuertatur in gaudium interdum in triſtitiam.* ibid. *iræ pulſus quàm varij, & aliarum etiam paſſionum.* 216.

Iridis Furiæ imago, qualem Euripides depingit. 152.

Iſchiadi mirabile topicum. 163. *iſchiadi ſunt fortiora cathartica eligenda, & qualia etiam vomitoria.* 165. *ſanguinis miſſio in iſchiade priùs ex brachio, poſtea ex talo imperanda.* 166. *topica non repellentia, ſed modicè reſoluentia, fotus, & eorum exempla.* ibid. *hyrudines iſchiæ affigere commendat Paulus & Aurelianus.* ibid. *clyſter narcoticum in hoc caſu laudatur.* ibid. *iſchiadem in abſceſſum conuerſam vidit Auctor, & in tabem conuerſam. eſt Hippocratis.* ibid. *iſchiadicos, venâ in talo ſectâ Galenus curat.* 186. *iſchias & arthritis illuſtrantur.* 255. *pars affecta quando ſit vrenda.* ibid. *an ſudoriſera proſint ex guaiaco.* ibid. *cautio in his affectibus curandis neceſſaria.* ibid. *iſchiadi remedia ſelectiora præparantur.* 279. *Vide* Arthritis, Podagra, Chyragra.

Iudicia adhuc inter amicos mutuis certant imperiis, & quare. 122. *iudicia & cenſura vaniſſimorum hominum nihil auferunt de ſcriptorum meritis.* 219. *quare plures ſub illo iudicio periclitantur, Laberij ſententia.* ibid. & 220.

Iuliæ Auguſtæ & Fauſtinæ nummo quare poma inſculpta. 212.

Ius inſtaurans validiſſimum, in tabe Gallica. 87.

Iuuantia & nocentia quare indicationem deſignent. 122. 165.

L.

Labiorum rimulis vnguentum ſpecificum. 285.

Labor quis ſit magis laude dignus. 219. 220.

Lactearum venarum anatomia, officium, & vſus exploratur. 238.

Lac aſinæ in ſingultu, exinanitione & capræ, quomodo parandum huic intentioni. 74.

74. *lactis qualitates & vſus hecticis, & quibus conditionibus propinandum.* 109. *lac aſinæ an lacti capræ præferendum.* ibid. *lac in aluo lubrica quomodo propinandum.* ibid. *quo termino præfiniatur propinatio.* 110. *lac muliebre quare præferendum.* 109. *loco lactis, quæ emulſio ſuſcipienda.* ibid. *loco lactis conditum & electuarium hecticis.* ibid. *lactis coagulati ſenis Altimedontis rara inuentio.* 164.

Lacedæmonij quare vinum militibus interdicebant, pueris & Iudicibus. 142.

Lactantius tres Furias dixit hominem agitare, Ira, Auaritia & Libido, & quare. 152. *an lac aſinæ ſit auxilium huic intentioni.* 197. *lac in communi ab Augenio damnatur, ob caſeoſam partem.* 197.

Lætitia à Galeno inter medicinas cordiales numeratur, & ab Auicenna. 148.

Lapides renum & veſicæ, quos canalis non capit. 192. *lapidis veſicæ definitio, cauſæ, & ſigna.* ibid. *ad lapidis præſeruationem auxilium ſelectum.* 196. *an ſanguinis miſsio ex brachio, an ex talo in hoc caſu.* ibid. *lapidis doloris lenientia in duplici linea ſunt contraria & paregorica.* ibid. *emplaſtrum ad lapides.* 274. *Vide* Arenæ, Calculus, Veſica, Renes.

Laudani Paracelſi deſcriptio & virtus, & quibus auxiliari valeat, tres deſcriptiones. 124. 48. *laudani opiati, ex tribus auctoribus, proponitur deſcriptio & virtus.* 48. *laudanum Paracelſi in phrenitide & omnibus acribus fluxionibus & doloribus.* 77.

Lectio, quare varietate delectet, ad guſtus differentiam. 130.

Lethargus à ſeroſo humore quare minoris periculi. 79. *in lethargo motus conuulſiui quare & vnde.* ibid. *ſopor inexcitabilis ex duplici cauſa.* ibid. *in lethargo omnia accidentia expenduntur altâ philoſophiâ.* ibid. & 80. *ex compreſſione ventriculorum cerebri quomodo excitetur, & ex membranis.* 80. *quare lethargus numquam vertatur in paralyſim.* ibid. *in lethargo an cerebri obſtructio, an aliquod impediens ſpirituum.* ibid. *quare delirium cum ſopore adueniat.* ibid. *de ſanguinis miſſione in lethargo.* ibid. *Trallianus & Oribaſius expenduntur in ſanguinis miſſione.* ibid. *an ſcammonio vtendum, & quo illius loco.* 81. *quo in tempore debeat imperari purgatio.* ibid. *an à cathartico ligaturas & frictiones imponere ſit tutum.* ibid. *lethargici & apoplectici quomodo excitandi, & ad hoc validum lenimentum.* ibid. *an veſicatoria, ſoporoſis conueniant.* 82. *cucurbitulam occipiti ſcarificatam Aretæus commendat.* ibid. *an hæmorrhoides prouocare in lethargo conueniat, ex Aretæo & Oribaſio.* ibid. *an in lethargo vomitum prouocare conueniat, ex Quercetano.* ibid. *in lethargo circa topica grauia prænotantur, & Galenus expenditur 13. Meth. 21.* ibid. *qui humor repellentibus cedat & qui non.* 83. *quibus clyſteribus & glandibus vtendum, & cuius violentiæ.* ibid. *circa ſanguinis miſſionem obſeruatio vtiliſſima.* ibid. *an in lethargo capitis ſummitati ſit cucurbitula imponenda & quibus conditionibus.* ibid. *& an in impotentia vigilandi.* 84. *qui plura de lethargo deſiderat, legat, Medicum Tribunal.* ibid. *ad lethargi reliquias conterendas mirabilis aqua & in apoplexia quomodo immittenda.* ibid. *valida excitantia per lenimenta, per fumos per clyſteres.* ibid.

Libertas iudiciorum in conſultando laudatur. 224.

Liber naturæ, doctus eſt & optimus docendi magiſter, ex quo plura diſcimus, 22.

Lien an ſit etiam ſanguinis officina, & cui ſeruiat miniſterio & ſuam ſæculentiam tranſmittat. 41. 116. *lien per quas vias hepati communicet & ventriculo.* 58. *cur facilè eſculentis impleatur & tumeſcat.* ibid. *ex liene obſtructo quare corpus marceſcat, & ſit icteri nigri cauſa.* ibid. *& quæ exinde ſequantur accidentia.* ibid.

Linguæ paralyſis & conuulſionis curatio. 244.

Liuius dicebat Imperatores & Medicos nihil agendo plus proficere, quàm malè operando. 85.

Liuoris definitio, pericula, & infamia. 220. *de liuoris triumpho nobilis eruditio.* 219. *liuoris triumphi grauis & nobilis deſcriptio.* 220. *liuoris Virgilij & Ouidij deſcriptio.* ibid. *qui liuoris triumphi Heroës ſequebantur.* ibid. *Lipſius de liuore & inuidia.* ibid. *amuletum liuoris eſt liuoris cauſam abſcondere in ſilentio.* 222. 223. *liuentes ſibi odorent priùs, aliis poſtea.* ibid. *quare pictor eſt liuidus.* ibid.

Lochiis ſuperiùs recurrentibus, an puerperam purgare conueniat. 345. *huius affectûs curatio.* 347.

Ludouicus Mercatus de iecoris inflammatione impugnatur. 53.

Lues Gallica an veteribus fuerit ignota. 91. *Vide* Gallica.

Lumbrici puerorum illuſtrantur. 257.

anxi-

auxilia ſelecta lumbricis expellendis atque necandis. ibid. pro lumbricis unguentum. 278.

Lypiriæ curandæ quando ſanguis mittendus & quando non. 11.

M.

MAligna qualitas quare tam varias actiones inducat. 5. 32. maligna qualitas unde & quomodo producatur & quæ ad illam pertinent. 31. maligna qualitas quare deliteſcat in principio & appareat poſtea. 33. cur primo cor aggrediatur. ibid. ſi malignitas intenditur quando levatio ſperabatur, lethale indicatur. ibid. quare calor in principio mitis. 33. maligna peſtilens qualitas maiori aut minore differunt efficaciâ. ibid. & ſeq. malignitas an ſit per ſe morbus. ibid. unde malignitatis actio eleuetur à primis qualitatibus, diverſa actione. ibid. an ſit realiter & formaliter à primis & ſecundis qualitatibus diſtincta. ibid. malignæ febris auxilia expenduntur. 34. de auxiliis malignæ qualitati oppoſitis. 38. quare in principio malignæ febris ægroti melius habere viderentur, Ficini obſervatio. 34. malignitas an valeat ſanguinis miſſione curari, per ſe an per accidens. ibid. malignitas à putredine aut uſtione oritur, & cum quo humore habeat analogium. 35. in malignis morbis illa eſt ſecurior ſolutio, quæ paulatim fit, quàm quæ pugnam requirit. 38. malignitatis auxilia in craſſis, in frigidis, calidis, & urentibus ſuccis, & aqua theriacalis. ibid. & 39. malignus humor in intermittente febre, ſi ad focum decumbit, mortificat. & infrigidatur æger. 42. malignitas quare tam breviter extrema indicat accidentia, 43. malignitas quando omnem ſuperet prudentiæ præcepta & medicinæ placita. 75. malignitas non quocunque gradu putredinis, aut uſtionis conſiſtit, ſed certo & determinato. 30.

Maiores noſtri, non domini, ſed duces ſunt, & quare nec ſemper cum illis, nec ſine illis poſſumus ferre ſententiam. 211.

Mammarum fiſſuris unguentum mirabile. 318.

Manſuetudo, eſt iræ privatio, & non iræ contraria. 146. 147.

Martialis de linoris ſupplicio. 222.

Meatus, per quos cerebrum expurgatur, deſcribuntur. 232.

Mecaxochil. Occidentalis Indiæ plantæ, qualitates & virtutes enumerantur. 155.

Medæa irâ percita filium diſcerpſit. 142.

Medici theorici ſine praxi inutiles. 1.
medici qui à veteribus recedere piaculum indicant, totâ errant orbita. 20.

Medicina quare ars coniecturalis, & quare in illa curationis difficultas. 123.

Medicamentum purgans, an in alimento propinare conveniat infectis Gallicâ lue. 87. medicamenta quibus corrigantur, & nobilitentur. 154. medicamenta quæ ſingula membra analogiâ reſpiciunt, & quo fine. ibid.

Medicus quare peritus in animi paſſionibus debeat eſſe. 148.

Melancholia unde & quomodo generetur, per quæ vaſa expurgetur, & qua in regione continetur. 41. melancholia quare ſicut vinum concitet paſſiones. 215. 216. melancholiæ definitio & affectus. 225. melancholiæ hypochondriacæ illuſtratio. 275. melancholicus apparatus habet analogiam cum lue Gallica, & quare. 95. melancholia in delirium converſa, & hypochondriacæ complicata deſcribitur, cum eius auxiliis. 105. 106. & ſeq. melancholia quibus blandè tractanda & quibus expurganda. 120. 121. quibus obſtructiones aperiendæ. 121.

Membra nobilia quomodo & quare in ſyncopis cauſam cedant. 14. membrorum auxilia roborantia. 229. membra quæ paralyſim ſequantur. 243.

Menſes quando importunè & ſine fructu provocantur, imò cum damno ægrotæ. 111. cauſa peculiaris huius caſus affertur. ibid. ad menſes ſuppreſſos provocandos Jachinus decoctum ligni Indici cum dictamo extollit. 114. ad hoc aqua theriacalis commendatur, cuius deſcriptionem leges. 115. hypochondriacis inveteratis quomodo temperamentum ſubſtantificum evertatur. ibid. & quare valde ſiccis chalybeata noceant. ibid. & proſint balnea dulcis aquæ, ibid.

Menſibus nimiò fluentibus trochiſci & alia ſpecifica præparantur. 287. 288. menſibus ſuppreſſis in magna plenitudine, an debeat ſanguinis miſſio ex brachio celebrari. 181. qui hanc ſententiam ſequuntur. ibid.

Mercurij unctione quare plures perierint. 85. mercurium Gallicis non eſt ſpecificum auxilium, ſed ſolâ violentiâ medetur. ibid. & ſeq. mercurij probatio & electio, & ab adulterina differentia. 88.

Mercati opinio in iecoris inflammatione non probatur. 53.

Mercenariarum artium labores. 141.

Mercurius vitæ qua doſi propinetur, & quibus

bus morbis, & qua virtute. ibid. *quare idem medicamentum contrarias actiones inducat, & quomodo.* 137. *mercurius, ſi morbum non curat relinquit incurabilem.* 107. *Fallopij ſententia de hac curatione.* ibid.

Meſaroei venis melancholicus & fæculentus ſanguis quare cumuletur. 36. *quibus per ſanguinis miſsionem educendus, & quibus per cathartica.* 37. *in meſaroei venis cumulata colluuies quibus in morbis magis conſideranda & timenda.* 75. *& in quibus primam attentionem ad ſe vertat.* ibid.

Meſues de correctione medicamentorum per aromata. 154.

Michaëlis del Vilar ſententia, de ſymptomatico fluxu, ponderatur. 92. *Auctoris ad eumdem Reſcriptio.* ibid. & 93.

Miſsio ſanguinis neglecta, & non ſuo tempore imperata. quare mortis occaſio. 35.

Mola ſigna, differentiæ, curatio. 288. 289.

Moleſtia an ſit maior in febre, an in laſſitudine. 176.

Monarchiæ quare ſeneſcant & deficiant. 132.

Morbi futuri diuturni ſigna. 6. *in morbis tunc certius periculum, cùm vires auxilio non ſuppetunt.* 20. *morbi principium non eſt criſi idoneum nec illa eſt naturæ operatio ſed morbi.* 35. *ſi quid diuinum eſt in morbis, de quo intelligatur.* 143. *morbi qui ex paſſionibus emergunt, à Galeno numerantur.* 148. *morbus non conſiſtit ſolùm in intemperie.* 94. 95. *de morborum, ſignis non à ſe obſeruatis indicare non eſt ſanum, nec tutum.* 192.

Mortis repentinæ cauſa ſolet eſſe interceptio nerui ſexti paris, à cerebro ad cor peruenientis, & qualia ſigna. 47.

Motus localis & alterationis quomodo fiat. 145.

Moxius & Lupeius in omni febre putrida à quocunque humore ſanguinem mittunt. 70. *Doctor Maxoya eſt etiam huius ſententiæ.* ibid. *de fatali moriendi neceſſitate.* 131. *mortis naturalis latitudo in vita obſeruatur.* 132. *Moxius plenitudinem ſuperiorem & inferiorem æqualitater venam tali vacuare ac brachij exiſtimat.* 185.

Mulieribus uterino affectu vexatis ſuccini eſſentia miſceatur ad gut. iiij. 27. *mulieris emaciatæ exemplum, in atrophia adhuc ſanguis mittitur, & quare.* 112. *in muliere menſtruis ſuppreſsis, an aliquando ſanguinis mittere ex brachio conueniat.* ibid. *an hepate obſtructo.* ibid. *Aëtij & Mercati ſētētia impugnatur.* 113. *in muliere ſexûs priuilegio, in quocunque affectu, ſanguis mittendus ſemper ex talo.* 186. *obiectio viri docti contra iſtam doctrinam, & huius doctrinæ concluſio in prædictis affectibus.* 187. *mulierum morbis electuarium & alia remedia præparantur.* 287.

Meyſonerius de calculo & arenis. 194.

Myrrhæ & aloës extractum quibus morbis, qua doſi, propinetur, & quos humores purget. 124.

N.

NArcotica in ventris doloribus priùs experiantur in clyſteribus, poſtea potionibus vtendum. 62. *de narcoticis etiam omnia expenduntur.* ibid. *narcotica in phrenitide qua lege imperanda.* 77. *narcotica intus & extra in nephritide quomodo applicanda.* 197.

Natura in ſubſtantifico cordis temperamento ſedem habet. 33. *natura altiori magiſterio operatur quàm ars. & quando eſt imitanda & quando non.* 39. *naturalium ſpirituum actiones, origo & temperatura perpenduntur.* 265. 266. *naturæ maieſtas quare in omnibus momentis fide caret.* 132. *natura non tantum tuetur à periculis, ſed artem ad ſui imitationem edocet.* 171. *de naturæ maieſtate & excellentia quid Ariſtoteles & Tullius ſentiant,* ibid. *natura maieſtas.* 39. *eius miracula expenduntur, de hoc mirabilis hiſtoria.* 200. *natura prouida quare res omnes in amore copulauit.* 218.

Nautarum labores & pericula à Platone. 141.

Neoterici conſilium non probatur, in lethargo. 81.

Nephriticus à colico dolore quo differat, & ſigna vtriuſque expenduntur. 195. *nephritico dolore vomitus & clyſteres ex capite veruecis potiora auxilia.* 196. *an ſanguinis miſsio in hoc caſu ex talo an brachio.* ibid. *de terebenthina Venetæ vſu.* ibid.

Neruus à ſexto pari qui retrahitur in ſyncope & hiſterica paſsione, quos effectus pariat. 16. *quare magis conſentiat cum vtero & veſica, dum cordi implantatur.* ibid. *neruorum propagines expenduntur à cerebro ad os ventriculi deriuatæ.* 66. *quare nerui retracti cum cerebro conſentiant.* ibid.

Nicotianæ auxilium cum ſale vitrioli in apoplexia feliciter expertum. 81.

Niuis vſus conducit in diaphoretico ſudore, 28. *& in ſudore ſuperfluo.* 46.

Quando nix ſuper partem ſudantem imponenda. 50. *an ſit applicanda ſuper extrema membra.* 51. *ob ſuam ſiccitatem corrugantem, vbi ſalutaris.* 45. *an in die purgationis, potus aquæ, niue refrigeratæ, poſſit concedi.* 289. *an in puerperis, recenter enixis, liceat aquam niue refrigeratam propinare.* 291. 292.
Noctù cur febris moueatur. 13.
Nutrix ab infante polluto, & infans à nutrice coinquinata, Gallicis contaminari poſſunt. 95. 96.

O.

OBiectio, an in febre ſyncopali purgare, an ſanguinem mittere conueniat, diſſoluitur. 22. 23.
Obſeruatio de melancholia, mania & hypochondriaca. 205. & ſeq.
Obſtetrix, à parturiente contaminata Gallicis, inquinari poteſt. 95. 96.
Obſtructa membra & intemperata, quibus dignoſcantur. 6.
Obſtructiones icteri aperiendi, ſelectiſsima praxis. 58. 59. *obſtructionibus antiquis hypochondriacæ melancholiæ, cum atrophia complicatis, auxilia.* 239. *obſtructionum aperientia validiſſima.* 60 61. *in his auxiliis cautio obſeruanda.* 61. *quibus de cauſis in febre alba obſtructiones in vtero & aliis locis adueniant.* 111. 112. *obſtructionum omnium regularis cautio,* 114. *obſtructis & cacheticis aqua rhabarbari primas tenet.* ibid. *obſtructis Iachinus commendauit decoctum ligni Indici cum dictamo Cretenſi.* 115. *alia peculiaria auxilia obſtructis proponuntur & chalybeata omnia.* ibid.
Occaſio quare ita difficulter dignoſcitur. 123.
Occultam qualitatem hominis admiramur. 135.
Occultæ qualitates, quæ à tota ſubſtantia operantur, in quo conſiſtant. 93. *occultæ cauſa ad alias occultiores pertinent.* 95. *Tres occultæ cauſæ, ſunt trium occultorum morborum differentiæ.* ibid.
Oculorum rubedini & dolori aqua ſalutaris. 280.
Odij definitio & conditiones & effectus. 140.
Oleum ſtomacho roborando. 276. *oleoſa quare podagricis non applicanda.* 165. *oleum petroleum qua virtute & quibus in morbis operetur.* 125. *oleum tartari ad aperiendas obſtructiones aptum.* ibid.
Opinione in aliqua ſi conſeneſcimus, quædam veluti religio contrahitur, quæ libertatem adimit aliter opinandi. 22. 23. 174.
Opij præparatio & quibus morbis ſeruiat. 48. *opiati deſcriptio.* 107. *de eius auxiliis iudicium.* 228. *opij qualites expenduntur, an calidum, an frigidum, & variæ ſententiæ.* 134. *opium quare Somnum conciliet.* ibid. & 135. *quorundam opiniones de opio expenduntur, & omnes refutantur.* ibid. & ſeq. *in opio duplex operandi principium elucet.* ibid. *& ex quo ſopor inducatur detegitur.* ibid. *ex duplici eſſentia, eſſentialis eſt frigida in quarto gradu.* 134. *quare opium alacritatem pariat, & ſudores moueat.* 137. *opij nocumenta & damna, ex Galeno, Nicandro, & Aëtio traduntur.* 138. *opium quomodo corrigatur, & à nocumentis liberetur.* ibid. *opij auxilia morbis accommodata.* ibid. & 139.
Orbis incola, perſonam induat, quæ conſeruationi conducat. 222. 223.
Orejuelas Indiarum, ac de illarum virtute. 154.
Oribaſius de ſanguinis miſſione in feminis ſemper ex talo. 174.
Orphei, dum quærit vxorem apud inferos, grauiſſima deſcriptio. 220.
Oſcitationes frequentes vnde, & quare excitentur. 79.
Oxyrhodinum in phrenitide quale ſit in principio, ſtatu, & declinatione. 77. *oxirhodina in lethargo, ex inflammatione, aut irrigatione, & illorum exempla.* 83.
Oxymel quibus noceat, & quibus proſit. 228.

P.

PAlmæ, mas & femina, quare non diſſita ſerantur. 213.
Palpitationis cordis in deliquio auxilium. 29.
Papaueris ſyrupum ſudorem pronocare dixit Angelus Sala. 39.
Paralyſis cauſæ numerantur. 243. *quando paralyſis eſt frigidis & humectantibus curanda.* 244. *paralyſis linguæ & conuulſionis auxilia.* ibid. *de paralyſi defectu ſpirituum.* 282.
Parotides quare interdum ſine ſignis adueniant. 5.
Partui facilitandi unguentum & alia ſpecifica. 289.
Phlebotomans in febre ſudoroſa, myrthos ſub axillis imponat, ne in ſyncopem incurrat æger. 44.

Paſſio pro formali eſt appetitus fuga aut proſecutionis, ex Platone. 140. ex paſſionibus animæ quare in corpus morbi refluant. ibid. paſſiones mixtæ, vt verecundia, quomodo ſe habeant in motu ſpirituum ad morbos inducendos. 145. paſſiones aliæ ſunt perfectiuæ, aliæ corruptiuæ. ibid. quid ſit pati, in vera philoſophia. ibid. paſſio quot modis dicatur ab Ariſtotele. ibid. paſſionis animi definitio, & eius explicatio. ibid. paſſiones penes potentias, quibus principaliter tribuuntur, diſtinguntur, ex S. Thoma. ibid. iraſcibilis & concupiſcibilis quas inferant paſſiones, & quomodo in quoque operentur. 146. omnium paſſionum catena latiſſimè expenditur. ibid. quomodo in appetitu differant animi paſſiones, & quo differat vterque appetitus. ibid. paſſiones animi interdum compoſitæ obſeruantur. ibid. paſſiones contrariantur, ratione obiecti, aut receſſus ab illo. ibid. inter paſſiones amor & odium primas tenent. 147. quænam paſſio oriatur ab alia, ac de illarum catena. ibid. paſſionum finis, eſt vterque appetitus, & circa quod vnaquæque verſetur. ibid. paſſiones pro ſua efficacia corpus alterant. 148. quomodo vnaquaque paſſio morbos inducat. ibid. paſſiones quomodo ſe ad inuicem ad operationes inuitent. 147. Dei Panis, de amore fabula expenditur. 215. quomodo vnaquæque paſſio, varios pulſus edat, & amor qua ſingulari differentia. 217. partes viuentes quare ad ſe celeriter attrahant alimentum. 20. & quæ ſint corporis paſſiones, quæ animæ. 145. paſſionum materiale & formale in quo conſiſtat. 148. paſſiones animi interdum ſunt morborum auxilia, interdum occaſiones morbi. ibid. paſſiones quos morbos in corpora inducant, à Galeno numerantur. ibid. qui ex animi paſſionibus homines occubuerint, & quomodo his membra patiantur. ibid. & 150. paſſionum materiale in corpus operatur, formale verò in animam, & quare. 151. in ira, feruor eſt materiale paſſionis, appetitus vindictæ eſt formale. ibid. in omni paſſione Furiarum deſcriptio. 152. paſſiones non ſunt ipſo iure malæ ſed illarum abuſus, & omnis affectus. ibid. & 153. vt paſſionum delicta punirentur, Poëtæ apud inferos tres fluuios finxerunt; Lethæum, Acherontem, & Cocythum. 152. paſſionis cauſa finalis. 145. qui ex antiquis paſſiones curare docuerunt. 153. paſſiones ex quibus rebus creſcant & augeantur. ibid.

Paracelſus podagram tophaceam curare auſus eſt. 162.

Parturientis, ſuppreſſa vacuatione laborantis, auxilia. 208. 209.

Pectoris morbi, quare ſanguinis miſſione vſque ad deliquium, non ſint curandi. 248.

Pedum & capitis conſenſus. 236.

Peſſaria vterina ad vteri ſpurcitiam. 115.

Peſtis quo differat à febre peſtilenti. 268.

Petrarcha, de paſſionibus amantium. 212. in amoris paſſione, de pulſu amatorio. 213. poma quare amoris ſignum. 212.

Petrus Merſennus primus nouit quare ſurdi à natiuitate muti reddantur. 192.

Phrenitidis obſeruatio, & quibus ſignis confirmari incipiat. 74. phrenitis confirmata, ſanguiſugis hæmorrhoidalibus applicitis, medetur. 75. phrenitis quando cenſeatur omnino deſperata, Monialis exemplo. 76. phrenitis quibus ſignis confirmetur. ibid. phrenitim à meſaroeo & hæmorrhoidalibus ſanguinis miſſio ex talo medetur. 77. in phrenitide vrgentia, quando attendenda penes id quod aſcendit; aut penes id quod impactum. 76. vrgentia in hoc caſu, primis tribus diebus attenditur penes id quod aſcendit, poſtea penes id quod impactum. 77. circa topica applicanda phrenitidi, quæ leges obſeruandæ. ibid. venæ ſectio in fronte quando imperanda. ibid. ſi phrenitidis inflammatio ad cutim vergat, quid agendum. ibid. in principio faſcia aquâ madida collo imponatur, & ad teſtes, & quare. ibid. in phrenitide narcotica qua lege imperanda, & quæ eligenda. ibid. topica ad tempora mutanda, & qualia pro tempore conueniant. 78. in phrenitide an cucurbitula ſummitati capitis ſit imponenda, & quo tempore. ibid.

Phrenitis eſt ſopori contraria. 242. Phreneticis quæ potiones largius propinandæ. 242. Phrenetica febris obſeruatio. 74.

Phthiſicos adiuuantia. 284.

Plato de variis amantium paſſionibus. 211. Plato de linoris triumpho. 222. Plato de curandis animi paſſionibus. 153. Plato de vitæ miſeriis & laboribus. 141. Plato de corporis & animi angoribus. ibid. Plato de inuitantia potentiarum inter corpus & animam, de hoc obſcuriſſima ſententia. 142. de hoc etiam Hippocratis ſententia. ibid. Plato & Hippocrates, quare homines prudentes aut imprudentes reddantur. ibid. Plato quare pueris ante 14. annum vinum interdixerit. ibid. Plato de animæ immortalitate. ibid.

Pleni-

Plenitudo ſuperior etiam per tali venas vacuatur. 227.

Plinius de naturæ maieſtate & artis excellentia. 174.

Pillulæ deobſtruentes validiſſimæ. 60. 61. pillularũ de opio deſcriptio & vſus. 135. 136. pillulæ de hiera ventriculo à Galeno laudantur & aliæ. 73. pillulæ de extractis Paracelſi, ſtupori & paralyſi aptiſſimæ. 124.

de Pipere tabaci & illius virtute 154.

Pituita, frigida cum ſit, cur accidentia calida progeneret. 96.

Podagricæ acceſſiones an 40. diebus terminentur. 162. podagrici quare non conuulſione capiantur ex Galeno. ibid. illorum curatio, quare longior aut breuior. ibid. de podagra per congeſtionem cumulatam. ibid. an podagra ſit ex propria natura incurabilis, contra opinionem Paracelſi. ibid. quæ podagræ acceſſiones moleſtiores, & quo vna ab alia differunt. ibid. & quæ ad curationem conſideranda. ibid. quare articulorum conformatio difficilem reddat curationem. ibid. & 163. ab articulis quare non repellendus humor. 163. & quare aliquibus ſit mortis occaſio, & ad pulmonem retenta fluxio deferatur. ibid. an podagricos frequenter vacuare conueniat, roborare, ſudorem prouocare. ibid. & 164. ſi à capite fluat, quid agendum & de ſudore ſicco ex vapore herbarum. ibid. Paracelſus ſanguinis mitti conſulit in nouilunio & quare, in podagra. ibid. de Paracelſi auxiliis in podagra rebelli. ibid. topica mirabilia podagræ, iſchiæ & arthritidi. ibid. ad neruos maximè debiles validum auxilium. ibid. podagræ, chyragræ, arthritidi, & iſchiadiadi auxilia. 279. pillulæ mirabiles & electuarium. ibid. & 279. de purgandi cautionibus ex Solenandro in hoc caſu, & de ſudorifero. 165. ſanguiſugæ quando parti dolenti applicandæ, & quare oleoſa vitanda. ibid. in materia gyptia & indurata, quæ auxilia. ibid. Solenandri & Quercetani auxilia ad tophos. ibid. ad hoc etiam ſingulare auxilium conuulſioni & paralyſi. 166.

Politica validior eſt, homines inter ſpem & metum continere, impoſtoriis exemplo. 85.

Polypus piſcis quare amoris effigie adumbratur. 212.

Populi conditiones deprauatæ, quæ. 141.

Potionum lex in maligna aut peſtilenti febre. 39. Potio lotionis terebenthinæ quando propinanda. 57. Potus moderatio in obſtructionibus commendatur. 60. potiones phreneticis quanam largiùs propinandæ 242.

Potus quando lædit febricitantem. 7.

Præceptum nullum eſt ita inuiolabile, vt limitationem non ferat. 21.

Præcordia quare inflantur in febre mali moris. 7.

Præſentanei veneni, à veneno ad tempus, differentia. 93.

Promontorium Sacrum in loco Finis-terræ. 173. 174.

Proſper Alpinus de ſanguinis miſſione ex talo. 38.

Prudentes, quæ facere, dicereùe debeant. 84.

Puerperis, & recenter enixis, an aquam niue refrigeratam propinare licebit. 291. puerperis an vrgentiâ conueniat ſanguinem ex brachio mittere. 176. in morbo acuto correptis quæ conſideranda ad ſanguinem mittendum. 180. Auctores pro hac & illa opinione expenduntur. 181. quæ olim fuerit in hac re Hippocratis & Galeni ſententia. 183. quæ Auicennæ, Raſis, Pauli, & Oribaſij. ibid. obiectio contra iſtam ſententiam diſſoluitur. 184.

Pulchritudinis definitio quomodo mentem afficiat & quod illius obiectum. 214.

Pulmonariæ medela. 248. pulmonis vaſorum vnde dignoſcatur anguſtia. ibid. de hydrope pulmonis & aſthmate antiquo. ibid.

Pulmonis latæ viæ an poſſint obſtrui à tenui & fluxili humore. 127.

Pulſus durities quare morbi diuturni ſignum & mollis coctionis. 7. pulſus peculiaris nobilis viſceris obſtructi à Galeno expenditur. 21. pulſus amoris qui, & qui imbecillitatis per eſſentiam. ibid. pulſus in febre ſyncopali quando ferat auxilia, & quando non. 22. pulſus quomodo in diuerſis paſſionibus immutetur. 147. 148. 216. pulſus amoris proprius non datur, cui ſoli & ſemper conueniat, & quare. 217. 218. & qua ratione talis fiat. 218. & qua probatione. ibid.

Pulueris febrifugi, prouinciæ de Quito, virtutes, ad amuſſim examinantur. 155. 156. de huius corticis nomine, ac de prima huius auxilij notitia. ibid. & 157. de huius pulueris initio in Hiſpania. ibid. & 158. de eius temperie, qualitate, & vſu, ac methodo eum propinandi. ibid. & 159. quare rigor & frigus quartanæ & tertianæ hoc puluere diſcutiatur. ibid. & 160. ſi ab eius propinatione febris intendatur, cur ſecundò fortunam experiri non conueniat. 161.

161. pulueres podagrici. 279.

Puncticulæ in malignis quare ad extra ferantur. 32. an in illis ſanguis mittendus ex Hippocrate. 35. an cutis ſit cõueniens regio ad illam vacuandam plenitudinem. ibid. quando ex ſanguinis miſſione verendus retroceſſus aut non, in puncticulis. ibid. An motus illarum adiuuandus & quando. 39.

Pſyllium ſecundum diuerſas eſſentias eſt calidum & frigidum, vti alia. 136.

Purgare num conueniat in peſtilenti & maligna febre. 38. purgatio quando imperanda auriginoſis. 57. an in febris principio conueniat. 72.

Purulenta, per quas vias expurgari valeant. 248.

Puſtulæ in Gallicis, cur inguinibus erumpant. 96.

Putredo Gallicæ luis perpenditur. 95.

Pyroticorum in bregmate auxilia. 229.

Q.

QValitas maligna quare eleuatiori modo operetur ſuper alias qualitates. 30. de qualitatum ortu & differentia: de primis, ſecundis, & tertiis qualitatibus. ibid. qualitates ignotæ quales & vnde dicantur. 31. qualitas maligna vnde fiat, & quare dicatur cæleſtis, & à quo eleuationem ſortiatur. ibid. Irradiatio à cerebro, chilificatio in ventriculo, vitalitas à corde, & ſanguificatio ab hepate, à quibus oriantur. ibid. primæ & ſecundæ qualitates quo differant. 32. qualitates occultæ & malignæ quare in ictu oculi operentur; ſine contrario. ibid. occulta qualitas habet contrarium, in amuletis. ibid. occulta qualitas an primas eminenter contineat. ibid. qualitates occultæ, quæ à tota ſubſtantia operantur, in quatuor materiis continentur. 93. maligna qualitas quare tam varias actiones producat, vna & ſimplex cum ſit. ibid.

Quarango, Peruanæ prouinciæ planta, deſcribitur. 156. auxiliorum ab eius cortice prima experimenta per Patres Societatis Ieſu. 157.

Quartana quare tam diu producatur, & an ex liene producatur melancholia. 116. vnde quartanæ & tertianæ terminus. ibid. qui affectus quartanam inſequantur. ibid. & quare ita difficulter curetur. ibid. in quartana an ſanguinis miſſio ex brachio, an ex talo. 117. quartana & tertiana notha illuſtrantur. 269. an in illa à principio purgandum. 118. an in die acceſſionis purgare conueniat, Gentilis, Conciliatoris, & Herculani ſententia. ibid. an ſolum mutare in quartana conueniat. ibid. quartanâ laborantes quare magno non capiatur morbo, & quare vltra annum non producitur. 114. an exercitium in quartana conueniat. ibid. quartanæ & nothæ tertianæ auxilia ſelecta. ibid. an vomitum in illa prouocare conueniat. 120. auxilia à proprietate expenduntur. ibid. puluis noſter quare quartanæ medeatur. ibid. de quartana ab obſtructione lienis, & meſaroei ac illius medela. ibid. ad hoc pillulæ Quercetani aperientes. 121. ad hoc & ſeri caprini præparatio. ibid. tabellæ in hoc caſu, & Sale auxilium. ibid. ad lienem obſtructum & tumentem Solenandri auxilium. ibid. lac aſinæ, in atrophia & ſiccitate huius febris. ibid. & 126.

Quercetani auxilia aperientia validiſſima. 61. Quercetanus de opij qualitate & vſu. 136. quies ab auxiliis quando imperanda, & quando peccatur importuno auxiliorum vſu. 85.

Quod ſemel aſſumpſi nunquam dimiſi, de quibus opinantibus dicatur. 23.

R.

RAdicis chinæ decoctum quomodo paretur. 114. 87.

Raſis pillulæ de nitro in ſingultu. 74.

Rationes debent habere cum rebus cognationem. 55.

Raucedini antiquæ deſperatæ ſyrupus & auxilia ſelectiora. 249.

Refrigeratio quando ſanguinis miſſionem permittat. 10.

Regiones corporis tres, in quibus triplex coctio, totidem excrementa congerantur. 41.

Reiectationi ſanguinis auxilium. 248.

Reip. gubernationis quàm magna pericula. 141.

Remedia quare adhuc rectè applicita non proſint. 122.

Renum intemperies & affectus, quanti ſint æſtimandi. 273. 274. Vide Arenæ, Calculus, Veſica, Vrina.

Repellendus à capite humor 13. Meth. 22. quomodo intelligendum. 83. repellentium exempla in lethargo. ibid.

Reſolutionis neruorum, & paralyſis illuſtratio atque curatio. 243.

Reſpiratio frigida in febre ſyncopali, quid indicet, 15.

Retroceſſus periculum in puncticulis quando timendum & quando non. 35.

de Renu-

de Reuulſione & deriuatione ſelecta. 169.

Rhabarbarum eſt pater hepatis. 14. *rhabarbarum obſtructiones & aperit, & roborando purgat, & quomodo paretur.* 60. 115. *rhabarbarum & illius aqua in obſtructionibus.* 60. *eſt pater hepatis.* 14.

Rhabarbari extractum quomodo fiat, & quibus morbis paretur. 124.

Rhagadiis & verucis pudendi & ani vnguentum mirabile, 106.

Riberius in phrenitidis curatione impugnatur, & excuſatur. 76.

Rigere, ſudare, in febre elodes, malignitatis ſignum. 43.

Rigoriferæ febris curatio. 1.

Rigor in febre quare auxilia impediat. ibid. *rigoris definitio.* 2. *rigoris differentiæ in febre & ſine illa.* ibid. *in quo rigoris eſſentia conſiſtat.* ibid. *rigor à quibus facultatibus fiat.* ibid. *rigor qua febris differentia obſeruetur.* ibid. *rigor & horripilatio à quo humore fiant.* 2. *rigor quare ſubitò aliquando interficit.* 3. *rigor quando non impediat ſanguinis miſſionem.* 10. *rigoris vt accidens eſt vera curatio.* ibid.

Rmulis labiorum vnguentum ſpecificum. 285.

Rubedini oculorum aqua ſpecifica. 280,

S.

Saliua & fel venenatorum dicuntur à toto genere deleteria. 93.

Sal vitrioli quale auxilium, & quibus morbis proſit. 123. *ſal tartari humores melancholicos purgat, obſtructiones aperit, frangit lapides.* ibid.

Sanare, ſolius Dei eſt & Naturæ, Medici autem, curare. 94.

Sanguinis miſſio in febre quare citò imperanda. 8. *ſanguinis miſſio ex talo, quibus vtilis.* 9. *quibus ex brachio, quibus ſanguiſugæ.* ibid. *contrariæ ſententiæ auctores expugnantur.* ibid. *dato quòd ſanguinis miſſio cõueniat, à quo loco debeat imperari.* 36. *quare ſanguinis miſſio in peſte infamatur.* 35. *ſanguinis miſſio in malignis, an ex talo an ex brachio.* 36. *in ſanguine contrahitur vitium in quanto, in quali, & in motu, & quando ſanguinis miſſionem indicet.* 69. *ſanguinis miſſio quando ex brachio eſt præciſa & quando ex talo non poteſt excuſari.* 37. *obiectio contra iſtam doctrinam.* ibid. *an in ſanguinis vitio, ſanguinis partes inter ſe ſeparentur.* 69. *an ſanguinis miſſio à pura cacochymia indicetur.* ibid. *Fernelij & Botali ſententia in hoc caſu.* 70. *ſanguinis miſſio in febre ſingultuoſa, an ex brachio, aut ex talo.* ibid. *ſanguis porci diſtillatus ad impinguanda extenuata corpora. pro ſecreto commendatur.* 88. 89. *ſanguinis miſſio ſaluatellæ ſiniſtræ à quibus Auctoribus commendetur, & quibus morbis.* 117. *ſanguinis miſſio niſi loco & tempore applicetur, interficit, velut & purgatio, & quare.* 122. *de ſanguinis miſſione ex talo illuſtratio.* 173. *concluſio de ſanguinis miſſione ex talo ſexûs muliebris priuilegio.* ibid. & 174. *ſanguis in vaſis vteri retentus, aliquando venenoſus euadit.* ibid. *obiectio contra ſanguinis miſſionem ex talo, & illius ſolutio,* 175. & ſeq. *locum ad ſanguinem mittendum pars affecta determinat.* 176. *in puerperis an ſanguinis miſſio ex brachio, vrgentiæ ratione.* ibid. *Sallius & Fonſeca impugnantur in hac opinione.* 179. *quare ſanguinis miſſio ex talo infamatur.* 181. *ſophiſticum phantaſma in hoc caſu.* ibid. *ſanguis non conſertim detrahendus in ſyncope, ex venarum interceptione.* 28. *ſanguinis miſſio ex talo ſuperiorem & inferiorem plenitudinem vacuat, ideo turgentiæ occurrit.* 185. *in ſanguinis miſſione quare & quando timetur retroceſſus periculum in puncticulis.* 190. *Galeni exemplo confirmatur.* ibid. *Sanctorius eiuſdem vtilitatis iudicat ſanguinem ex hoc aut illo brachio vacuare & Platerus de venarum rectitudine non curat.* ibid. *ſanguinem extrahere, & fibris iam corruptis, quare mortale ſignum.* 204.

Scabiei trochiſcus ſeu paſtillus qui proſit, & eius præparatio. 286.

Schenchij hiſtoria de muliere, quæ in paralyſim incidit, ex apocimate, corpore non vacuato. 114.

Scientiarum nulla integrè ab vno Profeſſore comprehenditur. 174. *ſcientia non verſatur circa coniecturalia, ſed ſcientiæ opinio.* 116.

Scorpionis venenum an calidum, an frigidum. 56.

Scribanius Largus, quare auxilia adhuc rectè applicita non proſint, & Gariopontus. 122.

Scultetus impugnatur, de ſanguinis miſſione in puncticulis. 35.

Semitertianum, in hecticam vidimus tranſiiſſe. 5.

Seneca quare cicutæ ſupplicio damnatus. 134. *Senecæ ſententia de ſcriptorum meritis.* 220.

Senectutis labores & miſeriæ, Platonis. 141.

Senerti ſententia & aliorum, an lien quatuor humores generet. 116. Senerti ſententia de aſthmate expenditur. 126.

Senibus quare mors naturalis. 132. quare omnia ſeneſcant & deficiunt. ibid.

Seri lactis præparatio ad hypochondria comprimenda. 209. 210. de eius quantitate ſumenda iudicium, 229.

Silius Italicus, liuorem inter inferi monſtra connumerat, & Horatius maius dixit tormentum. 220.

Singultus quando delirij ſignum. 52. quare ab inflammatione cauo & gibbo hepatis. ibid. ſingultus à duplici facultate fit, animali & naturali. 65. ſingultus an ſit vera conuulſio, an motus conuulſiuus. 66. 67. ſingultus ex repletione & ſiccitate, & an ſub hac acris humor etiam comprehendatur. ibid. an ſola irritatio abſque humore ſingultum valeat concitare. 67. ſingultui ſedando ſpecifica. 277. in ſingultu ventriculi imbecillitas & neruorum contrahitur. ibid. de ſingultu ex conſenſu partium aliarum. ibid. ſingultus an etiam in criſi adueniat. ibid. an à ſolo ſanguine concitetur ſingultus. 68. à coſtæ luxatione ſingultum vidit Fernelius. ibid. ſingultus à vario partium conſenſu. ibid. ſingultus à cauſa frigida & calida expenditur. 73. curatio ſingultus à craſſo & viſcido humore. ibid. huius affectus auxilia ſelecta aquâ vitæ miſcentur. ibid. in ſingultu vomitus eſt maximum auxilium. ſi ſale vitrioli concitatur & aqua raphani. ibid. puluis ſelectus ad reliquias poſtea conterendas. ibid. ſingultus ab inanitione curatio, à quacumque cauſa concitetur. ibid. an lac capræ aut aſinæ huic affectui conducat. 74. in ſingultu, quibus roborandus ventriculus. ibid. an in hac ſingultus ſpecie vomitus prouocandus. ibid. ſi à ſola qualitate irritante concitatur, an narcoticis lenienda. ibid. Canonici Magiſtralis exemplo. ibid. ſingultus à flatu in pueris medela. ibid. an priùs vacuandus ventriculus. ibid. cucurbitula ventriculo applicita commendatur in flatibus. ibid. Raſis in hoc caſu pillulas de nitro commendat & Rondonens deploratum illis reſtituiſſe fatetur. ibid.

Singultui pulueres & tabellæ ſingulares imperantur. 250. de ſingultuoſa febri. 68. & ſeq.

Somnus quando permittendus in malignis. 40. an ſomnus in ſudore imperandus, & quo tempore. 50.

Soporifera pro melancholicis hypochondriacis. 275. ſoporoſæ febris ſymptomata expenduntur. 78. & ſeq.

Soporem validè excitantia. 84. ſoporifera quæ eligenda, quæ reiicienda. 228. ſopore & veterno, quare ita difficulter excitentur. 79. ſopor & torpor an à malignitate inducantur. 233. altus ſopor, an ſola frigiditate ſpiritibus inducta, valeat concitari. 80. de ſoporoſis affectibus ſelecta expenduntur. 84. 85. ſomnus non tantum inducitur opij qualitate, ſed etiam corporis apparatu. 135.

Spiritus vitalis quantum conducat ad vitam. 14. ſpirituum calore, actuantur corporis actiones. 14. 18. ſpiritus lucidus & multus ad gaudium diſponit, turbulentus & frigidus ad triſtitiam, & quomodo ad alias paſſiones. 147. quomodo ſpiritualia à corporibus inuitentur & immutentur. 141. 142. ſpiritus, in paſſionibus, mouentur à facultatibus membrorum, vbi illæ reſident. 142. ſpiritus quomodo in diuerſis paſſionibus intus, foras ferantur & è contra. ibid. ſpiritus, ab ætherea ſubſtantia delibatus quare ita facile diſſipetur. 47. ſpirituum naturalium origo, tempora & actiones perpenduntur. 265. 266.

Sternuitatoria phreneticis quæ præparentur. 242.

Stomacho roborando ſpecifica. 276.

Succini virtutes & vtilitates. 267. ſuccini eſſentia quibus morbis, qua doſi, propinetur. 124.

Sudorem prouocantia. 39. ſudor in Gallica curatione quibus adiuuandus. 101. ſudores an prouocare conueniat extenuatis & calidis. ibid. ſudori diaphoretico valida auxilia & cautiones applicandi. 27. ſudor Chriſti Domini an ſit miraculo apponendus. 40. ſudoris naturalis definitio, cauſæ, & vnde veniat. ibid. & ſeq. ſudor à quo moueatur ad cutim. 41. quare in malignis ſudori non fidendum. ibid. ſudoris & vrinæ materia quo differant. 42. ad ſudorem ſymptomaticum tria concurrunt. ibid. ſudoris colliquantis ſigna ex Galeno. 43. ſudor in fronte, quare in febre mali moris. 7. ſudor quando indifferens & quando malignitatis ſignum. 43. ſudor in prin-

principio, quare à Galeno damnetur. ibid. an ſudor impedimento ſit ad ſanguinem mittendum. ibid. & ſeq. an ſudorem promoueat ſanguinis miſſio. 44. quando ſudorem ferre, adiuuare, aut ſiſtere conueniat. ibid. quibus adiuuandus in ardenti febre. 44. ſudor qui ſalutaris, & qui lethalis. 45. ſudor quibus auxiliis cohibendus ex variis auctoribus veteribus. ibid. & ſeq. ſudorem à tertia die cohibere conſuluit Gordonius. 47. ſudor à triplici cauſa proponitur curandus, & à quo incipienda curatio. ibid. potiones quando niue refrigerandæ. 28. 47. ſudore diaphoretico quare repente æger moriatur. 47. ad ſudorem diaphoreticum ſyrupus mirabilis & alia ſingularia auxilia. 48. Non eſt cohibendus ſudor, niſi materiâ expurgatâ. 50. in ſudore, ad vrgentiam, debent imperari auxilia, cito aut tardè & pari efficaciâ. 48. ſudoris exoluentis Auicennæ curatio. 50. an in ſudore profuſo nix partibus imponenda, & an aqua niue refrigerata. ibid. de hoc veterum ſententia expenditur. ibid. an ſomnus in ſudore conueniat. ibid. ſudor quare non eſt repentè coërcendus. ibid. membro, à quo ſudor elicitur, eſt priùs occurrendum, & alia ſelecta, ibid. Vide Febris Sudoroſa.

Sulphuris extractum, quibus morbis proſit. ibid. ſulphuris flores quibus morbis, ibid.

Surdi à natiuitate quare muti reddantur. 192.

Sympathia & antipathia quomodo operentur. 90.

Symptomatica vacuatio, an ſit illicò cohibenda. 97.

Syncops qua ratione accidat. 14. in ſyncope quare actiones deficiant. 15. in ſyncope quare partes contabeſcant. ibid. ſyncopis omnis cauſa expenduntur: nempe ab atrophia, defectu alimenti & intemperie. ibid. ſyncopi quot modis ſpiritus concurrant. ibid. ſyncops ab ſpirituum interceptione quomodo accedat, ſupra & infra. ibid. in ſyncope, frigida reſpiratio quid indicet. ibid. à venarum interceptione, quomodo ſyncops adueniat. ibid. quæ venæ intercipiantur in ſyncope ictericis & epilepticis, vera ſententia. ibid. à quo principio cordis motus ceſſet. ibid. ſyncops ex diſtenſione ventriculorum cerebri quomodo accidat. ibid. confirmatur cathoci & veſicæ diſtentæ exemplo. 17. ampliùs aliis exemplis illuſtratur. ibid. ex triplici principio, ſyncops mederi optat. 18. & omnes ſyncopis differentiæ à Galeno traduntur & mederi docentur. ibid. in ſyncope quando eſt cauſæ priùs occurrendum, & quando accidenti. ibid. de vino temperando in ſyncope. 19. de ſyncope in principio acceſſionis præcauenda. 19. de ſyncope ex membri principalis obſtructione Galenus impugnatur, & vera ſententia expenditur. 20. ſyncopem quæ celeriter auxilia roborent. 249. in ſyncopali humoroſa ob vas breue à corde ad ventriculum, ſyncops venit. 22. & in hoc ſignorum latitudo expenditur. 25. an in ſyncope ex inflammatione iecoris vinum propinare conueniat, dilutum. ibid. quando patitur ſpirituum fabrica & inſtrumenta ſimul, quid agendum. 26. vnguentum cordiale & diſtillatio in ſyncope, quando membra infrigidari incipiunt. ibid.

Syrupus S. Ambroſij pro paralyſi, defectu ſpirituum. 282. 283.

T.

Tabaci fumus in aſthmate per congeſtionem genitu, quando opportunè ſumatur. 129. tabacum eſt calidum in 3. ſiccum in 2. 133. & ſeq. de tabaco hiſtoria, inde mortis occaſio datu. ibid. de tabaci vſu periculoſo in arthritide & podagra. 163. an ſoporem vti vinum inducat, & quomodo tabacum. 134. quare ſoporem inducat tabacum, Nardi & Lincæi ſententia. ibid. & 135.

Tabes quare in ſyncope accidat. 14. de tabe Gallica ac de illius difficili medela. 85. huius tabis curatio, & quare à vino abſtinere conueniat. 85. duplex indicatio in hac curatione, alia à temperamento euerſo, alia ab altiùs radicata intemperie. 86.

Tabidos quare Galenus ad Thabias mittebat. 118. ſanguinis miſſio ex talo ſanguinem ſupra vterum retentum vacuat, & ab vtero obſtructo, vt vrgentiæ ſuperiori ſuccurrat. 184. 185.

Tamarindi ſingulari analogia hæmorrhoidas fluentes ſiſtunt. 172.

Tartari cremor quibus auxiliatur morbis. 123. eius oleum eſt aperiendis obſtructionibus aptiſſimum. 124.

Temerariis auxiliis quando & quomodo ſit vtendum. 81. temeritas quando rationalis,

rationalis, & quando extra methodum. 47. temeritas eſt, ſalutem polliceri omnibus. 94.

Temperamentum euerſum, quo tempore reſtitui conueniat, & quibus auxiliis: 85. temperamentum ſubſtantificum euerſum quomodo inſtauretur, & qualitatiui exceſſus. ibid. temperamentum qualitatiuum, an à ſubſtantifico reſultet & quomodo. ibid. quibus auxiliis vtrique temperamento medeatur. ibid. in hac tabe, an lac aſinæ, aut capræ conueniat, & quibus alenda capra. ibid. quomodo & quibus purgandum in hac tabe. 88. ſeri caprini purgatiui præparatio. 87. an in hac tabe ſanguinem mittere conueniat, Aëtij ſententia expenditur. ibid. quibus obſtructiones reſeratæ in hoc caſu conueniat. ibid. aqua pro communi potu in hoc caſu. ibid. an ſudores prouocare, & quibus auxiliis conueniat. ibid. ad cordis anxietatem & prouocandum ſomnum. ibid. an in hac tabe vnguentum de mercurio conueniat, qua cautione, & quo vnguento. 88. temperamentum alienatum quando cum forma non compatitur. 15. temperamentum ſubſtantificum & qualitatiuum, in quo conſiſtant, & vnde illorum actiones. 107. temperamenta qualia reſiſtant magis, minùs alia, & quare magis natiua. 132.

Temporum decurſu, res centeſimo quoque anno permutantur. 192.

Terebenthinæ extractum quibus morbis proſit. 124.

Terentius de amore & eius cupiditatibus. 212.

Terror & ſubitus timor, quomodo cauſet ſyncopem. 28.

Tertiana notha quo differat ab horrifica febre & à maligna. 3. in tertiana maligna ſyncopali quare à ſanguinis miſſione interibant anno 1638. 25. tertianæ nothæ an à lieue etiam producantur. 116. tertianæ nothæ curatio propria. ibid. an ſanguinis miſſio ex brachio, an ex talo conueniat in notha tertiana. 117. tertianæ nothæ auxilia ſelecta. 119.

Tetani ponderatio & auxilia. 245.

Thermalium aquarum virtutes iudicantur. 229. thermæ Gallicis non conueniunt, & quos lædant. 272. quodnam tempus thermis accommodatum. ibid. & ſeq. thermæ quibus cachecticis conueniant 286. 287.

Thermarum vſus obſeruatione perpenditur. 266. 267.

Thoracis affectûs illuſtratio, & de pleuritide. 247.

Thyrreni olim viua corpora deuinciebantur mortuis, & quare hoc ſupplicium. 143.

Tiberij Damiani, Chyrurgi laudes. 65.

Timor & triſtitia, ſi longo tempore perſeuerant, quare melancholici fiant. 65. timor quomodo, & qua animi parte excitetur. 148. timor neminem abſterrere debet à veritate dicenda in conſultando. 224.

Tinnitui aurium turunda præparatur. 286.

Tophis & aliis tumoribus vnguentum, talpariis qua conditione imponendum. 88. ad vlcera praua & cacoëtem auxilia. ibid. ad impinguandum tabidos & atrophicos gallicos auxilia. 89. ad tophos ſcirrhoſos & nodoſos tumores. ibid. an cauſtica & cauteria imponenda in hoc caſu. ibid.

Topica deobſtruentia hepatis & aliarum partium. 61. topica commoto cerebro. 228. topica auxilia ſoporoſis affectibus, qua cautione applicanda. 83. topica in lethargo, caro, & apoplexia, ex Aureliano. 84.

Torpor mentis & corporis, vnde brachiorum tremores, & quare. 78. 79.

Tralliani & Oribaſij ſententia expenditur an lethargicis purgare à principio conueniat, 80.

Tralliani ſententia, quando in febre horrifica purgandum. 11.

Triſtitia & gaudium quomodo in appetitu operentur. 146.

Tuberculum pectoris & pulmonis. 126. quomodo difficilis in illo reſpiratio. ibid. de medela tuberculi pulmonis, & in bronchiis obſtructis. 128. 129.

Tullius, in auctoritate, rationis momenta quærenda dixit, & non ſoli auctoritatè acquieſcendum. 175.

Turbith minerale, quibus morbis, qua doſi, propinetur. 124.

Turcis quare opium alacritatem præſtet, & robuſti ea reddantur. 137.

Tympaniti, decoctum, & alia remedia præparantur. 287.

Tyrones quomodo debent inſtrui. 1. quare non debent prauis opinionibus imbui. ibid.

Tyſiphonis imago ad iram concitandam. 152.

V. Vacua-

V.

VAcuatio ante tempus ſuppreſſa, qua mala ſecum ferat, & minetur. 170. vacuationem conſuetam detinere in fiſtula curata, quare fuit mortis occaſio. 205. vacuatio, qua vires deiicit, cur ſanguinis miſſioni ſit impedimento. 97. Vacuatione ſuppreſſa, Aëtij & Mercati opinione, ſanguinis miſſio ex brachio improbatur. 112.

Vaginula odorifera, ac illarum virtus, & quibus, morbis conferant. 154.

Valeſius de Tharanta de ſudore critico ſymptomatico & exoluente, & retinendi tempore. 46. Valeſius calorem vim trahendi habere exiſtimat, ex Galeno & Auicenna. 133. Valerius Maximus de ſingulari pulsûs mutatione, amore deprehenſa, in Antiocho. 170. Validi & generoſi, quo ab inualidis in paſſionibus differant. 143.

Varij morbi ab anima refluentes recenſentur. 143.

Vas breue, à ventriculo ad lienem quomodo feratur, & quæ conferat mala. 166. 167.

Vena caua deſcendentis inflammatio curatur. 252. venæ tali ac brachij æquè diſtant à trunco, æquè ample, æquè vacuant. 37. Obiectio contra iſtam doctrinam. ibid. vena ſectio ex talo æquè debilitat, ac ex brachio, & quare. 77. venæ ſectio in fronte quando imperanda. ibid. venæ ſectio ex ſaluatella ſiniſtra commendatur in quartana. 117. vena porta, vera, & ſingularis anatomia. 166. venâ in talo ſectâ, ſuperior & inferior plenitudo vacuatur. 184. ideo & ab angina & pleuritide liberat. ibid. & ſeq. quæ venæ in renum affectibus ſecandæ, & vtero inflammato, Galeni anatomia. 186. obiectio contra doctrinam de venæ ſectione ex talo validiſſima. 187.

Venarum anatomia, in ventris dolore ex ictheritia, per quas vias aqua refundatur. 63.

Veneni definitio ex Galeno. 33. an in veneno conſiſtat Gallica lues. 90. venenorum exempla. ibid. duæ venenorum differentiæ. 91. non eſt de veneni eſſentia omnes interficere. 93. de venenorum actione Galeni indicium. ibid. de eorum latitudine in actionibus, & quare non curentur niſi alexipharmacis. 94.

Ventriculus quomodo roborandus in imbecillitate. 21. ventriculi dolori in febre aut ſyncope remedia. 27. in ventriculo quomodo fiat coctio. 41. ventriculi attriti triplex hiſtoria expenditur. 249. à ventriculo ad lienem quare facilè tranſeant eſculenta, & icterus ſequatur. 58. ventriculi roborantia in calido & frigido affectu. 60. ventriculi affectûs, à capite catarrho delabente, medela. 283. pro ventriculi imbecillitate mirabile vnguentum. 62. de ventriculi dolore ac illius auxiliis & vt virtus ſeruetur. ibid. ventris adſtrictio natiua, aut morbo comparata perpenditur. 273. tres ventriculi partes afficiuntur in ſingultu, & quæ ſeorſim aut ſimul. 66. ventriculus in ſingultu, quibus roborandus, & quando. 74. ventriculi coctio & appetentia, poteſt altera ſine altera lædi. 110.

Verecundia qua cauſa excitetur. 148.

Veritas volentes trahit, nolentes compellit. 9.

Verrucis pudendi vnguentum. 106.

Vertiginem quæ mala ſequantur. 243. vertiginis occulta cauſa & curatio. ibid.

Veſica diſtenta eſt vrinæ ſuppreſſionis cauſa. 17. veſica fellis cui ſeruiat miniſterio. ibid. veſicæ carunculis emplaſtrum. 254. Vide Vrina, Calculus, Arenæ, Renes. veſicæ calculo remedia. 274.

Veternus quare difficulter excitetur. 79.

Vinacei quomodo calculoſis applicandi. 274.

Vinum qua ratione temperandum, in ſyncope & diſſolutione. 19. vinum quare tam celeriter nutriat, 21. an permittendum inflammato ventriculo. 25. vini flores, in membrorum frigiditate, ſudori ſiſtendo conducunt, & quomodo ſit iis vtendum. 45. vinum cur Gallicis interdicendum. 101. vinum & tabacum quomodo ſoporem inducant. 134. 137. vinum quare Plato pueris, militibus, Regibus, & gubernatoribus interdixerit, 142. vini ebrietas in Neſtore ab Homero expenditur. ibid.

Vires corporis & facultatum in quo conſiſtant. 14. eſt virium imbecillitas impedimento ſanguinis miſſioni. 97.

Virginea febris, complicata obſtructionibus hepatis, lienis, vteri & ventriculi, obſeruatio. 259. 260.

Virginum obſtructionibus auxilia ſelecta in febre alba, & ex chalybe parata. 115.

Virium robur totius & cuiuſque facultatis in quo conſiſtat. 14.

Vir magnanimus non ſuccumbit ſub quauis paßione. 148. *vir magnus non debet ſemper Pithagoricum agere.* 175.

Virgilius de amore ſurente in Didone. 212.

Viſus hebetudo, cauſæ, remedia. 280.

Vitæ terminus in quo naturaliter conſiſtat. 130. 131. *vitæ humanæ deſcriptio mirabilis à Iamblico, Platonico.* ibid. *vitæ præſidia quæ ſint.* ibid. *vita breuis quare reſpectu artis.* 173.

Vitalis facultas quare in corde ſita, & quibus actionibus ſeruiat corpori vniuerſo. 132. *vitalis facultas quare in ſenecta deficiat.* ibid. *vitalis ſpiritus officium & operatio.* 18. *eſt animæ & corporis vinculum.* 14. *vitalis potentia quomodo ſpiritus retrahit, & expandit in paßionibus animæ.* 145. *vitali ſpiritu cæteræ potentiæ actuantur ad opera ſua.* 153.

Vitalis facultas diuiditur in influentem vitam, & ſpiritnum generatiuam, & in alteras. 217. *& in vnaquaque ſingulares patitur alterationes, & quales.* ibid.

Vitrea bulla cur olim ante currum triumphalem ferebatur. 223.

Vitrioli eſſentia quibus morbis, qua doſi, propinetur. 124.

Vlcera Gallica, Fernelij ſententiâ, ſolo decocto ligni ſanantur. 101.

Vnctiones cohibentes ſudorem proponuntur. 50. *vnctiones hydrargyrij cur in Gallicis proſint.* 100. *quandonam imperandæ.* 106. *Vnctiones mercurij quibus & qua cautione imperandæ tabidis & inualidis.* 88.

Vnguentum corroborans mirabile. 13. *vnguentum cordiale in febre ſyncopali, & in omni cordis debilitate.* 26. *vnguentum mirabile pro obſtructionibus hepatis, lienis, & meſaroei.* 61. *vnguentum de artanita & eius vires.* 64. *tophis & ſcirrhoſis tumoribus vnguentum.* ibid. *ad vlcera Gallica aqua diuina.* ibid. *vnguentum pro labiorum rimulis.* 285. *vnguentum de extractis pro ſtomacho roborando.* 125.

Voluntas quomodo operetur vt actum eliciat. 145.

Volnulo & ileo quomodo multi pereant. 250. *volunli ſigna lethifera.* ibid.

Vomitûs vtilitas in hemitritæo. 12. *vomitûs quibus adiuuandus.* 39. *vomitum prouocare in lethargo quando & quibus conueniat.* 82. *vomitus & ventris fluxus quando impediant ſanguinis miſſionem & quando illam petant.* 11. *vomitui ſanguinis, ab hepate aut liene, medela.* 283. *an vomitus, ſtante cruditate, ſanguinis miſſioni ſit impedimento.* 9. *vomitiones non luxuriæ cauſâ, ſed valetudinis fieri oportere.* 249.

Vrgentiæ, quando à meſaroei venis fouetur, ſanguinis miſſione ex talo ſuccurritur. 75. *vrgentia quando attendenda penes id quod aſcendit, & quando penes id quod impactum.* 76. 186. *vrgentia in phrenitide primis tribus diebus attenditur penes mandantem partem, poſtea penes recipientem.* ibid. *in extrema vrgentia quid agendum in gangrenæ periculo, hæmorrhoidum exemplo.* 167. 168. *hoc Galeni exemplis confirmatur.* ibid. *vrgentiæ quando eſt priùs occurrendum.* 176. *vrgentia quando magis à conſenſu attenditur, & quando ab affectu producto.* 181.

Vrina flaua, an cruda, boni coloris, an cocta, varij coloris, quæ indicet. 13. *vrinæ ſuppreſſæ cauſa eſt veſica diſtenta flatuum multitudine.* 17. *hoc etiam exemplis illuſtratur.* ibid. *vrinam prouocantia.* 39. *ardorem vrinæ temperant aquæ thermales acidæ.* 254. *vrinam prouocare in maligna febre ſolis frigidis auxiliis conceditur.* 39. *vrinæ bonus color, quando ad coctionem ſufficiat ſubſtantiæ mediocritas, & quando infida.* 42.

Vteri obſtructiones in febre alba, quæ ferant accidentia & cauſas. 111. 112. *vteri regio quibus auxiliis ab ſpurcitia liberetur, ac de vteri peſſariis ex elleboro.* 115. *vteri affectus illuſtrantur,* 254. 255. *ſigna diuerſa vteri inflammati.* ibid. *de vteri vlceribus.* ibid. *de vteri ſtrangulatione.* ibid. *ab vtero, lochiis ſuppreſſis, quare ad pectus & guttur aſcendant in acutum affectum.* 180. *vterus malorum omnium occaſio.* 242. *vterus eſt deputata regio vt menſes expurgentur, & illius defectu vena tali ſecanda.* 44. *in vteri obſtructione duplex plenitudo expenditur, & vtraque deponetur vena in talo ſecta.* 185. *paritas auxilij expenditur ex vena tali, ac ex brachio in pleuritide.* ibid. & ſeq.

X.

XAmaici piperis qualitates. 155.

Xochinæ caztbli, Occidentalis Indiæ plantæ, virtutes enumerantur. 155.

Z. Zacu-

Z.

Zacutus inter minimum pedis digitum, & alium minimo proximum ſanguinem mitti conſulitin quartana. 117. *Zacutus decoctum ſmilacis & hebeni commẽdat ad quartana reliquias cõterendas.* 119. *Zacuti opinio, de caloris tractione,* 133. *Zacutus in iſchiadico dolore hyrudines apponere conſuluit, magnâ experientiâ.* 166. *Zacutus in capitis diſtillatione cauterium retrò aures infigere conſuluit, aut fonticulos.* ibid. *Zacutus iſchiadicum ſuppuratum ſe curaſſe teſtatur, decocto ligni ſancti & ſarſæ.* ibid. *Zacuti hiſtoria in ſexagenario curato oleo amygdalorum dulcium, cum ſucco limonum* 196. *in lethargo, apoplexia, & phrenitide. cucurbitulam ſummo capiti imponendum exiſtimat Zacutus.* 78. *Zacuti auxilium in hectica confirmata & tabe.* 110. 111.

Zenonis ſententia de amore honeſto & pulchro. 214.

F I N I S.

INDEX PROMTVARII FACILE PARABILIVM.

A.

ABortus præſeruandi cautela. 342.
Adſtrictioni ventris remedia ſpecifica. 307.
Alopoecis, ne depilentur auxilium. 327.
Anginæ hyrudinibus ſuccurritur ſub lingua. 339.
Aphoniæ ex neruis recurrentibus potus & vnguentum. 340.
de Apoplexia actu fluentibus menſibus. 339.
Aqua diuina Fernelij ad pudendorum vlcera. 308. aqua theriacalis ad menſes prouocandos. 320. aquæ viridis deſcriptio pro vlceribus aurium & narium. 326.
Ardoris ventriculi curatio. 340. 341.
Arthritidis auxilia. 343. ad tophos arthritidis. ibid.
ad Aurium tinnitum & ſurditatem auxilia. 324. ad aurium vlcera ſelecta auxilia. 326.

B.

BVboni Gallico, an debeat fieri ſanguinis miſſio, & quando, & quo ex loco. 308. ad bubonis vlcera conſolidanda. 311. ad vrinæ ſuppreſſionem. 310.

C.

CAlidum innatum & naturales ſpiritus expenduntur. 264. de caloris innati viribus. ibid. & 265.
Cerebro roborando tabellæ. 324.
in Cholera morbo an ſanguinis miſſio conueniat, & quibus auxiliis medeatur. 300.
Chyloſo fluxui aperientia imperanda ſunt. 341.
Chymicorum auxiliorum & ſpagyricorum auxilia ponderantur. 347.
Clyſteris fortis exemplum in colica. 269. clyſterium differentia in diſſenteria pro vlceris diuerſitate diuerſa. 239.
Colici doloris variæ differentiæ. & quare vertatur in paralyſim, & varia auxilia. 269.
de Conuulſione 339.
de Cordis palpitatione. 339.
Cornu rhinocerotis eſt antidotum ad venena. 343.
Coxendici doloris anodyna. 343.

D.

DEfluuio capillamenti remedia. 327.
Dentium dolores quando cauſticis, aut aliis auxiliis mederi optent. 293. ad dentis auulſi hæmorragiam. 293. ad dentium corroborationem. 294.
Diabetes, eiuſque ſelecta auxilia. 335.
Dyſſenteriæ & diarrhææ auxilia ſelecta. 328. dyſſenteriæ hepaticæ conſideratio. 331. dyſſenteria à veneno. 344.

E.

EPileptiæ varietas in cauſis & auxiliis. 316. de epileptia puerorum, eiuſque auxiliis. 317: 318. ſyrupus de moecculó pro pueris epilepticis commendatur. ibid.

F.

FAciei rubedini, puſtulis, & maculis, auxilia ſelecta. 325.
Febris lipyriæ ab Inflammatione ventriculi curatio. 343.
Flatuoſo vteri tumori remedium. 342.
Floris ſulphuris auxilia, & quibus morbis proſint. 299.
Fluxus chyloſi & catarrhalis medela. 341.
Fomenta pro alopoecis, vt pili decidui renaſcantur. 327.
Furori vterino & pruritui cauterium quale. 342.

G.

GAleni & Hippocratis iudicium in ſyncope ex venarum interceptione. 304.
Genu dolori vnguentum quale præparetur. 343. dolor in genu ſanatur. 340.
Gonorrhææ Gallicæ auxilia, & venæ ſectio. 308.

Grumis

Grumis diſſoluendis in pectore. 327.
grumis in veſica diſſoluendis emplaſtrum. 342.
Gutta ſerena curatur. 339. 340.

H.

HÆmorrhagiæ ſub lingua, à cucurbitulis & hæmorrhoidibus auxilium extremum. 323. 324.
pro Hæmorrhoidum dolore, colli vteri, & veſicæ. 426. ad hæmorrhoidum inflammarionem auxilia. ibid.
ad hæmorrhoidum pruriginem importunam. ibid.
ad Hæmoptoicam paſſionem validum auxilium. 327.
Hecticis, & ſuffocatis auxilia ſelecta. 301. an hecticis in actu ſuffocatis conueniat ſanguinem mittere, & vinum concedere. 303. 304.
Hepaticæ dyſſenteriæ conſideratio. 329. 330. de hepatis calida intemperie corrigenda. 334. de hepatis ſcirrho. 341.
Herpeti auxilia in facie. 325.
Hydropis conſiderationes & ſelecta auxilia. 305. de hydrope Zacuti conſilium. 341. de hydropicis extenuatis ab empyemate. 343.

I.

ILiaci deſperati auxilia ſelecta. 297. 298.
ad impinguandum auxilia. 344.
Impotentiæ medela. ibid.
de Inguinis dolore. 342.

L.

LActis virginei deſcriptio & vſus. 324.
ad Lapides renum & veſicæ liquor mirabilis & alia auxilia. 323.
Lienis ſcirrho auxilia ſpecifica. 307.
lienis ſcirrhus reſoluitur. 341.
Ligatis maleficio, auxilia. 331.
de Lingua tumente. 339.
Lochiis ſuperiùs recurrentibus, an & quando puerperam purgare conueniat. 344.
Longanonis inteſtini reuulſio, quare colicam æmuletur, & illius curatio. 296.
Lumborum dolori quid imperetur, nihil proficientibus generalibus auxiliis. 341.
Lumbricorum ſelecta obſeruatio & illorum auxilia, 332.

M.

MAleficium ligaminis, eiuſque auxilia. 331.
Mammarum ſcirrhoſus tumor & eius auxilia. 318.
Menſium retentiones, & auxilia & leges in illis obſeruandis. 319.
Menſtruorum fluxus immodici eiuſque auxilia. 336. 337.

N.

NArium vlcera & ſelecta auxilia. 326. de narium fætore eiuſque auxiliis. 337. de narium hæmorrhagia eiuſque auxiliis. ibid.
Nutricis electio. 340.

O.

OCulorum ſuffuſioni, & nubibus eorum auxilia, 324.
Oleum buxi, eius virtus & quibus morbis proſit. 295.
Ophtalmiæ diuturnæ, palpebris vlceratis, remedia. 320.

P.

PAlpebræ reſolutæ vt attollantur, auxilia. 340.
Paralyſis hiſtoria & auxilia. 313.
pro paralyſi linguæ & aliarum partium auxilia. 314. & ſeq. paralyſi linguæ reſtaurantia. 325.
Partum facilitandi & ſecundinas. 321.
Peſſaria vterina ad repurgandum vterum. 302. 319. 320. de allio hortenſi. ibid. & ſeq.
Pili decidui vt renaſcantur. 327.
Pillulæ validiſſimæ ad obſtructiones reſerandas. 306.
Pleuritidis venenoſæ in latere, patrocinium. ibid.
Podicis dolor, hæmorrhoidum, vteri, & veſicæ. 325.
ad Pudendorum vlcera & cariem. 308.
Puerperam purgare, an & quando conueniat, lochiis ſuperiùs recurrentibus. 344.
Pulmonis vlcerum & tabis auxilia. 299. an in illa purgare ab initio conueniat. 313.
Purgationis die, an conueniat ſanguinem mittere. 343.

Q.

Quercetanus ad menſes prouocandos, quo vtatur auxilio. 320.
Quercetani ſeri lactis præparatio pro calida hepatis intemperie. 334.
Quotidianæ febris curatio. 343.

R.

Renum vlcera, ſigna, & auxilia. 309. ad renum & veſicæ vlcera auxilia ſelectiora. 334.

S.

Sanguinis grumis diſſoluendis auxilia. 327. ſanguini purificando auxilia. 328. 329.
Secundinis à partu retentis expellendis. 319. 320.
Seri lactis præparatio Quercetani, 334.
Somnus vt concilietur. 344.
Sphincteris reſolutioni vnguentum. 343.
Sterilitatis auxilia ſelecta, concipiendo apta. 302. 303. ſterilitati à cauſa frigida auxilium. 341.
Strumarum curatio felix. 340.
Surditati, & aurium tinnitui auxilia. 326.
Syrupi ictericis dicati. 301. Syrupus pro epileptia mirabilis. 316. 317. Syrupus & decoctum ſantalorum pro typſi. 298.

T.

Tabellæ de nuce muſcata pro cerebri roboratione. 314.
Temporum pulſationi patrocinium. 344.
Teſticuli equi caſtrati, quomodo parentur pro colicæ auxilio. 297.
Theriacalis aqua ad menſes prouocandos. 319.
Typſicorum auxilia varia & ſelecta. 300.

V.

Ventriculi ardores quibus auxiliis ſedandi. 340. ventriculi dolor, eiuſque auxilia. 332.
Veneno eliciendo per poros corporis. 343.
Verrucis extirpandis. 340.
Vertigini cauterium in nuca. 339.
Veſicæ vlceribus auxilia ſelecta. 334. 335.
Vinum ſaccharo mixtum, vim amittit. 326.
Viperæ morſus medela. 344.
Vitrioli auxilia chyrurgica & medica. 322.
Vlcera pudendorum, matricis, & caries. 308.
Vomitûs ſanguinis & bilis auxilia. 311. vomitûs bilioſi auxilia. 312.
Vrinæ ardori & ſuppreſſioni auxilia. 309. Vrinæ incontinentia, eiuſque auxilia. 335. Vrinæ ſuppreſſioni altæ, ab emulgentibus. 338. 339. vrinæ ardoris leuamen. 342.
Vterino fluxui, & roborando vtero auxilia. 341. ad vlcera vtero & veſicæ iniectiones variæ. 308. vtero prolapſo auxilia ſelecta. 325. vteri fluor à vitioſis ſuccis, & auxilium. 336. vteri vlceribus ſelecta auxilia. ibid. vteri ſcirrho & flatuoſo furori & dolori chalybe medetur. 342.

Z.

Zacutus peſſarium ad fœtum mortuum expellendum, & ſecundinas retentas à partu. 321.
Zacutus cauterium actuale in planta pedis imponit, ad ſiſtendam narium hæmorragiam profuſam. 338.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.